


116
α
105

ETYMOLOGICUM

LINGUAE GRAECAE.

IO. DANIEL. A LENNEP

ETYMOLOGICUM LINGUAE GRAECAE,

SIVE

OBSERVATIONES AD SINGULAS VERBORUM NOMINUMQUE STIRPES, SECUNDUM ORDINEM LEXICI, COMPILATI OLIM A IOANNE SCAPULA.

EDITIONEM CURAVIT, ATQUE ANIMADVERSIONES CUM ALIORUM, TUM SUAS ADJECIT

EVERARDUS SCHEIDIUS,

CUIUS PRAEMISSA SUNT QUOQUE PROLEGOMENA DE LINGUA LATINA, OPE LINGUAE GRAECAE ILLUSTRANDA, ADJECTUSQUE EST

INDEX ETYMOLOGICUS

PRAECIPUARUM VOCUM LATINARUM.

EDITIO ALTERA, AUCTIOR ET EMENDATIOR, CUM PRAEFATIONE

C. F. NAGEL.

TRAIECTI AD RHENUM
APUD PADDENBURG ET FILIUM.
PROSTANT
LUGDUNI BATAVORUM
APUD S. ET I. LUCHTMANS.
CIƆIƆCCCVIII.



LAMBERTUS BOS

DISSERT. DE ETYMOL. GR. P. I.

EST ETYMOLOGIAE COGNITIO APPRIME UTILIS LINGUARUM STUDIOSIS ET NECESSARIA. QUANDO ENIM NOVIMUS, UNDE DUCTUM SIT VOCABULUM ALIQUOD, ET QUA DE CAUSSA ITA APPELLATUM, MELIUS MULTO ILLUD MEMORIA TENEMUS, MELIUS ETIAM EJUS VIM INTELLIGIMUS, PROPRIETATEM COGNOSCIMUS, ET PLANIUS REI NATURAM PERSPICIMUS.

Ne Exemplaria probes, nisi quae sic subscripta sunt.

Rechlenburg & Felium

VIRO. AVITA. NOBILITATE. MAXIME

ILLVSTRI. AC. GENEROSISSIMO.

IOANNI. ELIAE. BARONI.

DE. LIJNDEN.

IN. TETRARCHIA. NOVIOMAGENSI. ORDINI. EQVESTRI. ADSCRIPTO DELEGATORVMQUE. VNIVERSAE. EIVSDEM. TETRARCHIAE. ORDINVM. PRAESIDI. BVRGGRAVIO. IUDICI. ET. AGGERVM. IN. IMPERIO. NOVIOMAGENSI. PRAEFECTO. VRBIS. NOVIOMAGI. CONSVLI. ET. PRAETORI. CVRIAE. PROVINCIALIS. SENATORI. EXTRAORDINARIO. MVLTIS. AD. SVPREMA. BELGARVM. SEPTEMPLICIS. REIPVBLICAE. COLLEGIA. LEGATIONIBUS. FVNCTO. ILLVSTRISSIMORVM. ACADEMIAE. GELRO-ZVTPHANICAE. CVRATORVM. PRAESIDI. CET.

 MAE-

MAECENATI. SVO. ET. PATRONO. MAXIMO. OPERE. COLENDO. ATQVE. OBSERVANDO.

EDITIONEM. HANC. ETYMOLOGICI. GRAECI LENNEPIANI

VENERABVNDA. GRATISSIMAQVE. MENTE. PRO. SUMMIS. IN. SE. SVOSQVE. A. LIJNDENIA. GENTE. COLLATIS. BENEFICIIS. OBFERT. ET LAETE. CONSECRAT.

EVERARDVS SCHEIDIVS.


PRAE-

PRAEFATIO.

Cum, divenditis Etymologici Lennepiani exemplaribus, nova ejusdem libri editione opus esset: rogavit me Vir honestissimus, Paddenburgius, penes quem operis edendi jus esset, ut novae editionis, quam adornare in animo haberet, curam susciperem, et, si quid haberem animadversionis, adjicerem. Cujus voluntati morem gesturus, cum animadversiones meas Scheidianis subjicere constituissem; id quidem consilium, quamvis invitus, omittere coactus sum. Nam et ipsius operis major, quam initio cogitaram, difficultas, erat; et Paddenburgius, qui librum quam primum edere cuperet, exspectare, donec finem labori imposuissem, nolebat; et ipse variis, quas commemorare nihil attinet, rebus impeditus et retardatus, minus temporis, quam vellem, ei curae impendere poteram. Optimum igitur visum est, ipsum Etymologicum prius solum edere, deinde observationes, ubi paratae essent, quam primum separatim in lucem emittere. Hoc consilium, absolutis jam prolegomenis Scheidianis, demum natum est: quibus cum meae animadversiones, ut in toto opere facere constitueram, additae jam essent; tametsi eas cum reliquis in separatum librum

brum inclusas edere maluissem: non tamen necessarium duxi, earum omittendarum causa prolegomena iterum imprimi.

Ceterum observationes in ipsum Etymologicum Lennepianum ut quam primum absolvantur, operam dabo; omne tempus, quod mihi a muneris cura vacat, iis conscribendis impendens. Itaque lectorem benevolum rogatum volo, ut has qualescunque animadversiones in Prolegomena tantisper aequi bonique faciat, nec prius judicium de iis faciat, quam observationum libellum, cum praefatione, eidem praemittenda, legerit. Nam, quod hic paucis dictum est, id illic pluribus erit demonstrandum.



PRO-

PROLEGOMENA

AD

ETYMOLOGICUM

LINGUAE GRAECAE.

Praefaturi nonnulla ad Etymologicum Lennepianum, primo loco quaedam dicemus de studii, sive Etymologici, sive Originum linguarum, in primis Graecae, Latinae, Hebraicae, quin et Belgicae, hoc nostro saeculo, inter Batavos incrementis: deinde, de commodissima, ut nobis quidem videtur, linguam Graecam, hujusque dialectum (potius, quam diversam inde linguam) Latinam, alteram ex altera, et invicem, quasi, illustrandi ratione: tandem de editione opusculi Lennepiani, quod prae manibus est.

Principio igitur neminem facile, paullo doctiorem, in regionibus nostris, repertum iri, confidimus, qui nesciat, *Tiberio Hemsterhusio*, in Graecis, *Alberto Schultensio* in Orientalibus, et *Lamberto Ten Cate* in Belgicis, novam viam, (aut potius veterem illam regiam, a *Scaligeris*, *Salmasiis*, *Casaubonis*, *Vossiis*, commendatam) initio hujus saeculi, praeeuntibus, veras linguarum istarum origines in lucem protrahi coeptas esse; deinceps vero tantos in nobili hoc, et Philosophis non minus, quam Literatoribus, qui dici solent, dignissimo studio, factos fuisse progressus, ut *Valckenario*, *Ruhnkenio*, *Lennepio*, ceterisque viris, de schola illa eruditissimis, rem urgentibus, ut de Orientalibus taceamus, nunc quidem in Graecis potissimum ac La-

tinis pauca admodum restare videantur ((a), vel ipsi *Varroni*, Romanorum Grammaticorum doctissimo, et *Platoni*, inter Graecos summo Philosopho, Etymologiisque vocum explorandis quam maxime intento, olim ignorata) quae, in hac literarum Graecarum luce, dummodo regia illa via firmiter insistatur, ad oculum, quod ajunt, demonstrari nequeant.

Sed praestiterit hic tacere, quam aut nimium, aut parum, dicere. Neque mihi tamen tempero, quin ex elegantissimo illo Elogio, quod Tiberio Hemsterhusio, tanquam monumentum aere perennius, posuit Dav. Ruhnkenius, bona cum viri summi venia, quaedam huc pertinentia, etsi longiora fortassis, adscribam: quae uti legant, relegantque optimi juvenes, studia haec aemulantes, atque imitando conentur aliquando adsequi, literarum bonarum plurimum interesse autumo; quaeque simul ita comparata sunt, ut in unius Hemsterhusii imagine totam hanc rem nobis plenissime adumbrent.

„ Satis diximus, (verba sunt politissimi Ruhnkenii in Elogii Hemsterh. p. 40 ff.) de infinita rerum copia et varietate, quam mente complexus est Hemsterhusius. Verum ad rerum intelligentiam nullus aditus patet, nisi per exquisitissimam scientiam linguarum, Graecae praesertim et Latinae. Hic quid me attinet di-

(a) *Vel ipsi Varroni — olim ignorata.*] Haec, meo quidem judicio, rectius omisisset. Neque enim vel Varro etymologicarum rationum admodum peritus fuit, vel Plato. De Varrone quid senserit Cl. Ruhnkenius, patet ex *Elogio Hemsterhusii*, cujus locum, ad eam rem pertinentem, laudat Scheidius. Plato autem in *Cratylo* multas, easque satis miras vocum profert derivationes, compositiones, etc. ut, ludere potius, quam serio agere videatur.

dicere, eum longa et accurata meditatione consecutum esse, ut Graecae linguae nativam indolem, proprietatem, et arcana omnia teneret? Notior res est et testatior, quam ut pluribus verbis explicanda esse videatur. Itaque complector brevi, et, non exaggerandae rei caussa, sed simpliciter et vere hoc dico, Hemsterhusium Graecarum scientia literarum omnino omnes, qui inde a renatis literis excellenter in iis versati sint, ipsum etiam Isaacum Casaubonum, cui doctorum hominum consensus primas deferre solet, longo post se intervallo reliquisse."

„ Quod si magna ingenia non nisi novarum rerum inventione metiamur, talem quoque sui mensuram vir summus, in hoc ipso linguarum studio, praebuit, inveniendа verissima Originum Graecarum ratione, singulari linguae Graecae, adde et Latinae, praesidio et ornamento. Hujus analogiae tanquam filo ductus, simplicissimas verborum formas, quae binis tribusve literis constarent, et una cum iis natas significationes indagavit, formas omnes et flexiones ad certam rationem revocavit, ex primariis notionibus secundarias, et consequentes elicuit, earumque non solum cognationem, sed etiam migrationes ostendit, commentitias, anomalias, quibus Grammatici omnia perturbassent, explosit, denique tenebras linguae per tot secula offusas ita discussit, ut, qua lingua nulla est neque verbis, neque formis, copiosior, eadem jam nulla reperiatur ad discendum facilior. Sed hujus rei subtiliorem et exemplis confirmandam explicationem non capit popularis scriptio. Gratulemur potius aetatis nostrae felicitati, quae, quod majores nostri optarunt magis, quam sperarunt, id non tantum in Graecis, verum etiam in Orientalibus, uno tempore et inchoa-

tum et consummatum vidit. Etenim quod analogiae lumen Hemsterhusius linguae Graecae, id eodem tempore Orientalibus intulit Hemsterhusii civis, aequalis, condiscipulus, collega, amicus, unicus literarum, quas profitebatur, vindex, Albertus Schultensius."

„Hic forsitan dicat aliquis eorum, qui nolunt eundem hominem pluribus rebus excellere: sit sane ita: habuerit Hemsterhusius Graecarum literarum scientia parem neminem. At Latinarum certe regnum penes alios est. Ego vero non dubitem contendere, eum Latine doctissimos non solum aequasse, sed, quod adjumenta quaedam haberet, nec cognita illis, nec usurpata, superasse. Recte vir magnus statuebat, Latinam linguam Graecae sic aptam et nexam esse, ut, qui alteram ab altera distrahat ac divellat, animi et corporis discidium inducere videatur. Quod cum sibi idoneis rationibus persuasisset, eandem Latinae, quam Graecae, operam dedit, atque adeo, quoniam ejus proprium erat, nihil mediocriter scire, talem Latinae, qualem Graecae, facultatem consecutus est. Dicam, quod sentio, et, ut arbitror, dicam vere. Latinae linguae origines nemo mortalium ante Hemsterhusium recte cognovit. Viderant Varro & alii Romani, multa ex lingua Graeca in suam venisse. Aliquanto plura, quorum origo veteres fefellisset, ex eadem lingua repetierunt Scaliger et Salmasius. Sed adhuc dubia lux erat. Enimvero, inventa Hemsterhusii ingenio Graecae linguae analogia, simul etiam Latinae ratio diluxit, patuitque clarissime, quod pauci magis suspicati erant, quam intellexerant, totam fere Latinam linguam ab Aeolica fluxisse. Restat, fateor, pars quaedam, quae invecta aliunde videatur. Verum aut fallor, aut exorietur aliquando vir doctus et ingeniosus, qui, Hemster-

sterhusiana analogia adjutus, eam quoque partem ad Graecam originem revocet, planissimeque demonstret, omnem Latinam linguam pulcrae matris Graecae pulcram filiam esse."

„ Sed mittamus origines. Quantum Hemsterhusio praesidii esse debuit in Graecae linguae scientia ad Latinos scriptores rectius intelligendos? Constat inter omnes, scriptores, quos diximus, maxime Poëtas, Graecam formam singulis prope verbis expressisse, et innumerabiles lepores veneresque ex Graecis fontibus nunc apertius, nunc occultius derivasse. Nec M. A. Muretus dicere dubitavit, *eos, qui Graeci sermonis expertes sint, ne Latine quidem scripta penitus percipere posse.* Jam si cogitatione tibi fingendus sit harum elegantiarum interpres, an doctiorem Hemsterhusio reperias? Ipse vir summus sese in Latinis intelligendis sic a Graecis adjuvari sentiebat, ut interdum negaret, Poëtas eos, qui se totos ad Graecorum imitationem contulissent, nominatim Propertium et Horatium, Graece imperitis valde placere posse. Adeo multa, quae venustissima et exquisitissima sint, eorum sensum intelligentiamque fallere. Omnibus igitur modis bene a majoribus constitutam rationem, qua utriusque linguae studium conjungeretur, tuebatur, ab eaque non semel descitum esse, vehementer dolebat. Sub ipsa Academiae incunabula Leidae bonas literas docuit Justus Lipsius, perfectus literis Latinis, Graecarum mediocriter peritus. Is dicere ausus est, Graecas literas homini erudito decoras esse, necessarias non item. Quod stultissimum dictum Isaaco etiam Casaubono (*b*), quo non

(*b*) Vide Casauboni Epistol. 291. et 294. et Lipsii Epist. 356. in Syllog. Burm. T. I. p. 376.

non fuit lenioris naturae Criticus, vehementer bilem movit. Sed bonum factum, quod tam perniciosa literis opinio nullas radices egit. Mox enim tanquam coelo missus Josephus Scaliger, cui Batavi prope omnem rectum ingenii cultum, quem ex eo tempore ceperint, si grati esse velint, acceptum referre debent, Scaliger igitur cum ceteras ingenuas artes, tum Graecas literas, earumque cum Latinis conjunctionem, in his regionibus fundavit. Scaligerana disciplina per Grotios, Heinsios, Gronovios, Graevios, et alios usque ad patrum nostrorum memoriam propagata est. Tum rursus plerique literatores, Graecis vel neglectis, vel leviter delibatis, in unis scriptoribus Latinis habitare coeperunt. Altero igitur Scaligero opus erat, qui Musas Graecas fugam parantes sisteret, atque iterum cum Latinis artissimo foedere consociaret. Is fuit Hemsterhusius: quo bonarum literarum tutelam suscipiente, brevi tanta rerum commutatio facta est, ut Athenae in Bataviam commigrasse viderentur, nec tamen quicquam de summo Latinarum literarum studio remitteretur."

Hactenus Ruhnkenius. Unum fortasse haud injuria doleas, viros illos Graecarum Latinarumque originum doctissimos, Hemsterhusium, Valckenarium, Lennepium, ceterosque ex illius schola egressos, de elegantiis his, in libris suis (maximo cum litterarum Graecarum et Latinarum Criticesque nobilioris emolumento editis) ad posteritatis memoriam vix quidquam transmisisse, praeter oppido paucas observationes Grammaticas et Etymologicas, quibus, ipsa veluti necessitate cogente, uterentur, ad obscuriores veterum scriptorum locos, phrasesve difficiliores, illustrandos. Cetera omnia viri illi summi servabant scholis privatis suis;

ſuis: ex quibus adeoque ingens fluxit obſervationum manuſcriptarum copia, (*dictata* vulgo vocant literarum ſtudioſi) in Homerum maxime, Euripidem, Ariſtophanem, Xenophontem, Aelianum, Aeſchinem, Lucianum, et varias Novi Teſtamenti partes, ex ore clariſſimorum virorum excepta, eaque ad literas has longe majori luce, quam hactenus adfulſerat, perfundendas, apprime commoda et propemodum neceſſaria.

Longe aliter inſtituerat immortalis magni Hemſterhuſii collega et amicus, Albertus Schultenſius, qui, inde ab edito aureo illo Originum Hebraearum opere usque ad luculentisſimarum ad Ill. Menckenium Epiſtolarum evulgationem, hoc est, per integros paene triginta annos, nihil fere aliud publice egit, quam ut vocabulorum orientalium origines, indeque repetitas phraſium proprietates, accurate explicaret, adſperſis pasſim quoque permultis egregiis obſervationibus, quae facerent ad Graecas Latinasque voces rectius intelligendas, difficillimosque ſcriptorum veterum explicandos nodos.

Quod quidem perpetuum fere ſcholae Hemſterhuſianae, de originibus vocabulorum, propriaque eorum ſignificatione, in ſcriptis publice editis, et aetatem laturis, ſilentium ut ſaepius tacito mecum miratus fui, ita unam hanc, probabilem fortasſe, ejus rei cauſſam videor invenisſe, quod, qua erant ſagacitate Hemſterhuſius, Valckenarius, Lennepius, et ceteri illi optimi viri, facile perviderent, exorturos fore, qui nobilisſimo hoc originum ſtudio, aut, prae nimio ejusdem amore, abuterentur, aut, praejudicatis opinionibus occoecati, et his ſacris minime imbuti, eidem protervius inſultarent, utilisſimaque inventa ridenda diſcipulis ſuis propinarent: quod utrumque utinam ex-

experta non esset, neque hodienum experiretur, schola Schultensiana!

Sed eo majores gratiae debentur viro illustri D'Ansenio de Villoison, eruditae Galliae egregio ornamento, atque ad has literas promovendas nato, quod (in Animadversionibus ad Longi Pastoralia, L. IV. p. 248.) silentium hoc ruperit, atque adeo cum Gallis suis, Hispanis, et Italis, primus communicaverit egregia quaedam Lennepii inventa Grammatica. „Atque hic quidem, inquit, (de futurorum temporum apud Atticos contractione agens) me nonnullam ab eruditis lectoribus gratiam initurum esse confido, si cum iis communicem, quae de hac futurorum et aliorum geminorum, ut putant, temporum forma, censuit Cl. Lennepius: cujus inedita in Graecae linguae analogiam Dictata vel pueris in Bataviâ notissima sunt, sed caeteras gentes, ad quas nunquam pervenerunt, et praesertim Gallos, Hispanos, et Italos omnino latent, quarumque adeo particula, hâc occasione datâ, proferenda est." Hactenus ille. Sequitur, eo loco, Excerptum ex Analogia Lennepiana, quod ipsum, posteaquam a Villoisono publicatum fuerat, tanti quoque momenti visum fuit alii, inter Brittannos Graece doctissimos, viro in primis erudito, Thomae Burgessio, ut idem illud, de Futurorum contractione, excerptum Lennepianum repeteret, in Adnotationibus ad R. Dawesii Miscellanea Critica, p. 371. hoc addito encomio: „ut notiora fiant, cum digna sint." Et haec quidem hactenus de studii Etymologici, Graeci in primis, hac aetate inter Batavos nostros, incrementis.

Alterum mihi propositum erat, ut dicerem quaedam de commodissima ratione, linguam Graecam, hujus-

que

que dialectum, linguam Latinam, alteram ex altera, et invicem quasi, illustrandi: in quo argumento nolim mihi succenseant doctissimi illi viri, qui cum Iusto Lipsio facere cupiant, viro *perfecto literis Latinis*, (ut Ruhnkenii mei verbis denuo utar) *at Graecarum mediocriter perito*.

Equidem sic censeo, totam fere Latinam linguam ita comparatam esse, ut non modo verba ejusdem, tantum non omnia, origines Graecas manifesto referant, (id quod in Indice Etymologico Latino, Lennepiano huic operi subjuncto, per inductionem singularum propemodum vocum Latinarum, demonstrare conatus sui:) verum etiam ut integra, qua late patet, conjugatio verbi Latini, ex conjugatione Graecorum (quam quidem aeque, ut in Linguà Latina unicam, non plures numero statuo) omnium optime possit illustrari.

Conjugationem, enimvero, unicam apud Latinos, aeque ac Graecos! ecquis magistellorum hic non rideat (c), di-

(c) *Ecquis magistellorum hic non rideat* etc.] Imitatur hic Cl. Scheidius quosdam viros doctos, qui, si quid novi et inauditi proferunt, *magistellorum* nomine eos appellant, qui dissentire et obloqui audeant. Id quo jure faciant, ipsi viderint. Scheidio quidem venia danda est, si, quod alii ante ipsum fecerunt, id sibi imitandum existimavit: ut, si cui animus esset, inventa ejus convellere, eum nominis contumelia ab hoc conatu deterreret. Ego tamen, quod pace tanti magistri dictum sit, quae hic de una conjugatione latina traduntur, an vera sint, vehementer dubito. Et si vel maxime vera sint; (quod tamen nullo modo probari potest) quam utilitatem ad linguam latinam aut rectius, aut celerius addiscendam, habeant, nescire me, lubens fateor. Mihi quidem multo simplicior et facilior recepta de quatuor conjugationibus, ope vocalium infinitivi discernendis, sententia videtur. Quam qui refellere conabitur, eum aliquanto firmioribus argumentis, quam sunt ea, quae in medium attulit Scheidius, uti oportebit. Nec conjugandi rationem ad certam analogiam puto revocari posse, nisi ab eo, cui anti-

dicamque violatae rei Grammaticae mihi scribat, homini in Orientalibus fortasse nonnihil versato, cum haec isti provincia obtigerit, at in Latinis Graecisque nimis multa nova molienti?

Neque tamen a veritate nimis abhorrere, quod modo innuebam, „ apud Latinos (nimirum si ad primam linguae formam attendas) *unicam* tantum esse, non plures, conjugationes," facile mihi daturos puto, quotquot ad incredibilem naturae simplicitatem (quae in linguis quoque potissimum regnet) respicientes, secum consideraverint, omnia Praesentia olim terminata fuisse

tiquissima verborum flectendorum ratio sit cognita. Flectendi enim verbi non eandem plane rationem ab ipsis linguae latinae incunabulis fuisse, quae posterius, sed sensim paulatimque aliquid ea in re mutatum esse, omnes mihi daturos confido. Idem enim in linguis, quae *vivae* dicuntur, videmus accidisse. Sed cum vetustissimam verbi latini declinandi rationem non satis cognitam habeamus: praestat, a conjugationibus ad certam analogiam revocandis manum abstinere, quam frustra laborare, commentisque, quae probari nullo modo possint, adeoque mera conjectura nitantur, lectoribus molestiam exhibere. Quod utinam eruditissimo Scheidio placuisset, nihil nisi cogitate scribere! Certe multa, quae nunc satis audacter proponit, omisisset. Nihil sane difficilius existimari debet, quam linguarum origo, et vera ratio. Qua in re qui conjecturis indulget, is saepe labatur, necesse est.

Sed, ut eo redeam, unde paulatim haec declinavit oratio; equidem sic statuo, quatuor esse in lingua latina conjugationes, ortas e Graecis verbis in αω, εω, et ιω: ita ut exeuntia in αω primam dederint conjugationem; in εω secundam; tertiam et quartam in ιω. Etenim, cum infinitivi multorum verborum revera penultima syllaba inter se differant; cumque praeterea etiam declinandi quoddam sit discrimen: cur ad unam conjugationem omnia revocari necesse sit, non video. Neque haec de quatuor conjugationibus sententia, quia vetus est, ideo minus vera videri debet. Ut enim nova inventa non continuo, quia nova sunt, vera existimari oportet; sic nec quidquid vetustum est, eam ipsam ob causam contemni, par est.

fuisse in o, omnia Praeterita in vi, aut i (*d*), omnia supina in tum (*e*), omnes Infinitivos in re.

Tabella conjugationis simplicissima haec esto:

Amo,	amavi,	amatum,	amare;
Deleo,	delevi,	deletum,	delere;
Peto,	petivi,	petitum,	petere,
Audio,	audivi,	auditum,	audire.

Verissimum quidem est, in conjugatione, vulgo dicta, *secunda*, magnam vim Praeteritorum dari, in ui desinentium, Supinorum item, terminatorum in itum, vel et in ctum (*f*), uti v. gr.

Debeo,	debui,	debitum,	debere;
Doceo,	docui,	doctum,	docere:

At in Praeterito illo perfecto, non, nisi adhibita contractione, veteres dixisse *docui*, pro *docevi* (*g*), *debui* pro *debevi*, vel me tacente, satis apparebit, modo attendatur ad normam sermonis in *oleo*, *olui*, *olere*, quod quum in composito quodam sit *olevi*, et *olui* (*adoleo*, *adolevi* et *adolui*, *adolere*) ecquis dubitet, in simplici forma etiam evi olim habuisse; ut ex olevi, nempe, vocali e extrita, factum sit olui: atque ita *oboleo*, *obolui*, pro *obolevi*. Forma vetus superest non tantum

in

(*d*) *Omnia Praeterita in* vi, *aut* i] Caute addidit *aut* i. Neque enim omnia in *vi* exisse, certum est.

(*e*) *Omnia supina in* tum] Hoc probandum fuerat. Mihi quidem verum non videtur.

(*f*) *In* itum, *vel et in* ctum] Etiam in sum, v. c. *Rideo*, *risi*, *risum*; *haereo*, *haesi*, *haesum*; *prandeo*, *prandi*, *pransum*; *spondeo*, *spopondi*, *sponsum*, etc.

(*g*) *Veteres dixisse* docui, *pro* docevi] Haec ut vera esse, fateamur; quid tandem facias praeteritis, aliter exeuntibus, qualia v. c. sunt risi, a *rideo*; haesi, ab *haereo*; prandi, a *prandeo*; luxi, a *luceo* et *lugeo*? etc. An etiam haec ex *evi* contracta existimemus? Equidem, qua ratione id fieri potuerit, non satis perspicio.

in *deleo*, *delevi*; et in *oleo*, *olevi*, quae diximus, ejusdemque compositis aliquot, *adoleo*, *adolevi*; *exoleo*, *exolevi*; *obsoleo*, *obsolevi* cet., verum etiam in *fleo*, *flevi*; *impleo*, *implevi*; *repleo*, *replevi*; *neo*, *nevi*; *vieo*, *vievi*: quorum indicium Grammaticae Vossianae grati debemus.

Progrediamur ad conjugationem, quae *tertia* vulgo dicitur; ubi illud tamen reticendum non est, quod, ex Charisio, docuit magnus Vossius (De Analogia, Libr. III, c. 18.) Comminianum, Grammaticum veterem disertissimum, statuisse, „ conjugationes apud Latinos esse tres, primam, ut *amo*, *amas*; alteram, ut *video*, *vides*; tertiam, quae interdum producte, interdum correpte, terminetur, ut *lego*, *legis*, *audio*, *audis*." Quae quidem ultima observatio si vera sit, mox inde consequetur, etiam in *tertia* ista conjugatione, aeque ac in *quarta*, tempora Praeterita perfecta olim in IVI terminari potuisse (*h*). Itaque qua lege, in *quarta* vulgo dicta, flecti solebat,

Audio, | audivi, | auditum, | audire;

eadem lege et in *tertia*, dixisse veteres oporteret,

Peto, *pro* petio, | petivi, | petitum, | petere.

Neque desunt hic nobis complura exempla formae plenioris (*i*):

Cupio, | cupivi, | cupitum, | cupere.
Sapio, | sapivi *et* sapui, | sapere.

Te-

(*h*) *Olim in* IVI *terminari potuisse*] Hoc inde non sequitur.

(*i*) *Neque desunt hic nobis complura exempla formae plenioris etc.*] *Cupio* antiquitus quartae fuisse conjugationis, patet ex Lucretio, cujus versus 72. libri 1. est: (*confringere ut arcta*) *Naturae primus portarum claustra* cupiret. Eadem haud dubie ratio est omnium verborum, quae praeteritum in *ivi*, supinum in *itum* faciunt; ut haec Scheidium nihil juvent.

Tero, *pro* terio,	trivi, *pro* terivi,	tritum, *pro* teritum,	terere;

Rudo, *pro* rudio, | rudivi *et* rudi, | rudere.

Ex quibus vel leviter inſpectis, facile ſuſpiceris, formam antiquam Praeteritorum perfectorum, et in *tertia* hac, quam dicunt, conjugatione, olim deſiiſſe in IVI, at, contractione facta, pro iſto IVI, in multis exſtitiſſe terminationem in II, et I. Itaque, quemadmodum, pro *laceſſivi*, dixerunt *laceſſii*, *laceſſi* (*k*); pro *capeſſivi*, *faceſſivi*, *inceſſivi*, *capeſſi*, *faceſſi*, *inceſſi*; ita et, pro *fugivi*, *fugii*, tandem *fugi*, videntur pronuntiaſſe.

De induſtria ſuperius dixi, „ omnia Praeterita olim terminata fuiſſe in VI, aut in I," et paullo infra, „ tempora Praeterita perfecta in tertia conjugatione olim etiam in IVI terminari *potuiſſe*." Minime igitur exiſtimandum est, ea omnia, me quidem judice, in IVI terminata vere fuiſſe. Quorſum haec cautio pertineat, apparebit ex ſequentibus.

Sed pergamus ad *ſupina*, quae vocantur; quorum ratio etſi in *prima* et *quarta*, vulgo dicta, conjugatione perfacilis est, et obvia: in *ſecunda* tamen et *tertia* difficultate non caret. At uno ictu omnes dubitandi anſae facile praecidentur, dummodo obſervaveris, ſupina *doctum* et *partum* (quae et tanquam paradigmata ſupinorum, in *ſecunda* et *tertia* conjugatione, poni poſſint) per eliſionem quandam et contractionem fuiſſe enata, ex *docetum* et *paritum*. Formae veteris in *ſecunda* conjugatione exempla bene multa ſuperſunt, *deletum*, *fletum*, *impletum*, *repletum*, *adoletum*, *exoletum*, *obſoletum* etc. deſcen-

(*k*) *Pro* laceſſivi, *dixerunt* laceſſii, laceſſi etc.] Ipſe viderit Scheidius, an praeterita *capeſſi*, *laceſſi*, *faceſſi*, apud bonos ſcriptores occurrant.

descendentia quippe a verbis, supra jam memoratis, *deleo*, *fleo*, *impleo*, *repleo*, &c.; in *tertia* vero conjugatione similiter supersunt *cupitum*, *tritum*, *ruitum*, et *litum*, a *cupio*, *tero* pro *terio*, *ruo*, et *lino*, sive antiquo *lio*: quin, et ipsum vetus illud *paritum*, aeque ac *partum*, olim in usu fuisse, doceat Participium futurum *pariturus*, ex ipso Cicerone a Vossio laudatum. Addi possunt alia nonnulla exempla, similiter contracta, *factum* pro *facitum*, a *facio*, *captum* pro *capitum* a *capio*, *jactum* pro *jacitum* a *jacio*. Ex quibus hoc saltem certissime efficietur, quod supra posuimus, verborum Praeterita olim terminari potuisse in *avi*, *evi*, *ivi* (*l*); Supina vero in *atum*, *etum*, *itum*.

Verum inde et aliud elici jam potest consequens, haud minus in rem nostram utile: vocales istas *a*, *e*, et *i*, in *avi*, *evi*, *ivi*, atque in *atum*, *etum*, *itum*, nihil omnino facere ad discrimen ipsius conjugationis, atque solas (uti in Hebraicis institutionibus loqui solemus) *diversas species* unius illius et antiquissimae conjugationis constituere: quae conjugatio *Praesentia* sua tempora habuerit terminata in *o*, vel in *mi* (ut mox infra dicturi sumus) *Praeterita* porro in VI, cum digammate Aeolico praefixo, pro FI, *Supina* in TUM (*m*), *Infinitivos* denique in RE.

Sed,

(*l*) *Olim terminari potuisse in* avi, evi, ivi; *Supina vero in* atum, etum, itum.] Concedo; sic terminari potuisse. Sed quid hoc ad rem? Quid attinet scire, sic potuisse terminari? Revera sic fuisse terminata, probandum fuerat. Quod mihi quidem verisimile non videtur.

(*m*) *Praeterita porro in* vi — *supina in* tum etc.] Hoc, ut supra jam dixi, probandum fuerat. Quod cum Scheidius non fecerit: liceat mihi dubitare, an id, quod Vir doctissimus sibi persuaserat, verum sit. Equidem vix credo, omnia praeterita et supina olim eodem modo terminata fuisse. Quae si eosdem exitus habuere: mirum sane est, recen-

Sed, antequam pergamus, duo, triave adhuc monenda sunt, huc usque, quod sciam, nondum ab aliis observata. Primum esto, Praesentia tempora (paucissimis fortasse exceptis verbis) in *prima* illa, quae dici solet, conjugatione, non in o simplex, sed in o contractum ex AO, terminata olim fuisse: ut, nimirum, AMO sit pro AMAO, non aliter, quam apud Graecos est, βοῶ, pro βοάω, γελῶ, pro γελάω, κλῶ pro κλάω &c. Itaque comparatione instituta inter utramque linguam, Graecam et Latinam, facile jam elucescet, Latinorum ARO, ARAVI, idem plane esse ac Graecorum ἀρῶ, pro ἀράω· AESTIMO (ut *Vossio*, aliisque placuit) patebit compositum esse ex *aes*, et *timo*, τιμῶ, pro τιμάω· *exantlo* vero dici pro ἐξαντλάω, compositum cum ἀντλάω· atque ita in innumeris paene aliis, uti v. gr. in ipso *boo*, βοῶ, pro *boao*, βοάω· *cremo*, pro *cremao*, κρημάω· *domo* pro *domao*, δαμάω· *fello*, sive *felo*, pro *felao*, Φηλάω, sive θηλάω·

Neque reclamat analogia ceterarum (quas nuncupare solent) conjugationum aut conjugationis specierum; sed eam rem potius quam certissime confirmat. Uti enim a *docere*, neglecta terminatione RE, adscitoque *o*, tanquam adformante personae primae, enatum est *doceo*,

ao-

centiores tantopere ab analogiae legibus, quas primi linguae conditores constituissent, recessisse, ut plurimis praeteritis supinisque alias terminationes dando, omnem analogiam tollerent. Nunquam persuaderi mihi poterit, talem analogiam, qualem Scheidius, Scheidiique causam tuentes volunt, olim in lingua Latina viguisse. Quae quidem analogia si in nulla linguarum, quae *vivae* vocantur, apparet: cur quaeso, in linguis, quae *mortuae* dicuntur, unquam fuisse, credamus? Linguae non formatae sunt a viris Sapientibus; sed major pars usui loquentium, vulgique adeo, debetur: ut mirandum non sit, si omnia ad analogiae leges exigi non possint.

doceo, ab *audire*, *audi*, *audio*: haud aliter ab *amare*, exortum est *ama*, *amao*, contractum deinde in AMO.

Alterum observatum esto: verba Activa Latinorum antiquiora non in o solum, sed etiam in MI, sive potius in M, ex MI contractum, terminata fuisse. Itaque, quemadmodum Graeci dixerunt φάω et φαμὶ, Dorice pro φημὶ, ita Latini veteres non tantum usurparunt suum *fao*, *fo* (unde *for*, *fari*) sed etiam *fami*, sive *quami*, unde superest compositum ἔνφαμι *inquami*, quod, contractius, INQUAM fuit pronunciatum. Plura hujusmodi infra recurrent.

Tertium denique succedat observatum: verba Passiva Latinorum veterum (praeter terminationem, Latinis consuetam, in OR) etiam alteram in MAI habuisse, unde Participium Latinum Passivum ortum est, in MENOS, sive MENUS, terminatum: haud aliter atque a τύπτω, τύπτομαι, est τυπτόμενος. Exempli loco sit nomen *Vertumnus*, sive *Vortumnus*. Quid enim, quaeso, hoc aliud est quam *vertomenus*, a *verto* sive *vorto*, *vortomai*? unde et *fortuna* (quasi *fortumna*, ut Perizonio placuit) pro *fortumena*, ab eodem *Ferto*, siue *verto*. Cui addas licet *auctomnus*, pro *auctomenus*, ab *aucto*, *auctomai* &c.

Argumenti, ni fallor novi, jucunditas, in patentiorem campum me deduxit quam, ingressu qualiscumque hujus scriptionis, decurrere destinaveram. Itaque bona cum venia lectoris mei rem adhuc altius repetere mihi liceat, aperteque magis et simpliciter profiteri, linguam Latinam non adeo de Graeca ductam esse, quam potius, ipsam totam esse Graecam (*n*), non in ver-

(*n*) *Totam esse Graecam*] Scheidianam probantes rationem

verbis tantummodo (quod alii jam docuerunt) aut in nominum declinationibus, quae vocantur, sed in ipsis adeo verborum conjugationibus. Hoc vero ubi plenius paullo demonstravero, verissimum quoque esse apparebit id, quod supra satis audacter dixeram „ apud Latinos non secus, atque apud Graecos, unicam tantum dari conjugationem."

Nimirum verba simplicia Latinorum (non aliter quam in lingua Graeca) aut *bilitera* sunt, aut *trilitera*, aut ad summum *quadrilitera*. Quae a sono efficta sunt, ut *coaxo*, *murmuro*, et similia (sicuti apud Graecos) de hoc numero sunt eximenda.

Quemadmodum igitur in Graeca lingua, ex *Lennepii* observatis, dari constat *quinque* biliteras formas:

ἄω, ἔω, ἴω, ὄω, ὔω,

olim etiam in μι terminatas, ut

ἄμι, ἔμι, ἴμι, ὄμι, ὔμι·

haud aliter apud Latinos (origine quippe sua Graecos, sed diversas duntaxat literarum figuras, ex Graecorum

* ta-

nem, non difficile est, omnia prorsus latina vocabula, nullo excepto, ad Graecas origines revocare. Nihil enim facilius, quam Graecum Vocabulum, unde latina vox ducatur, confingere. Etsi autem negari non potest, majorem linguae latinae partem e Graeca lingua fluxisse, cum satis constet, colonos Graecos in Italiam deductos esse: tamen, quia antiquissimos Italiae incolas omnes Graecae fuisse originis, probari non potest; totam linguam latinam e Graeco fonte derivatam, certis argumentis ostendi nequit. Hinc apparet, quam caute in vocum originibus scrutandis progrediendum sit. Ceterum, quod Schefdius affirmat, *linguam Latinam non adeo de Graeca ductam esse, quam potius ipsam totam esse Graecam, non in verbis tantummodo — aut in nominum declinationibus, quae vocentur, sed in ipsis adeo verborum conjugationibus*; id haud dubie, ut novi inventi gloriam ferret, idcirco dixit, quia ante ipsum dictum nondum fuerat; ita autem probat, ut ludere potius, quam serio agere videatur.

tamen literis propagatas, adhibentes) fuisse conjicio quinque verba biliterа:

ao, eo, io, oo, uo,

vel et cum terminatione *mi* prolata,

ami, emi, imi, omi, umi:

aut contracte potius, ut fieri solebat, pronunciata,

am, em, im, om, um.

Cave hic te deludi existimes, mi lector: nam etiamsi ceterae nostrae hypotheses falsae essent, hoc tamen longe foret certissimum, priscas istas stirpes biliteras, *ao, eo, io, oo, uo*, in lingua Latina adhucdum conspicuas esse, si minus in forma earumdem primigenia, at certe in forma recentiori, et leviter tantummodo inde variata.

Quid enim, quaeso, aliud est Latinum FAO, unde, *fo* et Depon. *for* effictum est (quemadmodum *flo* et *flor*, *flaris*, sunt a *flao*, *flo*, φλάω, φλῶ) quid igitur aliud est Lat. *fao*, atque Gr. φάω, sive Fάω, praeposito digammate Aeolico, effictum ex ἄω, sive AO? Vide hic Etymologicum nostrum in Φάω, comparato simul ipso verbo Ἄω. Ab ἄω certe isto superest, obvium toties apud Homerum, ἦ, i. e. *dixit*, non sane pro φῆ, et hoc pro ἔφη, a φημὶ (*n*), (ut male existimari solet) sed pro ἦε, ab ἤεον, ἤεες, ἤεε, Praeterito Imperfecto verbi ἄω: uti in Analogia perspicue docuit Lennepius. Ab eodem isto ἄω, *ao*, etiam formatum fuisse Latinum AJO, hoc est ἀΐω, ecquis cum ratione dubitet?

Alterum primitivum EO, ἔω, manifesto superest non tantummodo in ipso verbo EO, *is*, *ire*, EUNT, sed etiam in (Futuro verbi *sum*) ERO, ERIS, ERIT. Id ve-

(*n*) *Sed pro* ἦε, etc.] Imo ἦ est a verbo ἠμί, ut φῆ, pro ἔφη, a φημί.

veteres pronuntiabant ESO, ἔσω; (quod dedit ἔσομαι) unde novum quoque verbum ductum est *eso*, *esere*, ex quo superest infinitum ESSE, pro *esre*, *esere*, plane uti ex *velre*, pro *velere*, est *velle* &c.

Tertium primitivum IO, ἴω, quis non statim agnoscat in Infinitivo IRE, et in personis obliquis Praesentis verbi, *eo*, *is*, *it*, *imus*, *itis*, *eunt*; in Imperfecto quoque IBAM; in Perfecto IVI; in Imperativo I, vel ITO &c. Ex quo quidem *io* Latinis, cum Digammate Aeolico praeposito, quoque usitatum fuit verbum Substantivum FIO.

Quartum primitivum OO, ὄω, clare etiam deprehendas in Fόω, unde orta *forem*, *fores*, *fore*. Inde quoque fluxit ovo, unde *ovis*, ὄϊς, *oFis*, nec non *ovum*, ὠὸν, ὠϝὸν etc.

Quintum denique UO, ὕω, superest in *Fuo*, ut oo in *Foo*, *forem* &c. Unde enim alioqui fieri potuisset, ut verbo SUM (efficto ex SUMI, ut statim sumus dicturi) adjungerentur Praeteritum Indicativi *fui*, pro *fuvi* et Imperfectum Subjunctivi *forem*, *fores*, *foret*, Infinitivus item *esse*, et Praesens Subjunctivi *sim*? nisi *fui* repetendum esset ab ὕω, UO, ut *esse* enatum diximus ex ἔω, EO; *fio* ab io; *forem* a *foo*, pro oo?

Verum, inquies, quamvis tibi dederim, *quinque* verba ista, quae dixisti, *ao*, *eo*, *io*, *oo*, *uo*, in remotissimis linguae, sive Latinae sive Graecae, originibus, tanquam stirpes quasdam fingendas nobis esse, unde numerosissima verborum soboles succreverit; quibus tandem rationibus tu mihi persuadebis, Latinos illos antiquissimos alias quoque eorundem verborum formas in *mi*, vel in *m*, terminatas, *ami*, *emi*, *imi*, *omi*, *umi*, id est contractiores in *am*, *em*, *im*, *om*, et *um*, olim frequentasse?

Difficilior, fateor, mihi hic quidem accidit probatio, quum de quinque illis, *ami*, *emi*, *imi*, *omi*, *umi* aut duae aut tres formae, *ami*, *emi*, *omi*, ita plane intercidisse videantur, ut vix earum vestigia nunc possis agnoscere. Neque tamen de reliquis desperandum est: modo cogitemus, litera S, loco spiritus, ab initio vocis posita, pro *imi*, et *umi*, postea *simi* et *sumi*, sonari oportuisse. Ecquid vero τὸ *simi*, et, contractum hujus, SIM; *sumi* item, et abbreviatum SUM, aliud nobis exhibent, quam *tempora Praesentia* Subjunctivi et Indicativi in eodem illo verbo Substantivo, SUM, FUI, ESSE, adscita? Quid? quod ea ratione facile nobis constabit integri verbi SUM, per omnia sua tempora, flectendi ratio?

Hoc enim pacto prima Praesentis Indicativi persona erit SUM, pro *sumi*, ab *umi*: Imperfecta autem ERAM, ESSEM, et Futurum ERO, repetenda erunt ab EO: Perfectum FUI, indeque derivata tempora, *fueram*, *fuero*, *fuerim*, *fuisse*, descenderint a *Fuo*, pro *uo*: Praesens Subjunctivi SIM, pro *simi*, erit ab *imi* (*p*); Imperfectum denique FOREM, a *Foo*, pro *oo*: quod ipsum FOO Infinitivo Praesens suum quoque dederit FORE; quemadmodum alterum EO, sive potius obsoletum, at productius tamen, ἔσω, ESEO, ex se praebuerit τὸ *esere*, *esre*, *esse*, ultima consonante priori adsimilata, ut in *velle* pro *velere* &c. Patebit quoque ex hactenus disputatis, solam formam AO, vel *ami*, ab ea verbi Substantivi efformatione exclusam fuisse:

ni-

(*p*) SIM, *pro* simi, *erit ab imi.*] Non opus est *sim* repetere a commenticio illo *imi*. Subjunctivum olim in *im* exisse, saltem in tertia conjugatione, satis apparet ex *velim*, *nolim*, *malim*, *duim* etc. quae passim occurrunt. Itaque a *sum* formatum est *sim*, non ab *imi*.

nisi forte suspicari malis, propter soni convenientiam (quae inter O et A obscurius pronunciata deprehendatur) formas AO et OO, aut in vicem permutatas, aut pro iisdem acceptas fuisse.

Progrediamur jam ad recensionem reliquarum formarum verbi, maxime simplicium, sive *triliterarum*, quas, ex mente *Hemsterhusii* et *Valckenarii*, (Analogiae Cap. XII, p. 167.) exhibuit Lennepius. Sunt vero hae (si literas Alphabeti simpliciores adhibeas, B, C, D, G, L, M, N, P, R, S, T, easdemque literas ab initio praeposueris) numero quinquaginta quinque:

Bao,	beo,	bio,	boo,	buo:
Cao,	ceo,	cio,	coo,	cuo:
Dao,	deo,	dio,	doo,	duo:
Gao,	geo,	gio,	goo,	guo:
Lao,	leo,	lio,	loo,	luo:
Mao,	meo,	mio,	moo,	muo:
Nao,	neo,	nio,	noo,	nuo:
Pao,	peo,	pio,	poo,	puo:
Rao,	reo,	rio,	roo,	ruo:
Sao,	seo,	sio,	soo,	suo:
Tao,	teo,	tio,	too,	tuo.

Sin vero easdem undecim Alphabeti antiquissimi consonantes in medio duarum vocalium collocaveris, alias quinquaginta quinque formas inde enasci deprehendes;

Abo,	ebo,	ibo,	obo,	ubo.
Aco,	eco,	ico,	oco,	uco.
Ado,	edo,	ido,	odo,	udo.
Ago,	ego,	igo,	ogo,	ugo.
Alo,	elo,	ilo,	olo,	ulo.
Amo,	emo,	imo,	omo,	umo.

 Ano,

Ano, eno, ino, ono, uno.
Apo, epo, ipo, opo, upo.
Aro, ero, iro, oro, uro.
Aſo, eſo, iſo, oſo, uſo.
Ato, eto, ito, oto, uto.

Taceo jam, in ſuperiori illa claſſe, pro *bao*, *beo*, *bio*, *boo*, *buo*, antiquisſimam linguae normam etiam praebuisſe quinque formas, *bami*, *bemi*, *bimi*, *bomi*, *bumi*. Sed hujus quidem poſterioris formae, in *mi*, uberior demonſtratio nobis ad ulteriora ſervanda est.

Tu vero, lector fontium linguae detegendorum cupide, paullo attentius quaeſo, hic, inſpice agmen illud CX, quae expoſuimus, *verborum triliterorum*, ſive malis ea Latina, ſive Graeca appellare. Latina quidem hoc in cenſu nobis Graeca ſunt: Graeca ſunt Latina. Una lingua est: diverſae ſunt dialecti. Aut ego vehementer fallor, aut oculis jam ipſe tuis multas hic agnoſces, ſive uſitatas adhuc, ſive obſoletas, ſtirpes Latinas: et vel ſic tamen, haud ignobilem harum ſupereſſe progeniem, nullus negabis.

Itaque de priori illa claſſe *quinquaginta* et *quinque* verborum, a conſonante aliqua incipientium, quae diximus, *bao*, *beo*, *bio* cet. commune ſermonis antiquioris naufragium vix evasiſſe deprehendimus *ſex* verba:

cio, *civi*, *citum*, *cire*;
do (pro *dao*) *dedi*, *datum*, *dare*;
luo, *lui*, *luere*;
neo, *nevi*, *netum*, *nere*;
ruo, *rui*, *rutum*, *ruere*;
ſuo, *ſui*, *ſutum*, *ſuere*.

Quae his addenda videri posſint, *beo*, *beavi*; *lio*, *liavi*; *meo*, *meavi*; *pio*, *piavi*, meo quidem judicio ad

deri-

derivata potius pertinent. Sunt enim per contractionem formata pro *beao*, *liao*, *meao*, *piao*, unde facta sunt *beo*, *lio*, *meo*, *pio*, ut Graeca βοῶ pro βοάω &c.

Sed ad eandem classem insuper referenda sunt, non ipsa quidem in lingua Latina servata, sed ex compositis cum praepositione *imbuo*, *induo*, *deleo* haud dubie restituenda:

buo, *bui*, *butum*, *buere*;
duo, *dui*, *dutum*, *duere*;
leo, *levi*, *letum*, *lere*;

quibus si adjunxeris ea, quorum in derivatis formis vestigia sunt, hic illic, certissima, permagnus sane numerus *thematum triliterorum* hujus classis, secundum linguae analogiam, restitui poterit. Quod antequam brevissime facere adgrediamur, in memoriam lectoribus meis revocanda sunt ea, quae de *verbis quadriliteris*, de *verbis derivatis proximis*, et *secundariis*, sive *productioribus*, ceterisque huc pertinentibus, in Analogia linguae Graecae (Capp. XII–XV.) perspicue docuit cel. Lennepius; quae fere omnia ad linguam Latinam, (modo Graeca verba ibidem descripta, elementis Latinis repraesententur) nullo negotio transferri possunt.

Age, igitur, hujus rei specimen quoddam capiamus. Audacter dico, bene multa verba primitiva, a nobis superius (p. XXI.) descripta, at in lingua Latina deperdita, ex formis derivatis, quas diximus, certissima lege posse restitui, et quasi postliminio revocari.

Stirpem BAO *f.* βάω revera olim exstitisse in fundo linguae Latinae, probat inter alia vox *baculus*, deminutiva a *bacus*; manifesto quippe ducta a βέβαα. Vide de hac et sequentibus omnibus, si tanti est, Indicem Etymologicum. Alterum *beo*, βέω, vestigium

sui reliquit in *beao*, *beo*, de quo supra diximus. Tertium *blo*, *βλώ*, superest in *bito*, *bitere*; nisi fortasse *b* hoc, ab initio, pro adscititio elemento habeas, ut stirps proprie sit IO, unde *bio*, *bito*. Bao, *βάω*, derivatum nomen dedit *bos*, *bovis*, *βοῦς*, *βοῦς*. *Buo*, *βύω*, produximus jam supra ex *imbuo*, certissime inde composito.

Eodem jam tramite pergere nobis licebit, ut priscas verborum stirpes, derivatarum formarum ope, repræsentemus.

CAO, *κάω*, superest in *cavo*: CEO, *κέω*, in *cedo*, et in *cevco*: COO, *κόω*, in *coxa* et *coxa*: CUO, *κύω*, in *cumus*, *cumulus*, *cutis* &c.

DEO, *δέω*, in *deceo*, *decet*, a *δέω*, *δέδεκα*: DIO, *δίω*, in *dico*: DOO, *δόω*, in *dono*, ut DAO in *dano*, atque ita deinceps.

GAO, *γάω*, in *ganea*, *ganeum*: GEO, *γέω*, in *geno*: GIO, *γίω*, in *gingiva*, pro *gigiva*: GOO, *γόω*, in *gomphus*.

LAO, *λάω*, in *lana*: LOO, *λόω*, in *lorum*. MAO, *μάω*, in *mater*: MIO, *μίω*, in *mina* (q): MOO, *μόω*, in obsol. *movo*, *moveo*: MUO, *μύω*, in *mutus*. NAO, *νάω*, in *natus* (r): NIO, *νίω*, in *niter*: NOO, *νόω*, in *nosco*, *novi*.

PAO.

(q) Mio, *μίω*, *in* mina.] Cur non potius in *minuo*? Quis pro certo affirmare ausit, *mina* originis esse Graecae?

(r) NAO, *νάω*, *in* natus.] Cur non potius in *nascor*, unde *natus* descendit, contractum ex *nascitus*? Etenim si *Nao* latinum fuerit verbum; (de quo vehementer dubito) *nascor* quin inde descendat, dubitari non potest. Sed omnia ista verba trilittera, quae ponit Scheidius, usitata olim apud Latinos fuisse, mihi quidem verisimile non videtur. Quia nonnulla recepta esse, constat; indene sequitur, nullum Graecos habuisse verbum trium litterarum, quin Latini suum fecerint? Mihi quidem non videtur; nec, ut hoc utar, ullam esse puto necessitatem credendi, *Cao*, unquam in lingua Lati-

PAO, πάω, in *pasco*, *pavi*: PEO, πέω, in *penus*, *penis*: POO, πόω, in *posco*: PUO, πύω, in *puteo*, *puteus*. RAO, ῥάω, in *rado*: REO, ῥέω, in *remus*: RIO, ῥίω, in *rivus*: ROO, ῥόω, in *robur*. SAO, σάω, in SANUS: SEO, σέω, in *seta*: SIO, σίω, in *sino*, *sivi*: SOO, σόω, in *sono*. TAO, τάω, in *tuma*, *taceo*: TEO, τέω, in *temo*. TIO, τίω, in *timeo*: TOO, τόω, in *tomacula*.

De altera classe *primitivorum triliterorum*, (supra recensitorum p. XXI, et seq.) quorum, nempe, in initio (s) aliqua undecim literarum consonantium habetur, quamque itidem LV verba in se comprehendisse dixi-

tina v.guisse, quamvis *Cado* et *cavi* inde repeti possint. Latini enim a κάω, Graeco verbo, inserto *d*, potuerunt formare *Cado*; digammate aeolico interposito, *cavo*. Idem de aliis hujusmodi vocabulis dictum accipiatur. Sic, v. c. nec ex voce *Mater*, effici posse, *Mao*, latinum fuisse vocabulum, vel me tacente, intelligitur; cum *Mater* a Graeco μήτηρ, Aeol. μάτηρ, repetendum esse, certissimum sit. Quis, quaeso, si persuadeat, Latinos, linguam suam e Graeca formantes, easdem sibi praescripsisse leges, quas Graeci secuti essent? Imo, ne verum quidem videtur, totam linguam latinam e Graeco fonte manasse; sed probabile est, multas voces ex antiquissimorum Italiae incolarum sermone in lingua latina remansisse. Ceterum, quidquid sit, illud certum videtur, cum lingua latina nasceretur, multa jam trium verba litterarum apud Graecos ex usu cecidisse, ut Latini recipere non potuerint, nisi ea, quae etiamnum in usu essent. Et ne Graecam quidem linguam eo modo, quo hic traditur, factam esse, ita demonstrari potest, nullus ut dubitandi relinquatur locus. Quam ita formatam esse, si vel certissime constaret: tamen de multorum latinorum vocabulorum, quae hic a Graecis trilitteris repetuntur, noratione dubitari possit. Non enim sufficit, esse soni quandam convenientiam: significationis quoque vinculum intercedat, oportet; sine quo omnis derivandi labor inanis est. Ceterum Scheidiana ratio hoc commodi habet, quod viam monstrat, qua omnes voces latinae facile ad Graecas origines revocari possint. Facillimum enim est, verba trilittera, unde voces latinae ducantur, fingere.

(s) *In initio.*] Lege: *in medio.*

diximus, adhuc supersunt integra, ni fallor, VI verba:

ico, *edo*, *ago*, *alo*, *emo*, *uro*:

quin et *uto*, *utis* (pro quo postea, Deponentis verbi forma, *utor* invaluit) usitatum olim fuisse, docet Priscianus L. VIII, p. 799. Accedunt e productioribus, per vocalem (ante terminationem O positam) verba VI alia ejusmodi:

oco, sive *occo*, pro *occao*; *amo*, pro *amao*, quod et pronunciatum fuit, fortasse, *abo*, pro *abao*; *aro*, pro *arao*; *aso*, sive *asso*, pro *assao*; *oro*, pro *orao*.

Ex quibus igitur LV. vix XII. naufragium commune evasisse dixeris. Quo melius consultum fuit linguae Latinae, quod, qua lege in superiori illa classe, ne unicam quidem stirpem desiderari ostendimus, quae ex derivatis productisve vocum suarum formis repraesentari nequeat: ita et hoc in ordine paucissimae tantum stirpes desiderari videantur, quae tamen et ipsae ex vocabulis, verisimiliter admodum inde derivatis, linguae Latinae reddi possint, et postliminio sedibus suis restitui. Hic tamen statim ab initio observandum est, Latinos illos veteres, pro *abo*, *ebo*, *ibo*, *obo*, *ubo*, (si quidem primam hanc ejusmodi verborum seriem vere admiserint) litera *b*, tanquam *v* pronunciata, videri quoque dixisse *avo*, *evo*, *ivo*, *ovo*, *uvo*.

Hoc quidem pacto (*i*) superstitia verba habebimus: ABO s. AVO, ἄβω, in *aveo*: EBO, ἔβω, in *ebulum*: IBO, ἴβω, in *ibex*: OBO, ὄβω, ipsum fortasse thema, in OVO, pro *ovao*: UBO, ὔβω, in *uber*.

ACO, ἄκω, in *aceo*: ECO, ἔκω, in *ex*, ἐξ, pro *ecs*, *ecos*,

(1) *Hoc quidem pacto* etc.] Haec omnia incerta sunt, et una soni quadam similitudine nituntur.

εcos, ἔκος; similiter in *ec*, pro *ecs*: UCO, ὔκω, apud Graecos in ὔκως, ὔκυς, ὠκαλέος. ADO, ἄδω, in *ador*: IDO, ἴδω, in *idus*: ODO, ὄδω, in *odor*: UDO, ὔδω, in *udus*. EGO, ἔγω, in *egeo*: IGO, ἴγω, in *ignis*: OGO, ὄγω, apud Graecos, in ὄγμος, aliisque: UGO, ὔγω, ipsum forte Latinorum *fugo*. ELO, ἔλω, in *elementum*, in *velum*, et *velle*, pro *velere*, *v* praefixa: ILO, ἴλω, in *ile*, *ilia*: OLO, ὄλω, in *olus*, quin potius in *volo*, *volvo*: ULO, ὔλω, in *ulva*, *sylva*. IMO, ἴμω, in *imus* (*u*), *fimus*, *fima*, *fimum*: OMO, ὄμω, in *vomo*, *omentum*: UMO, ὔμω, in *humus*.

ANO, ἄνω, in *anas*, *anus*, *annus* (*v*): ENO, ἔνω, in *seneo*, *senex*: INO, ἴνω, in *inae*, nisi ipsum quoque sit verbum *sino*: ONO, ὄνω, in *onus*, *honor*: UNO, ὔνω, in *unus*, *unio*. APO, ἄπω, in *apis*, *apiscor*, *aptus*: EPO, ἔπω, in *epulum*, et in *equus*, Gr. ἵππος: IPO, ἴπω, in Graecorum ἶπος, ἵππος, cognato Lat. *equus*: OPO, ὄπω, in *opus*, *opto*, quin et in *oculus*, *p* et *c* permutatis: UPO, ὔπω, in ὑπὸ, et Lat. *sub* pro *sup*. ERO, ἔρω, in *ervum*, aut in ipso verbo *fero*: IRO, ἴρω, in *iris*. ESO, ἔσω, in *esus*, *esca*: ISO, ἴσω, in Gr. ἶσος: OSO, in *ostium*: USO, ὔσω, in *usus*. ATO, ἄτω, in *at*, *ater*, *satis*, *sat*: ETO, ἔτω, in *et*, et ipso verbo *veto*: ITO, ἴτω, in *situs*: OTO, ὄτω, in *otium*.

Sed vereri jam incipio, ne, minutae supellectilis curiosa nimis recensione, lectoris oculos fatigaverim. Itaque, ne ultra modum excrescant qualiacumque haec,

(*u*) IMO, ἴμω, *in imus.*] Perperam; cum *imus*, ut vel pueri norunt, contractum sit ex *infimus*, aut *intimus*. *Imo* nullius est frugis.

(*v*) ANO, ἄνω, *in* anas, anus, annus] Ergo *anas*, (*een endvogel*); *anus*, (*een oud wijf* f. podex); *annus*, (*het jaar*), ejusdem sunt originis? Equidem, quae significationis intercedat convenientia, velim scire.

haec, (quae breviora esse cuperemus) prolegomena, thesibus aliquot reliqua persequemur. Earum thesium esto

I. In verborum (*primitivorum* vulgo dictorum) formis, quae non, nisi vocalibus *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, sunt diversae, arctissima passim deprehenditur cognatio, tantaque saepe adfinitas, ut pro iisdem fere verbis possint haberi. Exemplo sint ipsa primitiva bilitera *ao*, *eo*, *io*, *oo*, aut formae eorundem (per *mi*, sive *m* prolatae) *umi*, *imi* etc. Ex quibus quatuor (diversis alioqui formis) conflatum esse vidimus unum verbum Substantivum *sum*, *eram*, *fui*, *ero*, *sim*, *forem*, *fuerim*, *esse*.

II. In gemina classe triliterorum primitivorum, *bao*, *beo*, *abo*, *ebo* etc. nonnulla sunt, non tantum inter se cognata, verum etiam classi biliterorum, aut ipsis forte triliteris, ita adfinia, ut formas suas magis inde videantur accepisse, quam ut ipsa verbum aliquod primitivum constituant. Ita, v. gr. dubium adhuc est, utrum revera olim exstiterint stirpes *oto*, *eto*, *ito*, *uso*, *oso*, *iso*, *eso*, an formae, huc pertinere visae, potius referri debeant ad verba bilitera, *oo*, *eo*, *io*, *uo*, aut ad trilitera *edo* etc.

III. A *biliteris* istis et *triliteris* primitivis, ope novarum vocalium, vel et consonantium, iisdem insertarum, multae novae ductae sunt formae, quales tamen incertum quoque est, utrum pro derivatis biliterorum, triliterorumve, an pro aliis primitivis, (plures literas radicales habentibus) accipiendae sint.

Ita v. c. a stirpe *ao*, unde (digammate Aeolico *F* praeposito) haud dubie factum est *fao*, *fo*, in Deponentis forma *for*, *faris*, *fari*; ab eodem igitur *ao*, inserta vocali *i*, similiter descendit *aio*, sive *ajo*. Ab eodem quo-

quoque primitivo, *ao*, videri posſit nova verbi forma derivata esſe *ano*, indeque deinceps *anio*, unde ſunt *animus*, *anima*, et ipſum verbum *animo*, *animavi*, quod ex ſe dedit formam nominis Participialem *animans* etc. A *bio*, inſerta *b*, factum est *bibo*; fere ut a Gr. πίω, inſerta ν, factum est πίνω· de qua quidem poſteriori forma dubitare nos non patitur comparatio vocum Gr. πόμα ac πόσις, Latinarumque *potio* et *potus*, a πόω, *poo*, (cognata forma alteri πίω) derivatarum. A *doo* productum esſe *domo*, pro *domao*, *domare*, ut a δάω, Graecis est δαμάω, δαμῶ, quis hic non ſuſciperur?

Sane a δέω ſimiliter est δέμω, unde δέμας: et, ne dubitemus, quin omnino δέμω hoc ex δέω ſit repetendum, faciet comparatio vocis δέμα, Latine *vinculum* notantis. Δέμα enim utique est a δέω, *vincio*. Porro, uti a πίω factum est πίνω, inſerta litera ν, ſic a δόω, *doo*, est Lat. *donum*, Graecis diverſa forma elatum δόμα. Ab *aco*, ἄκω, ſunt *aceo*, *acus*, *acies*; ab *alo*, *aleo*, *alea*; ab *aleo* (*alego*, *alega*) *alga*; ab *amo*, *amao*, pp. *attraho*, *contraho*, et hinc i. q. ἀσπάζομαι. Diverſo quoque ſignificationis flexu, inde est *amarus*, pp. *contrahens* ora; ab *amao* etiam ſunt *amaſo*, *amasſo*, ut ab eodem *amo*, *amao*, est *amuſo*, *amusſo*, et hinc *amusſis*, pp. *quae attrahitur*, regula, fortasſe, aut filum rubricatum, etc. A ſono *bee*, ſive βῆ, est *belo*, *balo*, *balare*; a *geo*, γέω, fortasſe est *gelo*, γέλω, unde *gelu*, et γελᾷν· a δέω, fortasſe est δέλω, unde nomen δέλεαρ et δόλος. Hinc Lat. *dolus*, alteri iſti δέλεαρ reſpondens: atque ita in ſimilibus. Quis vero ſpondere mihi auſit, qua lege a δέω, *ligo*, ſit δέλω, cognatum alteri δόλω, (unde δέλεαρ et DOLUS pp. notare potuerunt *eſcam* hamo *alligatam*, qua ferae decipiantur) eadem lege a βέω, BEO, productum fuisſe βέλω, BELO, unde βέλος, et Lat. *belua*, *bellua*? Nulla certe

con-

convenientia videtur esse inter βέω, *premo*, et βέλω, cognatum alteri βάλω s. βάλλω, *jaculor*, et βέλω, unde βόλος, *jactus*. Itaque alia via hic insistenda est, et alterutrum eligendum, aut literam λ in βέλω, βάλω, βόλω esse literam radicalem, aeque ac β, darique adeo, hoc quidem in verbo, duas literas consonantes, vere *radicales*, ut loquitur Grammatica Hebraea; aut consonantem λ solam esse radicalem, β vero ab initio *servilem*, et more Aeolum, adscitam: ut stirps, hoc pacto, sit ἕλω, cognata aliis ἕλω, ἕλω, pp. *traho*; unde βέλω, βάλλω, eximie notasset *attraho nervum arcus*, atque ita *jaculor*. Quod de βέλω, βάλλω, diximus, ad innumera fere alia transferri potest, a Lennep. exhibita Analog. Cap. XII, p. 170, 171.

IV. Nimirum formae verborum primitivae, quas hactenus recensuimus, ita comparatae sunt, ut varias literas, non solum vocales ad unam omnes, sed etiam consonantes (si non omnes, at plerasque certe) aut *ab initio*, aut *in medio*, adsciscere possint, ad novas vocabulorum formas ex se procreandas. Hoc ex fonte in lingua Latina, haud aliter, atque in Graeca, repetendus est ingens numerus verborum, *quatuor*, *quinque*, *sex*, *septem*, aut plures literas habentium. Quid? quod, praeter vocales *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, et consonantes Alphabeti antiqui, quas supra adhibuimus, *b*, *c*, *d*, *g*, *l*, *m*, *n*, *p*, *r*, *s*, *t*, vocibus suis praefixerunt, quin etiam inseruerunt saepissime digamma, quod dici solet, Aeolicum, sive F; uti et S, non jam radicalem illam literam, sed servilem, et, loco spiritus, tam in medio vocis, quam ab initio, adscitam: ut in *super*, pro ὕπερ, *fraga* (unde *frango*) a ῥάγω *ovis*, ὄϊς, pro ὄϊς *amaso* (unde *amasio*) ab *amao* etc. Exemplum egregium additarum ad literas verbi radicales aliarum servi-

vilium, nobis praebeat verbum Graecum διδάσκω, comparatum cum Latinorum DISCO, et DOCEO. Haec tria verba ad unam ſtirpem, familiamve, pertinent. Stirps est δάω, ſive δέω, cui cognatum est δίω. Itaque a *dio*, δίω, productum fuit *diſo*, *diſco*, δίσω, δίσκω a δάω, ſimiliter δάσω, δάσκω. Prima conſonante δ, cum vocali ι, repetita (ut ſolent Graeci primam verbi literam, cum vocali quadam, repetere) a δάσκω, fluxit διδάσκω, ut a κράω, κικράω, a πράσκω, πιπράσκω. Rurſus a DOO, δόω, factum est δέδοκα, *dedoca*: hinc *doco*, *doceo*, quod cum *diſco* ita cohaeret, ut *doceo* pp. ſit *diſcere facio* alterum.

V. Obſervandum quoque est, loco literae *p*, π, cognatae alteri *c*, κ, ſaepisſime adhibitam fuiſſe *q*. Ita dubitari nequit, quin Latinorum vox *equus*, ſive *equs* (quae ſcriptio Gatakero placuit) eadem vox ſit, ac Graec. Ἵππος, ſive ἵπος: antiqui enim literas non geminabant. Quodſi jam ἵπος, et ἔπος, ex cognatione certisſima vocalium *i* et *e*, eodem ſono proferri potuerint, quis dubitet, quin *equus*, ſ. *equs*, ſit Gr. ἔπος, ἵπος, ἵππος. Latinorum adverbia QUO, et QUÂ, Graece ſunt πῷ, et πῇ, Dorice πᾷ. Latinum QUE rurſus est Gr. κε. Lat. *quot*, pro *quoti*, *quoſi*, est Gr. πόσοι. Pro ἔνπαμι dixerunt ἔνφαμι, Lat. *inquam*.

VI. Multae enim literae permutatae invicem fuerunt, uti v. gr. *c* et *g*, *b* et *v*, *b* et *m*, etc. qua de re plura diximus in Animadverſionibus ad Analogiam Lennepianam, p. 232--246. et integer exſtat *G. I. Vosſii* tractatus, Etymologico Latino illius praefixus: ex quo multa longe clarisſima permutationis exempla poterunt colligi.

VII. In propagatarum formarum ad ſtirpes ſuas reductione, diligenter quoque ſpectari debent literae characteriſticae *perſonarum*, *temporum* et *modorum*, quae

in

in verbo dicuntur. Characteristica primae personae Singularis, in tempore Praesenti, Modi Indicativi Activi, nunc vulgo haberi solet ο: at eandem quoque characteristicam olim fuisse ΜΙ, vel Μ, (uti apud Graecos ω et μι, in γελάω, et γέλημι, pro γέλαμι, in νικάω, et νίκημι, pro νίκαμι etc.) ex supra observatis, pro satis certo sumere mihi jam liceret; nisi promisissem, fusius me hanc formam esse demonstraturum. Itaque principe loco, ad hanc terminationem verbi Latini in *mi*, sive *m*, extra omnem dubitationis aleam collocandam, faciat, quae modo a nobis laudata fuit, diserta linguae Graecae auctoritas. Mirum sane foret, linguam Latinam (dialectum linguae Graecae) ista terminatione carere potuisse, qua ceterae omnes ejusdem idiomatis dialecti redundarent. Deinceps provocare hic nobis liceat (x) ad exempla praesentium temporum, in quorum

(x) *Deinceps provocare hic nobis liceat* etc.] Quia duo forte reperiuntur latina verba, in *m* exeuntia; indene sequitur, ut apud Graecos, sic et apud Latinos omnia verba olim in *mi*, quod deinde in *m* sit contractum, exisse? Hoc quidem argumentum si satis firmum videtur; nihil jam est, quin facile probari possit. Enimvero quis tandem sibi persuaserit, tantam utriusque linguae esse convenientiam, nihil ut Graeca lingua habeat, quin idem sit latinum? Quis harum litterarum vel mediocriter peritus nescit, Graecis esse aoristum, quo Latini careant? esse participium activum praeteriti temporis? esse peculiarem optativi exitum, quorum neutrum in lingua latina reperiatur? *Sum* quidem ab Aeolico ἔμμι fluxit, omissa ultima littera; sed, an Latini unquam *sumi* dixerint, vehementer dubito. *Inquam* aut praesens subjunctivi, aut futurum indicativi verbi obsoleti *inquo* videtur esse. Pro eo etiam dixerunt *inquio*: unde reliquae, quae huic verbo tribuuntur, personae, descendunt. Alterum argumentum, quo sententiam probet, inde petit Scheidius, quod Latini verbi pleraque tempora in *m*, pro *mi*, (ut putat) exeant. Sed neque hoc certam habet rationem. Si quis probare velit, *amem* revera pro *amemi*, *legam*, pro *legami*, *amabam*, pro *amabami* etc. positum

rum prima persona Indicativi *m* illud adhuc reperiatur. Sunt illa *sum*, *possum*, *prosum*, et *inquam*, pro *sumi*, *possumi*, *prosumi*, *inquami*. Argumentum, ex verbo *sum*, hujusque compositis, desumtum, eo magis hic valebit, si cogitemus, *sumi* istud pro *umi*, ὑμὶ, cognatam fuisse formam alteri illi εἰμὶ, sive ἔσμι, Aeol. ἦμι, quo Graeca lingua, in eadem hac verbi substantivi persona prima designanda, utitur. Accedit tandem, quod terminatione illa in *m* non solum constanter utatur Latina lingua in Praesentibus Subjunctivi activi, vel

situm esse: eum oportet demonstrare, Veteres olim his formis usos esse. Quod probari certe non potest. Sed quaeri possit, unde tandem habeant Latini illam terminationem? Enimvero, si alium exitum adamassent, quaeri eodem modo possit. Quis omnium, quae in linguis reperiuntur, terminationum reddere rationem sustineat? Cur, v. c. in passivo, adjecta ad activum littera *r*, dixerunt *amor*, *amabar*, *amabor* etc.? Cur masculino generi exitum *er* et *us*, feminino *a*, neutri *um* dederunt? Hoc utrum casu sit factum, an aliqua ratione, quis pro certo affirmarit? Quod autem ut Graeci, sic et latini verbi terminationes esse *particulas, a pronominibus personalibus antiquissimis resectas*, credit Scheidius, id ejusmodi est, ut difficultate non careat. Copiose quidem de pronominibus antiquissimis, verbique terminationibus inde repetendis disputat Scheidius in *Animadversionibus ad Etymolog. Lennep.* p. 275, seqq. ita tamen, ut vix se expediat, conjecturisque nimis indulgeat. Si enim, quot et quaecunque placuerit, pronomina antiquissima confingere liceat; non jam valde difficile sit, rem propositam probare. At vero pronomina non tantum in usu esse potuisse, sed revera usitata fuisse, et tot modis variata, quot vult, id docendum fuerat Scheidio, rem tam novam, tam remotam a vulgi cognitione demonstrare conanti. Scheidiana ratio si vera sit, mirum sane videatur, tot diversos exitus in verborum fine istis pronominibus datos, ut quidvis potius, quam pronomina, videantur. Ceterum miror, Scheidium, qui linguam Graecam diversam plane a lingua Hebraea esse fateatur, conjugationem tamen Graecam ad Hebraeam rationem revocare conatum esse.

vel intransitivi, *legam* pro *legami*, *amem* pro *amemi*, *sim*, *possim*, *prosim* pro *simi*, *possimi*, *prosimi*; verum etiam in terminatione primae personae Singularis Futuri Indicativi Activi, *tertiae* et *quartae*, quam dicunt, conjugationis, *legam*, *audiam*: quas quidem formas Futurorum Activorum in *am*, veri nominis *Praesentia tempora* esse, pro *Futuris* posita, docuimus in Animadversf. ad Analog. Lennep. p. 330. 331. Quo loco ceteras Futuri formas, in prima illa persona, *amabo*, *docebo*, *sugebo*, *aperibo*, etiam ipsas esse primas Praesentis temporis formas, (inserto *b* Aeolico pro *amao*, *doceo*, *sugeo*, *aperio*, positas) indicavimus, ibid. p. 326. 327. Taceo jam, per omnia fere tempora Subjunctivi pariter atque Indicativi, primas personas Singulares in *m* desinere: ut *amaba*M, *amavera*M, *amare*M, *amaveri*M, *amavisse*M: quod fieri non potuisset, nisi M hoc in talibus quoque esset pro MI.

VIII. In quo quidem argumento, a terminatione Graeca, primae personae temporis Praesentis et Futuri Indicativi activi, ducto, cave objicias mihi, „Futuri tamen Graeci primam personam in σω, *so*, terminari; neque inde tamen sequi, Latinorum Futura, in eadem prima persona, etiam terminationem *so* admisisse." Verissime enim Latinorum quoque Futura olim in so terminata fuisse, probare poterunt exempla ejusdem terminationis in so, adhuc in lingua Latina servata, *faxo* pro *facso*, *parso*, *viso*, *amasso*, *celasso* etc. Vide Animadversf. ad Analog. Lenn. p. 327--329.

IX. Quodsi quis hic ultra e nobis quaerat, quanam igitur de caussa Praesentis Indicativi personae sive in *o*, sive in *m*, pro *mi*, terminatae fuerint? responderi poterit, idem et hic in caussa videri fuisse, quod in lingua Graeca: nimirum *m*, pro *mi*, et *o*, (quod ad origi-

ginem harum terminationum attinet) syllabas esse, a pronominibus primae personae EMI *s.* AMI, et EGO resectas, adeo quidem ut *amao*, (quod contractum fuit in *amo*, ut ἀμάω, in ἀμῶ) proprie sit compositum ex *ama* et *o*, hoc est *ego*, *doceo* ex *doce* et *o*, hoc est *ego*: *amem* vero, et *doceam*, pro *amemi* et *doceami*, ex *ama*, *doce*, et *emi* sive *ami*, i. e. ἐμὶ, ἀμὶ. Cujusmodi compositio ex verbo et pronomine personali, non in prima illa persona tantum obtinet, verum etiam in ceteris personis reperitur, uti in contracte dicto *amas*, pro *amasu*, h. e. *ama su*, sive *tu*; in *amamus*, composito ex *ama* et *mus*, sive *mos*, cognata forma alteri μεῖς (unde ἡμεῖς) et Latin. vos. Vide Animadverss. ad Analog. Lenn. p. 286. 288.

X. Terminatio primae verbi Latini personae in O, vel in M, Graecorum ω et μι, ad radicales verbi literas non est referenda: tam parum certe, quam terminatio secundae illius personae in S, Graecum ς, aut primae pluralis terminatio in MUS, Graec. μεν, sive μες, ad ipsam verbi naturam dixeris pertinere. Sunt enim literae hae, syllabaeve, O, ω, μι, μεν, μες, MUS, proprie particulae pronominum antiquissimorum, vel ipsa pronomina, adhuc usitata, determinandis verbi personis unice inservientia, ut, apud Gallos, pronomina separata *je*, *tu*, *nous*, et Belgarum, *ik*, *gy*, *wy*, eundem hunc usum praestant. *Adformantes* syllabicas et asyllabas Grammatici Hebraei pronomina ejusmodi vocant: qua de re diximus ad Analog. 279. 280. Igitur, quae superius (p. XVIII. XXI. XXII.) dicta sunt de stirpibus simplicissimis,

ao, eo, io, oo, uo;

iisdemque, in MI, sive M, terminatis,

ami, emi, imi, omi, umi;

item de triliteris, a consonante aliqua incipientibus,

bao, beo, bio, boo, buo;
bami, bemi, bimi, bomi, bumi;

vel et a vocali, literae consonanti praeposita, exorsis,

abo, ebo, ibo, obo, ubo:

ea omnia ita intelligi velim, ut literae radicales harum formarum non aliae censendae sint, quam a, e, i, o, u; ba, be, bi, bo, bu; ab, eb, ib, ob, ub, etc. In qua quidem conformatione verborum sane admirandam agnoscas naturae, quasi loquentis, simplicitatem, aut potius sapientissimi stirpium (quae linguis his insunt) conditoris venereris, et adores, benignitatem, qui tam simplicia loquelae semina mortalium mentibus insita voluerit.

XI. Hac via pergentes, naturamque adeo ducem sequentes, contueamur, quaeso, propius ceterorum verborum, quae pro *primitivis* aut derivatis, in utraque lingua, haberi solent, conformationem. Resectâ a *biliteris* simplicissimis (ἄω, ἔω, ἴω, ὄω, ὔω, sive ab ἄμι, ἔμι, ἴμι, ὄμι, ὔμι) terminatione, quam diximus, primae personae ω vel μι, novisque vocalibus, aut insertis, aut praemissis, et resumta denique, in usum novae formae, eadem terminatione ω vel μι, enasci continuo deprehendas alia verba productiora:

Ab ἄω quidem, sive ἄμι, enascetur ἀάω, vel ἄαμι, ab ἀάω porro, sive hujus Futuro, ἀάσω, ἀάσκω, ἀάζω etc. Ab eodem quoque ἄω, sive ἄμι, orietur ἀέω et ἄημι· ab ἀέω denuo habebis ἀείω, ἀείδω. Ab ἄω iterum succrescet ἀίω· hinc ἀίτω, ἀίτσω, et αἰτέω, αἴτημι, αἰτίω, αἰτίζω. Ab ἄω, quoque ἄοω, unde ἀοίδω, ἀοίδη, ᾠδή. Ab ἄω denique αὔω, unde αὔδω, αὐδάω, αὐδάζομαι etc. Ab eodem ἄω, sive ἄμι, habebis ἐαμὶ, ἠμὶ, unde et, F, sive Φ, praemisso, Φημὶ. Ab ἔω sive ἔμι, lucrabimur verba ἐάω,

ἐέω,

ἔεω, ἐεμὶ, εἰμὶ etc. Quae ſingula ſi perſequi vellemus, finem non reperirent ſatis verboſa jam prolegomena. In Analogia Lennepiana, noſtrisque ad aureum illum libellum animadverſionibus, data opera de iis actum est: quae ibidem dicta ſunt, ad linguam Latinam facile posſunt transferri.

XII. Unum tamen, commodo loco, adnotasſe non poenitebit, a verborum formis in α, ε, ι, ο, υ, deſinentibus, adjectione literae conſonantis, novas factas fuisſe formas; quibus ſi terminatio primae perſonae, ω, addatur, verba habebimus, non omnia quidem fortasſe primitiva, at certe multa, quibus lingua Latina aeque parum ac Graeca, carere potuerit. Exemplo ſint verba λέγω, LEGO, cum cognatis ſuis λάγω, λόγω, λύγω· κάπω item, ſive CAPO, cum adfinibus ſuis κέπω CEPO, κόπω COPO etc. derivatis forte a primitivis ſimplicisſimis λε, λα, λο, λυ· κα, κε, κο etc. Quorſum haec animadverſio pertineat, ex ſequentibus patebit, ubi de Praeteritis perfectis, in I terminatis, necesſario aliquid adhuc erit ſubmonendum.

Nimirum ex hactenus disputatis conſtare potuit, Praeſentia omnia olim in O, vel in M, deſiisſe; Praeterita in IVI, vel potius in I; ſupina in TUM; Infinitivos in RE.

Capiatur jam quodcumque tandem placuerit, verbum aliquod Latinum, et, ſecundum obſervationes, ſupra propoſitas, ſimilesque, (quas comprehendere omnes praeſens non potuit disputatio) expendatur ratio verbi temporum. Niſi omnia me fallant, multo minus impeditae, quam antea, apparebunt tibi Latinae dialecti causſae.

Radicales, nimirum, literae verborum, quae paradigmatum loco pueris poni ſolent, AMO (pro *amaω*)

DOCEO, et AUDIO, (resecta tantisper terminatione O) hoc pacto erunt AMA, DOCE, AUDI; constabitque adeo simul, *terminales* verbi *vocales* apud Latinos, in verbis (quae in vocalem caderent) ut plurimum fuisse tres, *a*, *e*, et *i*. His tribus vocalibus (quas, de more Grammaticorum Hebraeorum *terminales* hic loci diximus) duae quidem aliae adjici potuissent, e verbis *sum* pro *sumi*, et ex obsoleto *foo*, unde FORE, desumtae, *u*, nempe, et *o*: (pro *sumi* enim, sive *sum*, ablato *m*, existit SU, pro FOO, ablato O, oritur FO:) sed quia binae hae rarissimae sunt, eo in verbi loco, vocales, easdem de industria negligemus, solasque nunc spectabimus formas in *a*, *e*, *i*.

Ab *ama* igitur, adjecta vocali O, (tanquam adformante asyllaba primae personae) in Praesenti tempore, orietur *amao*, a *doce*, *doceo*, ab *audi*, *audio*. In Praeterito, adjecta vocali I, (quam aliquoties jam indicavimus unicam fere Praeteriti Latini, in Indicativo modo, characteristicam esse) orietur ab *ama* quidem *amaï*, a *doce*, *doceï*, ab *audi*, *audii*. Verum, quo minus difficilis accideret, inter pronuntiandum, vocalium istarum perpetuus fere concursus, Latini potius, inserto digammate Aeolico F, sive V, pro *amaï*, dixerunt *amavi*; pro *doceï*, maluerunt *docevi*; pro *audii*, *audivi*. In Supino autem, ab *ama*, est *amatum*; a *doce*, *docetum*, et per contractionem *doctum*; (redi ad p. XII. et seqq.) ab *audi*, *auditum*. In Infinitivo denique ab *ama*, *amare*; a *doce*, *docere*; ab *audi*, *audire*.

At quid fiet de conjugatione, vulgo dicta, *tertia*, LEGO? Hinc quidem, resecto O (Praesentis terminatione) additaque characteristica Praeteriti perfecti I, prono alveo fluet Praeteritum LEGI, additoque *tum*, Supinum LEGTUM, quod pronunciarunt LECTUM; ut

pro

pro *regtum* a *rego*, *rectum*; pro *agtum* ab *ago*, *actum*, pro *frigtum*, a *frigo*, *frictum* etc. Verum, in Infinitivo, hac ratione, a *lego*, resecto o, additaque syllaba RE, foret *legre*; a *rego*, *regre*; ab *ago*, *agre*; a *frigo*, *frigre*. Quae difficultas ut quanto ocius tollatur, observandum est, *e* illud, in Infinitivo *tertiae*, quae dicitur, conjugationis, minime pertinere ad originales verbi *vocales*, sed esse *e* mere adscititium, sive subsidiarium, facilioris solummodo pronuntiationis caussa adsumtum: quapropter semper quoque *e* illud *breve* est, et nonnunquam prorsus negligitur, ut in FERRE; quod, a *fero* hac ratione descendere potuit, ut, ablato o, pronomine primae personae, habeas primum FER, dein, accedente RE Infinitivi, FERRE. Similiter a *volo*, sive potius a cognata huic forma *velo*, pro ἔλω, (unde fortasse Graecum ϝέλω, θέλω, ut ϝὴρ, θὴρ) repeti potest VEL, VELRE, VELLE.

Ratio haec infinitivum formandi in *fero* et *volo*, uti longe simplicior est altera illa, quam supra descripsimus (p. XIX. XX. XXVII.) ita erudito palato magis placituram putem. Simul autem apparebit, hoc modo penetrari posse ad ipsas quantitatis, in hac syllaba, caussas. In *frigere* enim, a *frigeo*, media vocalis necessario longa erit, quia (ablata adformante o) forma verbi in *e* cadit hoc modo, FRIGE: in *frigere* vero a *frigo*, media erit brevis, quia *frigere* illud pp. est pro *frigre*, vocali brevi *e* tantummodo adscita, ad pronunciationem efficiendam paullo faciliorem.

Eadem porro res est in omnibus illis verbis, quorum forma (adformantibus suis nudata) in consonantem cadit, uti v. gr. in *nubo*, *rado*, *cado*, *rego*, *tego*, *molo*, *premo*, *cerno*, *strepo*, *fero*, *viso*, *verto*, *texo*: quae cuncta *e* breve habent ante *re*, quia proprie essent *nu-*

bre, *radre*, *cadre*, *regre*, *tegre*, *premre*, *cernre*, *ſtrepre*; *ſerre*, *viſre*, *vertre*, *texre*. At mollior pronuntiatio poſtulavit *nubere*, *radere*, *cadere*, *regere*, *tegere*, *premere*, *cernere* etc.

Unum hic caviſſe oportet, ne putemus, radicalem verbi formam (qua paſſim uti cogemur) ſitam eſſe in tempore Praeſenti, uti in *texo*, *verto*, *viſo*, *ſero*; unde, ablato o, fieri modo dicebamus *texre*, *vertre*, *viſre*, *ſerre*, et dein *texere*, *vertere*, *viſere* etc.

Eſt ea forma radicalis verbi, non in ſolo *Praeſenti*, eſt et in *Praeterito*, eſt in *Supino*, eſt in *Infinitivo*. Ablatis, nempe, o vel M, I, TUM, et RE, ea exiſtit forma, quae nulli prorſus tempori modove propria eſt, ſed omnino eſt indeterminata, atque per adformantes (quas diximus) hoc eſt per particulas, ab antiquiſſimis pronominibus reſectas, *o*, *s*, *t*, *mus*, *tis*, *nt*, reſtringenda ad Praeſens tempus; per *i* vero, *iſti*, *it*, *imus*, *iſtis*, *erunt*, vel *ere*, ad Praeteritum perfectum; per *tum* ad Supinum, per *re* denique ad Infinitivi formam praeſentem, quaſi, determinanda.

Ceteroquin ex attentiori *Praeſentis*, *Praeteriti*, *Supini* et *Infinitivi*, contemplatione conſtat, ſingula in verbo tempora non ab eadem verbi forma ducta fuiſſe, ſed, in conformandis temporibus, cognatas, quin et diverſas ſaepe, verborum formas, idem fere ſignificantes, fuiſſe adhibitas. Ita v. gr. in formando verbo FERO, Praeſens quidem Infinitivi, et, quae inde formata cenſentur, tempora, *ferre*, *fero*, *feram* etc. ducta ſunt a *fer*: at Praeteritum TULI (quod et *tetuli*, per reduplicationem primae literae) arceſſendum eſt a *tulo*, ſive potius a TUL, quod, diverſa nonnihil vocalis pronuntiatione, elatum quoque fuit TOL, unde *tollo*, et Infinitivus *tollre*, *tollere*: Supinum vero, LATUM, deſumtum

tum videtur esse ab obsoleto LAO, λάω, unde Gr. λάβω, λάμβω, λαμβάω, λαμβάνω. Haec sane ratio simplicior est illa Vossiana; qua *latum*, per aphaeresin, dici putatur, pro *tolatum*, vel *tulatum*, duabus literis recisis.

Neque aliter se res habet in ceteris omnibus verbis, quorum, usitata vulgo, praeterita et supina a praesentis temporis forma plus, minusve, differunt. Recurrendum in his quoque est ad formas alias verborum sive cognatas, sive plane peregrinas, idem tamen, vel simile quid, significantes.

Verbum *do*, pro *duo*, DEDI, *datum*, *dare*, praeteritum utique habere debuisset *davi*, pro *doï* (Confer sis p. XXXVIII.) Sed usus sermonis voluit *dedi*, adsumtum (ut arbitror) a forma verbi obsoleta *dedo*, cui vicina est altera *dido*, servata adhuc cum alibi, tum in illo Horatii (Serm. L. II, 2, 67.) *dum munia* DIDIT. A *dido*, hocce (in compositis verbi *do*) Praeteritum reperias *didi*. Ita certe in *abdo*, *abdidi*; *addo*, *addidi*; *condo*, *condidi*; *dedo*, *dedidi* etc. Posterius autem hoc, *dedo*, quippe compositum verbum, probe distinguendum est ab illo priori, *dedo*, per solam adjectionem literae *d*, a stirpe *de* enato.

Crepo, *crepui*; *domo*, *domui*; *tono*, *tonui*; *seco secui*, et similia, videri possint praeterita sua, in *ui*, contracta habere ex *avi* (y), vocali *a* extrita. Hoc certe sua-

(y) Crepo, crepui. domo, domui — *videri possint praeterita sua in* ui *contracta habere ex* avi, etc.] Quidni potius Veteres pro *crepare*, *domare* etc. etiam dixisse *crepere*, *domere* etc. statuamus? Sed ne hoc quidem necesse est ad praeteritorum horum rationem explicandam. Id scilicet contendit laboratque Scheidius, ut nullam prorsus, nec in lingua Graeca, nec in latina esse anomaliam, probet. At eam opinionem linguae, quae vocantur, *vivae* satis confutant: quarum cum nulla, quod equidem sciam, sit, quae anomaliis

suadent verba *neco*, *necavi*, *plico*, *plicavi* etc. comparata cum compositis quaeque suis, *eneco*, *enecavi* et *enecui*, *explico*, *explicavi* et *explicui*. At Supina tamen in *itum*, aut

liis careat: cur, quaeso, latinae graecaeque linguae indolem plane diversam existimemus? Enimvero a quo tandem lingua graeca, unde latina fluxit, formata est? Num a viris sapientibus? Audio. Sed quonam isti sapientes coierunt ad linguam formandam? et a quo novae linguae componendae cura illis demandata est? Qua autem lingua locuti sunt? certe alia, atque ea, quam composituri erant. Quaenam igitur fuit necessitas, linguam, qua animi sensa inter se communicare possent, jam intelligentibus, alius formandae linguae? aut quo artificio nova illa lingua ut loqui vellent, abjecta veteri, civibus suis persuaserunt? De origine complurium linguarum certi aliquid affirmare, ut admodum difficile est; sic illud certum videtur, linguarum eam esse rationem, ut maximam partem ab usu loquentium pendeant. Quod cum ita sit; quis tandem sibi persuadeat, totum populum, aliqua lingua utentem, communi quasi consensu constituisse, ut in eam linguam nihil inferretur, quod a communibus regulis abhorreret? Quid? quod alias quoque cum latinae, tum graecae linguae partes anomaliis non carere, negari certe nequit? Cur, v.c. cum pleraque nomina graeca secundae declinationis in ος exeuntia sint generis masculini, ὁδὸς, ἄμμος, τάφρος etc. gen. fem. sunt? Et apud Latinos, cum itidem nomina in *us* secundae declinationis ejusdem sint generis, cujus graeca in ος; qui tandem factum est, ut *alvus*, *humus*, *vannus* ad f. g. pertinerent? Cur e tertia declinatione *navis*, *clavis*, *febris* etc. sunt g. f. *collis*, *fustis*, *ignis* etc. m. g.? Quid est, si haec non est anomalia? Longe plura, si velim, ejusmodi anomaliarum exempla possim proferre. Jam vero, quis, regularum syntaxeos peritus, nescit, in vocabulorum constructione, quam vocant, quot reperiantur anomaliae? Quas singulas si recensere velim, finem non inveniat oratio.

Enimvero si in his, quas dixi, rebus, non omnia certam rationem sequuntur: non mirum est, si et declinationes et conjugationes, ut vulgo vocant, non semper eidem legi parent. Huc accedit, quod in omnibus linguis aurium voluptati, quarum judicium, teste Cicerone, superbissimum est, vix dubitari potest, quin, invita nonnunquam analogia, multum tribuatur: ut ridiculum videatur, nullam plane in mortuis linguis esse anomaliam, quae sint multae in vivis, existimare.

aut *ctum*, exeuntia, ut *crepitum*, *domitum*, *tonitum* (pro quo et *tonatum* in usu fuit) *sectum*, (contractum quippe ex *secitum*) quod etiam *secatum* fuit; haec, inquam, et alia similia bene multa, aliud suadere videntur. Nimirum, quemadmodum Hebraeorum verba in omnibus vocalibus terminata olim fuerunt *skad*, *skeed*, *skijd*, *skood*, *skuud*, ita et Graecorum Latinorumque antiquissimorum verba in omnes vocales *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, videntur desiisse. Quo pacto exorientur formae *quinque* (z), omnibus, quae vocantur, conjugationibus, sive potius omnibus *unius ejusdemque conjugationis* speciebus efficiendis aptae:

ama, *ame*, *ami*, *amo*, *amu*;
doca, *doce*, *doci*, *doco*, *docu*;
peta, *pete*, *peti*, *peto*, *petu*;
auda, *aude*, *audi*, *audo*, *audu*.

Ex his vero, additis adformantibus, enascentur mox novae formae:

amao, *ameo*, *amio*, *amoo*, *amuo*;
docao, *doceo*, *docio*, *docoo*, *docuo*;
petao, *peteo*, *petio*, *petoo*, *petuo*;
audao, *audeo*, *audio*, *audoo*, *auduo*.

quin et, addita adformante *m*, ex *mi* oriunda, aliae, in *mi*,

amami, *amemi*, *amimi*, *amomi*, *amumi* etc.

aut potius, addito integro isto *ami*, Gr. ἀμὶ, ex ἀμὶ cui ipsa adformans primae personae *m* originem debet: (Animadversf. ad Analog. p. 286. et supra p. XXXV.) lucrabimur formas productiores *docaämi*, *doceëmi*: *auda-*

(z) *Quo pacto exorientur formae quinque* etc.] Vocabulorum monstra, quae et hac, et sequenti pagina fingit Scheidius, multis placitura, non credo.

doceami, *audeami*, *audiami* cet. ex quibus (in modo Subjunctivo) etiam nunc superfunt usitata *doceam*, *audiam*, plane ut, pro *amemi*, ibidem habetur *amem*, pro *legami*, *legam*, pro *simi*, *sim* etc.

Haud dissimili multum ratione Praeteritorum formae (quas modo produximus) *necavi*, *plicavi*, certissime repetendae quidem sunt a *neco* pro *necao*, *plico* pro *plicao:* at reliquae istae formae, hinc diversae, *plicui*, *crepui*, *domui*, *tonui*, aut referri poterunt ad formas obsoletas in EO, ut sint per contractionem enatae ex *plicevi*, *crepevi*, *domevi*, *tonevi* (*a*), plane ut *olui* est pro *olevi* cet. (secundum normam superius indicatam, p. XI.) aut, rectius fortasse, pertinere censendae sunt ad formas verborum in IO. Qua lege *plicui* foret pro *plicivi*, *crepui* pro *crepivi*, *domui* pro *domivi*, *tonui* pro *tonivi*. Posterius hoc suadere videntur Supina *crepitum*, *domitum*, *tonitum*. Idem similis contractio suadet in aliis Praeteritis, ad *tertiam quartam*ve conjugationem vulgo referri solitis, *sapui* pro *sapivi*, *rapui* pro *rapivi*, *salui* pro *salivi*, *aperui*, *operui*, pro *aperivi*, *operivi*.

Quae vero, ante terminationem Praeteriti I, literam C habent, (secundum leges supra traditas) referri possunt ad verba originalia in CO exeuntia; ut *ici* ad *ico*, *vici* ad *vico*, pro quo in usu est *vinco:* at potuerunt tamen hae etiam descendere a formis verborum derivatis, quae literam illam *c*, (tanquam characteristicam Praeteriti perfecti Graeci in κα) servarunt. Simile quid haud absurde forte suspicari possis de permultis formis, quae literam *s*, ante *praeteriti* terminatio-

(*a*) *Ut sint per contractionem enatae ex* plicevi, crepevi, domevi, tonevi etc.) Miseret me Scheidii, qui tantopere laboret, ut ad analogiam revocet, quae revocari necesse non est.

tionem, oſtendunt: esſe nimirum literam hanc *ſ* characteriſticam Futuri Graeci *σ*, in verbi quoque Latini forma conſpicuam.

Utriusque rei exempla nobis praebeant tres Praeteriti unius formae, verbo *parco* tributae, *peperci*, nempe, *parſi*, et *parcui*. Hae tres certe (ſi ad linguae ſimplicitatem attendatur) non ad unum verbum *parco* pertinere potuerunt: ſed eas oportet ductas fuisſe a diverſis verborum formis. Stirps communis fuit *πάω*, cui cognata fuit altera *πέω*, pp. *premo*. A *πάω* igitur est *πάρω*, PARO: a *πέω*, *πέρω*. A *πάρω*, *πέπαρκα*· hinc *πάρκω*, PARCO: a *πάρω* item *πάρσω*, PARSO. A *πέρω*, *πέρκω*, PERCO: hinc *πέπερκα*· unde novum verbum PEPERCO (*b*), ex quo, reſecta adformante O, et adjecta Praeteriti terminatione in I, enatum fuit PEPERCI.

Reliqua omnia ad hanc regulam exigi facile poterunt. Quod qui ſedulo fecerit, attentus ſemper ad literas, temporum (in verbo tam Graeco quam Latino) characteriſticas, nae ille, re ipſa, facile experietur, *Unam tantummodo, non plures, dari in* utraque lingua *conjugationes; quae vero* verba *dicantur conjugationis* esſe *diverſae*, illa pertinere omnia ad *diverſas unius antiquisſimae conjugationis ſpecies*; idemque ille multa alia accuratius pervidebit, a Grammaticis hucusque nondum obſervata.

Posſem hic pedem figere. Antequam vero diſcedamus ab altera hac prolegomenorum noſtrorum parte; (quae in demonſtranda arctisſima illa linguae Latinae cum Graeca cognatione verſata fuit) haud alienum

(*b*) *Unde novum verbum* PEPERCO.] Non placet hoc verbum: nec video, cur *peperci* a *parco* deſcendere non posſit. An *tutudi* etiam est a *tutudo*; *fefelli* a *fefello*; *pepuli* a *pepulo* etc.?

num erit tantam, tamque admirabilem, linguae utriusque convenientiam, in uno alterove fragmento contextus Latini Graecive, eoque ex praestantissimis in utraque lingua scriptoribus, desumto, studiosius demonstrasse. Talis certe demonstratio (modo recte a nobis instituatur) vel pervicacissimis oblocutoribus adsensum extorquere poterit: praestiteritque, ejusmodi exemplorum inductione deinceps uti, quam sterilibus praeceptiunculis integrum librum complere, et nimis jam patientium lectorum fatigare ingenia.

En ergo tibi locum Virgilii, ex initio Aeneidis (L. I, 1--11.) descriptum, omnibusque, haec studia colentibus, longe notissimum: quem locum ex Homeri Iliados principio expressum esse, viri doctissimi monuerunt. Ibi sic incipit poëta:

Arma virumque cano, Trojae qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lavinia venit
Littora; multum ille et terris jactatus et alto
Vi superum, saevae memorem Iunonis ob iram:
Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem,
Inferretque deos Latio: genus unde Latinum,
Albanique patres, atque altae moenia Romae.
Musa, mihi caussas memora, quo, numine laeso,
Quidve dolens, regina deûm tot volvere casus,
Insignem pietate virum, tot adire labores,
Impulerit?

In his Virgilii versibus si probaverim, ad unum omnia vocabula (ne minutissimis quidem particulis exceptis) cum origine sua, tum forma et significatione, esse Graeca; ecquid superesset dubii, de manifesta utriusque idiomatis, per totam, qua late patet, linguam, convenientia? Hoc vero dum facere conabor, eruditum lectorem magno opere rogatum velim, ut veniam mihi det,

det, si hic illic ad praeceptiunculas nimis tenues, atque ipsa elementa pueriliter propemodum descenderim. Voces singulae contextus Virgiliani, tale ad examen revocatae, clarius ab unoquovis poterunt intelligi:

Arma virumque cano. VOX ARMA haud dubie est Pluralis numeri, neutr. gen. in Accus. casu (ut ξύλα, ὅπλα) a Singul. obsoleto *armum*, quod origine sua Adjectivum est, ductum ab *armus*, *arma*, *armum*. Masculina forma (Substantivo usu item adhibita) superest in *armus*, *armi*, Graecorum ἁρμὸς, ὁ. Thema est ἄρω pp. *struo*, *committo*, a cujus prima Praeteriti Pass. ἄρμαι, est ἁρμὸς, ἡ, όν. Hinc *armus*, ἁρμὸς, pp. est *commissura*, eximie *humerus* animalis bruti. *Armum* vero, diverso nonnihil flexu, *pp.* est *quod instruitur* sc. in hostem (*c*), pec. instrumentum laedendi. Conf. ὅπλον et ὅπλα, in Etymologico Lenn.

VIRUMQUE, compos. ex QUE, id est Graec. κε, et *virum*. Nominativus antiquissimus fuit VIRUS, unde feminini forma VIRA. Sic *satur*, ex *saturus*, *satura*, *hir* (pro *hirus*), *hira* etc. Ipsa forma in *us*, *virus*, *viri* (sed neutro genere) adhuc superest (*d*), *graveolentiam*, et

(*c*) *Quod instruitur*, sc. *in hostem* etc.] Imo, *quod aptatur*, s. *induitur*, v. c. humeris, capiti, adeoque inprimis *clypeus*, *galea*, etc.

(*d*) *Ipsa forma in* us, virus, viri — *adhuc superest* etc.] Ergo VIRUS, *teter odor*, *graveolentia*, VIR (*een man*), et HIRCUS (*een bok*), de Scheidii sententia, ejusdem sunt originis. Equidem, quaenam inter haec significationis intercedat convenientia, scire velim. Si cui Scheidiana ratio placeat; ei difficile non fuerit, quaelibet vocabula latina ad graecas origines revocare. Nihil enim facilius, quam verbum graecum, unde latina vox ducatur, fingere. Praestat aliquando, in ejusmodi dubiis rebus ignorantiam fateri, quam semper, re non satis explorata, audacter statuere. Mihi quidem, quae de origine vocis *vir* hic traduntur, minus placent. Unde ducta sit vox, pro certo affirmare non ausim. Si tamen et mihi licet conjecturam propo-

et *tetrum odorem* notans. Th. fuit ἴρω, cognatum alteri ἔρω, εἴρω. Ab ἴρω, ἶρος, et, digammate praeposito, Fίρος. Cum spiritu aspero prolatum ἵρω, in Praeter. perfecto dedit ἷρκα, unde HIRCUS. Th. ἴρω, pp. *necto:* unde *Hesych.* ἥρται, ἢ εἴρεται· συνάπτεται. Terminatio Accusativi Latini, in *um*, respondet illi Graecorum in ον· vocali υ obscurius pronunciata, et litera finali ν permutata cum *m;* ut in Μῶσαν *Musam*. Quae varietas dialecto tribuenda; ut in *ne* et μὴ, *meo* et νέω.

CANO pp. idem est ac Gr. χάνω, servatum in ἴαχανε etc. Etym. Lenn. v. χαίνω. Notio *hiscendi* (in χάω, χέω, χίω χόω, χύω, formisque vicinis) translata est ad illam *hiante ore effundendi*, pecul. *verba*, *voces*. Hesychius: χάναι· ἀνοῖξαι στόμα· Idem: χάνοιμι· εἴποιμι· et χανύειν· βοᾷν.

TROIAE, Gr. Τρωΐης, a Nom. *Troja*, Τρωΐη, Hesychio Τρωΐα. Genitivus Latinus, primae Declinationis, in AE, olim desinebat in *aï*, sive *ai*. Alibi Virgilius: *aulaï in medio*. *Auraï simplicis ignem* etc. Itaque *Trojae* est pro *Trojai:* ut in Plur. Nominativo *Musae*, pro *Musai*, Μῶσαι· pro αι Dorica terminatio erat ᾶ, et ας. Posteriorem hanc Latini quoque servarunt in *paterfamilias*, *materfamilias* etc.

QUI. Est Gr. πὸς sive πὶς, unde *quis:* ductum forte ab

ponere; equidem existimem, *Vir* ejusdem esse originis, cujus est *vis*, quod antiquis erat *Viris*, unde pluralis *Vires*. *Vis* autem fluxit a graeco ἴς. Quae derivatio si vera est; *Vir* cum significat, *qui robore sit praeditus*. *Virus*, autem, quatenus dicitur de *succo plantarum*, *cochlearum*, de *semine genitali*, de *venenato liquore anguium* etc. (Vide Lexica) ejusdem forte originis est; quod his omnibus rebus significatio quaedam roboris, f. principii vitalis inest. *Hircus* unde sit dictus, nescio. Nolim tamen ejusdem originis esse, cujus est *Vir;* ne cognatio quaedam inter *virum* et *hircum* intercedere videatur.

ab antiquissimis vocibus ἰ et ὀ. Vide Animadverss. ad Anal. p. 301. et Etymol. vv. πῆ et πη.

Primus, contractum ex *priimus*, πρίϊμος. Formatum hoc est a Dativo *pri*, πρὶ, pro πρϊ̈, quod a Nomin. πρίς· unde Acc. πρίν. Ipsum pri adhuc superstes est in *pridie* etc. Etymol. v. παρά. Jam vero, ut a πρόϊ, Dativo vocis πρόϊς, est πρόϊμος, sic a πρίϊ, πρίϊμος, *primus*.

Ab, pro ap: hoc vero pro *apo*, ἀπό. Ex *apos*, ἀπὸς, enatum est *aps*, *abs*, ἄψ. Etym. v. Ἄψ.

Oris. *Ora* nomen est f. g., ductum a masc. ὧρος, s. ὄρος, pp. significante *id, quod in altum se elevet*, aut *adsurgat*. Th. est ὄρω, unde Lat. *ortus*, in *orior*, *ortus sum*, *oriri* etc. Etymol. v. ὄρος. Jam vero Dativus, sive Ablativus Plur. primae Declinationis, Graece desinit in αις. Itaque ab ὥρα, s. ὥρη, ad hanc normam, existere debuerat *orais*, vel *oraes*: sed magna fuit olim adfinitas inter Ablativum Plur. primae, eundemque secundae Declinationis, terminatum in οις, qui Latine efferri solet per *is*, ut sentiri potest in ἄγροις *agris*, ἄντροις *antris* etc. *Servus* quidem in Ablat. Plur. habet *servis*; *serva* contra *servis* et *servabus*: *filius*, *filiis*; *filia*, *filiabus*, sed etiam *filiis*. *Ambo* et *duo* in secunda faciunt *ambobus*, *duobus*: quum, ex lege secundae declinationis, flecti debuissent *ambis*, *duis*.

Ex quibus apparet, terminationem illam in *bus* (quam *Dativus* et *Ablativus*, *tertiae*, *quartae* et *quintae* Declinationis soli habere censentur, ut in *patribus*, *fructibus*, *rebus*) *primae* quoque et *secundae* declinationis olim fuisse: plane ut non tantum *Genitivus* Pluralis in *um* omnium declinationum est, sed in binis quoque declinationibus, *prima* et *secunda*, *Genitiv.* per terminationem s profertur, ut in *paterfamiliAS*, *solus*, *so-*

lius, *ille*, *illius*. Unde haud finiſtre forſan ſuſpiceris, quemadmodum *una* olim ſuit *conjugatio*, ſic et *unam* tantum fuisſe *declinationem*, per ſpecies quasdam variatam.

Italiam. Est et hoc nomen, non ex origine tantum, ſed ipſa quoque forma, Graecum. Ἰταλὸς, namque, olim vocabatur ταῦρος, *taurus*: *a quorum multitudine, et pulchritudine, et foetu vitulorum, Italiam* (Ἰταλίαν) *dictam fuisſe*, auctores ſunt *Varro*, *Gellius* etc. Vide Voſſii Etymol. in voce.

Fato. Φατὸν, in Heſychii Lexico, redditur per ῥητὸν i. e. *dictum*; deorum, nempe, vel potius *dictum Dei optimi maximi*. Th. Φάω, *fao*, unde Deponens, ſive Medium, *for*, pro *faor*, *fatus ſum*, *fari*. Redi ad p. XVI. XVIII. XXXVI.

Profugus. A προφεύγω, ſive προφύγω· unde apud Homerum, Iliad. Ζ, 502. προφυγόντα μένος καὶ χεῖρας Ἀχαιῶν· Η, 309. Αἴαντος προφυγόντα μένος etc. Diſcrimen ſolum in forma vocis est. Προφεύγων ſ. προφύγων, est Particip. Activum, pro προφύγονς, ut apparet ex caſibus obliquis προφυγόντος, προφυγόντα· profugus vero ad literam foret πρόφυξ· ut (in compoſitione cum eadem praepoſitione, ſed in vicina nominis forma) πρόσφυξ, pro πρόσφυγς, ſ. πρόσφυκς, ex πρόσφυγος, πρόσφυκος. Heſychius: πρόσφυγα· καταφυγόντα. Ubi laudatur, ab Iſ. Voſſio, Cyrilli gloſſa: πρόσφυξ, πρόσφυγος, ἱκέτης.

Lavinia, ſive (quod in aliis est) lavinaque. *Lavinia* filia fuit regis *Latini* (Λατίνου·) quem, teſte Heſiodo, Theogon. vs. 1013. *Circe pepererat*, Λατῖνον ἀμύμονά τε κρατερόν τε. Λαῦνος et Λατῖνος (*Lavinus* et *Latinus*) unde *Lavinius*, et *Latinius*, haud dubie voces ſunt formae cognatae: ut *Laverna* et *Laterna*, unde *Laterniones* et *Laverniones*.

Ve-

Venit. A *veno*, cujus productior forma *venio*. Veno autem, Graece ϝένω, cum digammate Aeolico praeposito, productum est ab ἔνω, cognato alteri ἄνω: quod Homerus servavit in ἦνω, Odysf. Γ, 495, 496. ἦνε δ' ἔπειτα Ἠνοῦ ὁδόν. Plura vide in Etymol. Lenn. v. Ἔνω.

Litora. A *litus*, sive potius antiquo *litor*, ut *corpora* a *corpus*, sive pp. a *corpor*. Nomen habet ab obsoleto λίειν, i. e. *terere*, *atterere*: unde λιτὸς *tenuis*, pp. *attritus*, et LITUS, „ quod undarum appulsu attenuatur." Scaliger. Cujac. cet. apud Voss. in Etymol. Vide et Etymolog. Lenn. v. λιτός. Eadem ratio est vocis חוף apud Hebraeos. (Lexic. Hebr. nostr. p. 167.)

Multum. Antiquis *moltum*, pro *molitum*, a Partic. Pass. verbi *molior*: quod a μόλω MOLO, i. e. *verto*. Stirps μόω. Notio *vertendi*, *versandi*, translata est ad illam *strepitus*, *tumultus*, adeoque *multitudinis strepentis*. Vide Etym. L. vv. Μάλα, Μέλλω, Μόλος, Μῶλος. Conf. et המון pp. *strepitus*, *multitudo*. Lex. Hebr. p. 120.

Ille pro *ile*. Veteres dixere *ole*, et *ilus*, *olus*, unde in Nomin. Plurali *illi*, *olli*, in Dativo *illis*, *ollis*, pro *ollois*, Gr. ὄλλοις. Stirps est ὄλω, *f.* ἴλω· quae verbi formae produci potuerunt ab antiquissimis Gr. ι et ο, notionem *substantivi verbi* praebentibus: unde *sim*, *forem*. Redi ad p. XXXVI. Igitur ab ι isto, sive ἴω, est Futur. ἴσω· hinc ἴς, IS, additoque τε, ISTE etc. Conf. Animadverss. ad Anal. Lenn. p. 301.

Et, pro ἔτι, *f.* ἔτι. Priori vocali resorbta, ab ἔτι, est τε. Vide Animadv. ad Anal. p. 308. et Etym. Lenn. v. Ἐτί. et infr. p. LXII.

Terris. *Terra* antiquitus *tera*, τερὰ, pp. forma adject. f. g. a masc. τερός. Thema τέρω, Lat. TERO, unde τέρσω, et τέργω, TERGO, i. q. *detergo*, atque ita *siccum*

cum reddo. Hesychius: τέρσει· τέρχει, ξηραίνει. Idem: τερσαίνειν· ξηραίνειν. Itaque rectissime, TERRA, a Vossio conferri videtur cum ἡ ξηρὰ, quod Hebr. היבשה, Oppos. ad *mare*, sive *aquas* המים, Gen. I, 9, 10.

IACTATUS. *Jacto* a *jactum*, pro *jacitum*, Supino verbi *jacio*: quod a *jaco*, ἰάκω, forma verbi orta ab εἴακα, s. ἴακα, Praeterito perf. τοῦ ἰάω. Hoc vero ab ἴω, unde ἰάω, ἰέω, ἵημι etc. Etymol. Lenn. v. Ἱμείρω. etc.

ALTO (*e*), i. e. ἐν πόντῳ. Th. *alo*, cogn. ὄλω, *volvo*. Ab ἄλω est ἀλίω, s. ἀλίω· quod, aspero spiritu prolatum, dedit Lat. *salio*, *salivi*, *salii*, vel *salui*, *saltum* pro *salitum*, *salire*. *Altum*, hac ex origine, pp. *convolutum*, *glomeratum*, notat: indeque *altitudinem*, ut Servius ait, *superiorem* et *inferiorem*. Vide Etymol. Lenn. v. Ἀλίω.

VI. *Vis*, pro Fἲς, i. q. ἴς· a th. ἴω. Ipsum Lat. VI mansit in ἶφι, additum habente φι· ut in βίηφι, quod ex βίη, forma cognata, et φι.

SUPERÛM. *Superus* est Gr. ὕπερος. Vide Etym. L. vv. ὑπὲρ et ὕπερος. Anal. p. 159. 212.

SÆVÆ. *Saevus* minus recte conferri videtur cum σκαιὸς, i. e. SCÆVUS. Malim equidem repetere ab ἀΐω (*f*), unde ἀΐσω, ἀΐσσω, i. e. *ruo cum impetu* vehemen-

(*e*) *Alto* etc.] *Altus* haud dubie participium est verbi *Alo*, contractum ex *alitus*, significatque proprie *nutritus*; inde de eo ponitur, *qui in longitudinem excrevit*: hinc in genere notat id, quod nos dicimus *hoog* et *diep*.

(*f*) *Malim equidem repetere ab ἀΐω*, etc.] Miram sane facultatem habet Scheidius, fingendi voces Graecas, unde latinae ducantur. Ubi tandem istud ἀΐω hac significatione occurrit? Satisne est, quidvis confingere, ut latinae vocis originem, pro tuo arbitrio, e Graeca lingua ducas? Sane, si hoc modo grassari lubet; nulla jam latina erit vox, quae non facillime ad Graecam originem revocari possit. Quid? quod major linguae belgicae pars eo modo e Graeca lingua repeti po-

mentiori: vid. Etym. L. h. v. Ab ἀίω igitur, ἀϊδὸς, ἀιϝδὸς, σαιϝδὸς, *saivus*, *saevus*. Insertum est *digamma*, et ab initio adscitum *s*, pro spiritu. Ita ab αἰὼν, *aivum*, *aevum*, a λαιὸς, *laivus*, *laevus*. Rursus ab εἰ *sei*, *si*, ab εἶδος *seidus*, *sidus*.

Memorem. *Memor ira*, observantibus F. Vrsino, et illustri Heyne, ad h. l. Aeschylo erat μνάμων μῆνις. Μνάμων esse pro μενάμων, a μνάω, quod pro μενάω, e μένω, (cui vicinum Lat. *maneo*) satis constat ex Etym. L. v. Μνάομαι. Conf. et Etymol. Voss. in *Commentum*. De forma vocis *memor* nonnihil dubito, sitne ex *menimor*, a μεμένημαι, an ex ipsa stirpe μέω (unde μένω) repetendum?

Iunonis. *Juno* (g), Graece, vulgo, alia voce dicitur Ἥρα, i. e. HERA. Etym. Lenn. h. v. At JUNO nostrum, pro JUNON, (ut apparet ex Genitivo *Junonis* cet.) Italice *Giunone*, fluxit ex ἰύνων. Stirps est ἴω. Hinc ἰύω, ἰύϝω, IUVO: unde Cicero, et alii, *Junonem* dictam tradiderunt. Ab ἰύω isto productior forma verbi fluxit ἰύνω, ut ab ἰάω, ἰάνω, et hinc ἰαίνω, *tepefacio*, pp. *remitto*, *laxo*, *dissolvo*. Itaque IUNO, s. IUNON, ἰύνων, i. q. ἰαίνων, pp. *remittens*, *laxans*, *solvens*, terram, glacie constrictam, vincula parturientium etc. aptum Ἥρας cognomen: quae et alibi *Juno pronuba*, *Juno Lucina* etc. dicitur. Terminatio Partic. ων c. g. erat, ut apud Latinos.

Ob pro OP, (ut AB pro AP) ex ὄπι, ut ἐπ' pro ἐπὶ, ET pro ἔτι etc. Ὄπι illud superest in ὄπιθε, ὄπιθεν. Ὄπις, ὄπιδος (olim etiam ὄπιος) unde ὄπιι, ὄπι (ut ὄφιι, ὄφι)

potest. Ceterum *saevus* multo rectius ad σκαιὸς referri videtur.

(g) *Junonis* etc.] Origo vocis incerta, quidquid dicat Scheidius, qui suum ἰύω et ἰύνω sibi habeat.

ἕφι) pp. *respectu*, *consecutione*, vim accepit particulae, *causam* notantis.

IRAM. *Ira*, ἶρα, i. q. εἶρα· ab εἴρω, pp. *committo*. Cognata voci nostrae est alia ἔρις· de qua inferius, ad Iliad. Α, vs. 8.

QUOQUE compos. ex *que*, Gr. κε, et *quo* i. e. πῇ. Red. ad p. XLVIII.

BELLO (*h*). *Bellum*, nisi sit pro *duellum*, potest fluxisse a βέλλειν, pp. *movere vehementius*. Hesych. Βέλλειν, μέλλειν. Μέλλω autem, pro μέλω, a μέω *moveo*, etc. Eadem vis est in βέλω, vicino alteri βάλω· unde βάλλω etc. Hoc pacto *bellum* a *motu vehementiori* dictum foret: ut Lat. *tumultus*. Formam βέλος, n. g. Graeci servarunt pro *telo*, aliove instrumento, magna vi excusso.

PASSUS. Lat. *pati*, et Gr. πάσχειν, ambo sunt a πάω pp. *premo*. Hinc πάσω, πάτγω, πάτχω· Ab eodem πάω, est πέπαται, πατέω, πατίω &c. Etym. v. πάσχω Supinum PASSUM est a πάω, πάσω.

DUM pro *dume*, ut *cum* pro *cume*: *a* δύω, δέδυμαι, f. δῦμι. Indic. Etym. his vv.

CONDERET. Comp. ex *con*, f. *cum*, Gr. κοὶν, ξὺν, et verbo *do*, f. *doo*, respondente Gr. δόω. Etym. v. σὺν et v. Δάνος.

URBEM (*i*). *Urbs*, pro ὄρϝις, vicina vox alteri ὄρϝις or-

(*h*) *Bello* etc.] *Bellum* dici pro *duellum*, inde patet, quod haec vox saepe apud priscos occurrit; ut Scheidiana derivandi ratione nihil opus sit. Descendit autem a *duo*, significatque adeo proprie *pugnam*, f. *certamen duorum hominum*, deinde etiam *exercitum*.

(*i*) *Urbem*, etc.] Varro de l. l. p. m. 24. — *Oppida*, *quae prius erant circumducta aratro*, *ab orbe* et *urbo* URBES etc. Festus, URVAT, *Ennius in Andromeda*, *significat* circumdat, *ab eo sulco*, *qui fit in urbe condenda urvo aratri*, etc. Hinc patet, URBS dici ab *urbus*, f. *urvus*, h. e. *curvus*; quae posterior vox convenit cum Graeco κυρτὸς. Eam vocem Lennepius

orbis. Litera *b* est insititia. Th. *uro*, s. *oro*, cogn. *aro*, *aro*, *iro*, pp. *necto*, pec. *in circulum*. Cicer. pro Sext. c. 42. *domicilia conjuncta, quas* URBES *dicimus*.

INFERRETQUE. *Infero* est Gr. ἐμφέρω, pro ἐνφέρω. Pro ἐν, ex dialecto, IN dicitur.

DEOS. Gr. θεός. Hoc ipsum tamen fortasse θεὸς, per θ, est pro δέος. Etym. v. Ζεὺς et v. θεός.

LATIO. LATINUM. Vide dicta in *Lavinaque* p. L.

GENUS, Gr. γένος. Th. *geno*, γένω, unde γιγένω, γίγνω *gigno*, ut pro μιμένω, μίμνω.

UNDE, Gr. ὅθεν, resecto ν, ut INDE Gr. est ἔνθεν.

ALBANI, Adject. in *nus*, s. νος, ab *Alba*, Ἄλβα, s. ἄλφα, nom. propr. f. g. ducto, ab Adj. ἄλφος. Ab ἄλω, ἄλος, ἄλϝος, ἄλφος, ALBUS. Etym. v. Ἄλφιτον. Anim. ad Anal. p. 297.

PATRES, pro *pateres*, πατέρες. Sing. *pater*, πατὴρ, πατέρος, πατρός. Etym. v. πατήρ.

ATQUE. Ex *que*, κε, et *at* pro *ati*, ἄτι, quod Dorice dicitur pro ἔτι.

MOENIA (*k*). A Singul. *moene*, quod Festus, ex Ennio, servavit. Ducta vox est a μύω, *claudo*. Ut a γύω, γύνω, sic a μύω, μύνω, μύνομαι. Etym. v. Μύνομαι. Est igitur *moene*, pp. *ambitus*, *septum*, *quo quid clauditur*. Unde passim *moenia coeli*, *moenia mundi* pro *ambitu* &c.

ROMAE. *Roma*, ῥώμη, Dorice ῥώμα. Stirps ῥόω, Etym.

plius in Etymolog. a κύω repetit; cujus originem esse κύω, ibidem dicit Scheidius: quae sententia non improbabilis.

(*k*) *Moenia* etc.] Quae de origine hujus vocis habet Scheidius, vera puto. Ceterum nullum est dubium, quin vox cognata sit verbo *munio*. Nam *oe* et *u* permutata esse a Veteribus, nota res est. Sic v. c. pro *murus* dixere *moerus*, pro *munera moenera*, etc.

Etym. h. v. — MUSA, Gr. Μῦσα, pro μόυσα. Etym. v. Μῦσα.

MIHI pro μιί, f. integro ἐμιί, a Nom. obfol. ἐμίς. Vide Animadv. ad Anal. p. 286.

CAUSAS. *Caussa* f. *causa*, a καύω *pungo*, *ftimulo*. Indic. Etym. h. v.

MEMORA. Verbum *memoro* est a *memor*, ut *honoro* ab *honor*, *decoro* a *decor* (*l*). In Imper. *ama* est pro *amaë*, ἄμαε. Ita *memora* pro *memoraë*. Stirps μέω, μένω. Etym. v. Μνάομαι.

NUMINE. „ Ut a *fluo*, *flumen*, fic a *nuo*, *numen*, (*m*)" Forcel. *Nuo* Gr. νεύω, unde νεῦμα, vox vicinae formae. Noftrum *numen*, foret Gr. νευμὴν, formae ποιμήν.

LAESO. *Laedo* est Gr. obfol. λαίδω, unde λαιδρὸς. Vicina forma verbi fuit λάζω *arripio vehementius*. Th. λάω. Etym. v. λάζομαι.

QUIDVE. Lat. *quid*, pro *quide*, Gr. τίδε; litera τ in κ five *qu* mutata, more Dorum, qui τόκα dixere pro τότε. Vosf. Etymol. in *Quis*. Adjectum a fine, *ve*, est Gr. ἤ, unde Fἤ, VE.

DOLENS (*n*). *Dolere* pp. *compungi*, *fodicari*. Indic. Etym. h. v. Participia Graec. olim in ως define-bant, ut τιθὲνς, unde neutr. τιθὲν. Analog. p. 129.

REGINA. Ducta vox a *regi* (*o*), Dat. nominis *rex*, pro *regs*, ῥέγος. Etym. v. Ῥέγχω. Hinc. ῥέγινος, ῥεγίνη.

DEUM,

(*l*) *Decoro a decor.*] Imo a *decus*; media enim fyllaba a poetis corripitur.

(*m*) *a nuo*, *numen* etc.] *Numen* contractum ex *nuimen*, a *nuo*, quod oritur a Graeco νύω, f. νόω.

(*n*) *Dolens* etc.] *Doleo* videtur cognatum verbo antiquo δήλω, unde δήλεω, δηλέω, etc. *laedo*, *noceo*. Hinc per metonymiam *doloris* notio videtur manasfe.

(*o*) REGINA. *Ducta vox a* regi, *Dat. nominis* rex; *pro* regs, ῥέγος etc.] At ῥέγος, f. ῥῆγος longe aliam habet fignificationem. Vid. lexica.

DEÛM, θεῶν. Genit. Plur. in *prima* et *secunda* decl. apud Latinos, *r* adsumsit, in media vocali terminationis ων. Itaque idem *r*, per contractionem, a poetis elidi meruit.

TOT, pro *tos*, ex Gr. τὸς, quod integre τόσος. Vid. Voss. Etymol. in voce.

VOLVERE. *Volvo*, est ab ἔλω, unde ὀλύω, ϝολύω, VOLVO. Etym. L. vv. Ἀλέα, Ὀλέω, etc. Vid. infra p. LX.

CASUS (*p*). Α κάω, χάω, pp. *cava mole ruo*. Hinc χάσω, χάσος. Indic. v. *Cado*.

INSIGNEM. *Signum*, docente *Is. Vossio*, (ad Etymol. parentis sui) est Gr. εἰκνόν. Ab εἴκω, εἰκὸς, εἰκινὸς, εἰκνὸς, et loco spiritus, adhibito σ, σεικνὸς, σεικνὸν; SIGNUM. Hinc, praeposito ἐν, s. IN, *insignis*.

PIETATE. *Pius* haud dubie est a Gr. πίω, cui vicinum Lat. *pio*, pro *piao*, *piavi*, i. e. *compesco*, *subigo*, *placo*. Etym. v. πίω. Itaque *pius* pp. est *placidus*, *mitis*, *obediens*. *Coelum pium*, *dies pius*, pro *placido* dicitur. Plura dabunt *Cesnerus* et *Forcellinus*.

ADIRE. Ex *ad* et IRE. Prius *ad*, pro *adi*, (ut *ac* pro *aci*) ab *ado* (*q*), ἄδω, *premo*, *adigo* (Etym. vv. Ἀδάρκης, Ἀδέω, Ἀδημονέω et Ἄδω) Post. *ire*, inf. verbi *eo*, s. cognati *io*, ἴω, cujus productior forma ἴεω, s. ἵεμι, dedit Gr. ἰέναι. Ipsum radicale verbum ἴ, (unde IRE, Ionicum ἴμεν) superest in benemultis aliis for-

(*p*) *Casus* etc. Hanc vocem repetendam esse a supino verbi *Cado*, vel me tacente, intelligitur. Scheidius suo more Graecum fingit vocabulum, unde latinum ducatur. Unde autem probari possit, κάω, s. χάω significare *cava mole ruo*, et quid sit *cava mole ruere*, ipse viderit.

(*q*) Ad *pro* adi, etc.] *Ad* dici pro *adi*, mihi quidem non probabile videtur. Nec originem vocis, quam ab *ado*, ἄδω repetit Scheidius, certam puto.

formis, ad verbum Gr. εἶμι, et Lat. EO, referri solitis. De primigenio ι, (quam, resecta terminatione re s. μεν, ex *ire* et ἴμεν, lucramur) redi ad p. XXXVI.

LABORES. Ut ab *amo*, *amor*; ab *aequo*, *aequor* cet. (Animadverss. ad Anal. p. 259.) ita a *labo*, *labor*. *Labo* autem repetendum est ex simpliciori λάω, s. λα! unde factum est, litera β, Aeolum more inserta, λάβω. Idem λάβω superest in Gr. ἔλαβον &c. sub verbo λαμβάνω. Ipsum vero λάειν pp. significavit *arripere*: unde λάσιος *hirsutus*, pp. *qui arripi potest* crinibus &c. Dixerunt λαμβάνειν ἔργον pp. *arripere opus*: unde notio *operis*, s. *laboris*. Vide Voss. Etym. in voce, et Etym. L. vv. λαβρὸς, λάσιος, etc.

IMPULERIT. Ab *impello*, s. potius a forma veteri *impulo*. Usitata Graecis fuerunt πάλω (unde πάλλω) πέλω (unde πέλλω) πόλω, πύλω· quorum omnium notio propria est in *vehementiori motu*, quo quid *agitur*. Plura dabit Etym. v. πάλλω, πέλω, etc. E πάλλω Graecis quoque superest ἐμπάλλω, pro ἐνπάλλω, cui cognatum Lat. IMPELLO.

Ostendimus hactenus, Latinas voces Virgilii esse Graecas. Vicissim nunc demonstrandum erit, Graecas Homeri esse Latinas: idque facere conabimur in his Homeri, Iliad. A, vs. 1--12.

Μηνιν ἀειδε, Θεα, Πηληϊαδεω Ἀχιληος
Οὐλομενην· ἡ μυρί Ἀχαιοις ἀλγἐ ἐθηκε·
Πολλας δ' ἰφθιμυς ψυχας ἄϊδι προϊαψεν
Ἡρωων, αὐτυς δ' ἐλωρια τευχε κυνεσσιν,
Οἰωνοισι τε πασι· Διος δ' ἐτελειετο βυλη;
Ἐξ ὑ δη τα πρωτα διαςητην ἐρισαντε
Ἀτρειδης τε ἀναξ ἀνδρων, και διος Ἀχιλλευς.
Τις τ' ἀρ' σφωε θεων ἐριδι ξυνεηκε μαχεσθαι;

Αυ-

Λητυς και Διος υιος· ὁ γαρ, βασιληϊ χολωθεις,
Νυσων ἀνα ςρατον ὀρσε κακην. Ὀλεκοντο δε λαοι·
Οὑνεκα τον Χρυσην ἠτιμησ' ἀρητηρα
Ἀτρειδης.

In quorum tamen vocabulorum analyſi, cave exſpectes, Latina Graecis verbotenus reſponſura esſe. Graeca lingua incredibile quantum locupletior est ſorore ſua Latina. Itaque ipſa quidem Graeca omnes, propomodum, voces, in ſuis theſauris, oſtendere nobis potest, quas Latina adſervavit: at hodierna Latinae linguae paupertas vix patitur, ut decem vocibus Graecis, unam opponamus vocem Latinam. In magni regis gazophylacio millenae myriades numorum ſint, interque hos bene multi longe diverſisſimae monetae: posſideat princeps alius millia aliquot numorum in ſuis theſauris. Hujus quidem numi propemodum omnes ad illos magni regis exigi poterunt: at quis regios illos omnes, in accifa principis, longe pauperioris, penu, reperturum ſe ſperet? Hoc ſibi qui perſuaſerit, nae ille pari facilitate immenſas oceani divitias, in vicina urbi noſtrae maris particula, exſpectet. Sed videamus, quot voces Latinas in ipſo Iliados initio demonſtrare nobis contigerit.

Μῆνιν (r) Lat. *furorem*, *inſaniam*. Ipſam vocem non videtur adſervasſe Lingua Latina: habet tamen, civitate Latina fortasſe donatam, formam MÆNAS, *maenadis*, *μαινὰς*, *μαινάδος*. Seneca in Troad. vs. 673. *qualis deo Per-*

(r) *Μῆνιν* etc.] Scheidius, qui pollicitus esſet, ſe, Graecas Homeri voces esſe latinas, demonſtraturum, non plane ſolvit fidem; nec quidquam fere demonſtrat, niſi voces esſe latinas, quae origine et ſignificatione cum graecis quodammodo conveniant. An hoc ſufficiat tam magnifica promittenti, alii viderint.

Percussa MÆNAS, et alibi. Juvenalis etiam Sat. VI, 315. *vinoque feruntur Attonitae, crinemque rotant, ululantque Priapi* MÆNADES. Th. μαίνω, s. μαίνομαι, Etym. L. h. v. Unde a Plinio H. N. Libr. XXI, 13. *mel ab insania, quam gignit, maenomenon vocari* dicitur. Indicium horum similiumque, (quae passim, ex scriptoribus Latinis, laudo) diligentiae Gesneri et Forcellini debemus. — ἀείδω. Vox Participialis, hinc ducta, ἀηδὼν, ἀήδονος, AËDON, AËDONIS, apud Latinos quoque servata est. — θεὰ est Lat. DEA; ut θεὸς, pro δέος, DEUS. Conf. in Etym. Lenn. v. Θεός. Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος, *Pelidae Achillis.* Nomina Graeca: illud patronymicum, hoc proprium viri. Terminatio εω, s. εο, quae contracta fuit in ε, respondet illi Lat. in ei, secund. declin. ut illa in ηος, Lat. is, declin. tertiae.

Οὐλομένην pp. VOLVENTEM SE, s. *magno cum impetu furentem.* Ab ὄλω, s. οὔλω, pp. *volvo*, est Lat. FόλΩ, *volo, vis, velle*, pp. *volvere animo.* Pass. s. Med. ὄλομαι, praemissa β, Aeol. βόλομαι. Idem ὄλομαι, Lat. *volomai*, dedit Partic. *volomenus*, *volomnus*, s. *volumnus*, pp. *provolutus*, *inclinatus*, h. e. benevolus: unde VOLUMNUS et VOLUMNA, infantibus propitii dii. Alio flexu ὄλεσθαι *provolvi* dicitur, qui *infesto cum impetu aggreditur*, *vastatque*, ac *perdit.* Ab ὄλω, ὄλλω, ὀλλύω, ὄλλυμι, Activa forma usitata est. — ἣ Lat. HÆ, in *haec* pro *haece*, ἥγε. Anim. ad An. p. 303. — μυρία, pp. *spissos*, *densos*, numero, s. mole. A μύω *premo*, *denso*, est μύρος MYRUS, MURUS, pp. *condensatus*; et μύριοι, pp. *densi*, pec. *decies mille*, Hebr. רבבה. Etym. h. v. — Ἀχαιοῖς pp. ACHÆIS. Ex Aeol. Ἀχεῖος, ἈχεῖϜος, est Lat. ACHIVUS. — ἄλγεα, ab ἄλγος, th. ἄλγω, pro ἀλέγω, pp. *versor huc illuc*, prae dolore, frigore etc.

etc. unde ALGOR, ALGUS etc. Etym. v. Ἄλγος. — ἔθηκε *posuit*, pp. *tetendit*. Th. θέω, f. τέω, unde τένω, τείνω TENDO. Etym. v. Τέω et Θέω.

Πολλὰς, ἃ πολλὰς, f. pp. a πολλὸς pro πολὺς. Th. πέλω, f. πόλω, pp. *verto*, *verso*, unde πόλος POLUS. A *versando* est notio *multitudinis*: ut in Lat. MULTUS. Etym. v. πολὺς, et supr. p. LI. — δὲ Etym. h. v. — ἰφθίμους. Ut ab ὄψι, ὄψιμος, sic ab ἶφθι, cogn. ἶφι, ἴφθιμος. Th. ἴω, unde ἴς, Fὶς, VIS. Vid. p. LII. — ψυχὰς Etym. v. Ψύχω. — ἄϊδι ab ἄϊς, th. ἄϊω (*s*), AJO, pp. *spiro*, *exhalo*. Etym. v. Ἀΐδης. — προΐαψεν *praemisit*; ex πρὸ Lat. PRO (f. πραὶ, PRÆ, Etym. v. παρά.) et ἰάπτω, pro ἰάπω. Th. ἴω, ἴπω, ἴτω, unde MITO, MITTO, praemissa *m*. Anal. p. 208.

Ἡρώων HEROUM. Etym. h. v. — αὐτοὺς Etym. h. v. — ἑλώρια, ab ἕλωρ, th. ἕλω, unde ἕλκω *traho*, Belg. *sleepen*, f. SEULEN. Uti, ab ἕλω, est σέλω, sic a cogn. ὅλω, f. ὅλκω, est *solco*, et hinc *solcus*, *sulcus*. Etym. v. Ἕλκος. — τεῦχε, a τεύχω, cogn. τέχω, unde τεχένη, τέχνη, TECHNA. Etym. v. τέχνη. — Κύνεσσι *canibus*. Vox Gr. κύων, (pp. partic. Activ. verbi κύω) Genitiv. habet κυνὸς, ductum a κύνω, quod vicinum alteri κάνω (*t*), unde Lat. CANIS. Etym. v. κύων.

Οἰωνοῖσι pp. *solitariis*, i. e. alitibus majoribus. Οἶος est *solus*: Aeol. οἶνος, Lat. OENUS, UNUS. Hinc οἰωνὸς, ut

(*s*) ἄϊδι, *ab* ἄϊς, *th.* ἄϊω, etc.] Haec valde sunt incerta. Nec satis puto constare, unde ἄϊς, f. ἀΐδης, ἄδης, ducatur. Ceterum in hac operis Scheidiani parte, qua graecas voces esse latinas ostendere conatus est, plurima sane inveniuntur, nullo modo probanda.

(*t*) *Quod vicinum alteri* κάνω etc.] Ubi tandem haec vox reperitur? Cur autem, si κάνω graecum est, lat. *cano*, a graeco χάνω h. e χανω (vid. p. 48.) ducit Scheidius, cum ipsum κάνω hic, ut Graecum, commemoret?

ut ab υἱὸς, υἱωνός· — τε pro ἔτε, Lat. ET. Ab ἔτε, τε· ut ab ἐμὲ, μέ. — πᾶσι a πᾶς, pro πάνς, Etymol. h. v. — Διὸς *jovis*. A Nomin. obs. Δὶς, Lat. DIS. Vicina huic forma fuit δεὺς, DEUS, unde σδεὺς, δσεύς. Vid. clar. Burgess. cit. Etymol. v. Ζεύς. — Ἐτελείετο, a τελείω s. τελέω, quod a τέλω, pp. *protendo* (u), unde Lat. TELA, TELUM. — βυλὴ, a βύλω. Th. ὄλω· Hinc ὕλω, βύλω. Hinc et ὀλύω, ϜΟλύω· unde VOLUNTAS, aeque ac VOLVERE Lat., ductum est.

Ἐξ Lat. EX. — οὗ pro ὅο, a Nomin. ὃς s. ab antiquo ὅ. Respondet fere Lat. HOC pro ὅγε. — δὴ *sane*. Etym. h. v. — τὰ πρῶτα *primum*, q. d. *prima*. Est Accus. Plur. vocis πρῶτος, quod a πρῶ, pro πάρω (v), Lat. PRO. Etym. v. παρά. — διαστήτην, ex διὰ, et στήτην, quod pp. est 3 dual. a Sing. στῆν, vulgo ἔστην, aoristo secundo, sive potius imperfecto, verbi στῆμι, cogn. στάω, Lat. STO, pro STAO. Etym. v. Στάω. Alterum διὰ cognata forma est Lat. DIS. — ἐρίσαντε, pro ἐρίσαντες. Dualis enim Graecorum, ut apud Orientales, e forma plurali orta est, ut, cum aliunde, tum vel ex solo illo Ἀτρεΐδαι Il. A, 16. 17. satis constat. Th. ἐρίζω, ab ἔρω, Lat. SERO, *consero*, *committo*. Etym. v. Ἔρω.

Ἀτρείδης ATRIDES. — ἄναξ *rex*, pp. *tollens*, *erigens se*, respondet, forma sua, Lat. ANAS: ut, contra Αἴας, plane est Lat. AJAX. — ἀνδρῶν, pro ἀνέρων, unde (ἀ in-

(u) *A τέλω, pp.* protendo, etc.] Probandum fuerat, eam, quam dicit, esse verbi τέλω propriam significationem: quod fieri posse, non puto. *Tela* haud dubie a *texo* ortum dicitur pro *texela*, ut *palus*, pro *paxillus*, *velum*, pro *vexillum*, etc. Vid. Cic. Orat. 45. *Telum* forte a τῆλε, s. adjectivo deperdito τηλὸς descendit.

(v) *Quod a πρῶ pro πάρω* etc.] Atqui πρῶτος manifesto contractum est ex πρότατος.

inserta, et ε, per crasin, ejecta) ἄνδρων. — Utrumque vocabulum, ἄναξ et ἀνὴρ, eandem redolent originem, ex stirpe ἄνω, Etym. v. Ἀνήρ. — Καὶ, *et* respondet alteri κε, et Lat. QUE. Etym. v. καί. — Δῖος, pro δίιος, *nobilis*, pp. DIUS, quod idem, ac productior forma vocis, DIVINUS. Est autem hoc δίιος, DIUS, manifesto ductum a Διΐ, Dativo vocis Ζεὺς, sive potius Δὶς DIS: de qua dictum p. LXII.

Τίς, QUIS? Pro τὶς, Dorice, per κ, pronunciatum fuit, κὶς, unde Lat. QUIS? Redi ad p. LVI. Literarum istarum (τ, ת, et κ, ך) permutationis manifestum quoque exemplum est in Hebr. adfixo pronomine ך, ducto ex אַתְּ, *tu*. — τ' ἄρ, ex τε et ἄρ, pro ἄρα. De τε supra dictum, p. LXII. Posterius ἄρα (explicitum quoque in Etym.) ortum est a th. ἄρω, Lat. ARO. Utrumque τε, nisi malis τὸ, et ἄρ, concurrunt in Lat. IGITUR, s. EIGITUR, conflato ex εἰ γέ τε (s. τὸ) et ἄρ, Ind. Etym. h. v. — σφῶε EOS, nempe, *ambo*. De hac voce data opera egimus in Anidmadversf. ad Analog. p. 288 ss. — ἔριδι, *contentione*, sive IRA. Nomina ἔρις, et IRA, sunt ejusdem familiae. Ind. Etym. v. *Ira*. — ξυνέηκε *commisit*. Ex ξὺν CSUM, CUM, de quo vid. Etym. et ἧκα, pro ἕηκε, Aoristo verbi ἵημι, s. ἵεω, *mitto*, cujus stirps ἴω, IO, praemissa μ, *m*, *Is. Vossio* ipsum Lat. MITTO dedisse censebatur. Nempe a MIO, analogice foret in Futuro *miso*. Hinc MITO, et dein MITTO, MISI, MISSUM, MITTERE. Cf. supr. p. LXI. et Animadv. ad Anal. p. 512. — μάχεσθαι *pugnare*. Observarunt viri eruditissimi, Homerum vocibus μάχη et μάχεσθαι, non de *sola pugna*, sed etiam de *magna contentione* uti. Quod ipsum eximie respondet vocum harum origini. Stirps nimirum est μάω, cognata alteri μόω. A μάω producta sunt μάγω, μάχω,

μά-

μάχομαι· cujus quidem formae, sive μάχω, sive μάγω, propago certissima est Lat. MAGIS. Quin et ipsum MAGNUS, pro MAGINUS, in Ind. Etymol. hoc ex fonte repetitum. A μόω est μόϝω MOVO, MOVEO.

Λητοῦς LATONÆ. In Accusativo casu, pro Λητόα, est Λητῶ: apud Herodotum etiam Λητοῦν. Prius illud Λητόα, (Dorice Λατόα) demonstrat cognationem cum *Latona* Latinorum. — υἱὸς, *filius*. Ab ὕω FUNDO, FUDI. Pro ὕω dixerunt ϝύω, φύω· hinc φύλος, et forte φύλιος, unde FILIUS. Vide Etym. v. φύω. — Ὁ *hic*. Ex ὅγε est Lat. HOC. Vide Animadv. ad Anal. p. 300. ad 306. — γὰρ Graeci fortasse dixerunt, pro γαρὰ, ut παρ' pro παρά. Παρὰ autem est a πάρω, Etym. v. παρά. An item γαρὰ a γάρω, cujus th. γάω, Etym. v. χάω. A γάρω, γάρον, Lat. GARUM, *liquamen* notat. Hinccine γαρὰ, γὰρ, Adverbialiter positum pp. illud innuit, *quod liquidum sit*, et *splendore suo oculos feriat?* Conf. Etym. vv. Γε et Γελάω. — βασιλῆϊ χολωθεὶς. Etym. v. Βασιλεὺς et v. χολή.

Νοῦσον Iones, ceteri νόσον, *morbum* dicebant, a νόω, unde νένοκα, νόκω, NOCEO. Itaque Gr. νόσος, et Lat. NOXA, voces cognatae sunt. — κακὴν· Lat. MALUS, pp. notat MOLLEM, *ignavum*. Ind. Etym. h. v. Eadem metaphora est in Gr. κακὸς, orta a κέκακα, s. κέχακα, th. χάω, cogn. χέω, unde CEDO. Etym. v. κακὸς et v. χάω. Νοῦσον κακὴν, (ut Belg. *eene kwade ziekte*) eximie dixerunt *pestem*. — στρατὸν *castra*, pp. STRATUM. Etym. v. Στρατὸς. — ὦρσε, pp. ORIRI FECIT, s. *excitavit*; pro ὄορσε, s. ἔωρσε. Est 3 Sing. Aoristi Indicat. verbi ὄρω· unde productiores formae enatae sunt ὀρέω, ὀρίω, ORIO, Latinis forma Deponentis, s. Medii verbi, ORIOR. Etym. v. Ὄρθρος. Notetur h. l. forma antiqua, s. perfecta, Aoristi ὦρσε. Analog. p. 50. — ὀλέκοντο, pp. VOL-

VE-

VEBANTUR, f. PRÆCIPITABANTUR, in exitium, ab ὀλέκω, quod ab ὀλέω, ὄλω, unde ὄλλυμαι, ὀλύω, Fολύω, VOLVO. — λαοὶ COPIÆ. Etym. h. v.

Οὕνεκα, pro οὗ, i. e. HUJUS, f. CUJUS, et ἕνεκα, i. e. CAUSSA, Etym. h. v. — Χρύσην CHRYSEN. — ἠτίμησε, *contumelia adfecerat*, pp. NIHILI ÆSTIMAVERAT. Ex ἀ privante, et τιμάω, TIMO, quod fuperest in Lat. ÆSTIMO. — ἀρητῆρα pp. ORATOREM (x). Ἀρέω, et ὀράω, Lat. ORO, pro ORAO, verba vicina funt. Formae in τηρ, et τωρ, i. e. Lat. TOR, eandem fere vim habent; Ἀρότηρ est Lat. ARATOR etc. Vide Analog. p. 151-153. et Valcken. Obferv. p. 49.

Haec quidem pro tenui fpecimine fufficiant: ex quo tamen ratio Latina cum Graecis, et Graeca vicisfim cum Latinis, comparandi paullo plenius intelligatur. Ea certe (nifi vehementer fallor) in hoc fita est, ut verba fingula cum verbis, phrafes cum phrafibus, ad amusfim quafi exigantur, nihilque plane hic admittatur, quod ab analogiae certisfima regula deflectat; misfis quoque omnibus anomaliarum, et exceptionum (quas noftra ignorantia invenit, ipfa lingua ignorat) tricis atque impedimentis.

Permulta nobis funt in ftudio linguarum, huc usque, obfcura, et paene inveftigabilia: fed multa, de quibus olim defperabatur, poftea inventa funt, et fua luce nunc radiant. Plura reperiemus, modo via ac ratione femper procedamus; aurei illius dicti Schultenfiani in primis memores, „ quo plures linguae addi-

(x) ἀρητῆρα pp. *oratorem* etc.] Fortuitam effe harum vocum in litteris convenientiam, facile patet. *Orator* fluxit ab *oro*, quod quin ad *os* pertineat dubitari non potest; ἀγητὴς, ab ἀγάομαι: quae verba cum fignificatione fatis conveniant, origine tamen differunt.

* * * * *

difcantur, et fecum invicem componantur, eo facilio-rem accidere fingularum linguarum veram intelligentiam." Quod tamen minime ita accipiendum est, ac fi omnes, quotquot in toto terrarum orbe vigent, linguae, ex una primaeva, five Hebraica five Graeca, five alia quacumque, originem fuam repetiisfent; aut, quafi verba Graeca, Latina, Germanica, ex Hebraicis Arabicisque etc. (fono et pronuntiatione quodammodo vicinis) esfent illuftranda. Ratio haec linguas tractandi (quae vel ipfi *G. J. Vosfio*, at quanto viro! faepisfime fraudi fuerat) ab eruditisfimo ejus filio, *Ifaaco Vosfio*, fummo jure est repudiata. At alia longe res est, ubi comparatio inftituitur, non ipforum adeo *fonorum* (quos voces in diverfis linguis fundant) quam *fignificationum*, quas, per easdem metaphoras, aut metonymias, diverfisfimae faepe voces fimillimas, quin plane easdem, acceperunt. Talium quidem comparatione, me judice, in linguis recte tractandis, nihil utilius est; atque ea de causfa, faepisfime ea norma a Schultenfiis, aliisque viris fummis, adhibita est: quorum veftigia nos quoque legere inftituimus.

Reftat tertia prolegomenorum noftrorum pars: in qua de ipfa editione Lennepiani hujus Etymologici, five *Obfervationum ad ftirpes linguae Graecae*, dicenda quaedam forent.

Inchoaverat illud opufculum cl. Lennepius, in ufum praelectionum domefticarum, anno, ni fallor, CIƆIƆCCLXII, quo anno Ariftophanis Plutum elegantisfime explicantem optimum virum audivimus; Stirpium vero harum enarrationi non potuimus interesfe. Sed exceperant eam calamo fuo honoratisfimi duo commilitones noftri, iidemque amici carisfimi: qui, id rogati, exemplaria fua, accuratisfime fcripta, ad editionem (noftro, aut

bi

bibliopolae potius, honestissimi viri, G. T. Paddenburgii, periculo, sumtibusque suscipiendam) quam officiosissime nobiscum communicarunt. Quo nomine gratias ipsis publice nunc ago, habeoque maximas; nec dubito, quin mecum habituri sint, quotquot Etymologicum hoc, tanquam primas lineas dexterrimi artificis, tironum in gratiam ductas, (quas ipse auctor implere non potuerit, morbis impeditus, morteque, Musis acerbissima, literis his ereptus) suos ad usus adhibuerint.


Quid me moverit, ut edere auderem ab ipso suavissimo praeceptore nostro non edita; neque illo habitu, si vixisset, unquam fortasse edenda, de eo satis dixisse mihi videor, in praefatione ad alteram Analogiae ejus editionem, quam superiori aestate curavimus. Dicta ibidem huc quoque transferri velim: lectoremque eruditum magno opere rogo, ut, si quid, nimio erga optimum elegantissimumque praeceptorem amore, peccaverim, mihi illud ignoscat, simul et aequi bonique consulat, quae de nostra qualicumque penu (in posteriori praesertim libri parte) adjecimus, ad supplenda utcumque illa, quae ipse Lennepius, infirmiori valetudine praepeditus, sub finem curriculi Academici, ut fieri solet, imperfectiora relinquere coactus fuerat. Adhibuimus quoque eum in finem, cum alia subsidia, veterum potissimum Grammaticorum, ab Hesychio et Etymologici magni auctore congesta, tum vero in primis excerpta e praelectionibus summorum virorum, eorumdemque Lennepii quoque praeceptorum, T. H. et L. C. V. quorum pretium facile aestimabunt harum elegantiarum haud imperiti lectores.

Lennepii nostri vitam brevissime, sed accurate admodum, descripsit vir summus, quem modo nominavi, et ipse jam, una cum carissimis discipulis suis (quos, in Lennepii vita, laudavit) *Hightio*, *Piersono*, *Koenio*, mortalitati huic ereptus, L.C. Valckenarius, in Praefat. ad Phalaridis Epistolas Lennepii, Groningae editas, anno CIƆIƆCCLXXVII.

Plura, quae addam, non succurrunt. De Indice Etymologico, quo praecipuas voces Latinas suis originibus reddere studuimus, alii judicent, rudibusque ignoscant initiis. Haud pauca, Indici isti inserta, deprehendet lector, quae, in ipso Etymologico Graeco, non legantur, curasque arguant posteriores: multorum denique vocabulorum indicatas tantum stirpes videbit, accuratiori examini subjiciendas. Dabam Harderovici Gelror. Nonis Majis, CIƆIƆCCLXXX.

EV. SCHEIDIUS.

90.



JO. DANIEL. A LENNEP

OBSERVATIONES AD STIRPES

LINGUAE GRAECAE.

PROLEGOMENA.

Nihil esse tam necessarium, ad acquirendam exquisitiorem linguarum, quae *mortuae* dicuntur, cognitionem, quam diligenter et accurate inquisivisse in vocabulorum STIRPES et ORIGINES, eorumque notiones PROPRIAS; inter omnes hodie constat, qui quidem in linguis sapiunt. Quoniam autem et veteres, et inferiorum aetatum scriptores, vix aliquid scripto consignarunt, unde ista cognitio acquiri possit: non alienum esse duxi, eorum caussa, qui quidem LINGUÆ GRÆCÆ naturam et rationem penitius intueri et perspicere cupiant, hoc anno, diligentius paullo eas res exponere: ut habeant illi, ad quae pleraque, in scriptis veterum Graecorum obvia, possint perpendere. Fuerunt quidem, tum inter veteres, tum postea, qui, cognitionem hanc utilissimam existimantes, multum operae et industriae, in investigandis vocabulorum *stirpibus*,

 eo-

eorumque *propriis notionibus* determinandis, collocarent. Sed, quum plerique omnes incerta insisterent via, fieri aliter non potuit, quin multa commenta et ingenii ludibria, pro veris inventis, nobis relinquerent; a quibus tanto cavendum nobis est diligentius, quanto longius possumus, si ea sequimur, a recta ratione (qua omnis linguarum analogia describitur) abduci, et quibusvis erroribus implicari.

Ne de veteribus loquar, qui in patriae suae linguae caussis, ut fieri solet, omnino coecutiverunt; fuerunt jam, a multis inde seculis, qui, quum ad interitum jam vergeret sua lingua Graeca, in ejus originibus investigandis et exponendis, sedulo versarentur. Ei quoque numero cum alii quam plurimi accensendi sunt, tum in primis (quorum adhuc scripta quaedam supersunt) Scholiastae veteres et Etymologus magnus. Hi vero tot mala, bonis quibusdam mixta, habent, ut, nisi, quocumque incedas, *Analogiam*, tanquam filum aliquod Ariadnaeum, sequaris, ubique erres, ubique impliceris, et obhaereas.

Quod etsi vere dici potest, tamen existimandum non est, nihil esse in eorum scriptis, cujus caussa valde ea requiras: quum multa insint, scitu dignissima et utilissima. Sed lectore opus est peritissimo, qui recta a pravis scienter possit secernere, atque ita, quidquid probum invenerit, in usus suos convertere.

His aliisque subsidiis instructus, primus, post renatas in Italia literas, opus hoc utilissimum aggressus est Henricus Stephanus, edito *Thesauro Linguae Graecae*, quo vocabula, tam *derivata*, quam *composita*, ad *stirpes* suas, seu *themata*, referret, notiones etiam *proprias* et *figuratas* adderet, quarum quidem habuisset notitiam. Sed, quod reliquis omnibus, qui, aut ante

ante eum, aut post eum, idem opus fuerunt aggressi, ipsi quoque accidit, ut in permultis laberetur. Minus perspecta enim vera ratione et analogia linguae Graecae, a Grammaticis, et Scholiastis vetustis, omnia fere mutuatus est vir ille doctissimus, et, hoc pacto, imperitos duces suos sequutus, ipse harum rerum imperitus, in eosdem errores, in quos illi ante, adduci se passus est.

Idem dicendum de Lexico Joannis Scapulae, qui, si eruditionem spectes, H. Stephano longe inferior, hujusque compilator, quaecumque in suo Lexico habet, ex illo *Stephani Thesauro* deprompsit: adeo ut, quod habemus *Scapulae* Lexicon, totum excerptum sit ex majori *Henr. Stephani* opere.

Praeter hunc *Stephani Thesaurum*, nihil fere est in formam Lexici redactum, unde stirpes Graecae linguae quodammodo cognosci possint. Nam, quem scripsit M. Martinius, *Cadmus Graeco-Phoenix* tot ludibriis hominum, omnia ab orientalibus linguis repetentium, est repletus, ut tutius ab ejus lectione abstineant, saltem tirones. Quae autem viri docti alii, de hac parte eruditionis Graecae, sunt commentati; quemadmodum Salmasius, Casaubonus, duo Scaligeri, Valesius, aliique, qui *Analogiam* et *caussas* linguae Graecae penitius paullo introspexerant; tum pauca sunt, tum, per eorum scripta, tam varie dispersa, ut non possint, nisi ab iis, qui eorum scripta diligenter legant, cognosci.

Quapropter, quum plerorumque in manibus esse soleat memoratum istud Scapulae Lexicon, idque prae ceteris juventutis studiis accommodatum videatur; ejus ordinem Alphabeticum thematum secuturus, constitui, eorum *veras stirpes* paullo altius indagare, una-

que, quae ſit *propria*, tum illarum, tum inde propagatarum, vocum *vis*, quaeve *translatarum* ratio, breviter oſtendere. Hoc enim modo, quae in Lexicis minus recte expoſita leguntur, perpendi poterunt aliquanto accuratius.

Sequar autem ubique, hac in tractatione, certam et conſtantem *Analogiam*, ipſius linguae Graecae rationibus nixam, et uſu comprobatam; eamque paucisſimis REGULIS GENERALIBUS comprehenſam. Quarum ne quis plane neſcius ſit, pauca quaedam, ex illis, quae ante duos hos annos copioſius cum auditoribus meis communicavi, praemittam excerpta.

I. Nullae ſunt proprie *origines*, aut *ſtirpes*, niſi verba *ſimplicisſima*. Reliqua omnia vocabula ſunt *derivata* aut *compoſita*; ſive *nomina* ſint, ſive *aliae partes* orationis.

II. Verba *originalia* ſimplicisſima ſunt

1. *Bilitera*, et non niſi *quinque* dantur, per rei naturam. Sunt ea ἄω, ἕω, ἴω, ὄω, ὕω.

2. *Trilitera*, eaque *duplicis* generis: quorum alterum *conſonantem*, in *principio*, habet; ut βάω, δάω et ſimilia: alterum in *medio*, ut ἄγω, ἕλω et ſimilia: vel tandem

3. *Quadrilitera*; ea, nempe, in quibus *conſonantes* et *vocales alternatim* ſunt poſitae. ut λέγω, λάγω etc. quae etſi, ipſa forte a ſimplicioribus verbis orta, verius *derivata* videntur poſſe dici; in hac tamen tractatione, pleraque haberi *originalia* posſunt. Reliqua autem *quadrilitera* longe minus etiam eſſe *originalia* videntur. Nam aut formata ſunt a *verbis triliteris*, praefixa *conſonante*: quemadmodum στέω a τέω, στάω a τάω etc. vel *conſonante*, *vocalive*, *interpoſita*: quemadmodum ἄπτω ab ἄπω, ἄγχω ab ἄγω etc. καίω a κάω, βαίω a βάω etc. vel *contractione*: quemadmodum πλέω a πελέω, πνέω a

πι-

πνέω. Et hujusmodi generis omnia verba pro derivatis merito habentur.

III. Verba, *quinque* literis constantia, omnia sunt *derivata:* et quidem proxime a *quadriliteris*, sive *addita* ab *initio* litera, sive ea *interposita.* Formantur autem

1. Addita *vocali* ab *initio:* ut ἐθέλω, a θέλω; ὀκέλλω, a κέλλω et similia.

2. Addita *consonante:* ut σμύχω, a μύχω etc.

3. *Vocali interposita;* quemadmodum μενῶ a μένω; μαίνω a μάνω: vel, *eadem ante* ω *posita;* ut ποιέω a ποίω etc. vel denique,

4. *interposita consonante;* ut τύπτω a τύπω; βάπτω a βάπω et similia.

IV. Quae *plures*, quam *quinque* literas, habent, omnia oriuntur a *formis* verborum *simplicioribus:* facta, vel *additione*, vel *insertione* quarumvis fere *literarum*, tam *consonantium*, quam *vocalium:* eaque, sensim per *simpliciores* formas eundo, referri debent, vel ad memorata verba *originalia quadrilitera*, vel ad *simpliciora* etiam; quemadmodum suis locis videbimus.

V. Verba, quae non, nisi *vocali* ante ω, inter se differunt, significationem *unam* propriam, *communem*, habent. Et, si *simpliciora* sint, pro *iisdem originibus*, sunt habenda. Sin autem *pluribus* literis constant, ut eandem *stirpem*, ita *eandem notionem propriam*, habent. Sic verba (Reg. II. n. 1.) indicata ἄω, ἔω etc. significationem propriam *communem* habent, quae in *leni spiramine* posita est, quaeque, ipsis literis Α vel Ε etc. pronuntiandis, efficitur. Similis ratio est verborum (R. II. n. 2.) βάω, βέω, βίω etc. quorum significatio propria *communis* quaerenda est in *motu*, *qui fit cum contentione quadam.* Similiter res sese habet in verbis ἀράω, ἀρέω etc. quae orta, (secundum Reg. II. n. 3.) a simpliciori

 ἄρω,

ἄρω, hujus verbi ſignificationem ſequuntur; quae est poſita in *aptando*. Atque eadem reliquorum omnium verborum, ad hoc genus pertinentium, ratio est. Quin idem ſtatuendum fere de *verbis aliis*, quae, ab *eadem* ſtirpe orta, *conſonante* aliqua, vel *addita*, vel *interpoſita*, differunt.

VI. Similis ratio etiam *multorum* verborum est, tam *originalium*, quam *derivatorum*, quae in *principio*, ſive *ante conſonantem*, ſive *post primam conſonantem*, *vocali* tantum differunt. Ita ἄρω, ἔρω etc. *ſignificatione* non tantum conveniunt, ſed pro iisdem ſtirpibus posſunt haberi. Similiter μάω, μένω etc. eadem quaſi verba *originalia* ſunt, ſignificationem communem *proprium* habentia: uti v. c. λέχω et λάχω. Huc quoque pertinent ea, quae *conſonante vicina* differunt, ſive ab *initio*, ſive in *medio*; quemadmodum γάω et χάω; λέγω et λέχω et ſimilia.

VII. Notiones verborum *propriae* omnes ſunt *corporeae*, ſive ad *res* pertinentes, quae *ſenſus* noſtros *externos* feriunt. Quibus autem alia notio ſubjecta est, ea omnia *translata* ſunt et *figurate* ſumta.

VIII. *Derivata nomina*, quae proxime deſcendunt a verbis, *ſimplicisſima* ea ſunt, in quibus terminatio *verbi praeſentis* in eam *nominis* mutatur. Quemadmodum λέχος *lectus*, a λέχω *cubo*: γέρων, a γέρω *honoribus fungor*: quod poſterius, ut multa alia, nomen *participiale* est, formatum a γέρω, ut τύπτων a τύπτω.

IX. Reliqua a *variis temporibus* aliis, et quidem maxime a *praeteritis* oriuntur; *terminatione* temporis iſtius, unde oriantur, in *eam nominis* mutata, et *augmento*, ſi adſit, *ablato*. Quae omnia cognoſci posſunt ex *litera* iſtorum temporum *characteriſtica*. Ita ἀφὴ *tactus*, diſcimus esſe a *praeter. perf. activ.* ἧφα verbi ἅπτω, ſolius lite-

te-

terae Φ indicio. Similiter litera μ docet, vocem ἄμμα esse ortam, a *praeter. perf. pass.* ἧμμαι verbi ejusdem ἅπτω. Litera ξ demonstrat, vocem λέξις esse a *2da person. praeter. perf. pass.* λέλεξαι verbi λέγω. Litera τ indicio est, nomen πατὴρ, oriri a *3tia perf. praet. perfect. pass.* πέπαται verbi πάω *alo, nutrio*, atque ita in aliis omnibus.

X. A *nominibus*, variis modis, *nova* denuo *verba* formantur. Cujus generis exempla, in ipsa tractatione, multa videbimus.

XI. *Nomina*, a *verbis* orta, horum significationem sequuntur. Atque ita *verba*, a *nominibus* formata, proxime istorum *nominum*, unde descendunt, notionem sequuntur.

XII. Quae, praeter VERBA et NOMINA, numerantur *partes orationis*, ea, vel ad *verba*, vel ad *nomina*, proprie referenda sunt; nisi sint quaedam INTERJECTIONES.

XIII. Quae vocabula, sive *verba*, sive *alia*, ὀνοματοπεποιημένα sunt, hoc est *ficta a sono*; cujusmodi, in lingua Graeca, quam plurima reperiuntur, ut originem *sono* alicui debent, ita etiam hujus *soni* notionem sequuntur.

Atque hae praecipuae *regulae generales* sunt, quibus Analogia linguae Graecae, quantum quidem ad *formationem verborum*, et *significandi rationem* attinet, circumscribitur.

Ad has igitur omnia perpendentes, ad ipsam jam rem aggrediamur.

JO. DANIEL. A LENNEP

OBSERVATIONES

AD ORIGINES

LINGUAE GRAECAE.

A.

A. Notionem habet propriam *soni*, qui literam hanc pronuntiando editur; (nisi est ab *articulo postpositivo* formatum:) vel vim *privandi*, vel *intendendi*, aut similem, habet.

Ab *articulo postpositivo* descendit ἅ, quando ponitur pro ἑὰ *sua*: ut est apud Homerum, [Iliad. Μ, 280. Ο, 58. Ρ, 193. Σ, 451. Od. Ι, 250. 310. cet. Nempe τὸ ἑὰ *sua* dici videtur pro ἅ, adscita *ab initio vocali* ἑ, ut alibi saepe. Vide Analog. p. 203. et Animadv. p. 360. Ut hinc appareat, ἅ hocce non adeo dici pro ἑὰ, quam ἑὰ potius efferri pro ἅ, quod in prosodia *breve* est. E. S.]

Inde porro est Doricum ᾇ, pro ὅπου, quod Latine diceres quâ *viâ*. Tum nempe ᾇ, quasi antiquus *Dativus*, est a Nominativo ἥ, cujus masculinum est ὅς.

Quando autem litera α in *compositis* vim habet *privandi*, *intendendi*, similemve, cognatum videtur esse *praepositioni* ἀπὸ, ut manifeste apparet ex Latina praepositione, huic respondente, A vel AB. [Nisi potius ἀ *privativum*, στερητικὸν, ortum sit ex ἀνὰ: ut primo dixerint ἀν, et dein ἀ. Istius ν vestigia supersunt fortasse in ἄνανδρος *effeminatus*, ἀνόρατος *invisibilis*, ἄνορχος *testiculis carens*, ἄνοσμος *odoris expers*, ἀνάελπτος *insperatus*: pro

qui-

quibus, litera ν extrita, etiam dixerunt ἄμαχος, ἄσχος, ἄοσμος, ἄπλαστος. Alia vide in ἄγαν, ἅμα, ἀεί. E. S.]

Ἀάζω oritur, sine dubio, ab ἄω. Ex regulis enim memoratis patet, non esse *primitivum*. Oritur igitur proxime ab ἄω verbum ἀάω: atque inde ἀάζω. Est autem ἄω *spiro*: et, ut postea videbimus, de *leni spiritu* oris, vel *halitu*, qualis fere litera, α pronuntianda, editur, *proprie* sumtum videtur. Hinc, quum *spiritus*, vel *halitus* lenior, *calidus sit*, ἀάζω recte sumtum docent Grammatici, pro *calidum halitum efflare*: ut differat a verbo φυσᾶν, quod quidem etiam a *sono flatus* factum, tamen notat, ipsa sua natura, *cum impetu flatum* oris, vel alio quocumque instrumento, *exprimere*: quod fit, quum rem *calidam flando frigefacere* volumus.

Ἄβαλε *utinam*, *heu!* Stirpem altiorem non videtur habere: estque quaedam *interjectio*; cujusmodi generis voces, vel a *sono aliquo*, vel *simili* saltem ratione, fere fiunt: ut adeo referendae sint ad ὀνοματοπεποιημένα. [Dubium adhuc est, scribendumne, divisis voculis, ἆ βάλε, vel ὦ βάλε, *ὁ fuge!* sitque βάλε, i. e. βάλλε, Belg. *pak u weg*: an vero ἄβαλε, voce *unica*, sit efferendum: quae vox contrahi potuerit ex ἀνέβαλε; quod idem atque ἀνάβαλλε. Vide Etymolog. Magn. pag. 186. vs. 40. ibidemque Sylburg. ad p. 3. vs. 3. porro Hesych. *Albertii*, p. 12. collato *Auctario emendat.* col. 1. E. S.]

Ἄβαξ. Respondet Lat. ABACUS, unde formatum. Proprie *id* notat, quod *quasi baculo nitatur*. Ortum ex α *intensivo*, ut vocant; de quo supra, et voce βὰξ, formata a verbo antiquo βάκω, vel vicina forma; quemadmodum λὰξ, a λάκω, πλὰξ a πλάκω, et similia. Docet jam litera ξ, (Reg. IX.) βὰξ repetendum esse a 2 *praeter. perf. pass.* βέβαξαι, verbi memorati βάκω. Βάκω autem, etsi originale verbum videri potest, (ut multa alia quadrilitera hujus generis, de quibus Reg. II, n. 3.) a simpliciori βάω oritur, ejusque significationem retinet: ut adeo notet *nitor*. Quae significatio cum in aliis multis derivatis conspicua est, tum in proximo derivato βάκος, cujus diminutivum superest in

lin-

lingua Lat., BACULUS nempe, respondens Graeco βάκτρον, (a 3 *pers. praeter. pass.* βέβακται, verbi nostri βάκω) proprie *id* notat, *quo nitamur*, BACULUM adeo: ut πλῆκτρον *id*, *quo percutiamus*, a πέπληκται, verbi πλήσσω. Est ergo ἄβαξ eximie, in usu, *mensa* vel *tabula*, *baculo* vel *fulcro nixa*. Ex qua notione propria reliquae significationes, quae in Lexicis notantur, sponte fluunt. [Potest etiam ἄβαξ compositum censeri ex ἀ *privativo* et βάσις. Etymol. „ Ἄβαξ, ὁ μὴ ἔχων βάσιν." G. J. Vossius, in *Etym. Latino* „ Guicharto est ἄβαξ, „ quasi μὴ ἔχων βάσιν, ut est apud *Etymologum*. Itaque „ proprie ABACUS est mensa, quae basin non habet; ut „ illa *logistarum*, de pariete suspensa: item *coquinaria*, „ quae nunc parieti applicatur, nunc soluta demitti- „ tur, ut vasa super ea reponantur: unde et *reposito-* „ *rium* dicitur *Plinio*, Lib. XXVIII, c. 2." Posterius hoc forte rectius. E. S.]

Ἄβαρ [*placentae genus.*] Videtur originis peregrinae, certe ignotae. [Fortasse ἄβαρ, per apocopen, dixerunt pro ἄβαρυ ab ἄβαρυς, cui vicinum ἀβαρής pp. *non grave*, et hinc *placenta levior*. E. S.]

Ἄβρα [„ vel potius ἅβρα *Ancilla honestior*, quae *delicata* Latinis, *pedisequa*."] Et hoc forte peregrinum: nisi sit femin. a masculino ἅβρος *pulcher*, *cultus*; ut ita intelligatur hac voce nomen θεράπαινα, vel simile. Est autem ἅβρα, in usu linguae, *Ancilla cultior*; quales matronis praesto esse solent, ad ministeria honestiora. Sunt in lingua Graeca infinita fere nomina *adjectiva*, *substantive* posita. [Plura de hac voce vide in *Novo Thesauro Philol. J. C. Bielli*, edito a Clar. *Mutzenbechero*, P. I. p. 3. E. S.]

Ἀβρός [*mollis*, *delicatus*, *lautus*.] Non differt proprie ab αὖρος, quemadmodum promiscue pronuntiabantur olim λαῦρος et λάβρος, καλαῦροψ et καλάβροψ, et sim. Αὖρος autem femin. habet αὖρα, quod est Lat. AURA, notans, in usu, substantive *flatum lenem*, *mollemque*; ex qua significatione apparet, stirpem esse verbum ἄω, et inde formatum αὔω, quod produxit nomen αὖρος, vel, quod ejus loco in usu est, ἅβρος, a memorata significatione, ad omnem *mollitiem* designandam. Unde por-

porro eximie significat *delicatum*, *effeminatum*; quae notio dein illam peperit, qua *pulchrum*, *elegantem*, *cultum*, significat. Hinc denuo positum idem pro *festivo*, *lepido*; vel, alia quadam translatione, pro *elato*, vel *fastuoso*.

'Αβρότη *nox*. Adjectivum pp. est, formatum a masc. ἄβροτος, quod, vi originis suae, idem plane, quod ἄμβροτος. Litera enim μ, ut suo loco videbimus, saepe interponi solet, ante *literas labiales*: ut est in κύμβη, formato a κύβη et sim. Est autem ἄμβροτος, ut vulgo reddunt, *immortalis*, ex ἀ *privativo*, et nomine βροτὸς *mortalis*: de quo suo loco. Hoc sensu ἄμβροτοι θεοὶ saepe, apud Homerum, et alios poëtas, vocantur, qui apud Latinos *dii immortales*. Quum autem βροτὸς, apud Homerum aliosque poëtas, saepe ponatur de *homine quocumque*, (ut, apud Historicos Latinos, vox *mortalis*) ἄβροτος etiam significare potest *sine hominibus*, *hominibus vacuum*. [H e s y c h. 'Αβροτον. ἀπάνθρωπον. ubi vid. *Albert*. S u i d a s. 'Αβρότη. ἡ νύξ. παρὰ τὸ ἐστερῆσθαι βροτῶν. E. S.] Atque inde ἀβρότη, sc. νὺξ, *noctem* notat S o l a m, ut Latini poëtae loquuntur, i. e. ubi nemo apparet, et *silent omnia* [E t y m o l. ἐν ᾗ βροτὸς ἐ φαίνεται. E. S.]. Quae significatio quodammodo distinguenda est ab alia loquendi ratione Homerica, qua νὺξ ἀμβροσίη dicitur. Licet enim ἀμβρόσιος ejusdem sit originis, atque ἄβροτος, sequitur tamen hoc adjectivum notionem vocis ἄμβροτος, suprà memoratae, et proprie *id* significat, *quod ad immortales*, (deos adeoque) *pertineat*. Hinc femin. ἀμβροσίη, substantive positum, eximie dicitur *cibus deorum*, quasi subintellecta voce ἐδωδή.* Jam autem, quidquid *in suo genere excellentissimum* est, θεῖον, δαιμόνιον, [δῖον] similibusque vocabulis, e *divinitate* repetitis, appellant Graeci. Hinc ἀμβροσίη νὺξ, proprie quidem *nox divina* est, vel *qualem dii immortales agunt*. Inde vero, ab Homero, *nox placidissima* sic dicitur. Ex quo facile apparet, quemadmodum haec locutio ab altera differat. [Rectissime igitur Iliad. Ξ, vs. 87. νὺξ ἀβρότη, a Scholiaste, exponitur, ἐν ᾗ βροτὸς οὐκ διαφαίνεται, a C l a r k i o vero

nox

„ *nox intempesta*": quam vocis significationem, loco cit. ipse etiam contextus unice commendat. Contra Iliad. B. vs. 57. ἀμβροσίην διὰ νύκτα, i. e. διὰ τῆς θείας νυκτὸς Schol., qua nempe Agamemnoni θεῖον ἐνύπνιον ἦλθε. Vide omnino *Apollonii* Lexic. Homer. p. 10. 112. ibique eruditissimum amicissimumque nobis *Villoisonum*, in notis. E. S.]

Ceterum, quod huc refertur a *Stephano* et *Scapula*, verbum ἀμβρότω, pro ἀμάρτω, huc plane non pertinet: ut videbimus infra in verbo ἀμάρτω.

Ἀβρότονον [*abrotonum*] compositum est ex ἁβρὸς, et τόνος, quod pertinet ad verbum τένω; cujus loco usitatum est τείνω, Lat. Tendo. Hinc ἀβρότονον Graeci vocarunt *plantam*, quae usque vireat, quasi dicas; *surculos*, vel *germina*, usque *viridia*, *protendentem*. [Ita fere etiam Voss. Etym. Lat. p. 2. post alia. „ Nisi malis" inquit „ esse a τόνος, quia ἁβρῶς τείνεται, „ *molliter extenditur*." Descriptionem vide apud Suidam, in voce, Theophrast. Lib. VI, c. 7. Plin. H. N. L. XXI, c. 10. et Millar, Garden. Diction. voce Artemisia No. 4. et Santolina, aliosque Botanicos. E. S.]

Ἄβρυνα [„ vel ἄβρυνα, ὡν mora."] Stirps incerta. Lenn. „ Forsan *fructus* iste sic nominatur, παρὰ τὴν „ ἁβρότητα, καὶ ἁπαλότητα." H. Stephan. Possis et repetere a βρύω, pp. *scateo*, *abundo*, unde factum fuerit βρύνος; et cum α *intensivo*, ἄβρυνος *valde scatens*, *abundans*, *copiosus*: nimirum, ut a *copia fructuum*, *foliorumque*, dicantur, quam *arbor ista*, *fontis* ad instar *scaturientis*, *effundat* quasi, et cum *strepitu* ejiciat. Plin. H. N. L. XVI, c. 25., „ Morus novissima urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore: ob id dicta *sapientissima arborum*. Sed, quum coepit, *in tantum* universa germinatio *erumpit*, ut una nocte peragat, „ *etiam cum strepitu*." E. S.]

Ἀβυρτάκη dicitur *Edulii genus peregrinum*. Quapropter etiam peregrinae originis videtur esse. [Etymol. Βαρβαρικόν τι ἔδεσμα ἐκ δριμέων, κατασκευαζόμενον, καρδάμων καὶ σκορόδων, καὶ σινάπεως. Plura vid. apud Suidam. Etymo-

mologiam vocis, ex Lingua veteri Persica egregie explicuit H. Relandus, de vet. Ling. Pers. p. 104. ss. laudatus ab Albert. ad Hesych. T. I, p. 26. E. S.]

Ἀγαθὸς [„ *bonus*, *probus*, *fortis*, *dives*." cet.] Origo est verbum ἄγω, cui vicinae formae verborum (ut postea videbimus) sunt ἄζω, praeterea ἀγάω, ἀγάλλω, et similia: quorum omnium *vis propria* in *munditie* quadam, et *puritate*, cum *splendore* conjuncta, quaerenda est; ut alio loco, [ad stirp. ἄγω] videbimus. Verbum itaque ἀγάω, et inde formatum ἀγάθω, proprie notat *munditie* et *puritate splendere*; *mundum* et *purum esse*. Atque hinc ἀγαθὸς proxime descendens, proprie quidem *purum*, atque adeo *probum*, notat: generaliter autem accipitur pro eo omni, quod quocumque modo *probum* adeoque *bonum* est. In primis *internam* alicujus rei *bonitatem* respicit: atque ita a καλὸς differt; ut hoc potissimum ad *externam speciem bonitatis* referatur, et *id quod deceat*. Hinc utrumque conjunctum, respectu morum, καλοκἀγαθος, significat eum, cujus *absolutissima* et *consummatissima* morum *probitas* est, et *honestas*. Reliquae autem notiones, ex memorata significatione, facile cognosci possunt et explicari. [Videri possit hoc pacto ἀγαθὸς, per *adspirationem* literae τ, pro ἀγατὸς, proxime derivari posse ab ἤγαται, pro ἐάγαται 3. sing. Praeteriti perf. pass. verbi ἀγάω. Accedit quodammodo ipsius Platonis auctoritas, in Cratylo, (Opp. T. I, p. 412.) τὸ Ἀγαθὸν componentis cum ἀγαστόν. Ceterum synonyma huic voci ἀγαθὸς altera est ἀγανὸς, quam Suidas exponit „ καλὸς, ἡ ἀγαθὸς, ἡ ἱλαρός. — „ Ἔνθεν καὶ ἀγανῦμεν", pro quo ἀγανῦμεν legendum esse ἀγαλῦμεν, docuit *Toup*. Cur. Nov. p. 2. Quod quidem ἀγανὸς quum manifesto jam compositum sit ex ἀ intens. et γάνος, ceu vicinum alteri ἀγανής: merito dubites, sitne ἀγαθὸς ab ἤγαται, an formae ἀγανὸς, h. e. compos. ex ἀ intens. et γάθος. Conf. γήθειν, i. e. χαίρειν et sim. E. S.]

Ἀγάλλω [„ *orno*"] Vidimus jam in voce ἀγαθὸς,

et alibi, propriam hujus verbi notionem positam esse in *munditie*, *puritateque* cum *splendore* conjuncta. Hinc igitur ἀγάλλειν notat *facere* ut quid *splendeat*, quasi, quadam *munditie*. Certissimum enim est, ἀγάλλειν profectum esse ab origine ἄγω, unde primum ἀγάω, dein ἀγάλω et ἀγάλλω, formata sunt; ut facile apparebit, ex regulis supra positis. Posterius memorata notio *illam* porro peperit, quae est in *ornando*, *decorando*, et inde sponte fluente significatione *honorandi* et *colendi*: quae postrema notio in primis locum habet in antiquissima lege Rhodia, „ θεὼς κάρποις ἀγάλλειν *deos frugibus colunto.*" Ex supra dictis significationibus facile quoque apparere potest, quae sit vocis ἄγαλμα, a nostro verbo formatae, propria potestas. Dicitur, nempe, ἄγαλμα, *quidquid ornamento est*, vel etiam inde, *quidquid oblectamento est*. [Conf. *Euripid.* Helen. vs. 269. 1449. et Hom. Iliad. Δ, 144, 145. ibidemque Ernest. E. S.] Atque hinc porro eximie ἀγάλματα vocata sunt *simulacra* deorum: praeterea *statuae* quaecumque, *tabulae pictae*, similiaque: imo ipsae *stellae*, quae in coelo apparent, et nocti quasi *ornamento* sunt, alibi ἀγάλματα νυκτὸς vocantur. Legi possunt quae, hac de voce, pererudita notavit vir cel. Dav. Ruhnkenius, in notis ad Timaei Lexic. Platon. voce ἄγαλμα [p. 3-5.] ubi laudatur etiam Tib. Hemsterhusii insignis, de proprietate verbi ἀγάλλειν, observatio, ad Thom. Magistr. voce Ἀγάλλω, p. 4. 5. E. S.]

Medium autem ἀγάλλομαι proprie notat (vi sua reciproca) *Memet* quasi *splendentem facio*. Unde transferri solet ad significationem *laetitiae*, quae fronte *explicata*, *serena*, et quasi *splendente*, fiat. [Confr. Lat. RENIDESCERE sive RENIDERE, LAETARI, GAUDERE; Anglicum to GLAD, *to make one glad*, (*exhilarare*,) Hebr. שמח, quae omnia, simili fere ratione, sunt translata. E. S.] Unde porro, hoc verbo, designatur *gaudium* quodcumque, ex aliqua re perceptum; significatque modo *oblectari*, modo *exsultare prae gaudio*,

dio, vel *gestire* laetitia: quo sensu verbum, hinc formatum, ἀγαλλιᾷν, et Medium ἀγαλλιᾶσθαι, a scriptoribus sacris et Christianis, poni solet.

Alia tandem via Ἀγάλλομαι, significans, ut supra vidimus, *Memet splendentem facio*, *memet orno*, transfertur ad significandum *Glorior*, *memet jacto*: cujus translationis ratio satis aperta. [Plura, de postrema hac metaphora, vide sis in Cl. J. W. Schroederi Comment. ad Ps. X, 3. p. 54. ss. collata Diss. nostra ad Cantic. Hiskiae Lugd. edita, anno 1769, 8vo p. 258. ss. E. S.]

Ἀγάλλοχον *Ligni quoddam genus* notat. Ut videtur compositum est ex ἄγαν et λόχος: de qua voce loco suo. [Copiose descripsit Dioscorid. L. I, c. 21. p. 19. E. S.]

Ἄγαμαι *Admiror*: pp. *splendore afficior*, *percellor*. Est verbum poëticum, constructum cum *genitivo*, Vide Stephan. Thes. T. I, c. 8. Perizon. Indic. ad Ael. V. H. Toup. in Suid. P. I, p. 5. [Burgess. ad Dawes. Miscell. Crit. p. 469. Conf. porro infr. p. 17. E. S.]

Ἄγαν [„*Valde*, *nimis*, *nimium*, *immodice*."] Adverbialiter poni solitum, proprie est nomen adjectivum *neutrum*, quemadmodum μέλαν et similia. Ut itaque μέλαν est a mascul. μέλας, sic ἄγαν, a masc. ἄγας obsoleto est. Hoc autem non potest non esse proximum derivatum verbi ἄγω, quod est Lat. AGO. In cujus verbi significatione saepe inest *vehementia quaedam*, ut suo loco videbimus: perinde fere atque in Lat. verbo VEHO, quod respondet aliquando Graeco nostro ἄγω. Est autem ista notio verbi Lat. VEHO in primis conspicua in derivatis *vehemens*, *vehementia*, similibusque. Hinc jam τὸ ἄγαν pp. est quidquid *vehemens*, *immodicum*, *nimium* est. Unde simpliciter ἄγαν, tanquam adverbium, poni solitum, modo notat *supra modum*, *nimium*; modo *valde*, [VEHEMENTER:] aliasve notiones habet.

Ἀγανακτέω, *doleo*, &c. compos. est ex ἄγαν, quod vidimus, et verbo ἀκτέω. Verbum autem ἀκτέω oritur a no-

a nomine obsoleto ἀκτὸς [cujus vestigium quoddam nobis servavit *Etymolog. magn.* in voce Ἔχθος, p. 405. his verbis, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀκτὸς γίνεται ἄχθω, καὶ ἄχθος. οὕτως ἀπὸ τοῦ ἐκτὸς, ἔχθω, ἔχθομαι, γίνεται ἔχθος κ. τ. λ. E. S.] Atque adeo pertinet ad Reg. X. Hujus femin. ἀκτὴ superest, de quo suo loco. Ἀκτὸς. porro oritur a tertia *praet. perf. pass.* ἦκται, quemadmodum λεκτὸς a λέλεκται. ἦκται porro a prima ἦγμαι, hoc vero ab ἦχα, *praeterito activo*, verbi ἄγω, in futuro ἄξω: quemadmodum λέλεκται pertinet ad λέγω. Inter alias autem significationes verbi ἄγω, (de quibus suo loco) hic in primis spectanda est ea *frangendi*. Hinc adeo ἀκτὸς significat *fractum*. Nomina enim omnia in τος cadentia, orta a 3. praet. perf. passivi, *passivam* quoque significationem habent, et congruunt, ex omni parte, *Adjectivis* Latinis *participiis*, ut *dictus*, *factus*. Ab ἀκτὸς, *fractus*, verbum itaque ἀκτέω significat *fractus sum*. Ejus compositum ἀγανακτέω, *valde*, *immodice*, *fractus sum*: unde postea profecta *doloris* significatio; simili via, qua Latini dicunt *frangi dolore*. Id quod proprium quidem est *corporis*, dein vero in primis ad *animi dolorem* translatum. Item *indignor* notat similiaque: quasi dicas *offensione frangi*: unde porro *conqueror*.

Ἀγαπάω [*amo*, *diligo*.] Videri potest esse ab ἄγαν, et πάω, quasi *valde curo*. Nec tamen est. Obstat enim nomen ἀγάπη, quod non est ab ἀγαπάω: sed hoc ab illo descendere potest. Est enim constans observatio, „vocabula omnia, nisi sint *contracta productiora*, a „minus *productis et simplicioribus* oriri: non vero haec „ab illis." Quid est itaque ἀγάπη? Docet Analogia, id non posse non oriri ab obsoleto ἀγάπω; quod ab ἀγάω, de quo verbo mox. Ἀγάπη est ergo *amor*, qui ex *admiratione* proficiscitur; vel *conjunctam* habet *venerationem*. Hinc jam ἀγαπάω proprie significat, eo *amore*, qui cum *veneratione* fit conjunctus, *prosequor*. Unde reliquae hujus verbi notiones videntur fluxisse: ut sunt *hilariter accipiendi*, vel *excipiendi*, *acquiescendi*, et reliquae.

Ἀγαμιών. Origo incerta est: de voce ipsa consu-

lendi Botanici: [in primis Salmasius Hyl. Iatric. p. 165. Suidas: Ἀγαρικόν. ῥίζα ἐστιν, ἐπίφυσις τρέμουσα, χαύνη τὴν σύστασιν. Dioscorides, L. III, c. 1. similiter, Λέγουσι δὲ οἱ μὲν „ inquit, φυτοῦ ῥίζαν εἶναι. Addit tamen" τινὲς δὲ ἐν τοῖς στελέχεσι τῶν δένδρων κατὰ σῆψιν γίνεσθαι, ὥσπερ οἱ μύκητες, h. e. *alii tradunt in caudicibus arborum ex putredine nasci, fungorum instar.* Quod etiam placuit Plinio, L. XVI, c. 8. „ Galliarum glandi-„ ferae maxime arbores AGARICUM ferunt. Est au-„ tem *fungus candidus*, odoratus. antidotis efficax, „ in summis arboribus nascens, *nocte relucens.*" Ex qua postrema descriptione, qua dicitur „ fungus „ *candens* — nocte *relucens*", verisimile videri possit, ἀγαρικὸν, quasi *relucentem* vel *relucidam*, dici ab ἀγαρὸς pp. *lucidus*, i. e. ἀγαυρὸς, ex stirpe ἄγω, unde ἀγάω, ἀγάλλω, *splendeo*, *luceo*: sed Dioscorides h. l. „ gigni tradit" ἐν τῇ Ἀγαρίᾳ τῆς Σαρματικῆς, *in Agaria*, *regione Sarmatiae.* Ut ab Agaria nomen adipisci potuerit. E. S.]

Ἀγασυλλίς, [εἶδος, ἡ „ *Frutex*, *unde liquor Ammoniacus elicitur.*"] Et hoc pertinet ad Botanicos, habetque originem incertam: [„ Dioscorid. L. III, c. 98. initio Ἀμμωνιακὸν καὶ τοῦτο ὀπός ἐστι νάρθηκος, γεννωμένου ἐν τῇ κατὰ Κυρήνην Λιβύῃ. Καλεῖται δὲ αὐτοῦ ὅλος ὁ θάμνος σὺν τῇ ῥίζῃ Ἀγασυλλίς. Videtur vox esse diminutiva formae Ἀμαρυλλὶς, quod, uti ab ἀμαρύω, (unde ἀμαρύσσω, *splendeo*) pp. *splendidulam*, et eximie *meretricem* significat, ita ἀγασυλλὶς ab ἀγασύω, ex stirpe ἀγάω *splendidam facio habeove rem* etc. oriri potuit, et a *splendore* similiter dici, quia, eodem teste Dioscoride, inter proprietates hujus *liquoris* est, καθαρὸν, μηδεμίαν ἔχον ῥυπαρίαν. E. S.]

Ἀγάω. Est hoc ab ἄγη, quod non multum differt ab ἄγος; et, quemadmodum ἄγος proprie *venerationem* notat, vel inde *proficiscentem*, *honorem*, qui *rei*, quasi *sanctae* et *purae*, habeatur: unde porro *admirationem*, et inde natum *stuporem*, sonat. Hinc apparet, verbum ἀγάω significare primum *veneror*, dein *admiror*, *stupeo*, *laudo*, quaeque similia sunt. Cumque *venera-*

tio, et *admiratio*, aliquando *aemulationem* pariat, et haec *invidiam*, idem illud verbum ἀγάω, cum derivatis suis *invidendi* quoque notionem, similesque, *acquisivit*.

Quae de significationibus hujus verbi breviter dicta sunt, accipienda quoque de formis ejus vicinis ἀγαίω, ἄγαμαι, ἀγάαμαι, ἀγάζομαι, similibusque, quae verbo nostro ἀγάω, in Scapulae Lexico, subjiciuntur.

[Evolvamus haec paullo distinctius. Verbum ἄγω, inter alia, notat *frangere*. Uti Iliad Π, vs. 801. Inde ἄγος, η sive α, ον, pp. *Frangens*, vel *fractus*, *a*, *um*, sive *qui*, *quae*, *quod frangitur*, et per metonym. ipsa *fractio*. Hinc ἀγὴ, apud Suidam, exponitur κλάσις τοῦ κύματος &c. Porro ἀγὴ adhibitum videtur de *fractione*, s. *refractione lucis radiorum*, qui ex eadem origine ἀκτῖνες dicuntur. Vide infra suo loco. Ab hac *lucis refractione*, s. *reverberatione*, ἄγη, dicitur *splendor refractus*, oculosque *feriens*, et *aciem praestringens*. Hinc notio *admirationis*, cum *stupore conjunctae*. Quam vim vocis senties in illis Iliad. Φ, 221. Ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ ἔασον· ἌΓΗ μ' ἔχει, ὄρχαμε λαῶν. „ Stupor „ q. d. *praestrictio visus*, s. potius *splendor* oculos praestinguens, *me invasit*." Schol. Ἄγη. ἔκπληξις, „ θαῦμα. Apollon. θάμβος καὶ κατάπληξις. Vide etiam Odyss. Γ, 227. et Π, 234. Porro ab ἄγη sive ἄγα, est ἄγαμι vel ἀγάω *splendidum facio*, *habeo*ve; in Medio ἄγαμαι *splendore praestringor*, i. e. *Admiror magnopere*, *obstupeo*. Odyss. Ζ, 168. Ὡς δὲ, γύναι, ἄγαμαί τε, τέθηπά τε, δείδιά τ' αἰνῶς. Tandem ἀγάασθαι *splendore praestringi* dicitur pro *aemulari*, *invidere*. Exempla vide Odyss. Ε, 119. 123. 139. Iliad. Ξ, 111. Et ne dubites amplius, has *admirandi impensius*, *obstupescendi* &c. notiones ductas esse a *splendore*, oculos mentemve *feriente*: en Ἀγαίων, Sol. pp. forma particip. activ. verbi ἀγαίω, q. *splendens admodum*, *oculosque praestringens*, et hujus neutrum ἄγαιον apud Hesych. Ἄγαιον. ἐπίφθονον. „ Ἄγαιον, h. e. invidiae expositum." Ceterum de differentia notionum in vocibus ἀγασθαι et

et ἀγᾶσθαι &c. vide Eustath. ad Homer. (edit. Rom.) p. 1321: 40. 1943: 7. &c. E. S.]

Ἄγγαροι. Dicuntur sic *nuntii* regum, *tabellarii*: vocabulo Persico, a Graecis recepto. [Vide H. Relandi Diss. VIII. de Vet. Ling. Pers. p. 125.—128. et Albert. ad Hesych. T. I. col. 37. E. S.]

Ἀγγέλλω, *nuntio*. Sunt qui putent, corrupta pronuntiatione vocis Persicae ἄγγαρος, ἄγγελος dici, et inde ἀγγέλλω. Sed sine fundamento. Verbum vetus fuit γέλω *explico*, *aperio*: de quo suo loco [in voce Γελάω.] Inde compositum ἀναγέλω quasi significat, *Identidem aperiundo planum facio*, *explico*, *expono*. Hoc autem contractum in ἀγγέλω. „ Solet enim litera ν, „ hac in praepositione, in quibusdam compositis, „ sublata litera α, ante literas *palatinas* mutari in li„ teram *palatinam* γ. Sic ἀγκρίνω est pro ἀνακρίνω, „ ἀγχαλάζω pro ἀνακαλάζω." Jam vero verbi ἀγγέλω derivatum proximum est ἄγγελος *nuntius*, quasi is, *qui mandata explicat*, et *exponit*. Ab eodem verbo etiam ἀγγέλλω significat *Mandata explico*, adeoque *nuntio*, *nuntium adfero*.

Ἄγγος, εος. *Vas*. Verbi ἄγειν, inter alias notiones, hic spectanda ea *ducendi*, *adducendi*, et COGENDI: quod postremum Latinum nihil aliud est, nisi Graec. συνάγειν, contractum, nempe, ex COAGO. Hinc verbum ἄγγω, inserta litera ν, ante literam *palatinam*: ut in multis fieri solet. Sic, pro κλάγω, dicitur κλάγγω, pro πάγω, πάγγω: quod utrumque in linguam Lat. transiit, ut etiam nostrum ἄγγω, Lat. ANGO; quod, significatione sua, Graeco verbo ἄγχω, huic nostro vicino, respondet. Proprie notat *adducendo coarctare*, et inde eximie *strangulare*: quae verbi Lat. ANGO propria in primis notio est; unde reliquae sunt profectae. Hinc jam apparet, nomen ἄγγος, proprium derivatum verbi ἄγγω, *vas* proprie dici quodcumque *adductum*, et *adstrictum*, *vinculis*: unde generatim quaecumque *receptacula* sive *vasa*, quibus aliquid recipiatur, hoc nomine designantur. Differt autem a σκεῦος, quod quidem etiam *vas* dicitur, sed exi-

eximie *vas quodcumque*; quo quis, vel quid, instruatur: de quo suo loco.

Ἀγείρω „ [*congrego, colligo.*"] Oritur ab ἄγω *duco*: quemadmodum jam multi viderunt. Est autem primum ab ἄγω, ἀγέω, de quo postea: inde ἀγέρω, cujus derivatum ἀγερέω [sive ἀγερέθω] superest. Porro, ab eodem ἀγέρω, nostrum ἀγείρω propriam notionem maxime habet *adducendi, cogendi in unum*, adeoque *congregandi*.

Ἀγέλη [„ *Grex* pp. *boum*, deinde etiam equorum &c.] Et hoc est ab ἄγω *cogo in unum*. Unde superest quoque verbum ἀγέω, in forma passivi ἀγέομαι. Quod peperit nomen ἄγημα, et ἀγήτωρ, similiaque. Ἀγήτωρ autem *ducem* notat, et significatione convenit cum ἀγὸς, proximo derivato ab ἄγω, quod olim quoque *ducem* significavit. Unde, in Dialecto Laconica, *aquilam*, avium omnium *regem*, et quasi *ducem*, ἀγὸρ, terminatione Laconicâ, vocarunt. Hinc jam ἄγελος, proxime descendens ab ἀγὸς, nihil aliud proprie est, quam *duce instructus*, vel *eo, qui agat* et *ducat*. Unde ἀγέλη fem., positum substantive, proprie est *multitudo* duce instructa, sive quae *agatur, ducaturve*. Unde porro, in usu, notat *gregem* quorumcumque animalium, quae *gregatim* pascantur: eximie autem *boum*. Similis ratio est nominis νεφέλη, quod proprie *nubilam* dicit, a mascul. obsoleto νέφηλος, *nubilus*, id quod a nomine νέφος *nubes*, ut suo loco videbimus.

Ἀγέρωχος [„ *Ferox, insolens, superbus* &c.] Apparet facile, non aliam hujus vocis originem esse ac verbum ἀγέρω: stirpem adeoque primam esse verbum ἄγω. Characteristica autem litera χ, hoc in nomine, quasi digito nobis monstrat verbum aliquod, cujus *praeteritum* cadat in χα: ut adeo facile pateat, non esse compositum nomen; ut vulgo credi solet, sed *derivatum verbale*. Non potest autem non oriri a *praeter. perf. activ.* ἠγέρωχα; quod pertinet ad obsoletum ἀγερώσσω: quemadmodum nomen πτωχὸς, ortum a praeter. ἔπτωχα verbi πτώσσω, formatum est: de quo suo loco. Ἀγερώσσω, vi naturae suae, significare potuit *mul-*

multitudinem congregare, atque inde *versari in circulis*. Hinc ἀγέρωχος is proprie videtur esse, *qui circulos habet*: ut fere solet ἀγύρτης *circulator*. Quae vox ejusdem, cujus nostra, originis est.

Hinc jam bonam in partem si accipias ἀγέρωχος, significare potest *honoratum*: sin in malam partem, *ostentatorem*, *jactatorem*, qui instar *agyrtae* sit, *superbum*, *insolentem* &c. Jam autem verbum ἀγερώσσω proxime descendit a futuro in σω, quod ab ἀγερόω; hoc ab ἀγέρω, de quo dictum: simili ratione, ut πτώσσω *terreo* a πτώσω, verbi πτόω. [Salva optimi praeceptoris reverentia, modeste hic ab ipso dissentire mihi liceat. Probat quidem, meo judicio, litera χ, *characteristica*, ἀγέρωχος formam esse, a *praeterito perf.* ductam: non tamen haec ipsa *characteristica* definire potest, sitne vox simplex, an composita. Deinde epitheton hoc ἀγέρωχος, ab Homero, *fortissimis* bellatoribus toties tributum, (uti Iliad. B, 654. Ῥοδίων ἀγερώχων. E, 623. Τρώων ἀγερώχων, coll. Γ, 36. H, 343. Π, 708. Φ, 584. et K, 430. Μυσοί τ' ἀγέρωχοι. Odysf. denique Λ, vs. 284. de Chlori, pulcherrima Nelei quondam uxore:

Τέκεν δέ οἱ ἀγλαὰ τέκνα
Νέστορά τε, Χρόμιόν τε, Περικλύμενόν τ' ἀγέρωχον.

epitheton hoc, inquam, nullibi eam emphasin videtur habere, ut idem significare possit ἀγέρωχος, atque ἀγύρτης *qui circulos habeat* &c. Idem suadebit elegans, de hoc verbo, H. Stephani observatio, Thesaur. T. I. v. Γέρας, col. 846. 847. „ Ego vero" inquit, „ ἀγέρωχος (quodcumque sit ejus etymum,) puto Latine „ vertendum *ferox*, in prosa: potius quam *superbus*" &c. Quid igitur dicemus, proprie esse ἀγερωχίαν et ἀγέρωχον? Etymo vero inveniendo occasionem praebeat Hesychius. Ἀγερώσατο „ inquit" ἠμέλησεν NEGLEXIT, s. *curae non habuit*, et alibi; Ἀγερώσσει — ἀθετεῖ i. e. SPERNIT, *contumeliose tractat*. Quibus inspectis, verisimile mihi accidit, ἀγέρωχος esse vocem compositam ex ἀ *privativo* et γέρωχος: quod a γερώσσω, hoc vero a γερόω, eadem via arcessendum, qua cel. Lennepius nostrum ἀγέρωχος

ρωχος deduxit ab ἀγερώσσω. Porro γερόω est a γέρος, e ſtirpe γέρω. Quod ipſum γέρω ſuperſtes est in Lat. GERO; atque adeo idem fere ſignificat ac Lat. *fero*, *porto*, etſi uſu nonnihil ſit diverſum. *Gerere* autem in primis dicitur pro *curare*, ſive *curam gerere*. Vide inter alios, Aegid. Forcellinum, in locupletisſimo illo *Lexico totius Latinitatis*, (edito Patav. 1771. IV. Voll. fol.) voce GERO. A γερόω igitur est γερώσσω, γερώσσω, et hinc γέρωχος pp. *gerens* curam. A γέρωχος, est γερώχιος, η, ſ. α, ον. Unde ἁ γερωχία apud Ariſtophan. in Lyſiſtr. vs. 979. recte edi putem et ſignificare i. q. γερουσίαν: quae poſterior forma vocis, quum ſit a γέρουσα, (quod foemin. est τῦ γέρων, γέροντος,) priori illi explicandae aptisſima est, et a Scholiaſte opportune ibidem adhibita. Quemadmodum enim a γέρω, *curam habeo*, est γέρων *curam habens*, ſc. *rei domeſticae*, vel *publicae*, et hinc eximie *ſenex*, unde etiam γραῖα, γραῦς, γραῦς, pro γέραια, γεραῖς, γεραῦς, *anus*, *vetula*, pp. ſollicita, (*eene oude zorg*;) ita a γερώττω, est γέρωχος *curae habens*, et hinc γερωχία i. e. γερουσία *qui curam* reip. *gerat*, *ſenatus*. Unde jam porro ἀγέρωχος, cum α privativo, dici potuit: *Qui nihil curae habet*, *audax*, *ferox* atque adeo homo αὐθάδης. Qua ipſa voce (αὐθάδης) alteram illam explicuit Scholiaſt. ad Il. Γ, vs. 654. coll. ad Ε, 623. Π, 708. Adde ad Il. Κ, 430. ubi Μυσοὶ ἀγέρωχοι, exponuntur αὐθάδεις, θρασεῖς, et alia habet Schol. huc facientia. E. S.]

Ἅγιος [*ſanctus* etc.] Sunt varia adjectiva, apud Graecos uſitata in rebus ſacris; quorum ratio et ſignificandi differentia non melius cognoſci potest quam ex origine ſingulorum. Sunt autem ἅγιος, ἁγνὸς, ἱερὸς, ὅσιος: quae, ut origine, ita ſignificandi natura differunt. Nunc de primo tantum: de reliquis ſuo loco videndum.

Est autem ἅγιος adjectivum, a nomine ἅγος, vel ἄγος. (*Spiritus* enim nulla ratio habetur, in derivatione nominum et verborum.) Quum autem ἅγος, ut ſuo loco videbimus, ſignificet rem, *naturali* et *interna puritate* quaſi *ſanctam*, conſequitur, ut adjectivum inde ortum proprie ſignificet *interna ſanctitate purum*.] Quapropter

propter aptisſimum epitheton *ſpiritui ſancto*, in re ſacra adſcriptum: quemadmodum etiam *adyto* templi Judaici ſanctisſimo, quod eximie τὰ ἅγια [ſc. δώματα] vel τὰ ἅγια ἁγίων (more Hebraeorum) emphatice admodum vocarunt interpretes Alexandrini V. T. ut et ſcriptores ſacri N. T.

[Vox ἅγιος rectisſime a veteribus exponitur καθαρὸς PURUS, ſ. *nitidus*. Heſych. Ἅγιοι· οἱ καθαροὶ &c. Ἁγιάζειν, ἅγια ποιεῖν, καὶ καθαίρειν ἄγρια, ubi *Coccej.*, *D. Heinſius*, et *Alberti* recte videntur repoſuisſe καθαίρειν ἅγια. Glosſa reſpicit fortasſe ad locum Exod. XXIX, 36. Itaque rectisſime et *Lennep.* noſter derivavit ab ἄγος, quod proprie est *ſplendidus*, *nitidus*, atque adeo *purus*. Latinum *ſanctus*, cum *ſpiritu aſpero*, pro ἅγιστος eandem ſtirpem ἄγω, ſ. ἅγω, agnoſcit. E. S.]

Ἀγκαὶ *ulnae*. Non ſuperest nomen hoc niſi in *accuſ. plurali* ἀγκάς, ut apud Homerum [Il. E, 371. Ξ, 346. 353. Ψ, 711. Ω, 227. Od. H, 252.] ſunt locutiones ἀγκὰς ἔλειν, ἀγκὰς ἔχειν &c., i. e. *ulnis complecti*, *ulnis tenere*: quae locutio plene efferri deberet κατ' ἀγκὰς [vel εἰς ἀγκὰς] ἔλειν, vel ἔχειν. Est autem ἀγκαὶ a ſingul. ἀγκή; a qua voce, ſi formationem ſpectes, non multum differt ἄγκος, de quo mox. Proxime oritur ab antiquo ἄγκω, in quo verbo litera N vel Γ, ante *palatinam* literam inſerta est: quemadmodum fieri modo vidimus in ἄγγω, in voce ἄγχος. Est ergo ἄγκω, ab ἄκω, et hoc vicinum verbi ἄγω ex Reg. VI. Sunt enim literae *vicinae* γ et κ. [Propior fortasſe erit anſa, vocem ἄγκος, ab ἄγω derivandi: modo ſtatuas, ἄγκω derivatum esſe a *praeterito perf.* ἦγκα, (pro quo dein dixerunt ἦχα) verbi ἄγω. Ab ἄγω enim, prona analogia, est *futur.* ἄγσω, contr. ἄξω, et *praeter. perf.* ἔαγκα, contr. ἦγκα, ἦχα. Ab ἔαγκα porro ablato augmento ἄγκα, unde ἄγκω &c. Conf. Analog. Lennep. Cap. VI, § 1. ſſ. et in primis § 7. Jam vero] ἄγω inter alia notat *duco malleis*, et ita *attenuo*, unde *acuendi* notio verbo ἄγω adſignata. Praeterea (ut fieri videmus) ἄγω inde notat, *ducendo malleis attenuare*, ſimulque *inflectere*, *incurvare*: unde *incurvandi*, *ſinuandi*que notio

de-

derivatis verbi ἄγκω adhaesit. [Possis et forte simplicius notionem *inflectendi*, *incurvandi* in verbo ἄγκω ab *adducendo*, sive *coagendo* derivare. Vide auctorem in voce ἄγγος, superius pag. 19. E. S.]

Hinc jam ἄγκη proprie notat [*adductam*, *inflexam*, *incurvatam*, i. e.] *quae se flectit*, *incurvat*, vel *curvaturam*: atque adeo eximie *ulnam*. Ex qua notione reliquae, quae *derivatis*, hujus vocis subjiciuntur, facile cognosci possunt.

Ἄγκιστρον notat eximie *hamum piscatorium*. Vidimus modo, ἄγκη proprie esse *quidquid se flectit* et *incurvat*: formatum, nempe, ab ἄκω, idque vicinum esse verbo ἄγω; [sive potius, rectâ viâ, ab ἄγω, cujus *futur.* ἄγξω, ἄξω, *praeter. antiquum* ἔαγκα: consentiente quodammodo Etymol. magno: Ἄγκιστρον· παρὰ τῦ ἄγω ἄκιστρον et ἄγκιστρον. E. S.] Ab isto ἄγκη verbum proxime descendit ἀγκάζω, cujus *Medium* ἀγκάζομαι notat eximie *ulnis complector*, *ulnis recipio*. [Iliad. P, 722. Ὣς ἔφαθ᾽· οἱ δ᾽ ἄρα νεκρὸν ἀπὸ χθονὸς ἀγκάζοντο. Schol. Ἀγκάζοντο· εἰς τὰς ἀγκάλας ἔλαβον.]

Ab isto verbo ἀγκάζω, non nisi forma, differt proprie inusitatum ἀγκίζω, cujus *Medium* ἀγκίζομαι non potuit non, generali notione, significare: *Instrumento incurvo prehendo* et *capio*. Id jam peperit nomen ἄγκιστρον, significans *instrumentum incurvum*, quo aliquid capias, atque arripias; atque adeo eximie *hamum*, et quidem maxime *hamum piscatorium*. [Hesych. Ἄγκιστρον θηρατήριον ἐκ σιδήρυ καμπτὸν, ἀγκύλον στρεβλόν. Quae duae tamen voces postremae novam glossam videntur constituere, ut distinguendae sint Ἀγκύλον· στρεβλόν. Vide apud eundem v. Ἀγκύλον. E. S.] Est autem haec regula generalis probe observanda: „ Nomina, in τρον cadentia, oriri a 3 praeter. perf. pass. terminatione verbi „ in τρον mutata, eaque denotare proprie *instrumentum*, „ vel *quodcumque*, quo, tanquam instrumento, id quod „ verbo exprimitur, fieri significetur. Ita a verbo „ ἀρόω nomen ἄροτρον significat *instrumentum*, quo terra „ aratur, ARATRUM. [quod ipsum ARATRUM Graecum est ἄρατρον, ab ἀράω, uti ἄροτρον est ab ἀρόω. E. S.]

„ A

„ A πλήσσω nomen πλῆκτρον *inſtrumentum*, quo aliquid „ *percutiatur*, quod Latini etiam *plectrum* vocant." Ut jam derivata ab ἄγκη, ſic illa ab ἄγκιςρον, nominis ſui, unde proxime deſcendunt, ſignificationem ſequuntur: ex Regul. noſtra XI.

Ἀγκοίνη. Poëtis idem notat quod ἀγκάλη [*ulna*] in oratione ſoluta; quod ab ἄγκαλος, *maſculino*, et hoc ab ἄγκη: cujus ſignificationem et ἀγκοίνη, et ἀγκάλη habet. Notat adeo *ulnam*. Est autem ἀγκοίνη, pro ἀγκώνη. „ Jota enim in *diphthongis* litera originalis ha„ beri nequit." Ἀγκώνη autem est ab ἄγκων, participio verbi ἄγκω. [Ἀγκώνη fem. est ab ἄγκονος, pp. *incurvatus*, *inflexus*. Hesych. Ἀγκόνας· διακόνας, δούλας. pp. *incurvatos heroque* ſuo humiliter *ſubjectos*. Etymol. Ἀγκόνας· διακόνους, ὑπηκόους, *obedientes*. Derivata autem videtur vox ἄγκονος, (quae et cum jota, ſecundae ſyllabae ſubjecta, pronuntiatur ἄγκοινος) a Dativo ἄγκῃ (olim ἄγκοι) vocis ἄγκος, cujus fem. ἄγκη ſuperius explicitum. Itaque et ἀγκοίνη (pro quo et ἀγκώνη ſcripſere, indicio Etymol. col. 596:43. et col. 822:16.) idem origine ſua fere est, quod ἄγκη et ἀγκάλη pp. *incurva*, ſive *inflexa*: atque adeo pro his adhibetur. Hesych. Ἀγκοίναι· ἀγκάλαι &c. Immo et ἀγκοῖναι *anchorae* dicebantur, teſte Apollonio, pag. 24. οἱ δὲ νεώτεροι καὶ τὰς ἀγκύρας ὅτως λέγουσι. Ἀγκοῖναι denique, i. e. χεῖρες apud Hesych. pp. *incurvae*, ut Belgae dicimus *kromme* vingers, *kromme* handen. Ex quibus omnibus ſatis confirmari poſſe arbitror, quod modo diximus, ἀγκοίνη eſſe fem. gen. nominis adjectivi ἄγκοινος; quod quidem ἀγκοίνη, per ellipſin nominis ſubſtant. non aliter atque ἄγκη et ἀγκάλη, pro *incurva* anchora, manu, ulnave poſitum fuerit. Vide auctorem in Ἀγκάλη. E. S.]

Ἄγκος proprie et hoc originem habet ab ἄγκω. Ἄγκος autem [pp. *curvatus*, *inflexus*, ſive, neutro genere, *curvatum*,] a *curvando* translatam ſignificationem habet, ad *flexus* et *curvaturas* montium deſignandas. Ex quo factum, ut [ἄγκος, pp. *incurvatum*, *inflexum*, eximie] *vallem*, vel *convallem* ſignificaverit. [Etiam ἄγκος, teſte He-

Hesychio, (ex eadem hac origine, procul dubio) denotat νῆσον πολλὰ ἄγκη ἔχουσαν, *insulam, multos flexus habentem.* Imo et, quod apud Suidam est, a Lennepio jam admonitum, Ἄγκος designat ὑψηλὸν τοῦ ὄρους τόπον, *excelsum montis locum, inflexum*, nempe, varie et *incurvum anfractibus.* E. S.]

Ἀγκύλη proprie femininum adjectivum est, a masc. ἀγκύλος: quod tanquam ab hoc diversum thema exhibet Stephanus, et hujus compilator Scapula. Ἀγκύλος proprie dicitur quidquid habet *curvaturam*, quidquid *aduncum* et *curvum* est. Sequitur enim generalem notionem nominis, unde proxime oritur ἄγκος, quod a verbo ἄγκω memorato. [Nimirum, ut a μικκὸς, sive μικκὺς, *parvus*, est diminutivum μικκύλος *parvulus*; a δριμὺς *acutus*, δριμύλος *acutulus*; sic ab ἄγκος *curvus*, sive potius ab ἄγκυς, Lat. ANCUS, est Ἀγκύλος, η, ον, quasi Lat. dicas *curvulus*, *curvatulus*, vel simile. Conf. Suid. Ἀγκύλον· καμπύλον. Nempe καμπύλος a κάμπυς, ut ἀγκύλος ab ἄγκυς. Hujus ἀγκύλος, η, ον, masculina forma superest in Lat. ANGULUS, pro *Anculus*, (c et g permutatis, ut in *ancustalis* pro *angustalis*,) substantive posito, quod etiam pro *sinu* maris *incurvo* superest apud Catonem, (Charis. l. II. p. 186. Putsch. cit. Forcell. p. 162.) Feminina forma ἀγκύλη nostrum est Ἀγκύλη. Neutrum vero ἀγκύλον, propria forma adjectivi, mansit. Hesych. Ἀγκύλον· ἐπικαμπὲς, σκολιὸν, στρεβλὸν &c. E. S.] Saepe apud Homerum adjective legimus ἀγκύλα τόξα de sagittis, quarum cuspides *curvaturam* habent. [ut Iliad. Ε, 209. ubi Schol. Ἀγκύλα, ἐπικαμπῆ· Etiam Ἀγκύλον ἅρμα Iliad. Ζ, 39. i.e. *curvum currum.* E. S.]

Inde ἀγκύλη, substantive positum, varias adsciscit notiones, nam et *amentum* sive *lorum incurvum*, jaculo alligatum, quo hoc prehendi possit, notat, et *ansam* lori *incurvam*, qua canes a venatoribus retinentur; et *flexum* tum *cubiti*, tum *poplitis*, quaeque alia sunt hujuscemodi, significat.

Ἀγκύλος. Vide supra in voce Ἀγκύλη.

Ἀγκὼν [ῶνος *Flexus brachii*, *cubitus*, *cornu* citharae etc.] Et

Et hoc est ab ἄγκω. Proxime tamen oritur ab ἄγκος vel obsoleto nomine ἄγκη similive forma. Ut hujus nominis natura intelligatur, generalis regula tradenda haec est. „ Nomina in ὼν desinentia, formata ab aliis „ nominibus, *collectiva* sunt, sive copiam earum re- „ rum, quae primitivo designantur, notant. Ut sunt „ δενδρὼν, a δένδρον, *arboretum*; ἐλαιὼν *olivetum*, ab ἔλαιον; „ ῥοδὼν *rosetum*, a ῥόδον." [Nempe formata videntur haec nomina in ὼν, a *genitivis pluralibus* substantivorum. *Genitivus* singularis, horum nominum, in ῶνος, ut sunt δενδρὼν, ῶνος, ἐλαιὼν, ῶνος, contractione sua, hanc originem satis videtur demonstrare. E. S.] Itaque ἀγκὼν proprie est *locus*, quasi, ubi plures sunt *flexus* et *curvaturae* vel ubi *plures* se *flectunt*. Hinc eximie ἀγκὼν modo significat *brachia fluviorum*, modo *sinus littorum*, modo, in corpore animali, ea loca notat, ubi *membra* vel *ossa* flectuntur. Estque vel *cubitus*, vel *curvatura* manus, vel quaecumque pars alia corporis, ubi articulatio membrorum fit.

Ἀγλαὸς pp. notat *splendidus*, et inde, metaphorice, *pulcher*, *insignis*, *clarus*. Oritur ab ἀγάλω, de quo jam supra in verbo ἀγάλλω, ubi id significare vidimus *splendere*, ejusque originem esse ἄγω. Peperit autem ἀγάλω nomen ἀγάλη; quod contractum, ut fieri saepe solet, in ἄγλη: et, inserto jota, mutatum in αἴγλη, *splendorem* notat: ut, ad vocem αἴγλη, videbimus. Ab isto ἄγλη [sive altera forma ἄγλα] proxime oritur adjectivum nostrum ἀγλαὸς, idque illius significationem sequitur.

Ἀγλίη. Est et hoc ab ἄγλη: unde proxime ἄγλιος, et fem. ἀγλίη, quod, substantive positum, apud Medicos Graecos, eximie notat *subalbam* et *splendentem* cicatricem in oculis.

Ἄγλιθες. Eximie sic dicuntur *alliorum capita* seu *nuclei*. A singul. ἄγλις. Videntur autem haec quoque ita dici a *nitore*, qui est capitum allii. [Nempe ab ἀγάλω est nomen ἄγαλις, contracte ἄγλις. Ab ἄγαλις, tem ἀγάλιος, quod nobis servavit Etymol. Ἀγάλιος· λευδορία. καὶ τὸ ἀγαλίζεσθαι, λοιδορεῖσθαι, Metaphora, ut vi-

videtur, ducta a *splendidis* dictis, conviтiisque, quibus aliquis infestatur. Porro ex ἀγάλιος contractum est ἄγλιος. de quo supra in ἀγλίη. E. S.]

[Ἀγμὴ *focus*. Hesych. Ἀγμή· ἑςία. Si vera sit lectio, potuit ab ἄγω, *splendeo* cum *refractione* radiorum, analogice derivari. Sed rectius fortasse legemus Ἄιγλη, ut infra apud eundem Ἄιγλη· λαμπήδων, αὐγή, φῶς: potuitque illud ἄιγλη de *foco* lucente adhiberi. E. S.]

Ἁγνὸς [*Castus*, *pudicus* &c.] Est a verbo ἄγω *splendeo*, notatque *splendens*, quasi, *munditie*, *purus*, *intaminatus*, *impollutus*: unde ad animi *puritatem* eximie transfertur, nullis polluti sceleribus, aliisve *inquinamentis*. Ex qua posteriori notione ea porro nata est, qua ἁγνὸς *castum* dicit, quasi *purum* a venere. Credebant enim veteres, non tantum orientales populi, sed Graeci quoque, rebus venereis se pollui. Est autem, in re sacra, frequens hujus vocis usus, et quasi proprius: quemadmodum etiam verbi inde formati ἁγνίζειν, quod de *lustrationibus sacris* poni olim solebat. [Exponamus haec, si fieri possit, paullo distinctius. Ἁγνὸς contractum videtur ex ἀγινὸς, uti πυκνὸς, pro πυκινὸς &c. Stirps ἄγω dedit derivata ἄγος, ἄγις &c. Hinc ἀγινὸς contr. ἁγνὸς, porro ἅγιος &c. quae eandem proprietatem habent, et usu tantum nonnihil sunt diversa. E. S.]

Differt autem ἁγνὸς, a voce, vicinae significationis, et in rebus sacris quoque usitata, καθαρὸς *purus*. Καθαρὸς enim in primis respicit *munditiem*, et *puritatem externam* in rebus sacris; quae nempe corporis potissimum erat et vestimentorum: ἁγνὸς vero ad *internam puritatem*, et *castimoniam*, animi, nullis rebus polluti, pertinet.

Ἄγνος. Sic dicitur *frutex quidam*, Latine VITEX. Est autem proprie eadem vox, quae praecedens. Dicitur autem sic *vitex*, quod vim habere credebatur libidinem veneream sedandi: qua, nempe, veteres pollui se credidisse, modo vidimus. Hanc ob caussam sacerdotes, quo facilius a rebus venereis abstinerent, et castitatem servarent, hunc fruticem olim lectis suis substernebant. Ex quibus facile apparet, quae sit nominis hujus ratio.

[Dio-

[Dioscorid. L. I, c. 135. Ἄγνος, ἢ λύγος θάμνος ἐςι δενδρώδης, — ἐκλύει δὲ γονήν. — Ὠνόμασται δὲ ἄγνος, διὰ τὸ τὰς ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ἁγνευούσας γυναῖκας, εἰς ὑπόςρωμα χρῆσθαι αὐτῇ· λύγος δὲ διὰ τὸ περὶ τὰς ῥάβδυς αὐτῆς εὔτονον. Quorum partem Latine ſic fere expresſit Plinius H. N. L. XXIV, c. 9. p. 447. „ Non multum a ſalice, „ vitilium uſu, diſtat VITEX, foliorum quoque adſpe„ ctu, niſi odore gratior esſet. Graeci λύγον vocant, „ alii ἄγνον: quoniam matronae, Theſmophoriis Athe„ nienſium *caſtitatem* cuſtodientes, his foliis cubitus „ ſibi ſternunt." Quibus, a ſe productis H. Stephanus, Theſ. T. I, col. 129. E. ſubjungit: „ At Scho„ liaſtes Nicandri agnoſcit quidem et ipſe ἄγνυ, in „ Theſmophoriis, uſum, ſed tamen ἄγνον tanquam „ ἄγονον dictum tradit: ac certe eo facit *ſpiritus tenuis*, „ quo pasſim haec vox notatur." Hactenus ille. Quam poſteriorem etymologiam ſi ſequaris, arbor haec ἄγονος, i. e. *infoecunda*, *ſterilisve*, dicta fuerit, et ο eliſa, ἄγνος. E. S.]

Ἄγνυθες. Est a ſing. ἄγνυς, et hoc proxime ab ἄγνυμι, quod ab ἀγνύω; hoc ab ἄγνω, cujus ſtirps ἄγω *frango*. Dicti autem ἄγνυθες eximie *lapides*, quos *ſtamini* appendebant textores: procul dubio a *fragilitate*, quae est *lapidum durorum*. Similis certe ſignificationis ratio est in voce κλῆρος, eximie ſignificante *calculum*, vel *lapilium*. Dicitur autem a *duritie* et *fragilitate*: quae notio verbo κλάω, unde oritur, ineſt. Notat enim *frango*.

Ἀγορά. Proxime oritur a praeter. perfecto ἤγορα verbi ἀγέρω, quod jam ſupra vidimus, in verbo ἀγείρω. Ἀγορὰ igitur eximie ſignificat hominum *congregatorum multitudinem*; atque inde *concionem*, tum hominum, tum eam, quae in *hominum congregatione* habetur. Porro, ut fieri ſolet, idem, translatum ad *locum*, in quem congregari ſolent homines, *forum* eximie notat. Unde porro ipſa *judicia*, quae in *foro* haberi olim ſolebant, hac voce deſignantur. Praeterea quia *res*, quaecumque *venales*, in *forum* olim *congeri* et ibi proſtare ſolebant, ipſae quoque illae *res*, quae in foro *venales* proſtant, ut et ipſum *forum rerum venalium*, hoc

nomine designata fuerunt. Ex hac vero denuo significatione ea profecta est, qua ἀγορὰ *annonam* et *commeatum* denotat. [Dubito nonnihil. Rectius forte dixeris, ἄγορος ab ἄγος, pro quo etiam pronuntiatum ἄγορ, significare i. q. Lat. *ductilis*, *e*, sive quod *duci*, *agive* possit soleatque. Hinc vero ἀγορὰ, eximie, pro *turba*, in *forum* vendundi caussa ACTA, *animalium* v. gr. vel et *aliarum rerum* illuc *perductarum*: unde notio *annonae*, et per metonym. ipsius *fori* &c. Conf. infr. voce ἄγειν et cel. Lenn. in ἀγείρω. E. S.]

Ἄγος [sive ἄγος.] Vidimus jam supra alibi, oriri hoc nomen a verbo ἄγω, et notionem habere a *splendore* ac *munditie*. Unde, in *re sacra* positum, rem *puritate* quasi *venerandam* et *sacram* notat. Ut autem SACER (quod a nostro ἄγω quoque est) nonnunquam id significat, quod quasi *sacrum horrorem* incutit, adeoque *abominandum*, *exsecrandum*: sic ἄγος in primis olim fuit positum pro *piaculo* vel *crimine piaculari*. [Vid. D. Ruhnken. V. C. ad Timaei Lexic. Platon. v. Ἄγος, p. 8. E. S.]

Ἀγοστός. Non videtur aliud, atque derivatum a 3. *praeter. perf. pass.* verbi obsoleti ἀγόω: et quidem maxime sequitur notiones nominum ejusdem originis, aut saltem cognatae, ἀγκὴ, ἀγκάλη, ἀγκοίνη, et ἀγκών. Disputant Grammatici, quid proprie sit ἀγοστός? Ex origine patefacta colligerem equidem, hoc nomine eximie olim designatam fuisse *manum digitis incurvatis*, et *contractis*, *in morem aliquid prehendentis*. [Respexit cel. Lennepius sine dubio ad Homericum illud, saepius recurrens, ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ, quod a Clarkio redditum: *Ille vero in pulvere delapsus prehendit terram* PALMA. Sed voce ἀγοστὸς *ulnam* quoque designari quis dubitet, inspecto illo *Theocriti*, quod R. Constantinus et H. Stephanus jam laudarunt, Νυμφίον ἐν μεγάροισι γυνὰ περιβάλλετ' ἀγοστῷ. Ulnis enim sive *brachiis*, potius, quam *palmis* aut *manu*, *digitisve incurvatis* et *contractis*, amplectimur. Itaque et Toupius, Epist. Crit. p. 13. (Epigramma corrigens ex Anthol. Reisk. p. 15.) ἐν ἀγόστῳ

Ἀκα-

Ἀκαδημίας vertit in ULNIS *almae matris*. Quid igitur? Verbum ἀγόω deperditum proprie videtur notasse *adduco*, *adducendo incurvo*. Hinc ἀγοςὸς *adductus*, sive potius, *qui adduci*, *adducendo incurvari* f. *contrahi solet*, et eximie, usu substantivo, *ulna*, *brachium*; *palma* manus, &c. pro vario usu vocis. Observandum porro, uti ab ἀγόω factum est ἐάγοςαι, et hinc ἀγοςὸς, ita a simpliciori ἄγω, eodem hoc usu olim dictum fuisse ἄγος et ἀγὸς, pro diversis significationibus, diverso spiritu a Grammaticis notata. Posterius, nempe ἀγὸς, sensu *activo* ipsum notavit *adducentem*, sive *ducem*. (Hesych. Ἀγός· ἡγέμων, et Ἀγοί· ἡγέμονες &c. ubi vid. Albert. et Lennep. voce sequenti ἄγρα.) Prius vero ἄγος pp. idem forte quod ἀγοςὸς, sensu *passivo* notavit *adductum*, et hinc *cubitum* f. *ulnam* &c. Unde apud Suidam, Ἄγος· μίασμα· ἢ ἀγκών. et *Gloss.* apud *Meursium*, Ἄγος· ὁ ἀγκών, vid. Alberti ad Hes. p. 63. 64. Certius tamen est, ἄγος, neutro genere, apud Hesych. denotare κλάσμα „ *fragmentum*" , pp. *adductum* nimis atque adeo *confractum*. E. S.]

Ἄγρα feminin. proprie est, ortum a masc. ἀγρὸς: quod itaque prius explicandum. Vidimus supra in voce ἀγέλη esse eam a mascul. ἄγελος, et hoc ab ἄγος, quomodo olim dictus quicumque tanquam *dux* et *dominus* alicui rei praeest. Hinc (nempe ab ἄγος *dux*) primum ortum ἄγερος, et contract. ἀγρὸς, proprie nihil aliud significat, quam *ad ducem* vel *dominum pertinens*, *ducem habens*. Porro, substantive positum, ἀγρὸς eximie notat AGRUM, quem quis, tanquam *dominus* et *dux*, quasi possideat. Unde praeterea *fundum*, *praedium* notat. Ac, latius etiam sumtum, idem est quod AGER, *rus*, apud Latinos. A qua significatione demum ad mores transiit eorum, qui in *agris* degunt. — Ita *rusticitatem* significaverit.

Hujus femin. ἄγρα, eximie substantive positum, ad id translatum est, quod quasi pertineat ad ἀγὸν, seu κυνηγὸν, *ducem* nempe *canum*, *venatorem* adeoque. Unde *quamcumque* dein *venationem* significat vox ἄγρα, tam *ferarum*, quae *canibus* fit, quam *avium* et *piscium*, alia-

rum-

rumque rerum. Hinc porro, generali significatione, quaecumque *captura*, *praedave*, a Graecis ἄγρα dicuntur.

[Derivationis significationisque rationes, his in vocibus, mihi quidem diversae nonnihil videntur statuendae. Thema ἄγω, i. q. Lat. AGO, pp. notat *duco*, hinc *induco*, *impello* &c. Inde ἀγὸς, pp. *Qui agit*, *ducit*, h. e. *pascit pecora*, v. gr. *gregem*, aut etiam, *qui agit feras*, et ἄγερος (s. ἄγορος) contr. ἀγρὸς, non adeo ad *ducem*, quam potius ad ipsam *ductionem deductionem*ve pertinens, *pecudum* verbi caussa, et similium. Itaque ἀγρὸς sc. τόπος, per ellipsin nominis subst., *locum* notat, quorsum *pecus pastum educitur*, i. e. agrum, Hebr. (ab eadem *ducendi* origine) מִדְבָּר dictum. Ἄγρα autem contractum ex ἄγερα, sive potius ἄγορα (vide supr. v. ἀγορὰ) a posteriori significatione *agendi* feras, est ipsa *turba*, quae *agitur*, s. ἄγεται a venatoribus, atque adeo *captura*, *praeda* &c. A priori isto *ducendi*, *s. pascendi*, usu Latine etiam videntur dici AGNUS, et AGNA, pro *aginus*, *agina*, h. e. *is qui*, vel *ea quae* ducitur pasciturve. E. S.]

Ἀγρὶς. Vide in ἄγρα.

Ἀγυιὰ pp. oritur ab ἄγω *duco*, et quidem forma sua proxime accedit ad *feminina participialia*, quemadmodum τετυφυῖα et similia. Est itaque quasi a mascul. ἀγὼς, ut adeo significet ἀγυιὰ pp. *eam*, *quae ducat*, & intellecto nomine ὁδὸς *via*, *quae ducit aliquem aliquo*, sic dici potest: simili fere ratione, ut Latini *ductum* simpliciter vocant, atque hinc tandem eximie *viae*, *urbis* et *vici* ἀγυιαὶ dicuntur. [Nempe ab ἄγω vel ἄγνυμι (secundum Grammaticorum regulas) est, in *aoristo secundo Indicativi* Passivi, ἐάγην, in eodem *aor. partic.* ἐαγεὶς, in *perfecto Medio indicat.* ἔαγα, contracte ἦγα, et *perf. partic. Med.* ἐαγὼς, ἐαγυῖα, ἐαγὸς. Ab ἐαγυῖα, ablato *augmento*, fieri commode potuit ἀγυῖα, sive ἀγυιὰ, *accentu mutato*. Quod tamen etymon si verum sit, dicendum fortasse erit, vocem ἀγυιὰν, propria vi sua, non adeo *ducentem*, *ductumve* denotare, quam potius, ex alia significatione, *fractam*, *diffractam*, *effractam*.

Ita

Ita certe apud Homer. ἐάγη saepius legitur, in forma Aorist. Pass. pro *fractus*, *diffractus fuit*. Iliad. Γ, 367. ἐάγη ξίφος. Λ, 558. ῥόπαλα ἐάγη. N, 162. et P, 607. ἐάγη δόρυ. Odyss. K, 559. et Λ, 65. αὐχὴν ἐάγη. Verum et in *praeterito*, quod vulgo dicunt, *Medio* eadem *vi passiva* apud *Hesiod*. Ἐργ. vs. 533. f. τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσοι οὗ τ' ἐπὶ νῶτα ἔαγε, κάρη δ' εἰς οὖδας ὁρᾶται. Τῷ ἴκελοι φοιτῶσιν κ. τ. λ. Et sic κατεαγώς, ὗια, ὸς: ne alia nunc conquiramus. Itaque ἀγυῖα f. ἀγυιὰ pp. fuerit *fracta*, et hinc *aperta* via, *compitum*, mox *via* universe. Iliad. E, 642. Z, 391. T, 254. Odyss. B, 388. O, 440. Necdum tamen haec satis liquida. Forsasse ἀγυιὰ formata vox est cum α *intensiva*, a simpliciori γυιά, hoc vero a γυιὸς, forma υἱός. Sane in Hesychio reperias Γύαι· ὁδοὶ &c. ubi vid. *Albert*. p. 862. Est autem γύαι (si vera sit scriptio et non legendum sit γυιαὶ) forma, alteri illi ἀγυιαὶ cognata. Jam vero γύω pp. notat *hisco*, *pateo*: unde γυιὸς, (ut υἱὸς est ab ὕω, υἵω,) significare potuit *patentem*, vel *patulum*, et ἀγυιὸς *valde patulum*: ἀγυιὰ denique *patentem latamque* viam. E. S.]

"Αγυρις. Est quoque hoc ab ἄγω *duco*, vel *adduco*. Unde supra vidimus oriri verbum ἀγέρω, significans eximie *congrego*. Similiter ab ἄγω, antecedente forma productiori ἀγύω, est ἀγύρω, significatione vix differens ab ἀγέρω. Hinc ἄγυρις idem quoque fere, quod ἀγορὰ *multitudo* adeoque *collecta*, *congregata*, ut est *coetus* hominum. Hinc et ἀγύρτης *agyrta*. Conf. supr. in 'Αγορά, ἄγρα &c.

"Αγχι. Idem quod supra in voce ἄγγος et ἄγκη observavimus, hic quoque usu venit; quod nempe litera ν ante palatinam inserta est. Itaque ἄγχι est pro ἄχι, quod proprie neutr. ab ἄχις, quemadmodum τὶ a τίς. "Αχις porro est ab ἄχω, quod, ex regulis supra traditis, non potest esse non cognatum verbo ἄγω *adduco*, *cogo in unum*. Hinc ἄγχι, *adverbialiter* positum, in usu idem est quod *prope*; quasi dicas *prope adductum*, *admotum*, atque ita aliquis ἄγχι τινὸς εἶναι dicitur, qui *prope* aliquem est. [Paullo propius ad Analogiam accedere videtur auctoris clariss. observatio,

tio, quam propofuerat in *Prooem. de L. Gr. analog.* (p. 9.) „ Ἄγχι autem non poteſt non oriri ab ἄγω, „ ἐγγὺ vero ab ἔγω" cet. Nimirum ſtirps eſt ἄγω *duco, adduco.* Hinc in *futur.* ἄξω pro ἄγσω, *praeter.* ἔαγκα, pro quo ἦγκα, mox ἦγα, et ἦχα, quaſi ἔαχα. Vid. ſupr. p. 23. Eadem ratione ab ἄγω eſt ἄγγω, *fut.* ἄγγσω, ἄγξω, *praeter.* ἔαγγκα, pro quo ἤγγκα, mox ἄγγα, ἦγχα, quaſi ἔαγχα. Ablato augmento ab ἔαγχα, fit ἄγχα; hinc verbum ἄγχω, de quo infra. Obſervavit cel. Lenn. eſſe illud pp. „ *ſtrangulare, conſtringere* fauces." Itaque hoc pacto ab ἄγχω eſt ἄγχις pp. *conſtrictio*, ſive *adſtrictio*: cujus vocis caſus *dativus* ſ. *ablativus* eſt ἄγχι pp. *adſtrictioni* vel *adſtrictione*. Porro ἄγχις *adſtrictio*, idem eſt atque *admotio*, *vicinia*. Ut adeo ἄγχι τινὸς εἶναι elliptice dictum ſit, quaſi ἐν ἄγχι τινὸς εἶναι in *vicinia* alicujus eſſe, h. e. *prope aliquem* eſſe. Senties haec aliquando diſtinctius, ex uſu Homeri Iliad. Ε, 185. *Non hic ſeorſim a Deo iſta furens facit*, ἀλλά τις ἌΓΧΙ Ἕστηκ' ἀθανάτων *ſed aliquis* (in) VICINIA, (h. e. prope) *adſtat immortalium.* Vide jam porro Iliad. Ζ, 405. Η, 188. Θ, 118. Κ, 161. Λ, 665. Ξ, 460. &c. &c. Eadem vis hujus nominis ἄγχις, in caſu obliquo ἄγχι, cernitur quoque clariſſime in compoſitis ἀγχιγείτων, ἀγχιμαχητὴς, ἀγχίπλοος, ἀγχιφανής. Obſervandum autem eſt, pro ἄγχι etiam ἄγχε dixiſſe in caſ. Dat. vel Ablat. veteres, ut Latini dicunt *navi* et *nave* (Conf. omnino Animadv. ad Analog. p. 307.) unde ἀγχέμαχος pp. *in vicinia*, ſ. appropinquatione, *pugnans*, *cominus pugnans.* Denique cognata forma ἀγχοῦ, ſimili prorſus ratione, explicanda eſt. Ab ἄγχος nempe (quod ab Heſychio exponitur πνίγμα *ſtrangulatio*, pp. *conſtrictio*, eſt *Gen.* ἀγχοῦ. Hoc vero per ellipſ. praepoſ. ἐξ vel ἀπὸ, pro ἐξ ἀγχοῦ *e vicinia*, i. e. prope. Vide Herodot. Clio c. 9. κεῖται δὲ ἀγχοῦ τῆς ἀνόδου θρόνος, et ſic apud Homerum ſaepiſſime. E. S.]

Ἄγχω. Quemadmodum ἄγγω ab ἄγω, ſic ἄγχω ab ἄχω ſunt. Ergo ut ἄγω et ἄχω, ita quoque ἄγγω et ἄγχω vicina verba. Id quod planiſſime apparet ex lingua Latina cum Graeca comparata. Quod enim Grae-

Graecis ἄγχω, idem est Latinis ANGO, in usu, proprie *strangulo*. Significationem hanc accepit utrumque a generali notione *adducendi*, *cogendi in unum*: atque sic eximie notat *constringere* fauces, *strangulare*. Generalior autem notio cernitur quoque in usitata hujus verbi significatione, quae est *cogendi* quocumque modo *coërcendive*. [Adscribamus unum alterumve locum, ex quo haec verbi proprietas paullo certius perspiciatur. Iliad Γ, 371. Ἄγχε δέ μιν πολύκεστος ἱμὰς ἁπαλὴν ὑπὸ δειρήν. Ubi *Schol.* Ἄγχεν· ἦγχεν, ἔπνιγε. Aristoph. in *Ranis*, vs. 470. *Qui canem nostrum Cerberum, protractum*, Ἀπῇξας ἄγχων *abduxisti* fauces *constringens* &c. Id. in *Vespis*, vs. 1033. *Incubi et febres*, οἳ τοὺς πατέρας τ' ἦγχον νύκτωρ, καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον. &c. Conf. Thom. Magist. voce Ἄγχω, et ibid. viros doctos. Porro hujus verbi *particip. act.* f. g. ἄγχουσα pp. *constringens* fauces, sive *suffocans*, eximie dicitur „ *herba* quaedam vim habens *suffocatoriam* „ et *strangulatoriam*." Vide H. Stephan. in Indice Thes. col. 265. et Albert. ad Hesych. col. 77. v. Ἄγχουσα. De origine verbi ἄγχω ab ἤγχα, pro ἄνγχα, a Them. ἄγγω, vide supra in Ἄγχι. E. S.]

Ἄγω. Vera stirps ea est, unde tot vocabula orta jam vidimus. Hujus propria notio, ut omnes primarum originum, generalis valde et vaga est. In primis tamen quaerenda in *motu* rei *impulsae*, et ita *motae*, ex uno loco in alium. Hinc sponte natae significationes *ducendi*, *ferendi*, *vehendi*, *adducendi*, *abducendi*, *educendi*, *eliciendi*, *impellendi*, *inducendi*, *rapiendi*, *trahendi*, *populandi*, *diripiendi*, *hostili more vexandi*. Praeterea illa *ducendi*, *lancibus aestimandi*, aliaeque, ex his denuo ortae. Imo hinc apparet, quemadmodum *rex*, *dux*, *gubernator*, *praeceptor*, aliique, *qui praesunt*, ἄγειν dicantur: ut modo significet *regere*, modo *moderari*, modo *formare*, *instituere*, modo aliquid simile. Porro ex ista significatione *trahendi* apparet, quomodo significare possit *ducere in longum*, vel etiam, nominibus *temporis*, junctum, *ducere*, *terere* tempus, similiaque.

Quum autem id, quod nimia vi *impellitur* ad aliquid, *frangi* soleat, inde quoque *frangendi* notio, quae fit ex *allisione*.

Ex ea autem porro nata est illa *rumpendi*. Tandem a *frangendo* translatum verbum quoque ad notionem *splendendi* seu *splendoris*, qui fit *refractione radiorum* lucis. Quae tamen maxime conspicua est in derivatis ejus: ut postea, variis in locis, videbimus.

Huic autem postremae notioni vicina est ea *nitendi munditie*, et *puritate*: quam supra, in multis derivatis, jam vidimus.

[Ceterum Stirpi ἄγω cognatae sunt ἔγω, ἴγω, ὄγω, & ὔγω: de quibus vide infra, suis locis. E. S.]

Ἀγὼν, ῶνος. Est ejusdem prope formae, cujus nomen ἀγκὼν, de quo supra. [Nempe Ἄγων, ῶνος ab ἄγω, ἀγκὼν, ῶνος ab ἄγκω descendit, hoc autem ab ἄγκα, quod, cum augmento, ἔαγκα, e stirpe ἄγω. Vide supr. p. 25. E. S.] Est ergo ἀγὼν, ubi plures sunt ἀγοί. Nam proxime oritur ab ἀγὸς, quod, ut vidimus, ab ἄγω. Hinc sollemnes *ludi*, ad quos, ex omnibus partibus terrarum, *principes* veniebant, eximie ἀγῶνες dicti. Sic enim in primis *quatuor* ludi Graeciae *sollenniores*, vel certamina, ἀγῶνες ἱεροὶ dicebantur. Generalius autem quodcumque *certamen*, atque inde quoque *multitudo* hominum spectantium certamen, ἀγὼν vocari solebat. Nec tantum ad *ludos* designandos, sed etiam quodcumque *certamen difficilius*, quocumque modo institutum, adhibitum fuit. Unde porro sic dicitur *actio forensis*, *actio* fabulae in theatro: quin imo, ulterius translatum, *quamcumque contentionem summam*, & *summum periculum* notat. [Nempe, quum nomina in ὼν, ῶνος, *locum* denotent, in quo plures *res* vel *personae* una sint, (vide supr. voce ἀγκὼν,) facile apparet, qua analogia ἀγὼν ipsum *locum* significet, in quo complures sint ἀγοί. *Hesych.* Ἀγὼν· ὁ τόπος ἔνθα ἀθροίζονται οἱ ἀγωνισταί· ubi vid. *Albert.* Itaque ἀγὼν proprie *locus* est *certaminis*, dein *certamen* ipsum &c. Vide *Etymol. magn.* in voce Ἀγών. E. S.]

Ἀδάρκης. Videtur esse ejusdem formae nomen, cujus

jus est ποδάρκης. Est itaque vox composita e nomine obsoleto ἄδος, similive forma, quod a verbo ἄδω; de quo mox: & verbo ἄρκω, vel ἀρκέω. Quum autem ἄδος significare olim potuerit *congestam*, & *condensatam massam*: inde ἀδάρκης proprie fuerit *massa condensata*, quae sibimet sufficiat, quae *consistat*, & *cohaereat*. Atque hinc *salsilaginem concretam*: quae, in locis palustribus, arundini, aliisque plantis adnasci solet, sic vocarunt. [Descriptionem vide apud *Dioscorid.* L. V, c. 137. & *Plinium*, H. N. Lib. XXXII, c. 10. horumque interpretes.)

['Αδαχέω, ῶ (*Pruriginem excito, titillo, scabo.* Heder.) Suid. Ἀδαξῆσαι· τὸ κνῆσαι· — καὶ ἀδαχεῖν· τὸ κνῆσειν· κ. τ. λ. Etymol. Ἀδαξῆσαι σημαίνει τὸ κνῆσαι, καὶ ἀδαγμὸς, ὁ κνησμός. Hesych. Ἀδάξω· κνήσομαι. *Idem.* Ἀδαγμός· κνησμός. Plura vide apud Albert. ll. cc. & *Foësium* in *Oeconom. Hippocr.* voce Ἀδάξασθαι. Observat autem *Foësius*, pro ἀδάξεσθαι longe crebrius apud *Hippocratem* legi ὀδάξεσθαι. Quemadmodum *Hesych.* etiam exhibet ὀδηγμός· κνησμός. & ὀδάξει· τοῖς ὀδοῦσι δάκνει· & ὄδαξ· τοῖς ὀδοῦσι ἐμπεφυκότες, ac similia. Ex quorum comparatione verisimile fit, stirpem τοῦ Ἀδάξασθαι esse ἄδω· τοῦ ὀδάξασθαι vero ὄδω, adeoque formas vicinas: quibus duobus verbis, ἄδω & ὄδω, cognatum etiam fuerit EDO Lat. Itaque, ut ab *edo*, est *edax*, ita ab ὄδω, ὄδαξ; ab ἄδω, ἄδαξ. Porro ὄδαξ, pro ὄδακς, mea quidem ex sententia, contractum fuit ex ὄδακος, uti *bibax* ex *bibacus*, unde *bibaculus* & sim.; ὄδακος vero ab ὀδάκω, quod ab ὄδακα, pro ἐόδακα, *praeter. perf. act.* verbi ὀδάω &c. Itaque ab ἀδάω, ἐάδακα, est ἄδακος. Ab ἄδακος est ἀδακέω, quod cum adspirata ἀδαχέω, in fut. ἀδακήσω. A simpliciori autem ἀδάκω, est *futur.* ἀδάκσω, f. ἀδάξω. Ab ἀδάξω iterum ἀδαξέω, unde ἀδαξῆσαι. De stirpe ἄδω, cum cognatis ἔδω, ὄδω, inferius dicendum erit. E. S.]

[Ἄδδιξ [*Mensura quatuor choenicum.* H.] Etymol. Ἄδδιξ· μέτρον τετραχοίνικον. Eustath. ad Homer. Odyss. T, p. 1854. vs. 12. ἦν δὲ καὶ Ἄδδιξ μέτρον τι φασὶ τετραχοίνικον. Ἀριστοφάνης· ἀλφίτων μελάνων ἄδδιχα. Nisi peregrinum sit vocabulum, videri poterit dictum esse, per reduplicationem mediae, pro ἄδιξ, quod ab ἀδίω,

e stirpe ἅδω. Conf. infra ἀδινὸς, unde ἀδινῶς, *confertim.* E. S.]

Ἀδελφὸς. [*Frater*] Oritur ex α & nomine δελφὺς, notante *uterum.* Patet itaque, ἀδελφὸς respondere Lat. *uterinus.* Unde substantive *frater uterinus*, & generalius *frater*, sic dicitur. Adjective autem idem positum significat *ex omni parte similem.* [Vide Wolf. ad Liban. Ep. 262. 374. 863. G. Koenium, ad Gregor. de Diall. p. 269. & viros doctos, ibi laudatos. E. S.]

Ἀδέω oritur a simpliciori ἅδω vel ἄδω, quod ipsum superest, & suo loco explicabitur. Cum autem, ut ex derivatis, aliisque vicinis verbis, apparet, propria ejus verbi notio sit posita in *conferendo*, *congerendo in unum*, atque sic transferatur ad *copiam* rerum *congestarum*, *coacervatarumque*, designandam: inde porro ἀδέω significare potuit *satis esse*, *sufficere copia sua.* Quae notio tandem videtur peperisse illam, quae est verbi *placendi*, verbo ἁδέω tribui solita. Ea autem facile producere potuit eam *gratificandi*, *assentiendi*, similesque, quas alibi videbimus. [Vid. etiam infra v. Ἄδω, & ἄζω.]

Ἀδημονέω (*Gravissime angor* &c.) sine dubio oritur a modo memorato ἅδω, quod, ut suo loco videbimus, translatum ad *fastidium*, & *nauseam*, ex nimia *repletione cibi.* Inde porro transiit ad *animum*, ut fieri solet, & relatum fuit ad designandum *taedium* vehementissimum, cum *angore* & *moerore animi* conjunctum, quod oriri solet ex *curis* nimiis, & *molestiis*, quasi *coacervatis*: quae notio conspicua est in nomine ἄση, formato a nostro verbo ἅδω. Unde quoque apparet, quemadmodum ἄση a λύπη differat, quocum aliquando conjungitur.

Jam autem ab ἅδω est ἀδέω, notans quoque *ejusmodi taedio affici.* Ab hoc autem derivatum est nomen ἀδήμων, quod (etsi obsoletum) significare debuit eum, qui quasi *nimia* doloris *satietate fatiscat.* „ Sunt enim „ nomina, in ων desinentia, generatim fere ejusdem natu- „ rae, cujus apud Latinos nomina in *osus*: ut adeo *copiam* „ sig-

„ significent *rerum*, quae primitivo exprimantur; „ eamque saepe *nimiam* & *pravam*." Hinc jam est ἀδημονία *gravissimus* animi angor, & ἀδημονέω *gravissime angi animo*. [„ Ab ἀδέω est ἀδήμων, ut ab ἐλεέω est „ ἐλεήμων. Ab ἀδήμων vero ἀδημονέω *pertaedeo*, ut ab „ ἐπιστήμων ἐπιστημονέω *peritus sum*, & ab αἰδήμων αἰδημο„ νέω *verecundus sum*." L. Bos de Etymol. Gr. p. 14. 15. Vide etiam Cl. Albert. ad Hesych. voce ἀδημονῶ, & Biel. Nov. Thes. Phil. voc. ἀδημονέω. Xenoph. Hist. Gr. IV, p. 521. E. S.]

Ἄδην, vel ἄδδην [per reduplicationem, de qua vid. *Piers.* ad Moerid. p. 89. 90. „ *Ad satietatem* usque, „ *affatim*, *vehementer*."] Est ejusdem generis adverbium, cujus est λύβδην a verbo λύβω; intercedente nomine, ut videtur, λύβη similive, & addita particula δην. Patet ergo, nostrum esse a verbo ἄδω, intercedente nomine obsoleto ἄδη, similive: quod idem esse potuit, atque ἄση, proprie notans *sufficientiam rerum congestarum*, & *repletionem*. Hinc ἄδδην in usu notat *confertim*, *affatim*, *abunde*, *largiter*, *satis superque*. Omisso autem altero δ, idem pronuntiatur ἄδην. [Ab ἄδω pp. *premo*, sive *constipo*, *coacervo*, est ἄδος, η, ον, pp. *constipatus*, *congestus*, *a*, *um*. Ἄδος, masc. gen., *substantive* adhibetur pro *satietate* s. *plenitudine insigni*. Hinc apud Hesych. Ἄδος· κόρος, πλησμονή. ubi vid. *Albert.* Porro femin. ἄδη, itidem substantivo usu, notavit *satietatem repletionemve*. Superest hoc sensu *accusativum* apud Homer. Iliad. Τ, 423. Οὐ λήξω, πρὶν Τρῶας ἊΔΗΝ ἐλάσαι πολέμοιο. *Non cessabo, antequam Trojanos* Satietas *ceperit belli*; & Odyss. Ε, 290. Ἀλλ' ἔτι μέν μιν φημὶ ἊΔΗΝ ἐλάαν κακότητος. *Sed adhuc quidem ipsum dico* Satietatem *capturum esse miseriae*. Proprio sensu apud Athen. IV, p. 128. Ε. legi: ὡς ἄδην εἴχομεν βρώσεως, observavit cel. Valck. ad Herod. IX, p. 711. not. 10. Quod ipsum ἄδην, (& paullo fortius pronuntiatum ἄδδην) ut fieri solet, per ellipsin praepos. κατὰ, εἰς, similisve, *absolute* positum, deinceps adverbialiter adhibuerunt, pro *ad satietatem usque*, vel *abunde*, *satis*. Ita rursus Iliad. Ε, 203. εἰωθότες ἔδμεναι ἌΔΔΗΝ: *soliti edere*, sive

five *pafcere*, *fatietatem*, h. e. *ad fatietatem*. Et Iliad. N, 315. οἳ μιν ἍΔΗΝ ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο. *Qui illum* ad Satietatem *exerceant*, *etiam fatis alioquin incitatum ad bellum*. Pro ἄδην, etiam dixerunt ἅδην, cum *fpiritu afpero*; qua de re vide Eustath. ad Homer. Il. E, vs. 203. p. 538. l. 46. & p. 539. Il. N, 315. p. 933. l. 64. Hefych. Ἅδην· δαπανώμενον μὲν ἡδέως, καὶ τὸ εἰς κόρον· ψιλούμενον δὲ [ἄδην] ἡδέως. „ Ἅδην" inquit „ *cum fpiritu afpero*, ad Satietatem" &c. Hunc *fpiritum afperum* Latini reddere folent per f, uti v. g. ἧμι est *femi*; ὑπὲρ *fuper*; ὑπὸ *fub*; ὕδωρ Lat. vetus *fudor*, h. e. *aqua*, Lucret, II, 464. Qua analogia Lat. SATIS erit ἅτις, quod (litera vicina τ, pro δ, fubftituta) facile apparebit esfe Gr. ἄδις, adeoque cognatum fuperiori ifti ἄδη. E. S.]

Ἀδὴν, ένος, pp. a memorato verbo ἄδω fignificat *masfam*, quafi, *denfam* partium *congeftarum*: unde eximie, apud Medicos Graecos, notat *masfam carnis fimplicem*, & quafi *conftipatam* ex variis particulis, atque adeo eximie *glandulam*. Est autem ejusdem formae nomen, cujus est ἄῤῥην, ποιμὴν, ὑμὴν, &c.

[Ἅδης *Orcus*. Vide infr. fub Ἀίδης, fuo loco.]

Ἀδινὸς, ἡ, ὸν. Forma convenit cum nomine πυκινὸς, ἡ, ὸν, fimilibusque: ut dubium non fit, quin, quemadmodum πυκινὸς originem habeat verbum πύκω, fic ἀδινὸς natum fit a verbo ἄδω, quocum etiam fignificatione plane convenit. Notat enim *confertus*, *denfus*, *multus*, *frequens*, *continuus*, & fimilia.

Ἀδράχνη genus arboris est, quam *portulacam* vocant Latini. Nomen autem accepit a natura fua: estque vox compofita ex ἁδρὸς & ἄχνη. [Est, nempe, vox formae ἀράχνη, quam, fimiliter fere, compofitam esfe ex ἄρω & ἄχνη, infra ftatuit cel. Lennepius. De ipfa arbore Plinius H. N. Libr. XIII, c. 22. Adrachnen „ inquit" „ omnes fere Graeci *portu-* „ *lacae* nomine interpretantur; cum illa fit herba & „ *andrachne* vocetur, unius literae diverfitate. Cete- „ rum *adrachne* est filveftris arbor, neque in planis „ nafcens, fimilis unedoni, folio tantum minore &

„ *nun-*

„ *nunquam decidente*, cortice non ſcabro quidem, ſed „ qui circumgelatus videri poſſit: tam triſtis adſpectu „ est." Quibus perlectis veriſimilior fortasſe videri poſſit conjectura, ἀδράχνην, per contractionem, dictam esſe pro ἀδραχίνην, hoc vero compoſitum ex ἀ *privativo* & δραχίνην, a δράχινος, pro δεράχινος; quod a ſtirpe δέρω *excorio* &c. E. S.]

'Αδρὸς. Quemadmodum ἀγρὸς vidimus esſe ab ἄγω: ſic ἁδρὸς est ab ἅδω. Hinc ἁδρὸς pp. notat quaſi *confertus*, *condenſatus*, *ſtipatus*, atque inde eximie *validus*. Praeterea, *multus*, *magnus*, *abundans*, *maturus*, & ſimilia. [Heſych. 'Αδρὸς explicat παχὺς, μέγας, πολύς: & ἁδρὸν ſimiliter παχὺ, μέγα, δαψιλές: denique ἁδρότερον, εὐτρεφέστερον. Vide omnino *Foëſ.* in Oecon. Hippocr. v. ἁδρὸς. Cognata etiam forma fuit ἁδρὺς, unde ἁδρύνω *Craſſum reddo*, & ἁδρύνομαι *Craſſesco*, *turgeſco* &c. 'Αδρυνσις *Crasſatio* &c. Conſ. Etymol. magn. p. 18. H. Stephan. Theſ. T. I. col. 108. & Biel. Theſ. T. I. p. 27. E. S.]

''Αδω. Est ipſa ſtirps. Ut autem verbi ἄγω propria poteſtas poſita est in *motu*, qui ſit rei *motae* ex uno in alium locum: ſic hujus verbi propria notio quaerenda est in *motu*, qui fit, res plures in unum *congerendo* & *coacervando*; unde nata iſta *complendi*, *explendi*, *acervandive* notio, quae in tot derivatis conſpicua est. Inde porro profecta denuo *ſatiandi* notio, quae, fere ut propria, huic verbo, & quibusdam ejus derivatis, adhaeſit. Alias autem translationes, inde factas, jam vidimus in verbo ἀδέω, quod, *ſpiritu* mutato, in uſu diſtingui ſolet ab ἁδέω, quod ſignificationem in primis ſequitur verbi noſtri ἅδω. Ab ea porro *ſatiandi* nata fuit notio illa *faſtidiendi* & *nauſeandi*, quae in nomine derivato ἄση, hujusque derivatis, in primis cernitur. Propius paullo a generali notione verbi ἅδω abest ea verbi memorati ἀδέω, ſignificantis, quaſi, *ſatis ſuperque habere*, vel ἄδδην ἔχειν. Dicuntur autem eximie καμάτῳ ἀδδηκότες, *qui plane defatigati ſunt labore*: ita ut eo, tanquam *gravi mole* rerum, oppresſi ſuccumbant, quae vis proprie in natura hujus verbi inest. [Reperitur haec

haec phrasis καμάτῳ ἀδδηκότες, vel ἀδηκότες, apud Homer. Iliad Κ, 98. 312. 391. 471. Odyss. Μ, 281. ubi vide Clark. & H. Steph. Thes. T. I, col. 1441. 1442, coll. Eustath. p. 792, l. 37. 807, l. 24. 833, l. 13. 1721, l. 56. & infra v. ἄζω. E. S.]

Ἄεθλος. [*Certamen*] Proprie est ab ἀέθλω pro ἄθλω, ut ἀέξω pro ἄξω & similia. Ἄθλω autem est, quasi contractum ex ἀθάλω, & hoc ab ἄθω, quod tandem ab ἄθω. Cujus verbi cum nulla fere vestigia, in Lingua Graeca, supersint, (nisi forte proxime inde ortum ἄθως; quo nomine olim varii *montes* dicti fuerunt, forte a *mole* & *acervo*:) propria ejus potestas repetenda est a vicino verbo ἄδω &, quod videbimus deinceps, ἄτω. Vidimus, quemadmodum ἀδέω fuerit positum de iis eximie, qui, *gravi labore defatigati* & *oppressi*, quasi *succumbant*. Vidimus, quemadmodum ἄδω sic notionem habeat *magna copia congerendi*, et *concervandi*: in quibus manifesta significatio *gravioris laboris* fit. Inde itaque, sponte veluti, fluit notio ista, quae voci ἄθλος, ἄεθλος, & contract. ἆθλος, tanquam propria tribuitur; *laboris* nempe *gravioris*, *molestiorisque*. Ex qua dein significatione nata est illa *certaminis difficilioris*, praeterea *praemii certaminis* & similium. Quin inde ad *miseriam*, & similia, translatio facta est in variis hujus nominis derivatis: quemadmodum ἄθλιος *miser*, *aerumnosus*; atque ita aliquando ἀεθλεύω significat *mala tolero*, *perfero*. [Nisi sit ab ἄω, pp. *tendo*, contendo. Vid. in ἄημι. E. S.]

Ἀεὶ [*Semper*.] Origo est verbum ἄω, de quo suo loco dicendum. Videtur autem a notione *spirandi*, in derivatis quam plurimis hujus verbi, translatio facta esse ad temporis *durationem*: ut, variis in locis, postea videbimus. Est autem ἀεὶ proprie quasi *dativus* antiquus nominis masculini ἀεὶς, cujus loco productior forma ἀεὶς *neutrum* propagavit ἀὲν, simili modo, ut ab εἷς ἓν est. Ἀιὲν autem et αἰεὶ poëtis idem est, quod vulgo in usu ἀεὶ *semper*. [Uti a πόλις, in *Dat. Sing.* est πόλει, ab ὄφις, ὄφει &c. ita ab ἄις, ἀεὶ, ab ἀὴς, ἀιεὶ &c. ἀιὲν vero *neutrum* est *participii* ἀεὶς ἀεῖσα, ἀὲν, pro quo, in neutr. gen., etiam ἀὲς Lacon dixit apud *Aristophanem*, laud.

laud. *Maittaire* de Dial. Dor. p. 244. B. Stirps ἄω pp. *spiro* &c. Itaque ἀεὶ pp. est *spiratione*, h. e. *leni processu*, et quasi *perpetuo effluxu* temporis, atque adeo *duratione* haud *interrupta*; ἀεὶν vero dictum pro κατὰ ἀεὶν, *per* tempus *spirans*, effluens. E. S.]

'Ἀείδω *cano*, idem est, quod ἄδω; unde ἀηδὼν; et hujus loco ἀείδων, *luscinia*, [quasi *canens*, vel *cantor* eximie] sic dicta a *canendo*. Potest quidem nostrum ἀείδω, ex rationibus linguae Graecae analogicis, referri ad stirpem ἄω; (quod ὀνοματοπεποιημένον esse, jam supra vidimus, in voce ἀάζω:) sed non opus est, ut eo adscendamus: ac verius puto, hoc ipsum esse verbum ὀνοματοπεποιημένον, a *sono*, nempe, factum, qui identidem voce canentis repetitur, hujus verbi pronuntiationi fere similis. Similis certe ratio videtur quoque verbi ᾄδω, significantis itidem *cano*; de quo suo loco. Tribuitur autem eximie nostrum verbum *poëtis*, carmina sua *canentibus*; uti *oratoribus* proprium fuit λέγειν. [Vicina huic verbo ἀείδω, alia fuit forma ἀοίδω, itidem a *sono*: unde ἀοιδὸς, ἀοιδὴ, et hinc denuo ἀοιδέω, contractum in ἀοιδῶ; porro ἀοιδιάω, unde ἀοιδιάω, ἀοιδιῶ, apud *Etymol.* c. 116. quin et ἀοιδιάω, unde apud Hesych. (ex Odyss. K, 227.) ἀοιδιάει· ᾄδει, ὑμνεῖ. E. S.]

Ceterum pro verbo ἀείδω, per contractionem dicitur ᾄδω. Nomen 'Ἀοιδὴ contractum peperit ᾠδὴ, unde Latini ODAM dicunt, id est *cantilenam*. LENN. *alio loco*.

'Ἀείρω *tollo*. Est ab αἴρω, et hoc ab ἄρω: de quo suo loco. Notat autem proprie, quasi, *tendendo*, *sustentandove*, *in altum tollo*: [Hesych. 'Ἀείρω· ἄνω αἴρω et ἀείρομαι· ἄνω αἴρομαι.] Unde quoque *admovendi* [uti v. gr. vini poculum ori *admovetur*, Il. Z, 264.] aliaeque significationes ortae. [Ab ἀείρω deinde ortum, ἄωρος et hinc rursus ἀωρέω, ex quo productum ἀωρέθω; quod nobis servavit *Etymolog.* c. 8: 22. E. S.]

"Ἄελλα *procella*, *turbo*. Originem habet verbum ἄω, *spiro*, *flo*. Unde nomen ἀὴρ proxime descendens, vulgo quidem *aërem* notat, nonnunquam tamen etiam *aërem tenebricosum*, et quasi *nubibus densum*. Ab hujus nominis *dativo* ἀέρι, *adjectivum* est ἀέριος, et forma

ma diminutiva, ἀέρυλος, quod contractum produxit masc. ἄλλος, cujus fem. est ἄελλα. Notat itaque *tenebricosam*, et eximie, substantive positum, *aërem tenebricosum*, *turbulentum*, atque adeo *turbinem* et *procellam*.

[Ab obsoleto verbo ἄλω *volvo*, cui vicina fuerunt ἀλίω, εἴλω, ἴλω cet. productum est ἀέλω *volvendo colligo*, *conglobo*. Ex qua notione, in Etymol. col. 143: 49. superest ἀέλεσθαι, i. q. συναθροίζεσθαι: et ibid. col. 407: 31. 33. ἀέλα, i. q. ταραχὴ τῆς θαλάσσης, ἢ τῦ ἀέρος, quasi *convolutionem*, *conturbationemque* adeo, dixeris. Pro ἀέλω dixerunt deinceps ἀέλλω, uti pro ϛέλω ϛέλλω: in quo quidem verbo ἀέλλω significatio *volvendi* tributa fuit *vento*, obvia quaevis, vi sua, *convolventi* et *avehenti*. Conf. Etym. col. 20. 1. Ἀέλλεται· πνεῖ. Ab eodem ἀέλλω porro est ἄελλος *convolvens*, *corripiensque* cuncta, adeoque per metaphor. μαινόμενος, apud Hesych. in Ἄελλος, quo loco clar. Albert. T. I, col. 110. opportune observavit, unam quoque *furiarum* AELLO dici ab Hesiodo, Theogon. vs. 267. haud dubie ab *insania*, cuncta *corripiente* et *conturbante*. Hinc tandem nostrum ἄελλα, h. e. συςροφὴ ἀνέμυ ἄγων πνέυσα, Etymol. col. 778: 12. Qua voce eleganter usus fuit princeps poëtarum Iliad. Β, 293. Ἥν περ ἄελλαι χειμέριαι ΕἸΛΈΩΣΙΝ, ὀρινομένη τε θάλασσα: ubi ad originem alludi notat Eustat. p. 223: 12. Adde omnino Iliad. Μ, 40. 49. Ἶσος ἀέλλῃ — Ὡς Ἕκτωρ, ἀν' ὅμιλον ΕἸΛΊΣΣΕΤΟ. E. S.]

Ἀέξω [*proveho*, *accumulo*, AUGEO. H.] productior forma est a verbo ἄξω, unde quoque descendunt αὔξω, αὐξέω, αὐξάω. Solent, nempe, ista ratione, tanquam nova denuo verba, verborum quorundam primitivorum *futura* considerari. Constat autem, ἄξω esse proprie *futurum* verbi ἄγω, de quo supra; ubi vidimus, ἄγειν significare proprie *adducere in unum*, atque inde *congregandi* notionem proficisci. Hinc porro nata significatio *augendi*, quae huic verbo nostro subjecta est. Quod ipsum verbum Lat. AUGEO non aliud est, quam Graec. αὐγέω, formatum ab αὔγω, cujus *futurum* αὔξω vidimus. [Possis et hoc modo concipere, ut

ut, quemadmodum ab ἄγω ortum αὔγω, mox αὐγῶ, αὐγάω, ita ab eodem ἄγω, primum quidem descenderit ἀέγω, & hinc porro ἀέγσω, ἀέξω. E. S.]

Ἀετὸς [*aquila.*] Verbum ἄω a *spirandi* notione generali, sponte quasi, transiit ad *flatum* venti *spirantis* designandum eximie, in multis derivatis; quemadmodum ἀήτης, quod ab ἀέω, productiori forma verbi ἄω, cujus verbi ἀέω tertia persona praeteriti perfecti pasf. ἤεται, praeter nomen ἀήτης, nostrum quoque peperit ἀετός. Differunt autem, natura sua, *duo* haec nomina, eodem modo, ut ποιητὴς, & ποιητός. Quod enim in altero η, in altero ε est, illud in his rebus momentum nullum habet: quum literas *longas*, η & ω, ignoraverint antiquiores Graeci. Uti itaque ποιητὴς, vi terminationis suae, *personam agentem* notat, *cum* adeo *qui faciat:* sic ἀήτης dicitur proprie *qui flat*, & absolute, *ventus.* Ut [vero] ποιητὸς passive significat *factus*, sic ἀετὸς is proprie est *qui fertur*, quasi *vento spirante* vel *aëre*, eoque *sustentatur.* Hinc eximie *aquila*, sic dicta ob altissimum volatum, quo supra aërem veluti ferri, & a vento sustineri videtur. [Eo fere sensu, quo de *scarabaeis* Laco ait, apud Theocrit. Idyll. V, 114. Καὶ γὰρ ἐγὼ μισέω τὼς κανθάρος, οἳ, τὰ Φιλώνδα Σῦκα κατατρώγοντες, ὙΠΗΝΈΜΙΟΙ ποτέονται. Nescio tamen, an rectius statui possit, *aquilam* dictam fuisse ab *impetu* acerrimo, quo, fulminis instar, in praedam fertur. Etymol. Ἀετὸς, παρὰ τὸ ἀΐσσω, τὸ ὁρμῶ, ἀϊτὸς καὶ ἀετός. Non, quod ἀετὸς (secundum analogiam Grammaticam) sit ab ἀΐσσω, quippe quod productum est ab ἄϊσω, futuro verbi ἀΐω, sed quod obsol. verbum ἀέω, unde proxime descendit nostrum ἀετὸς, vicinum fuerit forma sua alteri isti ἀΐω; quod, uti stirpe primaria ἄω, ita significatione cum nostro conveniat. Testis Hesych. in Ἀέσαι — ὁρμῆσαι, et Ἄεσις· πόνος. Ex qua posteriori, Ἀεσίφρων, pp. *spirans* (h. e. πνέων *impetuosus*) *mente*, pro *levi*, sive potius *furenti*, ponitur, Il. Υ, 183. ἔμπεδος, οὐδ' ἀεσίφρων: coll. Il. Ψ, 603, 604. et Od. Φ, 302. ἀεσίφρονι θυμῷ, quod Clark. reddidit *dementi* [pp. impetuoso]

animo, Hesijch. autem κοῦφας ἔχων τὰς φρένας, et Etijmol. col. 20: 48. ὀξύφρων. Ceterum de aquilae *impetu* acerrimo adi Bochart. Hieroz. P. II, L. 2, c. 2. Obſervandum autem est, pro ἀετὸς etiam uſurpari αἰετὸς: quod derivationem noſtram magis adhuc confirmat. Etymol. Ἀετός· — γέγονε δὲ αἰετός, παρὰ τὸ ἀΐσσειν cet. E. S.]

[Ἀέω. Verbum obſoletum, pro quo poëtae adhibent ἄημι. Stirps ἄω, pp. *ſpiro*, unde ἀέω, ἀΐω cet. Proprie notat *ſpirationem*, *reſpirationem fortiorem*, qualis exprimitur ipſis verbi hujus literis, estque v. gr. hominis, magno labore defatigati: unde, porro, per ſynecdochen, ἀέω est *dormio*. Vide Heſych. Ἀέσαι· ἀῆσαι, i. e. *ſpirare*: et alia, apud Stephanum. Conf. dein Odyſſ. Γ, 151. 490. Ο, 40. 188. Τ, 342., ubi reperies formas ἄεσα, ἀέσαμεν, ἄεσαν, ἀέσαι, hinc manifeſto ductas, coll. etiam Euſtath. p. 1461: 61. ἀέσαμεν ποιητικὴ λέξις ἀντὶ τοῦ ἀνεπνεύσαμεν, et 1866: 50. ἄεσα, ἤτοι ἀνέπνευσα. A *ſpiratione fortiori* ſimul orta est notio illa *impetus* ardentioris, de qua diximus in voce ἀετός. E. S.]

Ἄζω. Duplex verbum ἄζω et ἅζω, etſi iisdem literis exarari ſolitum, non tamen idem est, et ejusdem originis: ut exiſtimasſe Grammatici videntur.

Prius ἄζω non videtur differre proprie, niſi forma, a verbo ἀάζω, quod ſupra vidimus, et est ab ἄω, notatque, ut illud, *halitum calidum efflare*: unde ad ventum *calidum* ſimiliaque, quibus res *ſiccari* posſunt, translatum, porro notat *ſiccare*, *arefacere*.

Alterum ἅζω pertinere arbitror ad originem ἅδω, cujus figuratam notionem *placendi*, et ſimiles, ſupra jam vidimus in voce ἁδέω: atque inde profecta videtur iſta *venerandi* ſignificatio, quam verbo huic adſignare ſolent Grammatici. Est enim ab ἅδω proxime ortum Doricum ἅσδω, quod reſpondet Jonico et Attico noſtro ἅζω. Litera ζ enim compoſita est ex σ et δ. [Equidem vix perſuadeor, verba ἄζω et ἅζω, ab ipſis veteribus inter ſe permiſta, esſe originis diverſae: tam parum certe atque ἅβρα et ἁβρὸς, ἀγὸς et ἅγος, ſimiliaque,

que, ſpiritu diſtingui ſolita, cel. Lennep. originis esſe diverſae ſtatuit. Ergo potius ſic ſtatuerim: utrumque verbum ἄδω et ἅδω, unde analogice deſcendunt ἄζω et ἅζω, primarie ſignificasſe *premo*, premendo denſo, conſtipo, et intranſ. *presſus ſum*, haereo, adhaereſco cet. Ab *adhaereſcendo* orta est notio *placendi*, in ἀδέω, ἁνδάνω, eadem prorſus metaphora, qua aliud verbum ἀρέσκω et ἀρέσκομαι, (quod ex ἄρω, ἀρέω, ἀρέσω, ortum pp. nihil aliud est, quam Lat. ARESCO) a notione *adhaerescendi* tranſiit ad illam *placendi*; unde ἥνδανε θυμῷ pp est *haeſit animo*, et Hebr. רָצָה *placere*, pp. est *adhaereſcere*, uti v. gr. Jeſ. XLII, 1. Porro, ex eadem origine *premendi* ſive condenſandi, et haerescendi, in noſtro ἄζω pro ἄδσω ex ἄδω) est ſignificatio *ſiccandi*; quatenus, nempe, corpora expresſis humoribus *exſiccantur*, et minorem in molem quaſi *comprimuntur*: cujus translationis ratio vel ex ipſo Lat. ARESCO, (quod Latinos in ſignificatione *propria*, Graecos autem in *impropria*, adhibuisſe modo vidimus,) ſat perſpicua est. Conf. Il. Δ, 487. et Heſiod. Ἐργ. vs. 587. porro Θεογ. vs. 99., ubi notat *luctu exareſcere*.

Vicisſim verbo ἅζω, ſive potius forma *Media* ἅζομαι, ex eadem illa *premendi*, comprimendi, reprimendive, vi propria, in ἅδω, notari potuit *comprimo*, *reprimo* me, vel etiam *comprimo* os meum, prae *metu*, vel *veneratione*, aut *pudore*: qualis metaphora est in Hebr. קָפַץ aliisque verbis. Hinc igitur ἅζοι, vel et ἄζοι, teſte Euſtathio, p. 1024: 44. et 1090: 56, aliisque, apud Stephanum dicti ſunt *ſervae*, *ſervique*, metu dominae, vel heri ſui ſemet *reprimentes*, et ἅζομαι apud Heſych. est i. q. αἰσχύνομαι, σέβομαι &c. Conf. jam porro Iliad. Α, 21. Ε, 434. 830. Ζ, 267. Ξ, 261. Od. Ι, 200. 478. Ρ, 401. Heſiod. Aſp. 585. Theog. 532. E. S.]

Ἀηδών *Luſcinia*. Vidimus jam ſupra, in voce ἀείδω, oriri hoc ab ἀέδω, quod non, niſi forma, ab ἀείδω, differt.

Ἀήρ, ἀέρος, AER. Est ab ἄω [ſive ἀέω] *flo*, *ſpiro*. Ἀὴρ ergo est *qui flat*. Idem autem, ſolis radiis pri-

vatus, *tenebricosus* est, unde factum, ut in femin. ἀὴρ quoque significaret *caliginem*. [Notio *caliginis* fortasse rectius derivari possit a *spirando*, exspirando, exhalando: quatenus *exhalationes* vaporum tenebras inducunt. Sane de *exhalatione* balnei vapidi *Galenus* (laud. Stephano) posuit, quin et ἀέρα pro *aëre nubilo* est apud Homer. Il. Ε, 864. ubi vid. *Clark*. et Hesiod. Ἐργ. 449. Ceterum cf. Socr. ap. Plat. in Cratyl. Opp. T. I, p. 410. E. S.]

Ἀήσυλος. Est ejusdem formae nomen, cujus ἀγκύλος, καμπύλος, & similia. Itaque oriri debuit a simpliciori nomine ἄητος, similive forma obsoleta: quemadmodum a Dorico μίκκος, vel Aeol. μίκκυς (quod idem ac μικρος) formatum μικκύλος; ab ἡδὺς, ἡδύλος cet. Est autem hoc ἄησος pronuntiatum, Jonico more, pro ἄατος, quod ortum a nomine ἄτη, quam vocem supra, in verbo ἄδω, vidimus notare inter alia *molestiam*, sive ea oriatur ex *copia* aerumnarum *coacervatarum*, quarum quasi pondere *pressus* aliquis *gemat*, sive ex dolorum nimia *satietate*. Jam ἀ praefixo, ab eo nomine adjectivum est ἄατος, quod non potuit non notare *valde molestum*, *noxium* atque adeo *ingratum*: quae significationes vulgo tribuuntur voci derivatae ἀήσυλος. [Nisi praeplaceat fortasse derivatio alia apud Etymol. Ἀήσυλος - ἀπὸ τοῦ ἥδω, ἥσω, ἥσυλα, καὶ ἀήσυλα· τὰ μὴ τέρποντα Quo pacto ἀήσυλα ἔργα apud Hom. Il. Ρ, 876. eadem fere fuerint, quae alibi ἀεικέλια. Pro ἀήσυλον dixisse etiam videntur ἀήσυρον· Conf. Albert. ad Hesych. T. I, p. 122. E. S.)

Ἄητος. Jonice pronuntiatur pro ἄατος, quod contractum effertur quoque ἄτος. Est autem ἄατος, ex ἀ et ἄτος, quod est a *tertia* praet. Pass. verbi ἄδω *satio*, *expleo*: ut supra vidimus. Hinc ἄητος, ἄατος, et ἄτος pp. est *inexplebilis*, *insatiabilis*: unde porro *magnum*, *imperterritum* similiaque, significat. [Vid. Il. Φ, 395. et Alb. ad Hesych. in voce. Nescio tamen, an ἄητος habendum sit pro derivato verbi ἄημι *flo*, *spiro*: unde ἄητος *vehemens*, pp. *spirans*, Etymol. Ἄητον· δεινὸν, εὐρὺ, μέγα. Ex qua Etymologi interpretatione,

com-

comparatis phrasibus ἄητης δεινὸς ἀνέμοιο &c. videri possit, ἄητον pp. datum fuisse mari, et notasse *vento agitatum*, cet. Unde dein aliis rebus tributum, significaverit *immane*, *vehemens*, *insatiabile*. E. S.]

'Αθάρα. Origo videtur obscura. Forte, ut quidam volunt, nomen est ex lingua Aegyptiaca repetendum. Notat autem *pultem*. [Vide viros doctos in Hesych, Alb. T. I, col. 124. voce ἀθάρα.]

'Αθέλγω. Ortum sine dubio est a verbo θέλγω *mulceo*. Unde ἀθέλγω *valde mulceo*, et sic eximie [per metonymiam adjuncti] *mulgeo* notat. Simili ratione verba eadem, quasi, sunt σπαίρω et ἀσπαίρω, σπάζομαι et ἀσπάζομαι. [Etiam pro *suctu detraho*, vel *traho*, veluti *sugendo*, adhiberi, ait *Foësius*, in Oecon. Unde suspiceris, stirpem remotiorem verbi ἀθέλγω esse ἕλω *traho*: ex quo spiritu aspero, in θ resoluto, facta θέλω, θέλγω, uti a praeterito verbi ἕλω est ἕλκω, TRAHO. Itaque hoc pacto apud Nicandrum, ex emend. Foësii, est ἀθέλγειν· ἕλκειν cet. E. S.]

'Αθὴρ *pars spicae acuta*. Origo incerta. Vox forte ex Aegypto, vel proxime etiam e Scythia in Graeciam translata fuit. [Stirps videtur esse ἄθω, unde ἀίθω &c. ejusdem fere indolis ac θέω cet. pp. *tendo*, extendo, protendo. Hinc ἰθὺς *recta protensus*, *directus*, *porrectus*; ἰθύω *recta feror*, cet. Itaque ἀθὴρ pp. fuerit *protensus*, pecul. *mucro* gladii, lanceae, spicae cet. Ex eadem origine Ἄθως, *Athos*, mons celeberrimus, nomen videtur habere, quasi dicas *protensum* eximie. Est enim ὁ Ἄθων ὄρος ὀξύτατον, ὑψηλότατον κ. τ. λ. Strab. Geogr. Exc. Lib. VII, p. 331. a. E. S.]

'Αθραγένη est nomen arboris [apud Theophr. H. P. L. V, c. 10. p. 117.] Composit. ex ἄθρα [cujus Plurale ἄθραι apud Hesych. superest, exponiturque ἀπειλαὶ καὶ ἀναςάσεις, q. d. *directiones*, *intentationes*. E. S.] & γένη, quod posterius est a γείνομαι vel γένομαι. Prioris partis ratio incertior videtur. Legi possunt Botanici veteres.

'Αθρέω. Vicinitas vocis ἀθρόος, *confertus*, efficit, ut credam, ἀθρέω originem habere obsoletum verbum ἄθω,

 un-

unde ſic oriri potuit: ἄθω, ἀθέω, ἀθέρω, ἀθερέω, ἀθρέω. Ut adeo proprium videatur ei maxime, qui *aciem oculorum intendat ad rerum* copiam, *in unum* congestam, *ſpectandam & conſiderandam.* Non abſimili ratione, in voce ἄεθλος, vidimus ſignificationem translatam eſſe a *re ſpectanda* ad *ſpectatores.* De verbo autem ἄθω dictum jam in nomine ἄεθλος [& ἀθήρ. Vide tamen, an ſimplicior ſit etymologia, ſi ſtatuerim, a notione *tendendi*; quam verbo ἄθω vindicavimus, eſſe eam *intendendi viſum:* ut ab ἄθω, ἀθέω, ἀθέρω, ἀθερέω, factum ſit ἀθρέω, & hoc idem ſit quod ἀτενίζω: recteque adeo *Etymologus* explicuerit ἀθρεῖν, τὸ μετ᾽ ἐπιτάσεως θεωρεῖν. Unde jam facile intelligas emphaſin Homericam, Od. M, 232. Οὐδὲ μὴ ἀθρῆσαι δυνάμην· Ἔκαμον δέ μοι ὄσσε, Πάντη παπταίνοντι. Ubi *oculi* pinguntur, nimia *intentione* viſus, *defatigati.* Itaque recte etiam *Apollonius*, & *Heſych.* noſtrum ἀθρῆσαι expoſuerunt per ἀτενίσαι. Vide quoque *Ariſtoph.* in Theſmoph. vs. 665. *Hippocr.* de Morb. mulier. I, 5. p. 595: 29. E. S.]

Ἀθρόος. Docet ſignificatio hujus nominis, non aliunde id eſſe, quam ab antiquo ἄθω, quod proximum eſſe verbo ἄθω *congero*, *coacervo*, jam ſupra vidimus. Non poteſt autem non proxime oriri a, modo memorato, verbo ἀθρέω, vel vicino ἀθρόω: ut adeo proprie admodum ſignificet *confertus*, *in unum collectus*, *coacervatus.* [Mea quidem ex ſententia verbum ἄθω pp. ſignificavit *tendo.* Hinc igitur ἀθρόος pp. fuerit *contentus*, *intentus*, Oppoſ. *remiſſo*, *laxoque.* Ita certe *Galenus* apud *Foëſ.* in Oecon. τὸ ἀθρόον „ inquit" τὸ ἐσφιγμένον ἑαυτῷ τε συνεχόμενον: et apud *Aelian.* V. H. I, 4. τὸ ἀθρόως πίνειν, Belg. *in eenen teug drinken*, quaſi *contente*, vel *continuo*, *libere* opponitur τῷ ἀνέδην πίνειν, *remiſſe bibere.* Porro ἀθρόος pp. dicitur de eo, qui *magno* cum *ſtudio*, et, quaſi, *contente* aliquid facit: adeoque de *celeri*, *feſtinante*, Il. Β, 439. Ξ, 38. cet. Alio denique flexu ἀθρόος, Belg. *geſpannen*, *opgeſpannen*, dicitur de *denſo*, *conferto*, *frequenti.* &c. Il. Ο, 657. Σ, 497. Τ, 236. Od. Β, 356. Δ, 405. Ι, 544. Ν, 122. Veteres diverſo ſpiritu diverſas ſignificationes, hac in voce, videntur

tur designasse. Vid. *Etymol.* col. 25: 53. 655: 21. E. S.]

'Αθύρω, Et hoc videtur repetendum ab ἄθω. Mos nempe puerorum, puellarumque *ludentium* est, ut *ludentes*, quae ipsis sunt ludicra, maximo molimine in unum *acervum* congerant. Hinc factum videtur, ut ἀθύρειν, a notione ista *conferendi* in *unum* et *congerendi*, significationem acceperit *ludendi puerorum more*. Ex qua notione reliquae hujus verbi sponte fluxerunt. [Videtur haec derivatio, primâ fronte, vehementer commendari illo Homeri Il. o, 362-364. ὡς ὅτε τις ψάμαθον παῖς cet., quod tamen si propius inspexeris, non idem, credo, senties: Imo comparatio ejusdem loci Homerici efficiet fortasse, ut veram esse dicas *Etymologi* conjecturam, qua ponitur, verba θύρω et ἀθύρω esse παρὰ τὸ θύω, τὸ ὁρμῶ, atque adeo, cum α praemissa *intensiva*, ἀθύρει idem esse quod ἀγωνίζεται, παίζει. Vide ipsum col. 26. Consentit *Eustath.* p. 1848: 56. ad Od. Σ, 322. 'Αθύρματα κατὰ τοὺς παλαιοὺς παίγνια, σκιρτήματα παρὰ τὸ ἄγαν θύειν, ὅ ἐστιν ὁρμᾶν. Adde *Steph.* Th. L. Gr. sub θύρα, col. 1618. E. S.]

Αἰ Lat. *Si*. Proprie *Doricum* est, nec, nisi dialecto, differt ab εἰ si, & hoc est ab ἔω, cujus productior forma ἐάω notat *sino*. Videtur autem proprie quasi *Imperativus* esse ἔε, et contracte εἰ, quasi dicas: sine, *permitte*. Unde facta est particula, qua aliquid significatur *concedi*, vel *permitti*, sub *conditione*. Unde particula *conditionalis* dicitur. Eandem originem habent particulae ἐάν [pro ἔανε, ab ἐάνω, quod cognatum τῷ εἴνω, unde s c i n o, s i n o] & ἄν, ut & ἦα, [pro ἔαε] de quibus suo loco. [Simplicius tamen videri queat, Gr. αἰ idem proprie esse ac Lat. *esto*, ut Belgae dicunt *het zij zoo*, pro *indien dit nu zoo is*, *indien zoo*. E. S.]

"Αι, vel αἶ Lat. HEU. Interjectio est facta *a sono*, unde variam vim habet.

'Αιάζω *Lugeo*. Verbum factum est a *sono* ingeminantis αἶ, αἶ, quod est *lamentantis*. [Etymol. 'Αιάζω· παρὰ τὸ αἶ, σχετλιαστικὸν ἐπίῤῥημα γίνεται αἰάζω, τὸ θρηνῶ, ὡς λίαν λιάζω.]

Αἰανὸς adjectivum est, formatum a nomine Αἶας, vel Αἴαν. Proprie autem αἶας, vel αἴαν, dicitur *qui luget*, vel *lugubria patitur*, nomine formato a verbo, modo memorato, αἰάζω, similive forma. Cujus verbi *secunda perf. Praeteriti Pasf.* Dorice pronuntiata αἴαξαι, vel ᾔαξαι, nomen produxit AJAX, quemadmodum a Latinis dicitur is, qui Graecis Αἴας. A memorato αἴαν nostrum αἰανὸς notat *lugubris*, *luctuosus*, et inde *gravis*, *acerbus*. [Conf. omnino *Sophocl.* Ajax, vs. 682. apud Albert. ad Hesych. T. I, p. 134. n. 20. E. S.]

Αἰβοῖ. Interjectio est facta a *sono*, cujus generis multa sunt apud Graecos.

Αἰγανέα, et αἰγάνεον. Utrumque proprie *adjectivum* est, a masc. αἰγάνεος, quod ejusdem formae est, cujus κυάνεος. Ortum adeoque videtur a nomine αἴξ, αἶγος, quod ortum a verbo ἀΐσσω, vel ἀΐττω, *cum impetu prorumpo*, vel *ruo*. Inde αἰγάνεος dici videtur, qui *cum impetu proruendi vim habeat*. Unde eximie, substantive posita, αἰγανέα, et αἰγάνεον, significarunt *jaculum*, *spiculum*. De voce autem αἴξ suo loco.

Αἴγειρος [*Populus* arbor.] Ut multa *arborum* et *animalium* nomina originis parum certae sunt, ita quoque hujus nominis stirps certo indicari posse vix videtur. Patitur tamen analogia, ut repetamus a verbo ἀγείρω *congrego*. Cujus proximum derivatum videri potest ἄγειρος, quasi dicas *congregatorem*, et inde ἄιγειρος: solet enim *Jota* sic saepe interponi. Jam vero antiquissimis temporibus sub *populos*, similesque arbores, confabulatum convenisse homines otiosos, ex vetustis poëtis abunde constat. Atque haec forte ratio est, cur, a verbo ἀγείρω, ἄιγειρον dixerint *populum*. [*Etymol.* Αἴγειρος, διὰ τῆς ει διφθόγγυ. Εὕρηται γὰρ καὶ χωρὶς τῦ ι· ὡς τὸ καὶ ἀιγέρων ἔφυσαν ἐυγενέςεραι. „ Scholia„ stes Homeri hoc δένδρον nominatum dicit ἀπὸ τῆς ἐγέρσεως καὶ ἀναδόσεως ἀυτῦ, forsan quia Homerus ipsum μακρὸν et μακεδνὸν appellat." Henr. Steph. App. Thes. c. 299.]

Αἰγιαλὸς *littus*, pp. notat *locum*, ubi *mare subsilit*. Com-

Compositum, nempe, est ex nomine ἄιξ, significante inter alia *undam subsilientem*, et nomine ἁλὸς, vel ἅλς *mare*. [*Etymologus* diversa esse monet ἀκτῖνα, ῥηγμῖνα, et θῖνα. 'Ακτὴν nempe dicitur ὁ πετρώδης ἀιγιαλός· ῥηγμὶν δὲ ὁ πρὸς ἄνεμον ἀιγιαλός· θὶν δὲ ὁ ἔυδιος, καὶ ἥσυχος ἀιγιαλός. At ἀιγιαλὸς omnibus *commune* nomen. Scholiastes *Sophoclis*, referente H. Stephano, T. I, c. 375. fere similiter, ἀκτὴν dicit esse κρημνώδη τόπον ἐν θαλάσσῃ, at ἀιγιαλὸν τὸν ἐπίπεδον, καὶ ὁμαλόν. Cf. et *Ammon*. p. 9. et ibid. Valcken. in notis. Ceterum mihi quidem certissima videtur cel. Lennepii conjectura a *subsultu*, vel *assultu* maris, dici ἀιγιαλόν. Malim tamen vocem hanc habere pro simplici, terminata in λος: uti in vocibus ἀιμύλος, ἄστυλος, ἄκυλος, ἄργιλος, ceterisque, ex ipsius viri summi sententia. Alia longe ratio est vocis sequentis ἀιγιθαλός. E. S.]

'Αιγιθαλός. Sic dicitur genus *aviculae*. Nomen sine dubio compositum est ex ἄιξ, et θαλὸς, quod ortum a verbo θάλω, vel θάλλω, *floreo*, *vigeo*: ut adeo ἀιγιθαλὸς is proprie sit, *qui delectatur procellis*. [Confirmare videtur hanc etymologiam, quod scribatur etiam ἀιγιθαλλὸς, per geminum λ. Vide Stephan. Thes. Append. c. 300. E. S.]

"Αιγιθος. Et hoc nomen avis est. Proxime oritur a verbo ἀιγίθω, quod non multum differt ab ἀιγίζω: habetque originem saepius jam memoratum ἄιξ. Ratio nominis autem petenda est ex historiae naturalis scriptoribus.

"Αιγλη *Fulgor*, *splendor*. Vidimus jam supra, (in voce ἄγλαος) ἄιγλη dici pro ἄγλη, et quidem originem ejus esse ἄγω *splendeo*. [Nempe ex prima notione *frangendi* orta est significatio *refractionis* radiorum lucis cet. Ex eadem autem proprietate *frangendi*, ἄιγλα etiam, seu ἄιγλα μυςίλη, dictus videtur *panis effractus*, sive excavatus: de quo *Pollux*, L. VI, c. 12. Segm. 87. E. S.]

'Αιγυπιὸς idem notat, quod γὺψ *vultur*: a quo nomine etiam repetendum est. Verbum nempe γύω, ut suo loco videbimus, [notat inter alia *partes extremas* ex-

explico, *protendo*, et *protendendo capio*. Inde verbum γύπω, vel γύπτω nomen produxit γὺψ, significans eximie avem rapacem, quae *vultur* dicitur. Hinc adjectivum γύπιος, et praefixo α intensivo, ἀγυπιὸς, et sic tandem ἀιγυπιὸς formatum.

Ἀιγωλιὸς *Ulula*. Ejusdem formae est, cujus nomen ἀνεμώλιος, quod est *ventosus*. Ut itaque hoc ab ἄνεμος, sic ἀιγωλιὸς ab ἀιγὸς est, quod ab ἀὶξ. Proprie igitur ἀιγωλιὸς significat quasi *procellosum*: unde quemadmodum *ulula* nomen acceperit, historiae naturalis curiosis explicandum relinquo.

Ἀΐδης, et contracte ᾅδης, *Orcus*, *inferi*, *deus inferorum*. Oritur a simpliciori nomine ἀὶς, quod eandem originem habet, quam vox ἀὴρ, nempe verbum ἄω. Et quidem primum significasse videtur (quemadmodum aliquando ἀὴρ) *locum tenebricosum*; inde porro *inferos*, et sic tandem *deum inferorum*. Simili plane ratione nomen ἀὴρ pro *inferis* posuisse *Theocritus* videtur, [et in Novo Test. Ephes. 2: 2. τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, h. e. *caliginis infernae*, sive *inferorum*. Vide interpretes, et confer omnino Iliad. Ε, 864. Od. Η, 143. Ι, 144. E. S.]

Ἀιδὼς *Pudor*. Contractum est ex ἀιδόος, unde usitatum adjectivum ἀιδοῖος *pudorem adferens*, et inde porro *venerandum*: cujus neutrum ἀιδοῖα eximie veteres posuerunt de *partibus pudendis*. Ἀιδόος autem est a nomine αἶδος, quod itidem redditur *pudor*: proprie tamen notasse videtur *sanguinem coagmentatum* in facie, et inde oriundum *ruborem*; qui, quum *pudoris* index sit, propterea pro *pudore* quoque positum fuerit. Origo est verbum ἄδω *coagmento*.

Ἀιζηὸς *Juvenis vigens*, *florens*. Proprie forma Jonica est pro ἀιζαὸς vel ἀιζεὸς, quod pro ἀζαὸς, vel ἀζέος: et hoc ex α, et verbo ζάω, vel ζέω *ferveo*. Inde ad *fervorem* juventútis *vigoremque* translatum, nomen ἀιζηὸς proprie notat, quasi *valde fervidum* et *vigentem*; et inde substantive *juvenem vigentem*. [Substantivum additur Il. Π, 716. Ἀνέρι εἰσάμενος αἰζηῷ τε, κρατερῷ τε. Hesych. Ἀιζηοί· νεανίσκοι, οἱ τῷ αἵματι ζέοντες· ἢ οἱ ἄγαν θερμοὶ καὶ θυμώδεις. E. S.]

Ἀιθὴρ,

Αἰθήρ, *Aether.* Certum est, oriri ab αἴθω *incendo*, *uro*, *ardeo*, *fulgeo*, *splendeo*, *splendore candeo.* Atque hinc veteres *coelum*, vel *aethera* hoc nomine designarunt. Ratio nominis conspicua est in hoc *Ennii* versiculo: *Adspice hoc sublime* candens, *quod vocant omnes coelum.* [Conf. Αἰθέρα· ἐμπυριστμὸν, apud Hesych. et ibid. Albert. T. I, col. 150.]

Αἴθρα. Proprie adjectivum est *foeminini* generis contractum ex αἰθερὰ, quod a mascul. αἰθερὸς, & hoc derivatum ab αἰθήρ. Αἴθρα sic, substantive positum, est quasi *coelum candens*, vel *splendens*: atque hinc eximie notat *aëris serenitatem*, *aërem sudum*; cui opponitur aliquando ἀὴρ *aër tenebricosus.* [Ut Iliad. P, 645. 646.]

Αἴθυια notat *avem*, quam *mergum* vocant. Vide historiae naturalis scriptores. Est similis hujus, quae nominis ἀγυιὰ, ratio: ut adeo sit foemininum, quasi a mascul. αἰθύς, quod ab αἴθω.

Αἴθω. Propria hujus verbi vis quaerenda videtur maxime in *calefaciendo.* Unde cum ea *arefaciendi* notio fluxit, quam videmus in verbo vicino ἄζω, tum aliae quoque significationes, huic verbo maxime propriae. A verbo ἄζω, non nisi forma, diversum fuisse videtur antiquum ἄθω: unde nostrum αἴθω, distinguendum ab alio verbo ἄθω, de quo supra in ἄεθλος. Ἄζω et ἄθω nempe utrumque referendum puto ad verbum originale ἄω, ut vidimus in ἄζω. Ab ἄθω (quod ex hac origine non differt ab ἄζω) profectum nostrum αἴθω, ab illa *calefaciendi* notione eam *incendendi* accepit, et inde porro *urendi*, *ardendi*, *fulgendi*, *splendendi*, *candendi*, similesque notiones. Porro, quemadmodum frequentissimae translationes a *motu ignis rapidissimo*, et *vehementissimo*, ad animum vehementissimis perturbationibus *motum*, fiunt, sic quoque verbum αἴθω (in quibusdam derivatis, ut αἰθύσσω, αἴθυγμα aliisque) eandem translationem passum fuit.

Αἰκάλλω. Qui contulerit verbum καλλύνω *pulchrum reddo*, *como*, *orno*, & ejus Medium καλλύνομαι, significans inter alia *sibimet placere*, non dubitabit hoc nostrum verbum, analogia duce, repetere a nomine κάλλος

λος *pulchritudo*, de quo suo loco. Ab isto nomine adjectivum oriri potuit ἀκάλλος, idque significare *valde pulchrum*. Inde porro ἀκάλλειν, &, interposito *Jota*, ἀικάλλειν, *valde pulchrum facere*, *valde comere*, *valde ornare*, ex qua significatione, simili fere metaphora, qua nos dicimus *iemand opschikken*, *iemand de kap vullen*, ea notio nata est, quae huic verbo tanquam propria tribui solet *blandiendi*, *assentandi*, *adulandi*, similesque. [Egregie quadrat haec etymologia in locum *Aristoph.* Equit. vs. 47., ubi de servo vaserrimo, hero suo *blandiente*, legitur, & Scholiastes simul observat, ἀικάλλειν proprie de *canibus* dici. Ἀικάλλειν ἐςὶ τὸ τὸν κύνα τοῖς ὠσὶ, καὶ τῇ οὐρᾷ σαίνειν τὰς ἡδάδας: quae proprietas optime respondet verbis *Aristophanis*, ὑποπεσὼν δὲ, nempe *catelli* ad instar, τὸν δεσπότην ἨΚΑΛΛΕ. E. S.]

Ἀικία. A verbo ἄκω *acuo* nomen ἄκος proprie *eum* sonat, qui *pungit acumine*. Inde eximie Lat. ACUS. Porro a nomine ἄκος (de quo plura suo loco) adjectivum ἄκιος proprie eum notat, *qui* quasi *habet acumina*, vel *vim pungendi*, vel *pungendo laedendi*. Hujus foemin. ἀκία, & inde ἀικία, substantive positum, inde proprie notat *cruciatum*, vel *laesionem*, quae fit *pungendo*, *pulsando*, vel *caedendo*. Unde eximie ἀικία saepe *verbera* sonat, &, altius translatum, quamcumque *injuriam* cum *contumelia* conjunctam. [Eadem translatio notissima est in Hebr. כְּלִמָּה, a כָּלַם *pupugit*, *vulneravit*, *laesit*. *Etymol.* col. 774: 13. voce ὕβρις, ἀικία „ ait " πληγαὶ μόνον. Ὕβρις δὲ ἡ μετὰ προπηλακισμοῦ, καὶ ἐπηρείας ἀικία. Inde etiam quaeritur apud *Aristoph.* in Ecclesiaz. vs. 659. Τῆς ἀικίας οἱ τύπτοντες πόθεν ἐκτίσουσιν; E. S.]

Αἷμα. Dubium non est, quin sit a verbo αἴω, quod ab ἄω *flo*, *spito*, *calefacio*. Hinc αἷμα proprie id est, quo *spiramus*, & *incalescimus*: *sanguis*. Unde reliquae notiones hujus vocis sponte fluunt. [*Etymol.* Αἷμα παρὰ τὸ ἄιθω, τὸ καίω. Quo duce rectius fortasse dixeris, *sanguinem* simpliciter a *calore* dici, non *quo spiremus*, sed quo corpora sint *calida*. E. S.]

Ἀιμύλος. Quemadmodum a σῶμα adjectivum est σωμύλος, sic ab αἷμα, ἀιμύλος, quod ex eo genere nominum

num eſt, quae a Graecis vocantur ὑποκοριστικὰ, id eſt, *diminutiva* nomina, vim *blandiendi* habentia. Hinc ἀιμύλος eximie notat *feſtive*, & cum quadam *affabilitate* naturali *garrulum*, quaſi dicas, in quo *vis* & *vigor naturalis ſanguinis* & ſic *lepor* ineſt. [Confirmat hanc etymologiam Lat. AEMULUS, quod certe ab ἀιμύλος noſtro, non niſi ſpiritu, eſt diverſum: quodque idem prorſus eſſe vocabulum clarisſime evincit locus *Ariſtoph.* in Lyſiſtr. vs. 1271., ubi Laco etiam Graece cum *ſpiritu leni* effert, καὶ τᾶν ἀιμυλᾶν ἀλωπέκων Παυσαίμεθα: & Scholiaſtes „δασύνεται, inquit, κοινῶς — τῶν δὲ Αἰολέων ἐστὶ ψιλοῦν" κ. τ. λ. Itaque & Latinis *aemulus*, etſi *Voſſius* in diverſa abeat, tamen, cum origine tum ſignificatione vocis, eſt ζηλωτής. Utque Gr. ἀιμύλος, apud *Heſychium*, eſt ὀξὺς ἐν τῷ λέγειν *acer*, pp. *fervidiis in dicendo*, ita Lat. *aemulus* videtur eſſe *acer in imitando* &c. E. S.]

Αἶνος pp. eadem vox est, quae ordine ſequens, in Lexico *Scapulae* reperitur αἰνὸς, & adjective redditur *gravis*. Eſt autem αἶνος, quaſi contractum ex ἄινος: quod ab ἄις, uti a κλεὶς, κλεινὸς &c. Vidimus autem ſupra, ἄις pp. in primis ſignificare *tenebras*. Αἰνὸς itaque pp. eſt *tenebricoſus*, *obſcurus*, atque idem, ſubſtantive poſitum, *rem obſcuram* ſignificat, adeoque eximie *orationem obſcuram*, *dictum obſcurum*, quod Graeco vocabulo Latini appellant AENIGMA. Porro, ob eandem cauſſam, αἶνος quoque *orationem fabuloſam* notat; ex eo, nempe, genere, quo ſunt fabulae *Aeſopaeae*. Latius porro ſumtum quodvis *dictum*, in quo acumen veluti ſit, & maxime in laudem alicujus, notat: unde ſic *encomium*, vel *oratio laudatoria* dicitur. Vidimus autem, vocem ἄις notare quoque *inferos*. Inde αἰνὸς pp. ſignificare poterit non tantum *tenebricoſus*, ſed etiam *infernalis*. Ab utraque ſignificatione proficiſci potuit ea, quae huic voci tribuitur, *horrendus*, quae porro aliam propagavit *gravis* ſimilesque. Priorem ſignificandi rationem, qua *tenebricoſum* notat, in animo habuit *Euſtath.* in Comm. ad Homer. [Od. T, 568,

568. p. 1878: 9.] cum hoc ipsum αἰνὸς redderet *obscurum*, *aenigmaticum*.

Αἰνὸς *Gravis*, *horrendus*. Vide ad vocem praecedentem.

Αἴνυμαι. Origo procul dubio est ἄνω, quod vide in verbo ἀνύω. Significat autem proprie ἄνω (ut suo loco dicetur) *hac illac*, *sursum deorsum*, *movere*, *cum incitatione*. Unde notio *perficiendi* verbo ἀνύω tribui solet: atque inde porro idem significat *consequor*, *obtineo*. Jam ab ἄνω formatur ἀνύω, & inde αἰνύω, vel αἴνυμι, formam *Mediam* habet αἴνυμαι: & id quoque notat *consequor* & inde porro *percipio*, *capio*. [Αἴνυμαι, nimirum, pp. est *sursum tollo*, *attollo*. Il. Λ, 374. 579. Ο, 459. Od. Φ, 53. Χ, 500. Hinc *aufero* &c. E. S.]

Αἴξ, αἰγὸς *caper*. vel *capra*. Primum oritur a 2. Praet. Perf. Pass. ἧιξαι, verbi ἀΐσσω, de quo suo loco. Notat autem ἀΐσσω *motu subsultorio desultorioque ferri*, vel *ruere*. Hinc ἀΐξ [sive ἄϊξ] eximie a veteribus Graecis positum fuit de *undis* maris, cum impetu *subsilientibus*: quae notio in primis conspicua est in multis compositis, quae ad *tempestatem* translata, *turbinem*que, quibus mare *asperum* fluctibus reddatur, variis modis sumuntur a Graecis. A *motu* autem isto *subsultorio* porro eximie *caprae*, quibus id, prae animalibus ceteris, proprium est, αἰγὲς dicuntur. [*Etymol.* Αἴξ ὄνομα ἀρσενικόν· τὸ ζῶον· παρὰ τὸ αἴσσω, τὸ ὁρμῶ, αἶξα, ἀΐξ, καὶ κατὰ συναίρεσιν αἴξ. — Πάντων δὲ τῶν εἰς ξ ληγόντων ὀνομάτων, τοῦτο μόνον διὰ τοῦ γ κλίνεται: Quod Genitivus hicce desinat in γὸς, id inde haud dubie est, quod αἴξ dixerint pro αἴγς, ut thema vetus fuerit αἴγω, unde & αἰγίς. Stirps vero remotior ἄγω, de qua supr. 45. &c. E. S.]

Αἰόλος. Etsi primo adspectu stirps hujus vocis videtur obscurior, tamen nullus dubito, quin repetenda sit a nomine ὅλος, ut nempe αἰόλος sit pro ἀόλος, quod natura sua non valde differre videtur a nomine ἀολλὴς, de quo suo loco videbimus. Est autem ἀόλος porro, ut opinor, ex ἀ & ὅλος, vel ἕλος, quod, ut suo loco videbimus, quum oriatur ab ἄλω (unde ὅλλω, ὀλλύω

&c.

&c. nec non Lat. *volvo* defcendunt) non poteft non effe *volubilis*. Hinc itaque ἀόλος, vel αἰόλος nihil aliud eft proprie, quam *valde volubilis*: quae notio confpicua maxime eft in verbo ejus derivato αἰόλλω, fignificante, inter alia, *verto*, *volvo*. Ab ifta autem fignificatione αἰόλος porro notat *varium*, *multiplicem*, *verfutum*, *prudentem*: praeterea quoque *velocem*. Atque ex dictis facile quoque apparet, quemadmodum *vento* tribui potuerit hoc vocabulum. Quae ratio videtur, cur veteres *Deum ventorum* dixerint Αἴολον. Quemadmodum autem Latinis *varius*, refpectu *multiplicis* colorum generis, eximie ponitur; fic quoque Graec. αἰόλος *variegatum* notat. [*Etymolog.* Α'ίολος — παρὰ τὸ ἄϊειν, ὁ δηλοῖ τὴν ἀνυπόςατον κίνησιν. κ. τ. λ. *Hefych.* Αἰόλος — ἐυκίνητος, ἀπὸ τῦ αἰολεῖν, ὅ ἐςι κινεῖν. E. S.]

Αἰονάω *adfpergo*. Origo valde videtur incerta. Si tamen conjecturae locus fit, repetendum fortasfis est ab ὀνάω, quod vide in verbo ὄνημι. Ut, nempe, ὀνάω pp. fignificaverit *adfpergo*, *perfundo*. Inde autem ἀονάω et noftrum αἰονάω oriri potuit, fervata *adfpergendi* notione. [Hefych. Αἴων· κάταντες *declive*. An hinc αἰονάω *per declive fundo*, *effundo*? *Etymol.* Αἰονᾶν, καταντλεῖν, καταχέειν, λέειν. E. S.]

Αἰπὺς. Et hujus vocis ftirps minus expedita: nifi tamen oriatur a verbo αἴπτω vel αἴπω, ut id vicinum fit alteri αἴσσω *fubfilio*, & dialecto tantum differat. quemadmodum νίσσω et νίπτω &c. Jam vero a *fubfiliendo* translatio facilis ad res, quae *cacuminibus* fuis in *altum* furgunt: atque adeo inde nomen αἶπος commode *altitudinem* fignificare potuit: quemadmodum noftrum αἰπὺς *altum* & *excelfum*. [Sane apud *Homerum* notio *alti*, & hinc *excelfi*, *profundi*, hac in voce longe frequentisfima eft, & prope regnat. Unde & *Apollon.* in Lex. Hom. p. 64. Αἰπὺν „ inquit" ὑψηλὸν κυρίως: & *Hefych.* Αἰπύ· τὸ ὑψηλόν. Α'ιπυτάτῳ· ὑψηλοτάτῳ &c. Ab origine tamen *fubfiliendi*, *infiliendi*, *irruendi* apud *Homerum* vulgo etiam *celerem* dicitur notare, nempe q. d. *infilientem* magno cum impetu, ut in tritisfimo ifto αἰπὺν ὄλεθρον. E. S.]

Αἶρα

Αἶϱα [*Malleus*, *securis*, *lolium*."] Etsi non diffiteor, nomen hoc oriri posse ab αἴϱω *tollo*, nihil tamen definio. [Sane uti ab εἴϱω, εἶϱος, a σπείϱω, σπεῖϱα, a μαίϱω, μαῖϱα, ita facillime ab αἴϱω, αἶϱα duci potest, placuitque adeo simplicissima haec etymologia dudum veteribus. Vide Stephan. in App. col. 316. Jam vero cum αἴϱω sit *tollo*, pp. αἶϱα fuerit *quod*, vel *qui*, *quae tollitur*, eximie *securis*, quae *manu caedentis attollitur*, ad ictus validiores; *malleus* item, unde illud Maronis notissimum *Illi inter sese magna vi brachia tollunt.* Porro, alio flexu, αἶϱα, Lat. AERA, *lolium* notat, herbam segetibus inimicam, de qua Plinius. H. N. L. XVIII, c. 17. item ab *auferendo*, quod, ceu maxime noxium, *extrahi*, et *auferri* soleat. In *Plurali* est apud Hesych. Αἶϱαι· ἄγϱιαι βοτάναι. Aliud autem est Lat. *aera*, vox Chronologica, sed originis recentioris, neque huc pertinens. E. S.]

Αἱϱέω. Facilis derivatio est a verbo αἴϱω, quod, quum inter alia notet *tollo*, inde αἱϱέω significationem accepit *capiendi*, *prehendendi*, *occupandi:* praeterea alias, ut *expugnandi*, *subigendi*, *vincendi*, *evertendi*, *convincendi*, *decidendi*, *rem peragendi*, similesque. [Intransitive idem hoc verbum Latinis est Haerere, h. e. prehensum, captum esse, undique teneri; ut *haerere* crimine, tanquam in *laqueo* &c. E. S.]

Αἴϱω. Est a simpliciori ἄϱω, quod notat *sublevando*, vel *motu vibratorio*, *in altum tollo:* de quo suo loco. Inde αἴϱω sonat *tollo*, *attollo*, *eveho:* praeterea notiones accepit *capiendi*, *adferendi*, *auferendi*, *de medio tollendi*, *evertendi*, *abeundi*, *solvendi navem*, *castra movendi.* Dein, altius translatum, idem sonat quod *amplificare*, *exaggerare*; ac tandem de animo adhibetur, idemque est quod *animo concipere*, uti in αἴϱειν θάϱσος, cui opponitur αἴϱειν δειλίαν.

[Ἅις *Orcus*, *inferi*. Vide supra in ᾅδης.]

Αἶσα *Parca*, vel ipsum *fatum*. Origo quidem vocis videtur esse verbum ἀΐω *flo*, *spiro:* praeterea *sentio*, et, ad animum translatum, *intelligo*. Quae tamen huic voci subjecta ratio sit, mihi quidem obscurior vi-

videtur. Videant alii. [Αἶσα fortasse contractum est ex ἄισα, quod formatum cum α *intensivo*, ab ἴσος, vel ἶσος, η vel α, ον *aequalis*, *e*, *aequabilis*, *e*. Itaque αἶσα, per ellipsin nominis substantivi, pp. fuerit *aequalis portio*, et ipsa *aequalitas*, *aequitas*. Hesych. Αἶσα· μοῖρα. [Il. Σ, 327.] λαχόντα τε ληΐδος αἶσαν, „*adeptumque praedae* portionem," *aequalem*. vel *ex aequo*. Idem Hesych. Αἶσα· ἡ πεπρωμένη. [Od. Θ, 511.] Αἶσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι. Καὶ τὸ καθῆκον [Il. Γ, 59.] Ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας, οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν, pp. *secundum aequum* sive *aequitatem*, *non praeter aequum*. Plura quaere in not. Albert. ad Hesych. T. I, 171. E. S.]

Αἰσάλων *Aesalo*, Accipitris species. Quae stirps hujus vocis sit, inquirendum relinquo historiae naturalis studiosis.

Αἰσθάνομαι. Origo hujus est αἴω vel ἄω *sentio*. Inde *Futurum* αἴσω, quod peperit primum nomen αἰσθὸς, porro αἰσθάω, et dein αἰσθάνω, cujus *Medium*, nostrum αἰσθάνομαι, proprium in primis verbum *sensibus corporis*; unde, ut fieri solet, ad eos *animi* translatum est: tum autem aeque ac Lat. *sentio* idem est quod *intelligo*.

Αἰσιμόω. Etsi hujus verbi stirps quoque non omnino manifesta est, videri tamen queat ortum a nomine αἶσα, quod translate quoque notat *portionem*, vel *partem*, quae quasi *fato* et *forte* alicui obtingat. Inde nomen αἴσιμος *ad portionem pertinens* significare potuit et parere verbum nostrum, cum notione *impendendi*, quasi dicas, *pro portione insumere*, quae vis vera hujus verbi videtur, ut non obscure usus ejus docet. [*Etymolog*. Ὥσπερ παρὰ τὸ σπορὰ γίνεται σπόριμος, καὶ παρὰ τὸ ἀλκὴ ἄλκιμος, οὕτω καὶ παρὰ τὸ αἶσα αἴσιμος, κ. τ. λ.]

Ἀΐσσω. Oritur, ut omnia verba in σσω cadentia, a *Futuro*, adeoque ab ἀΐσω, quod non potest non esse ab ἀΐω, et hoc ab ἄω. Est autem verbum ἄω proprie cognatum verbo ἴω. Constat autem verbum ἄω eximie *motui venti ruentis* designando inservire; atque eandem significationem quoque verbum ἴω habuisse, satis apparet ex derivato ejus ἰωὴ, quod *vento ruenti* tribuitur.

Ab hac significatione verbi ἄω et ἴω communi, generalior notio nata est *motus* cujuscumque, qui cum *impetu* quodam fiat. Unde eximie verbo ἴω, vel ἴω, notio adhaesit *mittendi*, *vadendi*que; quae utraque cernitur in temporibus quibusdam, quae tribui solent verbis ἵημι et εἶμι. Memorata autem notio, quae eodem jure verbo ἄω, atque ἴω tribui potest, propagavit eas, quae verbis vicinis αἴσσω, et ἴπτω (unde *Medium* ἴπταμαι) adsignantur. Est nempe ἄσσω idem, quod ἄττω; et ἄσσω quidem venit ab ἄσω, verbi ἄω. ἴπτω vero repetendum ab ἴπω, quod merito referri potest ad stirpem simpliciorem ἴω. Ut ergo ad cognatam stirpem pertinent αἴσσω, et ἄττω, sic significatione conveniunt fere. Et ἄσσειν quidem notat *instar venti ruere*, et modo est *subsiliendo*, *desiliendove ferri*; modo *cum impetu ruere*, *irruere*; modo *prosilire*, *insilire*; modo *festinare*, vel simile: ἄττω vero iis rebus tribui solet in primis, quae *inopinantibus* nobis, instar *venti* vel *turbinis* subito *exorientis*, *prosiliunt*. Unde notat *subito* et raptim *emico*, vel *exsilio*, vel *erumpo*, vel similia.

Αἴσυλος. Dubium vix videtur, quin sit derivatum ab ἄσω, et conveniat cum voce αἴτυλος, de qua supra suo loco. Ut adeo proprie notet *noxium*; dein etiam *iniquum*, *nefarium*, *flagitiosum*. Ab ἄση nempe primum ἄσυλος, et inde αἴσυλος formatum.

Αἰσυμνήτης *Rex*, vel *certaminis* praeses. Certum est, nomen hoc oriri a verbo αἰσυμνάω, cujus stirps videtur esse verbum antiquum σύω, quod idem ac σεύω et σεύω *agito*, vel, proprie magis, *cum impetu* et *studio propello*. Hujus verbi participium *Medium* σύμενος pp. notat *qui semet incitat*, vel *summo studio* ad aliquid fertur. Hoc contractum (quemadmodum ab ὑμέτερος, ὕμνος est) propagare potuit σύμνος, et id verbum συμνάω. Unde dein ἀσυμνάω et αἰσυμνάω: quod primum videtur significasse *summo studio ad aliquid agendum semet impellere*, *studio* adeoque *summo* res *curare*. Est igitur αἰσυμνήτης is, qui *studiose* et *diligenter* res *curat*, vel *cujus curae res commissa* est. Inde modo *certaminis*

prae-

praesidem, *curatorem*ve eximie hoc nomine designarunt, modo etiam *regem*.

Ab eodem verbo σύω, productior forma σύεω, et inde αἰσυέω videtur peperisse alterum nomen, quod Lexica exhibent αἰσυητὴς quod, ab *impetu* festinantis et *studio*, translatum videtur ad *ardorem animi* juvenilis, atque hac ratione adsignatum quoque adolescenti *robusto* et *animi calidioris*. [Vetustissimi Graeci, praesertim *Jones* et *Dores*, singularem habuerunt *summae auctoritatis* magistratum, qui dictus est αἰσυμνήτης, quasi *justi honestique moderatorem* dicas. Hujus imperium Aristoteles, Polit. III, 14. 15. IV, 10. describit αἱρετὴν τυραννίδα, vel μοναρχίαν: cui uni, ex voluntate populi, vel ad certum temporis spatium, vel ad vitam, summa rerum committebatur. Recte igitur *Dionys. Halicarnass.* Ant. Rom. L. V, p. 322. Romanos, more a Graecis ducto, ad *aesymnetarum* exemplum, *dictatores* suos creasse censet. Vide totum locum, ubi eximie de *regum* apud Graecos *potestate* disputatur. Hinc αἰσυμνᾶν vel αἰσυμνᾶσθαι, Doricum verbum, *summo imperio praeesse*. T. H.]

Etymol. Αἰσυμνῆται· οἱ βραβευταί. Ὅμηρος· οἱ τὸ αἴσιον ἀπονέμοντες τοῖς ἀγωνιζομένοις, κ. τ. λ. Ita fere Budaeus Comm. L. Gr. p. 768. „Αἴσιον etiam inter alia καθῆκον significat, et *juste officioseque factum*. Unde αἰσυμνῆται olim dicti, quod genus est regum οἱονεὶ αἰσίως πάντα νέμοντες." cet. Lennepii derivatio analogiae videtur convenientior. Ceterum de voce Αἰσυήτης vide *Ernest.* ad Iliad. Ω, 347. p. 524. E. S.]

Αἶσχος. Dubium vix est, quin sit repetendum a verbo ἄχω, quod vicinum verbo ἄγω. Verbi autem ἄγω notio, quae hic in primis spectanda videtur, fortasse repetenda est a verbo derivato ἄχθω, cujus Medium ἄχθομαι *gravor*. Ab ἄχθω nomen proxime descendit ἄχθος *onus*, quo *gravor* vel *premor*. Porro ab ἄχω proximum nomen ἄχος, quod metaphorice positum quoque superest. Ἄχος perperit ἄσχος, quod apparet ex derivato ejus verbo ἀσχάλλω *indigne fero*, *moereo*: de quo suo loco. Porro illud ἄσχος nomen

nostrum peperit *αἶσχος*, *jota*, ut fieri solet passim, interposito. Αἶσχος itaque pp. est quasi *pondus*, *quo graveris*, et inde, facili translatione, *molestia*, ex qua *dolorem capias*. Dein, altius translato, nomine, *foeditas*, *turpitudo*, cujus aliquem *pudeat*, praeterea *deformitas*, *dedecus*, *infamia*, *probrum*, vel simile. Paullo aliter vir cel. alio loco. Αἶσχος, inquit, pp. significat *naevum* in facie, et inde latius *quamvis turpitudinem*. Hinc *αἰσχύνη pudor*, in primis, qui ex *turpitudine* oritur. Differt enim a nomine *αἰδὼς*, *pudorem* notante, profectum ex *verecundia*, quem *ruborem* vocarunt Latini: ut quando *rubore suffundi* et similia dixere; quod Graecis pp. est *αἰδεῖσθαι*. [Verbum mihi est *ἄχω*, ut placuit cel. Lennepio: quod, *adspiratione* omissa, tamen malim repetere ab *ἀκω* pp. *pungo*. Ab *ἄχω*, *ἄχσω*, est *ἄσχω*, ut ab *ἔχω*, *ἔχσω*, *ἴσχω*. Ab *ἄσχω*, porro *ἄσχος*, *αἶσχος*, pp. *quod pungit*, vel *deformat*, Belg. SPIJT, a *spitten*, conf. quod in *αἰκία* composuimus, Hebr. קְלָמָה a כָּלַם *pupugit*, *vulneravit*, *laesit*, *deformavit* &c. Rectissime igitur Hesych. Αἰσχύνει· αἰκίζεται, etymon quasi digito monstrans, et ipse Homerus verbum *αἰσχύνειν* pp. posuit de *canibus*, occisi senis caput, barbam, pudendaque, *unguibus dentibusque suis misere lacerantibus*, Iliad. X, 74. 75. E. S.] Ab *αἶσχος*, *αἰσχρὸς*, „ quod in *comparativo* habet *αἰσχίων*, nempe a subst. *αἶσχος*. Sic *καλὸς* in *Comparat.* habet *καλλίων*, cum duplici λ, quod est a Subst. *κάλλος*." [T. H.]

Αἰτέω. Stirps hujus verbi videtur esse *ἄτω*, quod vide in verbo *ἀτάω*. Ἄτω autem non multum differt pp. ab *ἄδω*, de quo supra. Unde facile apparet, quemadmodum *ἀτάω nocendi*, *laedendive* notionem acceperit. Praeterea, qui contulerit locutiones Latinas *fatigare* aliquem precibus, *flagitare* &c. facile animadvertet, quomodo *αἰτέω* a notione, quae verbo *ἄδω* inest, ad eam petendi transire potuerit. [Favet huic etymologiae constructio verbi *αἰτέω*, cum gemino *Accusativo*, uti dicitur v. c. *αἰτεῖν τὰς θεὰς τὰ ἀγαθὰ*, quae phrasis hoc adspectu pp. significaret *fatigare* precibus

bus *deos bona*, id est κατὰ, *quantum ad bona*. At eidem obest nonnihil alia constructio cum praepos. παρὰ, *personae* praemissa, uti in illo Plutarchi αἰτεῖν ΠΑΡ' Ἱέρωνος τὴν θυγατέρα εἰς γάμον. Itaque malim sic statuere, verbum αἰτέω a notione prima *tendendi*, (quae est in ἄτω, ἄδω cet.) pp. significasse *protendi* ad me, hoc est *extenta* manu *donari* mihi, *cupio*: quae proprietas in posteriori exemplo sic satis elucet, et priori isti, per ellipsin, haud incommode quoque potest applicari. Conf. omnino illud Odysf. P, 365. 366. Βῆ δ' ἴμεν αἰτήσων ἐνδέξια Φῶτα ἕκαστον, Πάντοσε χεῖρ' ὀρέγων, κ. τ. λ. Unde etiam nomen αἴτης et προσαίτης, quo dicitur *qui stipem petit*, *mendicus*. E. S.]

Ἀΐτης. Sic olim a Thessalis dicebatur *amasius*. Si analogiam sequamur, sponte delabimur ad verbum ἀΐω *sentio*. Ἀΐτης ergo proprie is est *qui sentit*, sive, ut Graeco verbo utar, qui πάσχει *patitur*, *patiens*: eximie *puer*, *amasius*. [In *Theocriti* Idyllio XII, qui ΑΙΤΗΣ inscribitur, vs. 2. οἱ ποθεῦντες, pp. *patientes*, distinguuntur ab ἀΐταις. Accedit, quod forma vocis ἀΐτης magis quadret in *actorem*, quam in *patientem*, et vox ea sit *trisyllaba*, non *bisyllaba*. Itaque malim pro composita habere, ex ἀ comitativo, et ἴτης: ut ἀΐτης pp. sit *qui simul eat*, *qui a latere amantis non discedat*. Vide Lexic. Hederico-Ernestianum, in voce. E. S.]

Αἰτία *Caussa*. Videtur pp. sic dici *quod confertur*, vel *adfertur*, *ad aliquid producendum*. Origo nempe videtur esse verbum ἄτω: unde proximum nomen ἄτη, de quo suo loco. Inde Adjectiv. ἄτιος, et usitatum αἴτιος, cujus foem. αἰτία, neutrum αἴτιον: quae tria in usu sunt. Est autem verbum ἄτω, (de quo postea pluribus,) repetendum a vicino verbo ἄδω, quod supra exhibitum.

Αἰχμή, ῆς. Vidimus jam supra, in verbo ἄγω et alibi, quomodo vicina verba sint ἄγω et ἄκω. His tertium adjungendum ἄχω. Ut autem ἄκω eximie significationem acquisivit *acuendi*, sic ἄχω eadem gaudere potuit. Hujus futurum est ἄξω, Praeter. perf. Activ. ἦχα, Praet. Pass. ἦχμαι, quod peperit nomen αἰχμή,

 sig-

ajo, *ais*, *ait*, contracta bisyllaba, pro quibus Ciceroni haud aliter, quam Graecis, *aiio* placuit: ut auctor est *Quinctilian.* Inst. L. I, c. 4, §. 11. Cognatum huic est alterum αὔω, unde Latinis est *autumo*: quod usi *ajô*, itidem notavit *dicere*, ut illo *Plauti*, Men. V, 2, 7. *Res plurimas pessimas affert, quas si* Autumem *omnes, nimis longus sermo sit.* Vide infra in αὔω. E. S.] Ἀΐω apud *Homerum* ponitur, pro *audio*, et *intelligo.* Propria vis est *sentio.* Ἀΐω solute dicitur, et αἴω, unde αἴσω, αἴσθω, αἶσθος, αἴσθη, et αἰσθάω, αἰσθάνω, αἰσθάνομαι *sentio*: adeoque omnes hominis *sensus* vocantur αἰσθήσεις. Haec ratio est, cur ἀΐω non tantum ponatur de *sensibus corporeis*, auditus, visus &c. sed etiam de *intellectu* &c. T. H. [An eodem e fonte AJUS dictus fuit a Romanis deus quidam, cujus vox, „*Gallos adventare*", in nova via, audita fuerit: quemque deinceps Ajum Locutium, et Ajum Loquentem, dixere, ut Ajus Locutius, hac in voce, idem valeat ac *sentiens*, *praesentiens* deus, qui simul *elocutus sit*, *admonueritque* cives? Nisi potior sit *Ciceronis* sententia, II. Divinat. cap. 32, segm. 69. ab *ajendo* et *loquendo* nomen invenisse. E. S.]

Αἰὼν *Aevum*, *aeternitas.* Nomen est ex eo genere, quod natura sua *collectionem* et *multitudinem* rerum notat, ut patet ex terminatione ων: de qua supra, ad vocem ἀγκὼν et alibi. Quemadmodum autem in voce ἀεὶ vidimus, eam esse translatam eximie ad significationem *temporis*, ab illa *flandi*, *spirandi*ve, quae est in origine ἄω; sic in nostro αἰὼν eadem translationis ratio locum habet, ut adeo quasi *temporum collectionem*, vel *multitudinem* significet. A qua denuo significatione propria profectae sunt eae, quibus vel *aevum*, vel *aeternitatem*, vel *hominis aetatem* descripsere veteres. Formata pp. est a nomine inusitato αἰὸς vel ἀῒς, quod ab ἀΐς; cujus naturam, cum alibi supra, tum in voce ἀεὶ, exposui. Ceterum a Graeco nostro αἰὼν, interposito digammate Aeolico, ortum est αἰϝὼν, et hinc Lat. AEVUM.

Αἰωρέω. Praepostere vocabulum hoc positum est a

a Joanne Scapula. Neque enim hoc verbum produxit nomen αἰώρα, sed αἰώρα peperit αἰωρέω, ut adeo αἰώρα in primis hic ſpectandum ſit. Videtur pp. esſe foem. ab maſc. αἰωρὸς, quod ejusdem generis est, cujus ſunt θεωρὸς, θυρωρὸς, et ſimilia. Primum αἰωρὸς ſignificasſe videtur *qui terram ſpectet*, qui *in terram* quaſi *vergens pendeat*. Videtur, nempe, compoſitum ex voce αἶα, quomodo antiqui Graeci dixerunt pro γαῖα, γῆ *terra*, et nomine ὠρὸς, quod in compoſitis idem fere valet ac Lat. *ſpectans*, *tendens*, *pertinens*, vel ſimile. Inde αἰωρὸς, cujus foemin. noſtrum αἰώρα de eo poni potuit, quod, *ſupra terram* elatum, *eam ſpectat*, *in eam vergit* quaſi *pendulum*. Unde generatim quodcumque *vas penſile* notat, ac dein quoque *funem*, vel ſimile, quo quis utatur *ad ſuſpendium*. A nomine αἰώρα, jam verbum αἰωρέω profectum, vi ſua propria, ſignificat *ſurſum elevare*, et *elevatum pendulum facere*: unde reliquae hujus verbi notiones fluxerunt. [*Etymol.* Αἰωρῶ· ἀπὸ τοῦ αἴρω, πλεονασμῷ τοῦ ω., αἰωρῶ τὸ κρεμῶ· Καὶ αἰώρα, ἀπὸ τοῦ αἴρω, αἴρα, πλεονασμῷ τοῦ ω, αἰώρα. H. Steph. T. I, 216. „ Ab αἴρω fieri αἰωρῶ, interjecto ω, ſeu per pleonasmum τοῦ ω, et Grammatici quidam tradunt, et mihi ſit veriſimile."]

Ἀκαδημία est pp. foem. a masc. nomine Ἀκαδήμιος, quod a nomine proprio Ἀκάδημος: unde locus iſte, qui Ἀκαδημία dicebatur Athenis, nomen accepit. Nominis Ἀκάδημος ratio paullo obſcurior: etiamſi certum ſit, oriri ab antiquo ἀκὰ et δῆμος, Lat. *populus*. Prius enim ἀκὰ quum referendum ſit ad ſtirpem ἄκω, varia ſignificare potest. Videri tamen queat, Ἀκάδημος pp. ſignificasſe *eum*, *qui* quaſi *populi malis medeatur*. Est enim notio *medendi* quam plurimis derivatis a verbo ἄκω propria. [Conf. de voce G. J. Vossius, in Etymologico.]

Ἀκακαλὶς notat *ſemen cujusdam fruticis*. Originem vocis, (compoſitae forte ex ἀκὰ, et καλὶς, quod ad κᾶλον referendum) rationesque Botanicis expediendas relinquo. [Vide *Dioscorid.* L. I, c. 119.]

[Ἀκαλανθὶς *carduelis* avis, item *canis*, vel *catellus*. Vi-

Vide H. Steph. Append. col. 324." et viros doctos in Hesych. Albert. T. I, p. 181.]

'Ακαλήφη *Urtica*. Et hoc Botanicis relinquo. Forte a *tactu* nomen accepit. Est enim posterior pars (ut videtur) repetenda ab ἅπτω *tango* [Conf. omnino H. Steph. Append. col. 325.]

['Ακαλός: et ἄκαλος, *lenis*, *placidus*, *quietus*. Forte compositum ex ἀ *intensivo* et καλός, quod vide suo loco. E. S.]

"Ακανθα *Spina* pp. foemininum est a mascul. ἄκανθος, quae vox composita est ex ἀκὴ vel ἀκὰ, et ἄνθος. "Ακανθος itaque et ἄκανθα, utrumque Botanicis notum, pp. sonat *florem habentem spinis obseptum*: unde etiam ipsa *spina* ἄκανθα dicitur. [Ita fere praeiverat Etymologus: "Ακανθα, ἀπὸ τῦ τῇ ἀκῇ ἀνθεῖν· ὅ ἐςι τῇ ὀξύτητι. Equidem tamen referre malim ad stirpem κάω, unde κάνω, κάνθω, κάνθος, ἄκανθος. Quodsi jam κάνω (ut conjecit cel. Lennepius in καίω) pp. sit: *stimulo*, *pungo*, vox ἄκανθος notare poterit *valde pungentem*, vel *pangentem*; et, substantive, *echinum*, *erinaceum*, &c. ἄκανθα autem eximie *spinam*, *aculeum*. E. S.]

"Ακαρνα est genus *fruticis*. Itidem de hoc Botanici. ["Ακαρνα ,, genus *suffruticis* apud *Theophrast.* Hist. Plant. L. VI, c. 3. et 4. pro quo nonnulli reponendum censent ἄκαρναν: Hesychio ἄκαρνα est δάφνη *laurus*." cet. H. Steph. Append col. 328.]

"Ακατος genus *navigii*, ut volunt, *actuarii*. Est stirps paullo obscurior. Videtur tamen oriri a 3 Praeter. perf. Pass. ἤκαται verbi ἀκάω, unde ἀκάζω, Lat. ACUO. Forte nomen accepit a forma prorae *acuminata*. [Frisii talem *naviculam* dicunt *snik*, quod Frisiis Occidentalibus est *snip*: haud dubie itidem a forma *acuminata*. E. S.]

'Ακέομαι *Sano*, *medeor*. Est a verbo ἄκω, quod propriam in primis habet notionem *acuendi*: quae, ut supra jam vidimus, in verbo vicino ἄγω, profecta videtur a significatione *protrahendi*, *ducendi in longum*, et sic *attenuandi*, *acuendique*. A nostro ἄκω proximum nomen ἄκος superest in lingua Latina ACUS. Inde novum verbum ἀκέω pp. *acuo*, vel *acu pungo* et Medium

 ἀκέο-

ἀκέομαι eximie notat *acu sarcire*, sive *acuto instrumento pungendo sarcire*, *resarcire*, quâ notione, perinde ac Lat. *resarcire*, metaphorice quoque ponitur. Porro, quum veterum ars medica antiquissimis temporibus praecipue posita esset in *sanandis vulneribus*, seu eo quod *Chirurgorum* hodie est, atque alia vulnera curarentur *resarciendo* partes corporis *hiscentes*, alia aliis modis: inde factum est, ut a *resarciendo* quoque verbum transierit ad artem *medendi*, et quidem quacumque demum ratione ea instituatur. Unde *Apollo*, *medicorum* deus et *praeses*, eximie ἀκέσιος dictus fuit. Porro verbum ἀκεῖσθαι, ut Lat. *mederi*, variis modis ad alia translatum est. [Eadem fere est metaphora in Hebr. רפא, quod exponens A. Schultensius, ad Job. V, 18. Comm. p. 153., nostrum quoque ἀκεῖσθαι tetigit.]

Ἀκῆ *Mucro*. Proxime oritur ab ἄκω, cujus notionem *acuendi* sequitur. [Hujus vocis procul dubio *Accusativus* est ἀκὴν, quod Grammatici, invita admodum linguae analogia, deducunt a χαίνω: etiamsi ipse H. Stephanus, Thes. T. IV, col. 332. iis accedat, h. m. „ Item et ἀκὴν a χαίνω deduci ajunt, prae„ misso α στερητικῷ, et *adspirata* in *tenuem* conversa. „ Quod etymon eo verisimilius est, & probabilius, „ quo magis ad vocis praecedentis ἀχανὴς (*non hians*, „ *nullo diductus hiatu*) significationem accedit. Sig„ nificat enim, quasi dicas, ἀχανῶς, seu χωρὶς καὶ τοῦ „ χαίνειν. — Etiam ἀκέων idem omnino cum praece„ dente ἀκὴν, significans nimirum *tacite*, *ne hiscendo* „ quidem. — Usurpatur frequentissime *participialiter*, „ ut Il. Α, Βῆ δ' ἀκέων, id est, ἡσυχάζων, σιωπῶν, *quie*„ *tus* et *tacitus*, ac ne *hiscens* quidem." Hactenus ille. Mihi quidem nostrum ἀκέω, *acu compungo*, *consuo*, *sarcio*, absolute dictum videtur, de *compressione oris*, cujus *labia*, quasi *consuta*, adeoque firmissime *compressa clausaque* videantur: ut ἀκέων pp. sit *consuens*, *comprimens* os, et ἀκὴ *consutio*, *compressio* oris, *silentium*. Unde jam porro in Accusativo ἀκὴν adverbialiter, pro κατ' ἀκὴν, positum fuerit. Potuit et ἀκέω (Lat. aceo)

pp.

pp. notare idem quod noſtrum *prikkelen*; quo ſenſu Latinum verbum ACEO *de vino* adhibuit *Cato*, de Re Rust. c. 148. „ *Vinum*, *quod neque* ACEAT *neque muceat.*" Belgice *wijn*, *die niet* prikkele. Unde jam porro *acere*, pro *acidum eſſe*, de animo *intus dolente*, (eleganti illa metaphora, qua *Euclio*, apud *Plautum*, in Aulular. III, 4, 9. pectus ſibi peracuisſe dicit, et apud Homerum, Il. Ψ, 566. Μενέλαος ἀνίστατο, θυμὸν ἈΧΕΎΩΝ Ἀντιλόχῳ ἄμοτον κεχολωμένος, et ἄχος pro *dolore*, intus *pungente* et *ſtimulante* Il. Δ, 169. qui et ἄχος ὀξὺ dicitur Il. Τ, 125. Χ, 425.) quorſum fecisſe videtur obſervatio. T. H. „ Ἀκέων" inquit „ pp. participium est, quod ſignificat *prae dolore conticesco*; estque ἀκὴ adeo *ſilentium*, conceptum *ex dolore contumeliae*, ſibi *illatae*. Qua ratione etiam ἀκὴν adverbialiter uſurpatur: ut *ſilentio facere* aliquis aliquid dicitur, qui *ex dolore tacet.*" E. S.]

Ἀκινάκης *Acinaces.* Est genus *jaculi* Perſici, vel potius *enſis*. Si originem Graecam habeat, oriri potuit ab ἄκινος, et ἀκὴ, q. d. *qui habet acutam cuſpidem.* Ἄκινος autem pp. est ab ἀκίς, *acumen*, ſeu *acies*, quod a verbo ἄκω, unde quoque ἀκή.

Ἄκινος *Acinus.* Botanicis nota vox est. Nomen videtur profectum, a *ſapore acri.* Est enim ἄκινος pp. nihil aliud, quam acris; adjectivum nempe ad ἀκίς, et, ipſa origine, cum Lat. acris convenit. Est enim hoc quoque a Graeco ἄκω repetendum.

Ἀκμὴ *Cuſpis* ſive *acies.* Est a prima Praeter. perf. Paſſ. ἦκμαι, verbi ἄκω. Propria itaque vocis virtus est poſita in ſignificatione *acuminis*, atque inde *aciem*, *cuſpidem* notat. Dein generatim ſignificat quoque *id*, *quod* in quaque re *ſummum* est: atque hinc aliquando *ſummum* quaſi temporis *punctum* notat, maxime *opportunum* ad aliquid agendum; quo ſenſu non magnopere differt a καιρός. Porro alio translatum quoque *ſummum* alicujus rei *incrementum* (ſive *terminum*) ſignificat, atque inde ſaepe ἀκμὴ ponitur de *vigore* et *flore aetatis*, vel etiam *aetate* virili, aliisve rebus ſimilibus.

[Vi-

[Vide omnino de hac voce *Jensii* Lection. Lucian. p. 194-196.]

Ἀκόλουθος *Pedissequus, comes, assectator.* Ut viam ad stirpem hujus vocis indagandam nobis muniamus, respiciendum est ad vocem κόλλα *gluten*: quo nempe res diversae junguntur, et cohaerent; ut suo loco dicetur. Hoc autem est a κόλλω, et id ab antiquo κόλω: quod vicinum verbo κέλω, unde usitatum verbum κέλλω, Lat. *cello*, vel *allido*. Quod tandem ab origine κέω. De singulis dicendum suo loco. A notione jam *impellendi, allidendique*, et forte *agglutinandi*, et sic *adhaerendi*, nata virtus *assectandi, comitandique*: quae in nostra voce in primis spectatur. Fieri tamen potest, ut propius ab ea *impellendi* notione absit ista *comitandi*; si statuamus, vocem κόλουθος vicinam fuisse nomini cognatae originis κέλευθος, quod *viam* notat, q. d. *per quam* aliquis *semet impellit*. Sic nempe ἀκόλουθος dici potuit *comes*, vel qui *eadem via insistit*, ἀ nempe idem significante, quod ἅμα, quemadmodum vidimus in ἀδελφός. Oritur autem proxime ἀκόλουθος ex antiquo κολύθω, quod pro κολόθω, cujus loco contractum κλώθω eximie ponitur sensu *glomerandi*, et *nectendi* lanam. Unde quoque una de tribus *Parcis* Κλωθὼ dicebatur. Porro memoratum κολόθω est a κολόω, hoc a κόλω, quod a κέω, vicino verbi κίω. [Verbum κόλω dedit Lat. *colo, colere*. Unde *colere aliquem* pp. significat *sequi, sectari* aliquem, sive *obsequi*. T. H.]

Ἀκόνη *cos*, quasi dicas *quae vim habeat acuendi*. Proxime oritur ab ἄκων, et hoc ab ἄκω: de quo supra jam dictum. [Uti autem a Dativo vocis ἄκων, pro ἄκοις, ἄκοντος, ἄκοντι, diminutivum est ἀκόντιον *spiculum, jaculum*: sic ab antiquo ἄκων, ἄκωνος, ἄκωνι est ἀκόνιον *coticula*. E. S.]

Ἄκορνα, ης, nomen plantae, [„ quae putatur a nonnullis esse *carduus benedictus* sylvestris herbariorum." H. Steph.] Et hoc forte ab ἄκω. Videant Botanici.

Ἄκορον, ου, *Acorum*. Est genus herbae cujusdam, de quo itidem Botanici.

Ἀκρή,

Ἀκοσὴ, ῆς, *Hordeum*. A *spinis acuminatis* forte dicitur, ut pp. sit a *tertia Praeter. perf. Pass.* ἤκοσαι verbi antiqui ἀκόω, quod ab ἄκω, Lat. ACUO. III

Ἀκέω. Est ab antiquo ἀκόω, et hoc ab ἄκω. Significat quasi *acuere* sensum auditus, cui saepe *acuminis* figurata notio tribuitur. Varios usus habet, ut Lat. *audire*, translatione facili omnes. [Est ipsum Lat. acuo, Belg. *scherpen* vocali penultima paullo obscurius, quam nos vulgo solemus, prolata. Metaphorae sive potius metonymiae ratio eadem esse videtur, quae in Belgico nostro *zijne ooren scherpen*, h. e. *aures arrigere*, et quasi *acuminatas reddere*, ad *sonos* percipiendos eo facilius, *attentiusque*, quod alio verbo Graeci dixerunt ὠτακουστεῖν. Quin fortasse et de *acie* oculorum *intenta* Graec. ἀκέειν adhibitum fuit. Vide Schrader. ad *Musaeum*, p. 4. 5. Ceterum Lat. audio, etsi videri queat, in prima origine, convenisse cum nostro ἀκέω, ut nempe ἀκέω sit ab ἄκω, hoc vero ab ἄω, unde etiam αὔω, αὔδω, αὐδέω: mihi tamen potius videtur repetendum a voce αὐδὴ *vox*, quod ab alio αὔω, verbo per ὀνοματοποιΐαν efformato, ut *audio* pp. sit *vocem loquentis percipio*. E. S.]

Ἀκρέμων *Ramus arboris major*. Est autem pp. quasi *abundans ramis*. Vidimus jam alibi, eam esse naturam nominum, in ων cadentium, ut *collectionem* notent. Oritur proxime quasi ab ἄκρεμος, quod ab ἄκρος, quod de cujusque rei *extrema*, vel *summa parte* ponitur. Est itaque ἀκρέμων *multas* quasi *summitates*; vel *partes*, in *altum eminentes*, *habens*. Unde eximie *rami praegrandes*, a caudice *surgentes*, ἀκρέμονες dicuntur.

Ἀκριβὴς, έος. Est proxime ab antiqua forma ἀκρίβω, quae natura sua non differt ab ἀκρίζω, quod exstat, et notat *summas partes* quasi *perambulo*, vel *seco*, atque sic *lustro*. Oritur autem proxime ab ἄκρις, quod *summam* rei *partem* notat, et vicinum est nomini ἄκρος; de quo mox. Hinc ἀκριβὴς pp. *is* est, qui *summas* partes *lustrat*, et inde *diligens*, *accuratus*, *exquisitus*, *exploratus*, *certus*, *verus* et sim.

Ἀκρὶς, ίδος, differt significatione ab ἄκρις, ἄκριος; non

non vero origine. Notat *locustam*, de qua historiae naturalis studiosi. [Conf. L. Bos, Exerc. ad Matth. III, 4.]

'Ακροάομαι significat *summa attentione audire*. Translatio similis fere hic, quae est in verbo ἀκούω, quocum communem stirpem habet alterum ἄκω. Est autem proxime ab ἀκροάω, quod ab ἀκρόω, et hoc ab ἄκρος *extremus*, *summus*, seu proprie magis quasi *acuminatus*, vel simile. Videtur ergo ἀκροάομαι significare *aures suas in altum erigendo acuere*; & sic *arrectis auribus audire*. [Conf. dicta superius in ἀκούω.] Unde in usu notat *auscultare*, vel *cum attentione summa audire*, et hinc de *discipulis* vel *discentibus*, qui praeceptorem *audiunt*, nonnunquam ponitur: tum etiam significat *parere*, vel simile.

"Ακρος. Ut supra vidimus, ἄγρος [unde substant. ἀγρὸς *ager*] esse pro ἄγερος, a nomine ἄγος, sic nostrum ἄκρος est pro ἄκερος, ab ἄκος, similive forma. "Ακρος itaque pp. notat *habitum* quasi *acuminis habens*, vel *ad acumen pertinens*: hinc porro *in acumen assurgens*, vel generatim *extremus*: unde *supremus*, *summus*, vel generatim *extremus*: unde reliquae notiones, in Lexicis notatae, sponte fluunt. Porro ἄκρον neutrum pp. notat *quodcumque cacumen*, *in acutum desinens*: idem, quod, voce magis producta, ἀκρωτήριον dicunt. Convenitque adeo non tantum *cacuminibus* montium, quae saepe ἄκρα, et ἀκρωτήρια dicuntur, sed quibuscumque *extremitatibus eminentibus*; etiam ipsius corporis humani. Hac ratione *caput*, *brachia*, *pedes*, ceteraeque corporis *extremitates*, ἄκρα, praesertim a recentioribus Graecis; ἀκρωτήρια vero ab antiquioribus dicuntur.

'Ακτὴ foem. est ab ἀκτὸς, pp. notante *fractus*, ab ἄγω *frango*, de quo supra. 'Ακτὴ itaque, Substantive positum, vel notat *littus* scopulis *praeruptum*, ad quod *undae allisae franguntur*: praeterea *fruges* vel *frumentum confractum*, et ad esum accommodatum; vel tandem *lignum fragile*, unde eximie dicitur *sambucus*. ['Ακτὴ *littus* a Graecis dici solet, quoniam objectu suo *fluctus* maris *illisos frangit*, ac *repellit*, ut Grammatici vo-

volunt: sive potius ἀκτὴ est, quasi *fragore fluctuum impulsa*, atque *intercisa*. Vetus verbum est ἄγω, cujus vice (ut facilius ab altero, quod *ducendi* significationem habet, distingueretur) in usum communem venit ἄγνυμι. Ob eandem rationem Homerus *frumentum*, mola *contritum* et *fractum*, ut panis inde conficiatur, vocat ἀλφίτα, vel Δημήτερος ἀκτὴν, Il. Λ, 630. Od. Β, 355. Ξ, 429. Il. Ν, 322. Φ, 76. Deinde Ἀκτὴ a Graecis peninsula dicitur, quam, maxima parte mari obversam, fluctus *alluunt*; ut erudite docuit Vossius, ad Scyl. Peripl. p. 6. 7. Hoc autem nomen, quoniam in *Atticam* regionem aptissime quadrat (ut bene monuit Dio Chrysost. p. 87.) ἀκτὴ primum est dicta, idque jam ante *Cecropem* regem, si fidem meretur *Apollodorus* Bibl. L. III, p. 237. *Euripides* ea potestate posuit in Helen. vs. 1689. Lycophr. vs. 111. Euseb. in Chron. p. 99. 100. ἐν ἀκτῇ τῇ νῦν Ἀττικῇ. &c. T. H.]

Ἀκτὶν, vel ἀκτὶς, si stirpem spectes et formandi rationem, parum differt ab ἀκτὴ, et ab eodem verbo ἄγω *frango* oritur: atque hinc quoque (quemadmodum ἀκτὴ) ἀκτὶς *sambucus* dicta. Eximie autem, metaphora ducta a luce *fracta*, vel *refractione* radiorum lucis, *radius* solis hoc nomine designatur.

Ἄκυλος. Terminatio docet, esse ab ἄκος: cujusmodi nomina alia jam aliquoties vidimus. Eximie *glans illigna* sic dicitur. Significationis autem rationes Botanicis expediendas relinquo.

Ἄκων, et ἄκυς. Posterius est contractum forte ex ἄκοις: nisi malis, formam esse *participialem*; ut διδὺς, et similia. Sic ἄκων et ἄκυς utrumque *participium* erunt verbi ἄκω, vel ἄκωμι, ut adeo significent quasi *acumine pungens*, vel *acumen habens*; unde porro in usu notant *jaculum*, vel *spiculum*. [Ἄκων, participium verbi ἄκω, olim fuit ἄκους, unde in Genitivo ἄκοντος: ἄκυς itidem dixere pro ἄκους, ut διδὺς pro διδοὺς, ex Analog. Lennep. Cap. IX, p. 129. Ceterum confer ὀξὺν ἄκοντα Il. Κ, 335. Φ, 590. et similia. E. S.]

Ἀλάβαστρον repetendum a nomine λαβὴ, quod, inter alia, notat *ansam*, qua quid prehendas, oriturque a λάβω, unde λαμβάνω; de quo suo loco. Ab isto λαβὴ verbum quasi est λαβάζω *ansa prehendo*. Inde nomen λάβαστρον proprie significare debuit *id, quo tanquam ansa aliquid prehendas*. Ab isto autem nomine, cum α praefixo, ἀλάβαστρον pp. est *instrumentum*, quod *ansas non habet, quibus prehendas*, atque inde eximie *vasis unguentarii* species sic dicitur. [Paullo aliter *Methodius*, in Etymolog. magno, col. 55: 38. Ἀλάβαστρον οὐ λαβέσθαι ΔΙΑ᾽ ΛΕΙΟ´ΤΗΤΑ ἀδύνατον.]

Ἀλαζὼν *Arrogans, jactator*. Stirps dubia videri potest. Putem tamen, oriri ex α, et λάζω, cujus Media forma λάζομαι, poëtis usitata, eximie notat *capio, prehendo, arripio*, ut adeo ἀλαζὼν sit pp. *qui sibi multum assumat, arrogans* adeo, vel simile. [Nisi simplicior sit derivatio ab ἀλάω, unde infra ἀλάομαι. Ab ἀλάω, ἀλάσω, ἀλάζω, ut ab ἁρπάω, ἁρπάσω, ἁρπάζω. Quo ex fonte ἀλαζὼν pp. is fuerit, *qui se multum volvit, jactat* &c. Conf. descriptio τοῦ ἀλαζόνος apud Xenoph. de Institut. Cyri L. II, p. 47. et infra verbum ἀλάομαι. Etymologia nostra confirmari ex eo videtur, quod idem ἀλαζὼν etiam adhibeatur pro ἀλώμενος, quod jam sine dubio ab ἀλάω descendit. Vide *Suidam*, T. I, p. 98. E. S.]

Ἀλαλή. Vox facta a *sono*, qui edi solebat olim a militibus, ad pugnam aggredientibus. [Hinc et ἀλαλητὸς, uti passim apud *Homerum*, est *fremitus* pugnantium Il. Δ, 436. Μ, 138. &c. E. S.]

Ἀλάομαι. Tria verba vicina sunt, ex quibus ingens verborum copia orta est, ἄλω, ἕλω, et ὄλω. De singulis alibi dicendi erit occasio. Sufficit nunc observasse, propriam eorum virtutem quaerendam esse in eo, quod *volvendo versandove moveatur*: vel in *motu* (ut ita dicam) *volatorio*, et *versatili*. Hinc ἀλάω est *versando, volvendo*que *moveo*: et Medium ἀλάομαι *versando huc illuc me moveo*, adeoque eximie *erro, vagor*, et, translatione ad animum facta, *incertis* quasi *curarum viis oberro*, atque adeo sic *animi pendeo*. [Conf. in

in ἀλάζω, ἄλλομαι &c. Exemplum notionis propriae vide Il. Κ, 141. Τίφθ' οὕτω κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν οἶοι ΑΛΑ͂ΣΘΕ; *Quid tandem tam* incerto vago*que* motu oberratis? cet. Cognationem verbi nostri cum altero ἄλλομαι probet illud *Theocriti* Id 23: 60. ἅλατο καὶ τὤγαλμα exsiliit*que simulacrum*, quo loco collato, T. Hemsterh. in Id. 3: 42. reponebat. ὡς ἐς βαθὺν ἅλατ' ἔρωτα. E. S.]

Ἀλαὸς *coecus.* Compos. est ex α *privativo*, et λαὸς, quod ab antiquo verbo λάω, significante inter alia *video*, q. d. *oculis percipio*, *capio.* Est enim λάω pp. idem quod λαμβάνω, ab eodem λάω ortum. Itaque ἀλαὸς pp. est *qui non videt*, *coecus*, vel, quae in multis compositis literae α vis est, *qui difficulter*, et *perverse videt*, adeoque *luscus.* [*Etymolog.* Ἢ παρὰ τὸ ἀλῶ, τὸ πλανῶ, ἀλαὸς, ὁ περιπλανώμενος. Quod videri queat aliquanto simplicius, in primis, propter vocem compositam ἀλαοσκοπίαν, quae non certe *speculationem visu carentem*, sed *speculationem vagam*, *incertam*, *nullibi* quasi *consistentem*, *defixam*que, significat; qualis esse solet speculatio *luscorum*, qui, Lennepio observante, a Graecis pp. ἀλαοὶ dicuntur. Consentit *Eustathius* ad Il. Κ, 515. p. 821. Ἐςὶ δὲ ἀλαὸς ἐν τῷ οὐχ' ὁ μηδόλως βλέπων· πῶς γὰρ ἂν ὁ τοιοῦτος ἔχοι σκοπίαν, ἀλλὰ ὁ κακῶς λάων κ. τ. λ. Ceterum, ut ἀεροσκοπίαν, ἱεροσκοπίαν, ἀστροσκοπίαν, ὁπλοσκοπίαν, ὠροσκοπίαν, sic fere ἀλαοσκοπίαν formarunt Graeci. E. S.]

Ἄλγος. Dubium non est, quin sit contractum, ex ἄλεγος, quod a verbo ἀλέγω, et hoc ab ἀλέω, quod vicinum alteri ἀλάω: de quo modo dictum. Propria notio quaerenda videtur in motu *volutorio*, et *versatili*: unde profecta ista doloris, [fere ut in Hebr. חול, התחלחל &c.] Porro, ad *animum* translatum, itidem notat *dolorem*, *tristitiam*, et similia. [Nempe, ut proprie ἀλγεῖν Graecis sit *jactare se*, ac *versare huc illuc prae dolore*: uti v. gr. Il. Θ, 85. Ἀλγήσας δ' ἀνέπαλτο, βέλος δ' εἰς ἐγκέφαλον δῦ, Σὺν δ' ἵππους ἐτάραξε, κυλινδόμενος περὶ χαλκῷ. Perinde autem est, utrum dicas, ἄλγος esse, per contractionem, formatum ex ἄλεγος, quod

 or-

ortum ab ἀλέγω, an statuere malis; ἄλγος esse ab ἄλγω, quod ab ἔλω; quemadmodum θέλγω a θέλω &c. Ab ἄλγω certe est Lat. *algus*, sive *algor*, et *alga*. Nempe ab ἔλω, ἄλγω, Lat. algus pp. videtur esse *concussio tremorve* membrorum vehementior; prae frigore: unde *crepitans dentibus algus* est apud Lucret. L. 5. vs. 746. *Alga* porro itidem; ab *irrequieto motu*, quo *jactatur* in mari, atque a fluctibus *ad litus projicitur*: unde *Virgilius*, projecta *vilior alga*. Neque adeo dubitandum videtur, quin Lat. algeo sit ipsum Graec. ἀλγέω, non adeo quod *frigus dolorem* adferat, uti Festus ait, quam potius, quod *frigentes tremere*, et prae *impatientia doloris* sese *huc illuc versare* soleant. Compone et cognatum ἀλύσσειν, quod Hesych. diserte exponit τρέμειν. E. S.]

Ἀλδέω. Est ab ἔλω, quod inter alia notat *versando*, *volvendo*que *consolido*, et sic *augeo*, quae translationis ratio magis conspicua est in derivatis a verbo vicino ἕλω, unde, ut postea videbimus, Graecum ὅλος, tum Lat. solidus et similia: porro Lat. oleo, et inde *olesco*, *adolesco*, pp. notans *incipio fieri solidus*, accepto incremento. Inde jam ἄλδω, inserto δ, et productior forma ἀλδέω; generatim notat *incrementum do*, *augeo*. [Apparet adeoque, ipsum Lat. alo, *alui*, *altum*, *alere*, ejusdem quoque esse originis, et alterum verbum Graec. ἄλθω, *sano*, pp. esse *consolido*; ut in illo Il. E, 417. de Marte vulnerato, ἄλθετο χεὶρ, pp. *consolidata est* manus. Vide et in seq. voce ἀλέα. E. S.]

Ἀλέα. Prop. foem. est a masc. ἄλεος, quod vix differt a nomine ἥλιος, quomodo Dores pronuntiarunt pro ἥλιος, *sol*, quod ab ἄλω repetendum; cujus vicinum ἕλω vel ἔλω; inter alia notat *splendeo*, et peperit nomina ἕλη, σέλας et similia: in quibus *splendoris* notio. Hinc facile jam apparet; quemadmodum ἀλέα in usu significare potuerit *calorem*, vel *teporem*, qui in locis *apricis* oritur a *sole*, quod ipsum Latin. sol, a *tertio* nostro verbo, supra in ἀλάομαι memorato, ortum videtur. [Ab ἄω est ἄλω, ἀλέω &c. Ex ἄλω, adspiratione addita, est Lat. halo, *halavi*, *halare*, porro *halitus*. Pro-

Proprie adeoque ponitur de hominibus, qui *halitum* edunt. Ἀλέα autem Graece est talis *halitus*, qui *vaporem tepidum* adfert. Haec ratio est, cur ab ἄλω etiam fit ἄλθω *medeor*. Nempe, ut ἰαίνω pp. significat *tepore medicor*, vel *tepida* aqua *rigo*, fic etiam ἄλθω ponitur. Hinc etiam ἄλθα pro *medicina* fumitur: nam veteres *medici*, non nifi rebus *tepidis*, *corpori admotis*, morbos folebant *fanare*. T. H.] Magni Hemfterhusii derivationem commendat in primis glossa apud *Hefychium* Ἄλθα· θερμασία ἢ θεραπεία, et collatio ipfius hujus nominis θεραπεία, quod itidem pp. notat *curationem*, *tepidis* fomentis *adhibitis*, peractam. Vide infra in θεράπω et Analog. p. 135. 136. Porro verofimile videtur, Graecis duplex fuisse verbum ἄλω, alterum ὀνοματοπεποιημένον, a *fono* nimirum hominis, *halitum* edentis, quod ipfum est halo Latinorum: unde *Halonem* dixere *hominem*, *hefterno vino languentem* et *vinum* adhuc *exhalantem* quafi: Idem Graecis ἔναλος dicebatur. Nempe verbo huic ἄλω, five ἄλω, cognatum fuit alterum ἕλω, fuperftes quoque in Lat. adhelo, anhelo, unde et ἕλος *palus*, five *ftagnum*, ab *exhalando* dictum &c. Alterum vero ἄλω cum fuis cognatis ὅλω, ἴλω &c.) fignificavit pp. *volvo*, provolvo, et *convolvo*, confolido. A notione *volvendi*, provolvendi, atque adeo *projiciendi*, (qualem modo obfervavi in Lat. voce alga, ab ἄλγω deducta) etiam alea Lat. derivatum videtur: quin et inde dicta ales, alitis, h. e. a *motu volutorio*, quemadmodum ipfum quoque Lat. volo, *volare* factum est ab ὅλω, Aeolice Fόλω, unde et FόλFω, volvo. Denique Lat. volo, *vis*, *velle*, ex eadem est origine, quatenus, nempe, *volvere* rem animo, eamque *cupere*, velle (pro *velere*, *velre*) Latini dixerunt. E. S.]

Ἀλέγω. Vidimus jam, in voce ἄλγος, esse hoc vicinum verbo ἀλέω, cujus notione ad animum translata, eam *curandi* accepit eximie hoc noftrum verbum. [Nimirum ab antiquo *praeterito perf. act.* verbi ἀλέω, ἤλεκα, omisso augmento, factum est ἀλέκω, et dein, loco κ pronuntiato γ, ἀλέγω. Proprietatis hu-

jus verbi ſatis clarum indicium petas ex illo *Diomedis* Il. Λ, 388. 389. Νῦν δέ μ' ἐπιγράψας, κ. τ. λ. et verbo inde propagato ἀλεγίζω apud Heſych. Ἀλεγίζω· περιστρέφομαι. E. S.]

Ἄλεισον. Ortum videtur a verbo antiquo λείω, vel λέω, *levigo*. Inde, nempe, proxime ortum λειστὸς, quod formatum a λέω. Id autem vicinum memorato noſtro λέω, quod peperit uſitatum λεῖος *levigatus*. Λειστὸς itaque, et, inde ortum, ἄλειστος, vel ἄλεισον, pp. valet *leve*, *levigatum*, atque inde translatum videtur, ad *poculum*, ſeu *vas caelatum*, deſignandum. Praeterea translatione non valde diſſimili, *acetabulum*, osque coxendicis notat. [Dubito. Ἄλεισον fortaſſe ab eodem ἀλέω pp. ſignificat *convolutum*, *rotundum*, et eximie tale *poculum*. Etymologus, aliorum derivationibus refutatis, Κρεῖττον, inquit, λέγει Ἀπολλώνιος, ὁ τοῦ Ἀρχιβίου, ὅτι παρὰ τὸ λεῖον γέγονεν ἄλειον, καὶ, ἐπενθέσει τοῦ σ, ἄλεισον, τοῦ α ἐπιτατικοῦ ἢ στερητικοῦ, τουτέστι τὸ μηδὲν ὅμαλον, ἀλλὰ ΠΕΡΙΦΕΡΕΣ. Quae poſtrema deſcriptio ἀλλὰ περιφερὲς noſtrae derivationi videtur favere. Inſpice porro Il. Λ, 773. Ω, 429. Od. Γ, 50. 53. Δ, 591. Θ, 430. Ο, 85. 468. Χ, 9. et *Euſtath.* p. 883: 54. 1357: 38. 1775: 10. Itaque et *os coxendicis* veteres, a *rotunditate*, ἄλεισον, et κύλικα appellasſe, quis miretur? E. S.]

Ἀλείφω. Verba primitiva ſunt λέω, λίω, et ſimilia: de quibus alias dicendi locus. Inde λείβω, λίβω, λίπω, λείφω, et ſimilia oriuntur, quae eximie ſignificant *ſtillo*, *deſtillo*, et ad varios *liquores* applicantur. Eximie nomen inde ortum λίπος, et foem. λίπα, *pinguedini* olei *deſtillantis* tribuitur. Ita χρίσασθαι λίπ' ἐλαίῳ antiquis frequens locutio est, pro *oleo ungere*, *guttatim* quaſi *deſtillante*, et large. Ex his jam apparet, quemadmodum noſtrum ἀλείφω, a memorato λείφω ortum, *ungendi* notionem acceperit, quaſi dicas *guttatim* oleum *infundendo ungo*. Latius ſumptum idem ſonat *lino*, *illino*, cujus translationis ſimilis est ratio. Porro ab ἀλείφω derivatum ſpectandum hic est nomen ἀλείπτης, quomodo dicebantur ii, quorum erat, in gym-

gymnasiis, *ungere* athletas, et sic *praeparare ad certamen*: quae notio eam peperit *incitandi*, *exhortandi* &c. quae verbo ἀλείφω quoque tribui solet.

Ἀλέξω pp. nihil aliud est atque *futurum* verbi ἀλέγω, de quo supra. Ab ista *curandi* notione, verbo ἀλέγω adsignata, ἀλέξω eam accepit *opem ferendi*, *auxiliandi* et porro *propulsandi*, *arcendi*, et similes. [Verborum hujusmodi in ξω rationes vide ad Analog. Lennep. p. 187. Videtur autem forma haec in ξω *frequentiam* quandam, et *studium agendi* significare. Conf. Il. Γ, 9. Ν, 475. Ο, 565. Π, 562. Od. Σ, 61. Ceterum ab ἀλέξω nostro nova forma ducta est ἀλεξέω sive ἀλέξημι, cujus *Infinitivus* est ἀλεξέμεναι Il. Α, 590. Ε, 779. &c. *Futurum* ἀλεξήσεις Il. Ι, 251. &c. E. S.]

Ἀλέω *molo*. Notio haec profecta est a *volvendo*, *versandove*. Oritur autem verbum a simpliciori ἄλω, cujus propriam vim vide supra in ἀλέομαι, et ἀλδέω. Porro a *versandi*, *movendive* notione ea est, quae huic verbo adsignatur, *vitandi*, *cavendi*que. Tandem a *solidando motu volutorio*, et *augendo* notio illa *congregandi* enata est.

Ἀληθής *verus*. Proprie oritur proxime a verbo ἀλήθω, quemadmodum πειθής a πείθω, et similia. Ἀλήθω formatum ab ἀλέω vel ἀλάω, pp. valet *volvendo*, *versando*ve *solidum facio*: unde in usu quidem est idem quod ἀλέω *molo*, proprie tamen cernitur in derivato nostro ἀληθής, quod, vi naturae suae, est quasi *volvendo solidum faciens* vel passive *volvendo solidum factum*. [Ut formâ adeoque conveniat fere cum ἀληθής pp. *volutatus*, Od. Ι, 388.] Atque inde ad res *incorporeas* translatum idem est ac *verus*; ita ut opponatur voci ψευδής, de qua suo loco. [Si comparemus vocem ἀκηδής, et similes alias, verius videri possit, ἀληθής esse compos. ex α *privativo* et ληθής, quod a λήθω, hoc vero idem ac λάθω, unde lateo Lat.; ut ἀληθής pp. sit id, *quod non lateat*, sive *quod latere non possit*: aut ἀληθής de homine, *qui non lateat* vel et *quem non lateat* res. Conf. Il. Μ, 433. Od.

Od. Γ, 247. et *Theocr.* Id. II, 154. cum vs. 158. E. S.]

Ἄλθω. Est pp. idem fere quod ἀλδέω *volvendo ſolido*, vel *augeo*: unde profecta *ſanandi* notio, verbo noſtro tribui ſolita. Oritur proxime ab ἄλω, de quo ſupra. [Conf. etiam obſervata T. H. ſupra p. 79.]

Ἀλίγκιος. Videtur eſſe pro ἀλίκιος, cujus foem. ἀλικία pp. non differt ab ἡλικία. Ut autem ἡλικία oritur ab ἡλίκος, ſic ἀλίκιος ab ἡλίκος, in uſu, ratione *quantitatis*, (quae inter diverſas res intercedit,) *ſimilis* ponitur, eique reſpondet τηλίκος, ut Latina *tantus*, *quantus*. Inde ἀλίκιος, et, ejus loco pronunciatum, ἀλίγκιος, facili translatione, idem ſignificare potuit, quod ὅμοιος. De voce ἀλίκος, vel ἡλίκος, ſuo loco dicendum. [Ab ἄλω, ἀλίω. pp. *volvo*, *convolvo* etc. est praeter. perfect. ἤλικα, pro ἔαλικα; hinc ἀλίκος et ἡλίκος Porro ab ἀλίκω est ἐάλιγκα, ἤλιγκα. ἄλιγκος, ἀλίγκιος pp. *convolutus*, *conglomeratus*; et hinc forte ἀλίγκιος et ἐναλίγκιος *ſocius*, *ſimilis*, eadem metaphora, quae est in Hebr. עמית *ſocius*, *ſimilis*, pp. *conglomeratus*, *involutus*. Itaque et Od. Θ, 174. ἀλίγκιος ἀθανάτοισιν pp. eſſet עמית לאלהים *ſocius immortalibus*. Niſi mavis repetere a ſtirpe λίω, unde λίκω, λίγκω, λίγκος, λίγκιος, et cum α, praefixa, ἀλίγκιος pp. *ſimili ſplendore praeditus*, atque adeo *fulgore ſuo conſimilis*: quod optime quadraret in locum Il. Ζ, 401. Ἑκτορίδην ἀγαπητὸν, ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ. Praeſidii fortaſſe aliquid nanciſceretur poſterior haec etymologia ex collatione cum noſtro *lyken*, unde *lijk*, *gelijk*. Vide Ten Cate; Aenl. P. II, p. 279. 280. E. S.]

Ἅλις. Graeca ἄλω, ἀλέω et ſimilia ſaepe jam vidimus ſignificare *volvendo in unum ſolidare*, *augere*, et inde quoque *congregare*. Itaque ἅλις, adverbialiter poſitum, pp. ſonat *confertim*, *coacervatim*, et porro *ſatis*, *abunde*, *magna copia* &c. [Uti promiscue dixerunt olim λίσκος et δίσκος, Ὀδυσσεὺς ſive Ὀλύττης, et Lat. *Ulyſſes*, δάκρυμα et lacryma: ita noſtrum ἅλις, permutato λ cum δ, videtur eandem fere propriam ſignificationem habere atque ἅδην, de quo ſupra. Un-

Unde porro ex cognata forma ἅδις fluxisse putem Lat. satis: ut v. gr. *Theocriteum* istud, ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος, rectissime jam convertatur satis *est omnibus Homerus.* Cui accedit non tantum, quod *l* et *t* permutentur quoque in *Thetis* et *Thelis* antiquo, sed etiam quod Gr. ἅλις non aliter ac Lat. satis construi soleat cum sequenti Genitivo. Exempla vide apud H. Stephan. Th. I, col. 324. 325. E. S.]

Ἀλισγέω. Origo quoque est ἅλω, unde ἀλίω, cujus *futurum* ἀλίσω, *volvendi* notione, peperit ἀλίσγω, et productius ἀλισγέω, quod in usu apud interpretes Alexandrinos Vet. Test. maxime notat *volvendo, versandove inquinare sordibus, vel pulvere.* [Respondet adeoque rectissime, apud seniores illos, verbum nostrum ἀλισγεῖν Hebraico גאל, quod eandem *volvendi, volvendoque inquinandi* habet potestatem. E. S.]

Ἁλίσκω reducitur ad originem sic: ἅλω, ἀλίω, ἁλίσω &c. Est proprie *incipio versare* sive *volvere*: unde *capiendi* notionem accepit. Usus ejus latissime patet: ut docent Lexica. [Originem ab ἅλω vel ἅλωμι propius demonstrat *aoristus secundus*, sive *Imperfectum* vetus ἑάλων, ἥλων, et *Participium* ἁλούς. E. S.]

Ἅλισμα nomen plantae est, formatum ab ἁλίζω simili ve forma; cujus origo verbum ἅλω, saepe memoratum. De ratione significationis videantur Botanici. [Conf. *Dioscor.* L. III, c. 169. et Plinius, L. XXV, c. 10.]

Ἀλιτέω. Proxime oritur hoc a nomine obsoleto ἀλίτης, quod non differt nisi sono ab ἀλήτης *erro, vagus*; cujus stirps verbum, jam supra positum, ἀλάω est. Ab ἀλήτης autem verbum descendit ἀλητεύω *vagor*. Simili ratione, a nostro ἀλίτης, verbum ἀλιτέω idem quoque notat *vagor, erro*: unde, in usu, significationem obtinuit *peccandi, scelus admittendi, violandi, offendendi*, et similia.

Ἀλίω *Volvo, voluto*: quae fere propria verbi hujus notio est. Oritur enim etiam ab ἅλω, ut formae plures similes, quas partim jam vidimus, ἀλάω, ἀλίω, ἑλίω, ἰλίω, εἰλίω, ὀλίω &c. [A Graecorum hocce ἀλίω,

ἴλλω, ſive ἀλίω, esſe Lat. ſalio quis neget? Nempe *volvendi* notio translata est ad *levisſimos motus jactationesque* pedum: neque de eo dubitare ſinit alterum ἄλλομαι, noſtro verbo cognatum, et ex eodem fonte ἄλω deductum. Ab eodem hoc ἀλίω est, adjectivum ἅλιος pp. *vagans*, *divagans*, et a ſcopo *aberrans*. Vide omnino Il Δ, 498. Ε, 18. Λ, 376. 380. Κ, 324. Ν, 410. 505. Ξ, 455. Π, 615. etc. Porro metonymice idem hoc ἅλιος est *irritus*, *fruſtraneus*, tanquam *vagus* et *a ſcopo aberrans*, Il. Δ, 26. 158. Ε, 715. Σ, 324. Ω, 92. 224. quod, ne ſuſpiceris, a nobis fictum esſe, en acumen poetae Odysſ. Δ, 349. 384. etc. γέρων ἅλιος ΝΗΜΕΡΤΗΣ, „ *ſenex marinus* non aberrans" ubi Homerus, cavens malum omen in voce ἅλιος *marinus* (ut Il. Σ 141. et Ω, 83. ab ἅλς, Dat. ἁλὶ pp. *ſal*, *ſali*) addit νημερτὴς, id est ἅλιος *marinus*, qui tamen non ſit alio ſenſu ἅλιος, ſive *vagus*, aberrans etc. Ex quibus ſimul jam conſtare poterit, Lat. alius (quod ceteroquin ἄλλος est Graecis, fere ut salio est ἅλλομαι) a Graeco noſtro ἅλιος nequaquam esſe diverſum. Est enim Latinis quoque alius pp. *vagans*, *divagans*, et dein *diverſus*. Quae causſa est, cur Lat. alius conſtruatur cum ſequenti praepoſitione *a* vel *ab*. Vide omnino Virgil. Bucol. I, 65. Horat. Ep. I, 16. 20. Cicer. ad Div. XI, 2. etc. Patet denique hinc, cur *longe alius* idem notet ac *longe diverſus*, et *alias res agere* ſit *diverſas*, et *a ſcopo praeſenti alienas res* agere. E. S.]

'Αλκὴ *robur*. Si analogice retrogrediamur, patebit esſe nomen derivatum ab ἄλω, et quidem a Praeter. perfecto Act. ἦλκα, quod a futuro ἄλσω, verbi ἄλω Vidimus autem, verbi ἄλω inter alias ſignificationes, esſe eam *ſolidandi*, quemadmodum apparet ex dictis ad verba ἀλδέω, et ἄλθω ubi etiam obſervatum, a memorata notione fluxisſe illam *ſanandi*. Utraque etiam conſpicua est in noſtro ἀλκὴ, quod modo *remedium* notat, et, translatione denuo inde facta, *auxilium*; modo refertur ad *vires* et *robur*, quae ſignificatio proxime abest a notione *ſoliditatis*. [A *robore* etiam vocatur Alce canis apud *Ovid.*

Ovid. Metam. L. III, vs. 217. Nescio tamen an simpliciter ab ἄλω *volvo*, *devolvo* etc. ἀλκὴ pp. sit *devolutio*, amolitio: ut in illo Hesiodi, κακῆ δ' ἐκ ἔσσεται ἀλκή. Unde dein ad *vim amolientem*, *robur*que *invictum* commode fieri potuit transitus. E. S.]

Ἀλκιβιάδιος. Est pp. derivatum ab Ἀλκιβίας, quod idem atque ἀλκίβιος, et id quidem proprie notat *remedium vitae*: unde sic eximie, a medicis, vocatur quoddam *Anchysae* genus. Idem quoque ἀλκιβιάδιος dicitur. Nomen autem habet a *viribus*, quibus ea valet. Vox composita est ex βίος, et ἀλκὶ, Dativo nominis ἄλξ, quod idem atque ἀλκὴ, ut Lexica docent. [Ἀλκὶ superest Il. Ε, 299. Ν, 471. Ρ, 61. etc.]

Ἀλλὰ *Sed*. Ut multa sunt vocabula, quae vim habent *Adverbiorum*, sic hoc proprie est *neutrum* plurale, ortum a nomine ἄλλος: unde naturam accepit conjunctionis *adversativae*, *sed*, *aut*, *verum*. Reliquae notiones, quae porro huic voci subjiciuntur, ad eam quoque, quae est vocis ἄλλος, ut propriam, referendae sunt. [Vide omnino de hac particula Clar. Hogevenium, in opere eruditissimo, quod inscribitur *Doctrina Particularum L. Gr.* Cap. I.]

Ἀλλᾶς est genus *farciminis*: *botulum* Latini vocant. Stirps autem obscurior. Forte contracta vox est, et originem habet a verbo ἀλλάσσω. Eo enim ut inclinet animus efficit nota *circumflexi*, quae saepe contractionis indicium est. [Ἀλλᾶς Gen ἀλλᾶντος uti πᾶς, παντὸς, quod cel. auctor ex πάας (pro πάαος) factum statuit. Ergo ut πάας est ab obsol. πάαμι, et quidem pp. *participium*, formae ἱςάς, ἱςάντος, sic nostrum ἀλλᾶς oportebit esse pro ἀλλάας, ex ἀλλάαος, verbi ἀλλάαμι: ut stirps sit ἄλω *volvo*, unde ἄλλω, ἀλλάω, sive ἄλλαμι etc. Ἀλλᾶς autem pp. *volvens se*, vel *volutum* in gyrum, ut solent esse *farcimina* rotunda, et *convoluta*. Ad hoc etymon fortasse respexit Aristoph. in Equit. vs. 1245. ubi, quum Agoracritus dixisset, ἠλλαντοπώλουν, Cleon respondet κυλίνδετ' εἴσω volvite *intro istunc infelicem*. E. S.]

Ἀλλάσσω. Ab ἄλλος verbum est ἀλλάω, cujus

Futurum ἀλλάξω, unde ἀλλάσσω, et ἀλλάττω, significans pp. *alium facio*, adeoque *muto*, *permuto*: quae notio reliquas propagavit, quae, in Medio ἀλλάσσομαι, a Lexicographis notantur. [Ἀλλάσσω pp. est *volvo*, *convolvo* &c. Unde quod in Hebraico est Pf. CII, 27. כלבוש תחליפם ויחלפו *vestimenti instar convolves*, sive *conglomerabis eos* coelos, *et conglomerabuntur*, id ab auctore Epist. ad Heb. c. I, 12., Graecam versionem secuto, redditur καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις (alii Codd. ἀλλάξεις) αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται. Conf. Schult. in Comm. ad Prov. Sal. p. 507—509. E. S.]

Ἄλλομαι. Ab ἄλω *volvo*, *verso*, inter alia oritur ἁλίω, unde proxime Lat. salio. Porro ab ἄλω descendit nomen ἀλτὸς, quod vel *volutum*, vel *coacervatum*, vel *auctum*, significare potest. Posterior notio cernitur in Lat. voce altus: prior in verbo Latino, inde formato, salto. Ab ἄλω, verbum ἄλλω, vel ἅλλω, Medium habet ἄλλομαι, quasi Latine dicas *verso me*, *versor* huc illuc *motu volutorio*, quod proxime a notione *saltandi* abest. [Conf. dicta superius in ἀλάομαι, ἀλέα, ἀλίω &c. Formam Activam ἄλλω· τὸ πηδῶ, saepe commemorat *Etymologus*, uti col. 5: 40. 456: 34. 486: 56. &c. E. S.]

Ἄλλος *alius*. Obscurior quidem primo adspectu ratio translationis, et stirps hujus nominis, videri potest. Puto tamen, esse a verbo ἄλλω, vel ἄλω *volvo*: unde alibi jam vidimus *errandi*, et *aberrandi* notionem ortam esse. Vide supra in Ἀλάομαι. Inde ἄλλος pp. is dicitur, *qui* quasi *aberrat*, et *alienatur*; atque sic alius. A qua notione reliquae, huic voci subjectae, repetendae sunt. [Redi iterum ad ἀλίω, p. 83. Ceterum hic loci observari meretur, hoc ipsum ἄλλος Graecis nonnunquam idem esse ac τὸ *diversus* Latinorum, unde τ' ἄλλα eximie dicuntur *diversa a vero*, rationi non consentanea. Vide *Euripid.* in Thes. H. Steph. T. I, col. 343. E. S.]

Ἀλοάω *Trituro*. Est ab ἄλεος, quod contractum in ἅλως [cum *spiritu aspero*] significans *aream*, in qua *tri-*

trituratur frumentum: ut suo loco videbimus. A notione *triturandi*, nostro verbo adsignata, translatae sunt aliae *comminuendi*, *contundendi*, *pulsandi* &c. [*Etymol.* Ἀλοᾶν· τύπτειν, βάλλειν, καὶ τὸ θρύπτειν ἐπὶ τῆς ἅλω σῖτον. Ceterum ἀλοᾶν, (ut Lat. *commolere*) sensu obscoeno etiam adhibetur ab Aristoph. in Ranis vs. 149. observante cl. *Toupio*, Emend. in Suid. P. II, p. 102. E. S.]

Ἀλόη *Aloë*. Herbae genus: stirps autem dubia.

Ἅλς idem est quasi ἅλος, ortum a verbo ἅλω, quod saepe vidimus, inter alia, significare *solido*, *coacervo*, *coagmento*. Inde eximie sal dicitur ἅλς, a natura ad *coagulandum* proclivi. A notione *salis* porro translatum nomen est, ad denotandum *mare*, ob *salsedinem* aquae. Porro, quemadmodum *sales* a Latinis, sic a Graecis ἅλες dicitur *sermonis lepos*. Idem nomen ἅλς, vel ἅλες, translatum ad eos, qui *communi* quasi *sale* utuntur, poni quoque solet ratione *convictus*, atque sic tandem generatim nonnunquam ponitur de *sodalitatis necessitudine*. [Nescio tamen, an ἅλς, ἅλος Latine sal, (spiritu aspero resoluto in s) potius ducendum sit a notione *exsiliendi*, *subsultandi*. Nihil enim magis obvium, quam *sal*, igni impositum, *exsilire*, et *cum crepitu* quodam *displodi*. Conf. etiam supra in ἅλλω et ἅλλομαι. E. S.]

Ἄλσος *Lucus*. Propria notio et stirps petenda ex iis, quae dicta sunt de verbis, ab ἅλω derivatis, ἀλδέω et ἄλθω. Ἄλσος, nempe, inde ortum, notionem accepit a *conferta* arborum, laete *virentium*, *copia*, et *densitate*: estque proprie *silva*, arboribus *densa*, et *opaca*. Quum autem, antiquis temporibus, hujusmodi silvas fraudibus suis in primis accommodatas viderent gentilium sacerdotes, atque propterea ritibus religiosis saepe dedicarentur, deoque alicui consecrarentur, factum est, ut ἄλσος speciatim fuerit sumtum a Graecis pro *silva*, alicui deo consecrata, seu *luco*. [Ἄλσος, *locus* natura *irriguus*, et *densis arboribus consitus*. Origo vocis ab antiquo ἅλω, (unde Latini habent suum alo) ἄλδω, ἄλσω, ἀλδάω, ἀλδαίνω, ἀλδέω, et ἀλ-

ἀλδήσκω apud *Theocrit.* Idyll. XVII, 78. *augeo, irrorando enutrio*, et ἄλσις, i. q. αὔξησις, *incrementum.* Haec pleraque ſunt in *Homero*, et explicantur ab *Heſychio.* Uſus juſſit, de *lucis* proprie poni, deorum honori conſecratis. Sic jam apud Homerum occurrit Il. Β, 506. ubi Oncheſtus, Boeotiae urbs, vocatur ἱερὸν Ποσιδήϊον, ἀγλαὸν ἌΛΣΟΣ. Recte vetus commentator: πᾶς τόπος σύνδενδρος, ὕδωρ ἔχων, καὶ θεοῖς ἀφιερωμένος, ἄλσος καλεῖται. Vide Strabon. p. 632. ibidemque *Caſaubonum.* cet. T. H.]

Ἀλύη. Sic vocari ſolet *lignum, cui infigitur ſtiva.* Est fortasſe ab ἀλύω *vagor, erro*, de quo mox. Sic autem dici videtur, quaſi *pars* aratri *errans*, quod, *ſtiva* demum infixa, regi potest et ſolet aratrum.

Ἀλύω est ex quinque verbis cognatis, quorum pleraque jam vidimus aliquoties, ἀλάω, ἀλέω, ἀλίω, ἀλόω, ἀλύω: quae ſtirpem communem habent ἄλω; de quo jam abunde dictum ſupra. Ut reliqua inde orta verba, inter alia notat *huc illuc vagor, erro.* Sic quoque ἀλύω: unde ſpeciatim verbum hoc translatum ad animum, in primis poni ſolet de eo, qui *errabunda mente vagatur.* Unde quoque is ἀλύων dicitur, qui, *mente oberrans*, exitum non invenit malorum; qui *animo languet*, prae conſilii inopia et moerore. Praeterea is, qui de tranquillo mentis ſtatu, velut dejectus, nec amplius ſui compos, ſive *gaudio*, ſive alia *commotione*, huc illuc *agitatur*, et quaſi *oberrat.* Unde repetenda notio *exſultandi* prae gaudio, nec non *inſaniendi*, huic verbo quoque adſignata. Tandem, qui *otioſus* veluti *oberrat* mente, atque adeo *otioſus* est, is quoque ἀλύειν dicitur. [Ab ἀλύω etiam deſcendit vox dubia ἀλύται, de qua ita vir maximus. Ἀλύται, vox Elaea, vel Peloponneſiaca: cujus origo non ſatis explorata est. Nam, quae ſcribit T. Faber Agonist. L. I, 18. aliena ſunt, et parum apta. Ῥαβδοφόρον, μαστιγοφόρον, exponit Etymologus. Ῥαβδούχους certe *Olympicos* hoſce *lictores* vocat *Thucydides*, L. V, 50. Virgis etiam, quas adverſus peccantes et protervos expedirent, inſtructi Hellanodicis apparebant,

to-

totamque panegyrin pervagabantur; ut tumultus et rixas, in tanta hominum multitudine, coërcerent. Idcirco nomen esse tractum arbitror a verbo ἀλύειν *circumire*, *oberrare*, quasi *circuitores*, vel περιπόλους dicas. Ἀλύειν vero, perinde atque ἀλᾷν, ἀλᾶσθαι, a primitivo barytono ἄλειν descendit. His qui praeerat, ἀλυτάρχης dicebatur, perhonorifica dignitas, et Hellanodicis proxima. Meminit *Lucianus* in Hermot. p. 572. &c. T. H.]

Ἄλφα, prima litera Alphabeti Graeci, originem habet ex oriente. Quod tamen huic voci ἄλφα, in Lexico, adjicitur, tanquam derivatum ejus, verbum ἄλφω, *invenio*, cum suis derivatis, minime inde repetendum putem. Verius pertinet ad originem ἄλω, quod (quemadmodum aliae formae ἀλδέω, et ἄλθω) sic quoque significare potuit *augeo*, *accumulo*, vel simile: quae significatio majori jure, ut opinor, adsignari potest verbo derivato ἄλφω, quam quae in Lexicis adjicitur, notio *inveniendi*, quae aeque falsa est atque origo. [Respicere auctor videtur ad loca Homeri Il. Φ, 79. Od. Ο, 452. Ρ, 250. Τ, 383. quibus notio *augendi*, *accumulandi*, multo melius sedeat, quam illa *inveniendi*. Quodsi tamen nobiscum reputemus, Grammaticos et Lexicographos veteres, miro quodam consensu, nostrum verbum ἄλφω, cum cognatis ἀλφάω, ἀλφαίω, ἀλφάνω, ἀλφέω cet. exposuisse per εὑρίσκειν *invenire*, notio illa *inveniendi* non omni carere auctoritate videri queat. Quidni ergo potius statuemus, ἄλφειν in origine pp. idem esse quod ἀλύειν (ut pro ἀλύω litera υ in consonam mutata, dixerint ἄλϝω, ἄλφω) pp. *ultro citroque vagari*, *quaerere* hic illic, adeoque etiam *deprehendere*, *invenire*? Favent loca veterum apud *Suidam*, in ἀλφάνει, favent et alia quaedam indicia: uti v. gr. comparatio vocis ἄλφιτον *farina*, ab ἀλφίω *molo*, pp. *in gyrum verto*, *converto*, ductae: sed in primis etymon hoc suadet cognatum verbum ἀλίσκω, de quo supra p. 83. E. S.]

Ἄλφιτον. Nisi sit originis peregrinae, quod tamen vix putem, nomen, ἄλφι (unde hoc nostrum ἄλφιτον)

τον) videri potest descendere a verbo ἄλφω, quod, ut ἀλδέω et ἄλδω, vel ἀλδήσκω, significare potuit *nutriendo augere*, vel *nutrire*: unde itaque ἄλφι, vel ἄλφιτον *nutrimentum*, sive, (ut in Lexicis redditur) *victus*, ad vitam *necessarius*, est, et speciatim *farina hordeacea*. [Origo traditur a Grammaticis haud inepta, ἀπὸ τοῦ ἄλφειν, sive ἀλφέειν, quod idem olim atque εὑρίσκειν *invenire*: quia *primum* alimentorum *repertum*, *paratum*que, crudas fruges comedere dedocuit. Poterant etiam satis concinne ducere ab ἄλφειν, quod notat ὠφελεῖν, *prodesse*, monente Etymologo col. 72. quippe *farina*, hominibus *utilissima*, valde *prodest*. Verum probabilius nomen hoc a *colore* petetur. Ἄλφος enim, vetustis Graecis, est λευκὸς, unde Lat. albus. Etenim epitheton vulgare est λευκὰ ἄλφιτα. Conf. *Aristophanes*, in Pluto vs. 807. Erethriam vocat λευκ' ἄλφιτον *Sopater* apud Athenaeum L. IV, p. 160. quoniam αἱ ἐξ Ἐρετρίας μᾶζαι erant laudatissimae &c. T. H.] Quid proprie notaverit vox nostra, doceat *Etymologus*, in voce, col. 73. Ἄλφιτον, sive ἄλφιτα, κυρίως τὰ ἀπὸ τῶν πεφρυγμένων κριθῶν ἈΛΕΣΘΕΙΣὨΝ θρύμματα, „*farina hordeacea* (vel ex *hordeo excusso*) commolita." Quod ipsum nobis indicare videtur, verum etymon esse ἀλφέω, h. e. *in gyrum volvere*, atque ita *molere*, *commolere*: ut ἄλφιτον pp. sit *commolitum*, et λευκὰ ἄλφιτα adeoque *alba commolita*. Conf. supra in voce ἄλφω. Ceterum ἄλφος, albus, pp. etiam videtur esse *commolitus*, unde facillima translatione, (quia *farina commolita album* colorem praebet) Graeci ἄλφος, pro λευκῷ, dixerint. E S.]

Ἀλφὸς *albae* vitiliginis genus. Est et hoc forte a verbo ἄλφω ductum. [Conf. in voce ἄλφιτον.]

[Ἄλω. Ipsa haec stirps est, unde multae verborum formae, supra jam passim commemoratae, propagantur. Originem, in ἀλέω, clare indicavit Etymol. col. 71: 7. Ἀλῶ· τὸ συστρέφω. Etiam, cum spiritu aspero, elatum ἅλω sive ἅλωμι, quod tempora obliqua praebuit, in verbo cognato ἁλίσκω. Ceterum vide in ἀλέω, aliisque supra positis. Media forma

ma ἄλεται, i. q. ἅλλεται, exstat Il. Λ, 192. 207. Unde et ἆλτο, pro ἥλατο Il. Λ, 211. &c. E. S.]

Ἀλώπηξ *Vulpes*. Vox videtur composita ex α & λώπηξ, et hoc quasi a verbo λωπίζω, quod a nomine λῶπος, significante *corticem*, &, translate magis, *vestimentum*. Λῶπος autem, idem quod λέπος, ortum est a λέπω, Lat. *decortico*, quod etiam λωπίζω significat: a qua forma proprie λωπίζω vix, nisi pronuntiatione, differt. A λωπίζω jam nomen λώπηξ, et ἀλώπηξ, eum significare potest, qui callide cibum *decorticare* novit, quod *vulpi* accomodatum. Quidquid est, a *vulpe* denuo translatum nomen est ad *hominem astutum*. [Firmare videtur hanc etymologiam, quod *vulpes* etiam κερδώ Graecis dicatur, a κέρδω; quod a κείρω, pp *tondeo*, *detondeo*. E. S.]

Ἅλως. Est pro ἅλοος, quod ab ἀλέω: et notat vel *aliquid in orbem* quasi *rediens*, a notione *volvendi*, vel *planitiem*, *in qua* huc illuc *libere vagari* possis. Prior notio transiisse videtur ad *circulum* siderum, vel, qui est *circa solem* et *lunam*, vel qui *in oculo* cernitur, vel etiam *circumferentiam clypei*. Posterior notio eam peperit, qua ἅλως dicitur *area*, et speciatim, in qua *teritur*, et *trituratur* frumentum. Latius autem sumta vox, quamcumque *planitiem* notat: unde quoque *campus frumentarius*, *sata*, et similia nomen habent ἀλωή.

Ἅμα Latine *simul*, *simul atque*. Vox haud dubie a Graeca stirpe profecta: ut non potuerit non oriri ab antiquo ἄμω, quod sedem e Graeca, unde profectum est, in Latinam linguam transtulit; ubi notissimum verbum amo. Quantum autem, probabili conjectura, assequi licet, verbum ἄμω propiam notionem, et primam, habuit *trahendo*, *attrahendo*, similive ratione *admoveo*, *adduco*, *adjungo*: ut ex multis derivatis suis locis commemorandis, clarius apparebit. Ex ista notione *adjungendi*, facile ea nasci potuit, qua ἅμα, adverbialiter positum, iis rebus adjicitur, quae *pariter*, *una*, seu *eodem tempore*, fieri quasi significentur. Adhibetur quoque eandem ob caussam, ad *celeritatem* duarum actionum, *subito*, et *eodem* veluti temporis *momento*,

se-

semet *subsequentium.* Ut in illo ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον. Est autem proprie ἅμα adjectivum *plurale*, neutrum, ab ἅμος *unus*: de quo suo loco. Ἅμα itaque ex omni parte respondet fere Latino *una*. [Stirps ἅμα dedit formam productiorem ἀμάω, ἀμῶ, quod proprie esse Lat. amo, (ex *amao* contractum, et dein correptum) persuadere videntur reliquae formae *amas*, *amabam*, *amavi* cet. Verissime autem conjecisse Lennepium, verbum hoc pp. esse *attrahendo adducere*, *admovere*, patet ex glossa Hesychiana, ἀμᾶσθαι· ἐφέλκεσθαι. Est igitur Latinum amare pp. idem, quod ἀσπάζεσθαι. Quo sensu *Plautus* posuit, in *Poen.* Act. II. *Sine*, AMEM, h. e. patere, ut *complectar amicam meam*, ne obturba. Ceterum ab ἅμα est ἅμος obsoletum, servatum tamen in Latino HAMUS, et foem. ἅμα pp. *comprehensio*, *adductio*: cujus *dativus* sive *ablativus* antiquis scribebatur ἅμαι, dein ἅμα. Quod ipsum ἅμα pp. *comprehensione*, sive *complexu*, est nostrum ἅμα brevius enunciatum. Pari ratione παρά dixerunt Graeci, pro παραὶ, (quod contractum in πρὰ dedit Lat. PRAE) κατὰ, pro καταὶ &c. Ceterum vox HAMA, (quae etiam, leni cum spiritu, AMA scribitur) a *Paullo* et *Ulpiano* JCtis, *Plinio* item et *Juvenale*, servata est. Vide Gesner. in Thes. L. L. et viros doct. ibi laudatos. E. S.]

[Ἄμαθος, ου, *Arena*, *pulvis*. Vide, hac de voce, laudatos viros doctos ab Albert. in not. ad Hesych. T. I, c. 257, ubi differentia ejusdem a ψάμαθος, ex Grammaticis, notata. Stirps videtur esse ἅμα, unde, ἀμάω, ἀμάθω &c. ut ἄμαθος pp. sit *pulvis tenuior*, facillime *adhaerescens* corporibus. Ejusdem originis est ἄμμος, quod vide suo loco. E. S.]

Ἀμαιμάκετος ex antiqua dialecto Jonica repetenda vox est. Nempe ἀμαιμάχετος primo produxit ἀμαιμάχετος, quemadmodum καταβάτης, καταιβάτης, et similia. Porro κ, pro χ, est: ut in Jonico δέκομαι, pro δέχομαι, et similibus. Patet ergo jam, vocem esse conflatam ex ἅμα, et μάχετος, quod posterius a μάχομαι *pugno*, de quo suo loco. Ἀμαιμάχετος ergo pro-

proprie, vi sua, is est, *qui* quasi *proelium arcessat*, *qui se praeliis* usque *adjungat*, qui *animo* in praelium *prono* sit, qui *omni* pugnando *rapiat*, & ita *inexpugnabilis* sit, & quae sunt huius generis notiones aliae. [Mihi quidem simplicior videtur derivatio *Etymologi*, col. 67. Ἀμαιμάκετον· Ὅμηρος (Odyss. Ξ, 311.) Ἱστὸν ἀμαιμάκετον. Παρὰ τὸ μῆκος, μάκετος. διπλασιασμῷ, μαμάκετος, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ι, μετὰ τὸ α, ἀμαιμάκετος, ὁ μακρὸς, καὶ ὑπερφυής. Conf. loca Il. Ζ, 179. Π, 329. Hesiod. Asp. vs. 207. E. S.]

Ἀμάλθεια. Vox composita ex ἅμος, vel ἅμα, de quo dictum modo est, & nomine ἄλθεια, quod a verbo supra memorato ἄλθω repetendum est. Vidimus autem, ἄλθω, vicinum verbi ἀλδαίνω et ἀλδήσκω, pp. significare potuisse *valde augeo*. Est ergo ἀμάλθεια, quasi dicas, *una pariter* vel *simul*, eodem tempore, *nutriendo augens*, adeoque *nutriens*, *alens*. Atque hinc factum, ut nomen adsignatum fuerit *caprae*, quae, inter signa coelestia, Jovem infantem *lactasse* fertur. Cujus κέρας propterea in consuetudinem proverbii huius venit, Ἀμαλθείας κέρας αἰγός. Latini *cornu copiae* vocare solent.

Ἄμαλλα *Manipulus* repetendum arbitror ab obsoleto ἀμάλλω, quod ab ἀμάω, quo de postea suo loco. A *colligendi* notione, quae verbo ἀμάω adsignata est, nostrum ἄμαλλα eximie notat *manipulum* vel *fasciculum manipulorum*.

Ἀμαλὸς *Mollis*, *tener*. Ajunt vulgo, esse pro ἀπαλὸς, nec diffiteor, aliquando literas *labiales*, μ et π, inter se commutari. Docent tamen quam clarissime quaedam notiones, quae derivatis hujus vocis subjectae sunt, ut illa *corrumpendi*, *perdendi*, similesque, falsam esse istam opinionem: quum repugnent istae notiones vocis ἀπαλὸς naturae. Est sine dubio nostrum ἀμαλὸς idem quod μαλὸς, α praefixo, ut saepe fieri am vidimus. De voce autem μαλὸς suo loco dicetur. Verbo suffecerit observasse, ortum illud esse ab antiquo μάλω, cui vicinum μέλω, superstes in lingua Latina, quod, ut produxit verbum m o l l i o,

G sic

ſic Graecum *μάλα*, ejusdem notionis verbum, *μαλάσσω* peperit. Inde jam *μαλδς*, et *ἀμαλδς*, idem valet quod *mollis*, et porro, *molliendo* quaſi *imbecillis*, *debilis*, factus. Inde igitur natae ſignificationes, quae in derivatis cernuntur, *abolendi*, *corrumpendi*, *perdendi*, ſimilesve.

Ἀμάμυξ [ſive *ἀμάμυξις*, vel *ἀμάμαξυς vitis*, aut] *uvae* quoddam genus. Stirps autem dubia.

Ἀμανῖται. Sic *fungi* quidam dicuntur. Et hujus ſtirps dubia.

Ἅμαξα [vel *ἄμαξα*] *Plauſtrum*. Videtur vox copulata eſſe ex *ἅμα*, et *ἄξα*, quod ab *ἄγω duco*, vel *veho*: de quo dictum ſupra. Ἅμαξα itaque, natura ſua, videtur ſignificare *currum*, vel *plauſtrum*, quo *cuncta* ſimul vehantur: quod in notionem vocis apte quadrat. Tales nempe *ἅμαξαι* olim Scythis fuere, qui inde *ἀμαξόβιοι*. [Ab *ἅμω*, ſive *ἅμω*, *ἀμάω*, *ἀμάσω*, fieri potuit *ἀμάσσω*, vel *ἀμάζω*: unde in Perfecto *ἥμαξα* &c. Inde forte ductum noſtrum *ἅμαξα*, vel *ἄμαξα*. Notio *currus* a *conjungendo*, vel *compingendo* repeti commode poteſt, ut in רֶכֶב *currus*, a רכב *coagmentavit*, ex variis partibus *conjunxit* plauſtrum. Ejusdem indolis eſt *ἅρμα*, *ἅρματος*. E. S.]

Ἀμάρα. Niſi repetendum ſit ab *ἀμάω*, *colligo*, fateor me ſtirpem ignorare. Potuit autem inde ſic dici *ſulcus*, in quem aqua *colligitur*, et per quem ducitur ad terram irrigandam: vel etiam *cloaca*, *meatus ſubterraneus*. [Vide Iliad. Φ, 259. *ἀμάρης δ' ἐξ ἔχματα βάλλων*; ubi ab *Apollonio* et *Euſtathio* exponitur *ὑδρορρόη*. Videri poſſit eſſe vox orientalis: eſt enim אמר Hebr. (Arab. *amara*) pp. *fluxit*. Sed malim cum cel. Lennepio e Graeco fonte repetere, et conferre cum Belgico noſtro *trekſloot*, i. e. quae aquam veluti *trahat*, *attrahat*, uti *ἀμάω* pp. eſt *traho*, *attraho*. Favet etiam verbum *ἀμαρεῦ* apud Heſychium *ἀκολουθεῖν* et *ἀμάραν*, ibidem *ἄυλακα*. Vide etiam A. Schultens. infra in voce Ἁμαρτάνω. E. S.]

Ἀμάρακος [ſive *ἀμάρακον*] *Herbae* genus eſt, quod haud ſcio, an a verbo *μαραίνω* nomen acceperit. [Virgilio mollis amaracus dicitur; unde videri

deri queat, efferri potuisse ἀμάρπτειν, pro ἀμάλπτειν. Sed haec sunt valde incerta. E. S.]

Ἀμαρτάνω oritur a simpliciori ἀμάρτω, cujus varia tempora supersunt, quae verbo ἀμαρτάνω adsignantur. Ἀμάρτω autem, nisi me omnia fallunt, repetendum est ab antiquo μάρω, quod inter alia produxit verbum μάρπτω, Lat. *capio*, *prehendo*; ut alibi dicetur. Praefixo jam α *privativo*, quod vocant, ἀμάρτω est *non prehendo*, *non capio*; adeoque *aberro*, veluti *a scopo*, *a meta*, *a via*: unde postea varie transfertur, quemadmodum fere Lat. *erro*, et modo de *errore mentis* ponitur, modo de eo, quo quis a *scopo legis* et *justitiae aberrat*, quando idem notat quod *peccare*, *peccatum admittere*. „ [Nescio quo consensu, concen-
„ tuque, conspiratum a doctis, indoctisque, juxta,
„ ἁμαρτάνειν istud, et ἁμαρτεῖν, ducta esse ex α *privativo*,
„ et μάρπτειν *capere*, *prehendere*, *corripere*. Specio-
„ sum, sed parum solidum. Repugnat *analogia*:
„ nam et ἀμαρεῖν apud Hesychium est ἁμαρτάνειν,
„ πείθεσθαι, ἀκολουθεῖν. Suspicor, sed tantum suspicio
„ est, *originem* sitam in *lubrico motu*, *lapsu*, *fluxu*;
„ quem exserit ἀμάρη, quae est ὑδρορρόη, apud eun-
„ dem; cum aliis, quibus non immorabor. Inde
„ ἁμάρτειν· ἁμαρτεῖν· ἁμαρτάνειν, *lubrico motu labi*, *fluere*:
„ quod est partim *a scopo aberrare*, partim *peccare*,
„ atque *excidere officio*; *lapsare*, ἀτυχεῖν, ὀλισθεῖν." A Schultens. Comment. ad Prov. Salom. c. XXI, 4. p. 248. Magni Schultensii conjecturam (praeter *spiritus asperi* hoc in verbo usum perpetuum) magno opere firmare videtur compositum ἀφαμαρτάνειν, quod apud Homerum similiter est *aberrare* a scopo Il. Θ, 119. 302. Λ, 350. Ν, 160. &c. Repugnaret enim vehementer linguarum analogiae, constructionisque sanioris rationibus, si statueremus, verbum ἀμάρτειν (secundum plerosque, compositum ex ἀ privativo et μάρπτειν) denuo componi cum ἀπὸ *ab*: esset quippe ἀμάρπτειν hoc pacto pp. *non ferire*, et ἀφαμαρτάνειν pp. *non ferire ab*, quod est nihili; quum contra compositionis ratio planissima sit, si cum

Schultensio dicamus, ἁμαρτάνειν pp. esse *lubrico motu excidere*, dein vero ἀφαμαρτάνειν significare *lubrico motu excidere a* scopo. E. S.]

Ἀμαρύσσω *splendeo*, *fulgeo*. Etsi origo non valde aperta est, eadem tamen esse videtur, quae verbi μαρμαίρω *splendeo*. Hoc autem reduplicatione factum est a verbo μαίρω, et hoc a μάρω, diverso ab altero μάρω, cujus modo memini. Μάρω autem a μάω, et hoc tandem, praefixa litera μ (ut non raro fit) ab ἄω repetendum videtur; cujus notionem propriam alibi jam vidimus. Idem tamen translatum ad *ardorem*, *splendorem*, similiave, discimus ex proximo ejus derivato ἄρω, de quo suo loco. Verbum itaque ἀμαρύσσω ab ἄω sic profectum: Ἄω, ἄρω, μαρύω, μαρύσσω, μαρύσσω, ἀμαρύσσω. [Salva summi praeceptoris mei reverentia, hic aliquantum dissentire mihi liceat. Verbum μαρμαίρω, cum ἀμαρύσσω nostro collatum, facit quidem, ut ipse quoque pro certo habeam, stirpem esse μάρω: sed μάρω repetendum esse ab ἄρω, id vero haud videtur verisimile. Primitivum verbum μάω, cum cognatis μέω, μόω aliisque, Lennepio observante, pp. est moveo huc illuc. Jam autem, quid magis in promtu est, quam a *motu tremulo* ortam esse notionem *splendoris* rutilantis, quae in μαρύσσω, μάρμαρος, μαρμαρύζω &c. abunde nota. Etiam *motus tremuli* notio, in verbo cognato μαρίειν, clarissime cernitur apud Hesychium, ubi Μαρίειν exponitur πυρέττειν, ὀχλεῖσθαι *febricitare*, *turbari*. E. S.]

[Ἀμὰς, ἄδος. Navicula. Fortasse a *trahendo*, *ducendo*, quae notio propria est in ἄμω, ἀμάω. Belgice sic dicunt *een trekschuit*. E. S.]

Ἀμαυρὸς non aliam, quam modo memoratum ἀμαρύσσω, stirpem videtur habere; verbum nempe ἄω et inde ortum αὔω. Unde nomen αὖρος, cujus foem. aura. in lingua Latina aliquando *obscuriorem splendorem* notat. Ipsum neutrum αὖρον, a *splendore*, in Latina lingua ad denotandum metallum pretiosissimum transiit. Ab isto jam αὖρος ortum μαῦρος, quemadmodum Graeci pro ὄσχος pronuntiarunt μόσχος.

Μαῦ-

Μαῦρος jam, quasi dicas, *obscurè splendens*, producere potuit ἀμαυρὸς, id est *non splendens*, adeoque *obscurus*: quae propria potestas censenda est; unde reliquae notiones sponte provenerunt. [Conf. supra in ἀμαρύσσω. Μαύρειν videtur pp. idem esse quod μαίρειν *splendere*, *radiare*. Unde de *oculi vitio* acceptum, quod *suffusionem* Latini dicunt: de quo plura vide in Adnotatt. ad Gen. IV, 4. p. 71. 72. Inde notio *obscuritatis* in μαυρεῖν apud Hesiod. Ἔργ. vs. 325. aliisque locis a Cl. Albert. laud. ad Hesych. v. μαῦρον, item in ἀμαυροῦν, cum α intensivo. Compone *Foës.* in Oecon. p. 23. E. S.]

'Αμάω est a supra jam memorato ἅμα. Inde autem proprie maxime ἀμάω significat *colligo*, quasi dicas *attrahendo*, *adducendo in unum* acervum *accumulo*. Ex generali hac notione porro idem valet ac Lat. *meto*, *demeto*, atque inde porro *abscindo*. [Nempe ἀμᾷν est *metere*; pecul. falce *manuali*, ut *manipulum*, manu comprehensum, seces. Vide omnino Hesiod. Ἔργ. vs. 480. collata descriptione Homeri, Il. Λ, 67-69. Favent huic expositioni interpretationes verbi ἀμᾷν apud *Eustath*. *Etym*. &c. ὑφ' ἓν πολλὰ ἕλκειν, ἅμα σπᾷν: apparetque adeo, Latinum amare pp. esse ἀσπάζεσθαι. Conf. supra in Ἅμα. E. S.]

Ἄμβη. Qui contulerit vocem ἅμα, ejusque propriam significandi vim, quam supra exposui, praeterea voces ἀμφὶ *circa*, ἀμφὶς *utrimque*, ἄμφω ambo, de quibus postea agendum, ac tandem Latinum am, in multis compositis superstes, non dubitabit, quin ad eandem, ad quam illae voces, stirpem haec nostra quoque pertineat: atque ita, natura sua, eximie significet *partem petrae imminentem*, et *instar supercilii* eam *ambientem*. [Plura de hac voce dabit *Foës.* in Oecon. Hipp. p. 24. Ab ἅμω est ἄμβω &c. pp. *traho*, *attraho*, *adjungo*, *conjungo*, hinc ἄμβος, η, ον *conjunctus*: Unde in Duali numero *Doribus* ἄμβω Lat. ambo, quod ceteri Graeci dixerunt ἄμφω pp. *duo simul conjuncti*: vide infra suo loco. Ergo ἄμβη pp. fuerit *adducta* pars petrae &c. E. S.]

Ἄμβιξ *Olla*, *cadus*. Nescio, an & hoc ad eandem, quam praecedens nomen, originem pertineat: ut sit, quasi, qui *ambeat*, *amplectatur* res conditas, vel in se injectas. [Nempe a verbo ἀμβίω, (Latinis servato in a m b i o) praeter. perf. est ἤμβικα, pro ἐάμβικα: hinc vero ἄμβικος, unde apud *Etymol*. c. 80 : 18. Ἄμβικον, χύτραν, κάδον, nisi legendum sit ἄμβικα, uti est apud *Hesychium*. Ex ἄμβικος potuit formari ἄμβιξ, aut ἄμβιξ erit ab ἤμβιξαι. E. S.]

Ἀμβλὺς est ex ἀ et antiquo βλὺς, quod a βλύω vel βλῦμι: unde superest βλύζω, *largiter scaturio*, vel etiam *effundo*, *scaturire facio*. Est autem βλύω, vel βλύζω, unum ex iis verbis, quae ὀνοματοπεποιημένα vocantur, factum, nempe, a sono *fontis scaturientis*. Inde ἀβλὺς et, inserta μ, ἀμβλὺς, duplici modo olim sumtum videtur: vel pro *eo*, *qui scaturiginem non habet*, *qui non scaturit*, vel *qui valde scaturit*, sive *qui male*, et *nimia copia scaturit*. Inde porro nomen, in consuetudine loquendi, ad varias res translatum fuit. Ponitur, nempe, ἀμβλὺς, modo de *oculis obtusis*, vel *coecutientibus* quorum nempe *acies instar scaturiginis non projicitur*, vel de *ferro hebete*, quod, quasi, *acumine* suo *eminendo non scaturiat*. Porro ad *cursum* transfertur, diciturque ἀμβλὺς, qui *remissus* ad cursum est, *nec acer* veluti *in cursum effunditur*. A posteriore, quam dixi, notione propria, porro ἀμβλὺς, in derivatis multis, significationen habet *male* quasi *scaturiendo emittere*. Verbum enim ἀμβλοῦται, ἀμβλίσκειν et similia eximie inde, ab Atticis scriptoribus, ponuntur pro *abortum facere*, & habentur tanquam propria *mulieris abortientis*. [Si contuleris voces ἀμβολὴ, *rejectio*, *agger*, ex ἀναβολὴ haud dubie contractam, & ἀμβολάδην, in loco Homer. Il. Φ, 361-364. certissime positam pro ἀναβολάδην, maxime verosimile fiet, verbum ἀμβλύω esse contractum ex ἀναβλύω: sive jam placeat, verbum βλύειν esse primigenium, idque a sono *fontis scaturientis* dictum, sive idem verbum contractum esse censeas ex βαλύειν, a stirpe βάλω, unde βάλλω *jacio* &c. Apparebit igitur, verbum ἀμβλύειν,

ex

ex ἀναβλύειν, pp. esse *projicere*, *opgeven*, *opwerpen*, atque ita *ejicere*, *uitwerpen*: unde facillima notio *abortus*. *Hesychius* in voce ἀμβλύσκει pp. dici ait de *vite*. Porro, a notione hac *projiciendi*, (Belgice *opwerpen*) est significatio *tumoris*, et hinc *hebetudinis*, *delassationis* &c. in nostro ἀμβλύς. E. S.]

[Ἄμβων *Umbo clypei*, pp. *acclivitas*, sive *rotunditas*, *adducendo*, sive *attrahendo* rem, facta. Stirps ἄμω, unde ἄμβω &c. Vide supra in ἀμάω, et adi H. Stephani Thes. in Append. c. 377. 378. E. S.]

Ἀμείβω. Est procul dubio ab ἄμω, unde primum fluxisse verbum ἀμάω, vidimus suo loco. Et vicina sunt ἀμέω, ἀμείω, ἀμεύω, de quo inferius, & nostrum ἀμείβω, quod ab ea notione, quae cernitur in ἅμα, pp. *duabus rebus* competit, quae certa quadam ratione *junctae*, inter se vicissim quasi fiant: atque hinc verbo nostro attribuuntur *commutandi*, *alternandi*, *praetereundi*. et inde *transeundi*, porro *invicem fulciendi*, per successionem *excipiendi*, *remunerandi*, *par pari referendi*, *respondendi*, similesque notiones.

Ἀμέλγω *Mulgeo*. Dubium non est, quin ita fuerit pronunciatum pro μέλγω, quod a simpliciori voce μέλω: quod idem proprie esse ac μόλω, suo loco videbimus. Convenit quoque Latinum mollio, a quo forma proprie tantum differt Latinum mulceo. Μέλγω itaque et ἀμέλγω eximie significant proprie *ubera valde tractando et molliendo lac educere vel exprimere*, neque alia ratio est verbi Latini mulgeo. [Ceterum dubitari nequit, quin ejusdem quoque originis sit Belgicum melken. E. S.]

Ἀμέργω, Latine *exsugo*, vel potius *exprimo*, etsi primam stirpem communem habet cum verbo ἀμέλγω, simplicissimum nempe μέω, ut suo loco dicendum, malim tamen nostrum ἀμέργω proxime repetere a verbo μέργω, praefixo α. Superstes autem μέργω est in lingua Latina, et proprie maxime valet *premo*, *deprimo*: hoc autem a simpliciori verbo μέρω est, cujus, nisi me omnia fallunt, stirps prima μέω, significans proprie *premendo moveo*, inde usu factum est, ut

Graeci *μέργειν* et *ἀμέργειν* dixerint eximie pro *oleas exprimere.*

Ἀμεύω, *Muto, permuto.* Vidimus jam hoc ad verbum *ἀμείβω.* Quemadmodum autem *ἀμείβω* accepit notionem *transeundi*, sic quoque nostrum *ἀμεύω*, cui ista notio peculiaris adhaesit.

[Ἄμη *Falx.* Ab *ἄμω* pp. *traho, attraho.* Vide supra in Ἄμα. E. S.]

Ἄμης, Latine *placentae genus lacteae.* Videtur repetendum ab *ἄμω.* Forte nomen accepit a natura sua *compacta.*

Ἀμία, Latine *piscis* genus. Etsi stirps videtur esse saepe memoratum *ἄμω*, ejus tamen rationem rerum naturalium studiosis explicandam relinquo.

Ἅμιλλα. Non melius, ut opinor, vis vocis exprimi poterit, quam Latino *contentio:* est enim quasi ab *ἁμίλλω*, et hoc ab *ἀμίλω*, quod, intercedente *ἀμίω*, stirpem habet *ἄμω*, unde, ut supra vidimus, *ἅμα.* Jam autem, quod jam aliquoties dixi, *ἄμω* proprie significare *simul attrahendo admoveo*, quid aliud est, quam quod proprie Latino *contendo* exprimitur. Transfertur autem nostrum *ἅμιλλα* cum derivatis suis, modo ad *certamen*, quod corpore instituitur, modo ad *certamen*, quod animi viribus perficitur, modo ad designandam *aemulationem* vel *studium*, similiave.

Ἀμὶς, Latine *matula.* Fortasse et hoc stirpem habet *ἄμω*, ut similis quaedam hujus nominis translatio sit, quae vocis *ἄμβιξ*, de qua supra.

Ἄμμι est nomen *seminis* cujusdam: de quo videantur Botanici.

Ἄμμιον, Latine *minium.* De hoc videant rerum naturalium studiosi.

Ἀμνίον videtur esse diminutivum ab *ἀμνὶς*, et hoc idem quod *ἀμνός.* Proprie autem *ἀμνὸς* significasse videtur *eum, qui amplectatur et comprehendat*, ut mox clarius apparebit, atque hinc forte factum, ut *ἀμνίον* eximie a Medicis Graecis fuerit sumtum pro *membrana, foetui* in utero materno *proxima*, et ipsum totum complectente.

Ἀμνὸς

Ἀμνὸς, Latine *agnus*. Qui similia nomina, ut ſunt κρημνὸς, ὕμνος, aliaque, contulerit, non dubitabit, quin ejusdem formae ſit hoc noſtrum, ut adeo non potuerit non eſſe contractum pro ἄμενος, ut κρημνὸς pro κρήμενος, ὕμνος pro ὕμενος. Est autem ἄμενος, ut reliqua hujus generis, proprie participium, quod non potuit oriri, niſi ab ἄμω. Ἄμενος itaque & ἀμνὸς *is* proprie dicitur, *ſenſu Medio*, *qui complectitur* et *amplectitur*, vel *ſenſu Paſſivo*, *quem amplectitur alius*, ſive qui *amatur*, quod tenerrimo agno non incongruum nomen.

Ἀμόρα, Latine *ſimilago cocta cum melle*. Stirps obſcura.

Ἀμορβὸς. In hac voce explicanda aut fallor, aut valde errant Grammatici. Putem eſſe pro ἄμορος: nam β, non tantum ab initio, jungitur multis vocabulis, ſed in medio etiam non raro interponitur, quemadmodum in Homerico ἤμβροτες, pro ἤμοτες, quod est idem ac ἥμαρτες e verbo ἁμαρτέω. Similiter θάβακος a Graecis pronuntiatur pro θάακος, quod contractum etiam θᾶκος a Graecis dicitur. Jam autem ἄμορος, priore ſignificatione, qua valet *obſcurus* vel *tenebricoſus*, convenire videtur cum ἀμαυρὸς, et ἀμαρύσσω, de quibus ſupra: ut adeo repetendum ſit a verbo antiquo ὄρω, cujus ſignificatio, quae hic ſpectanda est, clare cernitur in nomine ὄρθρος, *diluculum*, atque hac ſignificatione conveniunt ὄρω et ἄρω, verba natura ſua quoque vicina. De ἄρω autem, quantum quidem huc ſpectat, dictum jam ad ἀμαρύσσω. Quod ad alteram notionem, quae huic nomini ſubjicitur, attinet, ἀμορβὸς quidem etiam est pro ἄμορος, ſed hoc compoſitum ex ἅμος vel ἅμα, Latine *una*, *ſimul*, et ὀρὸς, quod ab eodem verbo ὄρω, ſed diverſiſſima ſignificatione, oritur: nempe ὄρω, Latine *concito*, *moveo* produxit derivatum ὄρος, quod in multis compoſitis ſuperest, et notionem habet *gradiendi citato greſſu*. Est itaque ἄμορος, et inde ortum ἀμορβὸς, *qui una vel ſimul citato greſſu fertur*, atque hinc in uſu ſic dicitur *comes*, *aſſecla*.

Ἀμὸς proprie est quasi *in unum adductus*, a verbo ἄμω, atque hinc eximie sic dicitur *unus*, *aliquis*. Hujus foem. proprie est supra commemoratum ἅμα.

Ἄμπελος, Latine *vitis*. Videtur composita vox ex particula ἀμ pro ἅμα et nomine πέλος a verbo πέλω, Latine *verso*, unde πέλομαι *versor* vel *sum*, de quo suo loco. Eximie autem *vitis* sic dici videtur ab *amplectendo variis flexibus arbores*.

Ἄμπρον [*funis*, quo boves onera trahunt, *helcium* H.] Sine dubio ortum est ex ἀμ, pro ἅμα, quod modo vidimus, et nomine obsoleto πρὸν, quod proprie *neutrum*, ab usitato masculino πρὼν, quocum convenit Jonicum πρηὼν, eximie notans *jugum montis prominens*. Stirpem autem eandem habet, quam praepositio πρὸ, contractum nempe verbum πρῶ ex πρέω, de quo suo loco. Ἄμπρον, vi originis, itaque significat *utrimque prominens*, atque hinc in usu eximie sic dicitur vel *jugum* vel *funis per juga tentus*, ad quem *jugatis bobus* magna onera curribus imposita trahantur.

Ἄμπυξ. Est etiam hoc ab ἀμ et nomine πὺξ, quod oritur a πύκω, significante *denso*, *condenso*. Hinc ἄμπυξ significatione non multum abest a nomine ἀναδέσμη: et quidem eximie sic dicitur *ornamentum*, quo fluxi mulierum crines constringuntur, teguntur-que.

Ἀμυγδαλέα, Latine *amygdalus*, proprie foem. est a masc. ἀμυγδαλέος, quod forma convenit cum nominibus ἀργαλέος, θαρσαλέος et similibus, quae *redundantiam aliquam* significant *earum rerum*, *quae primitivo exprimuntur*. Ut autem ἀργαλέος oritur ab ἀργὸς, θαρσαλέος a θάρσος, sic ἀμυγδαλέος non potuit non oriri ab obsoleto ἀμύγδος, quod sine dubio repetendum a verbo ἀμύσσω, vel vicina forma ἀμύγω, de qua infra. Significat autem, ut postea videbimus, ἀμύσσω *sacrificando in partes secare*, et inde *in superficie vellicare*: unde ἀμυχὴ *vellicationem* notat *in superficie*. Apparet itaque, ἀμυγδαλέα proprie dici, quae quasi *multas habeat ἀμυχὰς*, id est *vellicationes in superficie*: id quod cernimus in

in cortice hujus arboris, qui instar cutis *carptae* et unguibus *vellicatae* est.

Ἀμυδρὸς, *Obscurus*. Stirpem eandem habet, quam vox μύδρος. Est nempe inde ortum nostrum, praefixo tantum α. Μύδρος autem (de quo suo loco plura) proxime oritur a verbo μυδάω, proprie significante *madere incipio*, vel *madeo*. Inde jam μύδρος proprie significat, *id quod incipiat madere*, *quod liquescat*, a qua significatione, acceptâ substantivi natura, transiit vox, ad notandam eximie *massam metallicam candefactam et liquescere incipientem*. Ab adjectivo autem μύδρος, ejusque propria notione, nostrum ἀμυδρὸς ortum, proprie quidem notat *valde liquescentem*: inde autem in usu translate *id omne* dicitur ἀμυδρὸν, *cujus vestigia evanescunt*, *quodque* quasi *liquescendo formam suam pristinam amittit*; adeoque, quod *obscurum* est, nec dignosci facile potest.

Ἀμύσσω. Verba vicina sunt μύω et μύω, quibus inter alia subjecta notio fuit, quasi *secando minuendi*, *comminuendi*, ut alibi dicetur. Inde orta nomina μύστος et μυσθός. Utrumque, natura sua, *valet comminutum*, quae virtus conspicua in verbo Homerico, quod ab altero oritur, μιστύλλω, notante *in minutas partes seco*: porro ab altero μύστος est μυστίλη, significans eximie *frustum panis abscissum et resectum*, quo, in coena Hecatae, jus sorbere olim pauperes solebant. Non valde dissimili ratione verbum nostrum ἀμύσσω translatum ad *partes*, *quae sacrificando*, *radendo*, similive ratione, *comminuuntur*: atque ita nostrum ἀμύσσω, praefixo α verbo μύσσω, originem ducere potuit a memorato μύω, et modo significat *sacrificare*, modo *radere unguibus*, modo *vellicare*, *dilaniare*, vel similia; modo, ad animum translatum, valet *excruciare animum suum*, vel simile.

Ἀμφὶ *circa*. De usu hujus praepositionis videantur Lexica: nos tantum causas indagabimus. Est autem vicina vocis ἀμφὶς, quae adverbialiter solet poni, pro *utrimque*; nec dubium est, quin utraque ab ἄμα sit repetenda; et propria quidem notio petenda sit in vo-

voce *utrimque*, ut ita ab *amplectendo* dicantur, de qua notione dictum jam supra. Terminatio autem φὶ, cujus naturae sit, ex pronomine superstite σφὶ apparet. Est enim hoc pro φὶ, et fuerunt in antiqua lingua Graeca φὲ, φὰ, φὶ, φὶν et similia, quae omnia supersunt, et, variis de causis, quas hic inquirendi locus non est, variis vocibus adjiciuntur, ut in μέσφα, ὄχεσφι, ὄχεσφιν, et similibus. Est ergo ἀμφὶ, quasi compositum ex ἄμαφι, vel ἄμαφις; unde usu factum, ut ἀμφὶ praepositionis naturam acceperit, et proprie maxime significaverit *circa*; ex qua notione reliquae facile repetuntur: ἀμφὶς vero eam adverbii tenuerit, notantis proprie *utrimque*. [Liceat hic nobis nonnihil dissentire. Ἀμφὶ, pro quo et ἀμφὲ videntur dixisse, (ut *navi* et *nave*) unde ἀμφιήκης pro ἀμφεήκης &c. pp. est *Dativus* singularis, per ellipsin praepositionis ἐν *adverbialiter* positus: ut ἀμφὶ pp. sit pro ἐν ἀμφὶ, *in circuitu*, ut ἀντὶ, pro ἐν ἀντί. Conf. Iliad. Β, 333. Δ, 328. Ε, 194. Ζ, 117. E. S.]

Ἀμφισβητέω, Latine, *controversor*, compositum est ex ἀμφὶ vel ἀμφὶς, et βητέω, quod a βάω *nitor*: unde usitatissimum βαίνω. A βάω primum oritur βάτος, unde βατέω, et Jonice pronunciatum βητέω, significans vi originis *nitor*, *tendo*, *contendo*; ἀμφισβητέω, vi naturae suae, valet *niti in utramque partem*: unde in usu est, *controversor*, *discepto*, *ambigo*, *contendo*, et porro *contendendo vindico*.

Ἄμφω, Latine, AMBO. Similis hujus, quam praepositionis ἀμφὶ, ratio. Est enim φω terminatio dualis, quemadmodum λόγω etc. Pertinet autem ad obsoletum φὸς, quod non differt a φὶς, φὲ, φὰ, φὶν, nisi forma et casu, μὸς, μὲ, σὸς, σέ. [Rectius fortasse dixeris, ab ἄμω esse ἄμβω, pp. *attraho*, *adjungo* &c. Hinc ἄμβος et ἄμφος, pp. *junctus*, et Dual. ἄμβω pp. *juncti*. Conf. supra in ἄμβη, et Theocr. XIII, 38. E. S.] Vidimus autem ἅμα in primis respicere *duo*, *quae uno et eodem quasi tempore simul fiunt*, atque hinc intelligitur, cur ἄμφω eximie ponatur de *duobus*, *quae pariter et eodem quasi tempore*

fiunt

sunt vel *fiunt*: quum δύω simpliciter ratione numeri dicatur. Quae, Graecorum ἄμφω et δύω, differentia eadem observatur in Latinorum AMBO et DUO, apud accuratiores scriptores.

Ἄμωμον, Lat. *amomum*. Quemadmodum *res*, sic *nomen* fortasse ex Oriente.

Ἄν. Sine dubio oritur a verbo ἄνω, quod superest eo sensu, quo ἀνύω, inde derivatum, poni solet. Proprie autem ἄνω videtur sumtum fuisse de *motu*, *quo versus superiora nitaris*, vel *verseris in superiore parte*, *vel superficie quasi*, atque hinc *perficiendi* notionem, quae verbo ἀνύω subjicitur, profectam esse, alibi dicemus. Hinc jam ἄν, quasi ab ἀνὰ vel obsoleto ἀνὸς, vim accepit particulae *expletivae* et *potentialis*, de cujus latissimo usu consulenda Lexica, et inprimis *Devarius* de *particulis Linguae Graecae*, [et *Hogevenius* p. 87. seqq.]

Ἀνά. Proprie ab ἄνω (ut sit quasi *neutrum plurale*, proxime derivati, ab hoc verbo, ἀνὸς) notionem accepit a *nitendo versus superiora*, vel *versando in superficie*; atque hinc proprie respondet Latino SUPRA, quod nihil aliud est, nisi *neutrum plurale*, contractum a masculino SUPERUS. Mirum itaque non est, ἀνὰ saepe poni pro SUPER. Ex ea autem notione vicina fluxit, qua notat PER, quemadmodum ἀνὰ ὄρη *per montes*, cujus locutionis vim accuratius nos exprimimus *over de bergen*. Porro ἀνὰ CUM valet, ita ut intelligatur *id*, *quo aliquid perficias*, quae notio *perficiendi* cernitur in ἀνύω. Praeterea valet AD, VERSUS, cujus notionis ratio ab eo repetenda, quod in linguis frequenter *altitudinis* idea cum illa *temporis antecedentis* commutatur. Sic promiscue tempora *antecedentia*, et tempora *superiora* vel *altiora* commutantur. Similiter οἱ ἄνω ἄνθρωποι, ad verbum *homines superi*, sunt homines *antecedentium temporum*. Hac ratione itaque ἀνὰ, respectu temporis, primum significavit *ante*, *retro*: quae significatio conspicua est in multis compositis. Dein a *tempore*, ut saepe fieri solet, transiit ad *locum*; ubi rursus hominum antiquis-

quissimorum simplicitas consideranda, quum ex ista notione nostra demum fluxerit. Qui, nempe, ante aliquem quasi stat, ei *oppositus* est, et quasi *adversus*; atque ita ἀνὰ transiisse videtur ad notandum quoque *adversus*.

'Αναγαλλὶς *herbae* nomen est, de quo videant Botanici. Forte ortum ab ἀγάλλω, de quo dictum supra.

'Ανάγκη, Latine *necessitas*, haud dubie oritur ab ἄγχω, de quo supra variis locis. Vidimus autem, ἄγχειν proprie esse *constringendo cogere*, vel simile, inde ἄαγκος et ἄναγκος, cujus foem. ἀνάγκη proprie valet *id*, *quo constringimur et cogimur*, *necessitatem* adeo sive *fatalem*, sive generatim quamvis *aliam*. Inde nomen transfertur ad *tormenta* et *quaestiones*, *quibus aliquis cogitur ad confitendum id*, *quod non vult*; porro in derivatis idem ad *necessitudinis vinculum* saepe transfertur.

'Ανάγυρις est *fruticis* nomen, de quo videant Botanici. Repetendum forte est ab ἀγύρω, de quo supra dictum.

'Αναίνομαι. Recte repetunt quidam verbum hoc a nomine αἶνος, et α privativo, ut sit quasi ἀν ἄινομαι, sive *abnuo*, *respuo*, quasi dicas *nutu vel obscure significo*, *me nolle*. Vide quae dicta sunt ad vocem αἰνός.

"Αναξ oritur a verbo ἄνω, de quo jam dictum supra ad ἄν et ἀνὰ. Oritur autem proxime ab hoc verbo obsoleta forma ἄνας, cujus vestigia reperias in vocativo ἄνα *rex*. Est autem proprie ἄνας, *qui in summitate est*, *qui superior aliis est*. Inde verbum ἀνάσσω *ei* convenit, *qui superior est*, adeoque, *qui imperat aliis*, *qui regnat*. Ab hujus verbi secunda praeteriti perfecti Pass. ἤναξαι tandem est nostrum ἄναξ, in usu significans *regem*, *dominum*.

'Αναρίτης, Latine animal ex *cochlearum* genere. Ortum videri potest a verbo ἀρίω vel ἄρω, de quo videant rerum Naturalium investigatores.

['Ανδάνω *placeo*. Ex ἕδω, vel ἄδω, et dein per ν, ἥδω. Ab ἄδω est ἄνδω, ἀνδέω, ἀνδάνω. De origine significationis vide supra in ἄζω. E. S.]

"Ανδηρον

"Ανδηρον forte est pro ἄδηρον, quod a masculino ἄδηρος, et hoc ab ἄδος quasi, de quo dictum supra ad verbum ἄδω, et vocem ἄδην. Τὸ ἄνδηρον itaque, substantive positum, proprie notat quasi *copiam congestam vel aggestam*, unde inter alia significare potuit *aggeres fluviorum*, ut Grammatici interpretantur.

'Ανέδην haud dubie ortum est ab obsoleto ἄνεμι, cujus loco alia forma invaluit ἀνίημι, ut adeo compositum sit ab ἀνὰ et verbo ἕω, ἵμι Latine *mitto*. Additur autem in ἀνέδην particula δην, quam jam vidimus supra in voce ἄδην. Inde adverbialiter positum notat: *remisse*, *effuse*, *largiter*, *promiscue*, *aperte*.

"Ανεμος, Latine, *ventus*. Repetunt quidam ab ἄω, *spiro*, *flo*. Re tamen diligentius considerata, ortum mihi videtur ab obsoleta forma ἀνέω, atque adeo ab ἄνω: qua stirpe posita, ἄνεμος *is* est, *qui quasi versus superiora tendit*, quod mirifice confirmatur iis, quae de vocis hujus *propria* notione tradit Aristoteles, quum dicit: „ *ex vapore sursum tendente oriri ἄνεμον*."

"Ανευ. Vidimus supra, a verbo ἄνω oriri ἀνὰ, quasi intercedente nomine ἀνός. Huic autem vicinum est ἄνις, quod superest et eodem sensu positum, quo ἄνευ. Ab ἄνις vix nisi forma differt ἄνευς, cujus neutrum ἄνευ adverbialiter positum, quemadmodum, ab ἐΰς vel ἐύς, particula εὖ. Ex his patet, ἄνευ proprie significare *supra* vel *sursum*; ex quo vocabulo Latino clare apparet, quemadmodum ἄνευ inde significare potuerit *sine*: est enim *sursum* nihil aliud quam contractum ex *seorsum*, ubi privationis (cujus notio in Latino *sine*) sunt clara vestigia.

'Ανεψιός. Existimaverim compositum esse, ex ἀνὰ et verbo ἕπομαι, Latine sequor, *comitor*, ut proprie ἀνεψιός sit ὁ ἄνωθεν ἑπόμενος, sive *qui desuper*, quasi, *a latere comitatur*, *et sequitur*: atque hinc aptum nomen, ad significandum *consobrinum*, *amitinum*, *patruelem*, *fratris vel sororis filium*.

"Ανηθον, Latine *anethum*, genus herbae est: de quo videant Botanici.

'Ανήρ, *Vir*. Propria notio quaerenda est in *ea*, *quod*

quod maritum valet, ut aliquando etiam Latinum *vir*. Derivatur enim proxime ab ἄνω, ut sit ἀνὴρ, qui *superior* vel *supra* est, unde, respectu uxoris sic eximie dictus *Maritus* videtur. Latius porro sumtum varias notiones habet, ut Latinum *vir*. [Conf. A. Schultens. Comm. in Job. I, 1.]

Ἀνθέρικος dicitur *Asphodeli fructus*, vel potius, *caulis*. Videtur autem oriri ab ἄνθος *flos*; ut sit derivatum ab ἀνθηρὸς, Latine, *floridus*.

Ἄνθος, Latine, *flos*. Origo est ἄνω, unde descendit ἀνθω. Vidimus autem, ἄνω proprie valere *versus altiora niti*, vel *versari in summitate*. Inde ἄνθος proprie dici potest, *qui est in summitate*, vel *superficie*, et *substantive* alicujus rei *pars summa*: unde eximie sic dictus videtur *flos*, a qua notione varie deinde transfertur, ut Lat. *flos*.

Ἄνθραξ *carbo*, est quasi ab ἀνθράσσω, quod ab ἀνθράω, et hoc ab ἄνθρον, similive forma, cujus vestigia supersunt in nomine, inde orto, ἄνθρυσκα, vel, ut verius dici putem, ἄνθρισκα, Latine, *flores*. Est autem ἄνθρον contractum neutrum a masculino ἄνθερος, *floridus*, quod ab ἄνθος, de quo modo dictum. Quum itaque ἄνθρον significatione non differat ab ἄνθος: nomen nostrum ἄνθραξ *eum* proprie indicat, *qui valde floret*, *vel flore lucido quasi conspicuus est*. Fuit itaque aptum nomen, quo notaretur *carbo valde ignitus*, *vel colore viridissimo et quasi florido illustris*.

Ἀνθρήνη *crabro*. Vidimus jam vocis ἄνθρον, de *flore* positae, vestigia. Inde deductum adjectivum ἀνθρῆνος de *eo* poni potuit, *qui versatur in floribus*, *vel florum quasi incola est*. Hinc foemininum ἀνθρήνη eximie fuit adscriptum generi animalculorum, quae circa flores versari solent, pabuli quaerendi causâ; *crabronibus* nempe.

Ἄνθρωπος, *homo*. De hujus vocis origine multa veteres et recentiores. Sed, quicquid commentati fuerunt, a linguae natura plane alienum est. Vocem diligentius intuenti visum mihi fuit, componi eam ex supra memorato ἄνθρον, et nomine ὠπὸς, quod ab

ab ὤψ, *adſpectus*, *facies*, orto ab ὄπτομαι *video*, de quo ſuo loco. Sic itaque ἄνθρωπος communem linguae Graecae analogiam ſequitur, et compoſitum est, ut alia ſimilia quamplurima, quemadmodum ἀγμωπὸς, ἀῤῥενωπὸς, ὑδρωπὸς, ἀστερωπὸς, καλωπὸς, κοιλωπὸς, μελανωπός. Quae omnia ſi cum noſtro ἄνθρωπος componuntur, facile apparet, proprie ἄνθρωπον [*floridum adſpectu*] eum dici, *cujus facies*, *quaſi*, ἀνθεῖ, *ſive decore ſuo inſignis est*. Sic enim ſaepe ἄνθος metaphorice ſumitur; quod ſive de *barba* intelligere velis, ſive de *formae praeſtantia* prae belluis, aptisſimum certe homini nomen fuit. [Veteres ab ἄνω θρεῖν, ἤγουν βλέπειν, ſolus enim homo, qui *ſurſum ſpectet*. Vide Etymol. col. 109: 16. ubi plura, et confer notisſimum illud *Ovidii*, *Pronaque quum ſpectent animantia* &c. Verum, quia haec derivatio analogiae legibus, a cel. Lennepio prolatis, vehementer repugnare videbatur, aliam longe commodiorem indagavit praeceptor noſter eruditisſimus. Dubito tamen, an & ipſe verum etymon perviderit. Non dicam, accentum differre, quum alia iſta nomina ἀγμωπὸς, ἀῤῥενωπὸς cet. accentum gravem, in *ultima*, habeant, noſtrum vero ἄνθρωπος ſit *acutum* in *antepenultima*: ſed ipſa haec derivatio *hominem* non ſatis a *beſtiis* videbatur diſtinguere. — Ergo conjiciamus potius, veteres illos recte quidem ſtatuiſſe, quantum ad ſenſum; male vero, quantum ad compoſitionem: & ἄνθρωπον dictum quaſi ἀνθέρωπον, h. e. *ſuperiora videntem*. Nimirum ἄνθος et ipſum est contractum ex ἄνοθος, a verbo ἀνόθω, quod ab ἀνόω, e ſtirpe ἄνω. Ἄνοθος igitur pp. est quaſi *ſuperiora tenens*, ſive *ſuperior*; unde eximie ſic dictus *flos*. Sed ab ἄνθος, ἀνθέρος, *ſuperior*, accedente terminatione ὠπὸς ſive ὀπὸς, e verbo ὄπω *video*, *ſpecto*, ἄνθρωπος quoque videtur ſignificare potuiſſe *ſuperiora ſpectantem*. Adſcribamus verba *Lactantii*, in Divinar. Inſtit. Epitome, Cap. XXV. p. 15. *Idcirco enim* ἄνθρωπος, quia ſurſum ſpectat, *nominatur*, ſurſum *autem ſpectat*, *qui* Deum *verum et vivum*, *qui est in coelo*, ſuſpicit, *qui artificem*, *qui parentem animae ſuae*, *non*

modo sensu ac mente, verum etiam vultu *et* oculis sublimibus *quaerit*" &c. E. S.]

Ἀνία *moeror, tristitia*, nisi oritur a masc. ἄνιος et hoc repetendum est ab ἄνω; ut ἀνία proprie sit, *qua quis curis suspensus teneatur*: mihi quidem stirps obscura est.

Ἄνισον, *Anisum*, seminis genus. De origine videant Botanici.

Ἀνόπαια [vel ἀνοπαῖα, *Anopaea*, avis quaedam.] De hac voce tot discrepantes sunt sententiae, ut, quod statuas, vix habeas. Accedit, quod ipsa vox valde suspecta est, qua de re hic agendi locus non est.

Ἀντί. Proprie casus *tertius* est nominis antiqui ἄνς, cujus *casus obliqui* supersunt ἀντί et ἄντα, quorum hoc *adverbialiter*, illud pro *praepositione*, invaluit. Vidimus supra, in voce ἀνά, quemadmodum a notione *altitudinis* ἀνά transierit ad illam *temporis antecedentis*, et inde ad *locum*, aliaque, quae sunt ante. Inde jam facile apparet, quemadmodum praepositio ἀντί, a verbo ἄνω orta, notionem acceperit, quae est *praepositionis* Latinae *pro*: a qua demum significatione varie transfertur, ut Latinum pro; atque modo notat *aequalitatem*, modo *aliter*, modo *comparationem* et *oppositionem* veluti; unde porro fluxit notio *adversus, contra*, quae in primis cernitur in ἄντα et multis derivatis. Est autem memoratum ἄνς quasi ex ἀνδς, et hoc ab ἄνω. Conf. dicta ad vocem ἀνά. [Ἀντί, per ellipsin, dictum videtur pro ἐν ἀντί, unde in usu adhuc ἔναντι. Etiam ἀντὲ (unde Lat. ante) dixerunt. Hinc ἀντήρης, quasi ἀντιέρης &c. E. S.]

Ἄντλος, non dubito, quin sit compositum ex ἀνά et antiquo τλάς, ut nempe τλάς ab antiqua forma τλάω sit; a quo verbo ortum quoque, praefixo ο, ὄτλος *aerumna*, quod reperitur in Lexicis, sub themate ταλάω, quocum eandem originem habet, verbum nempe τάλω, unde ταλάω, et contracte τλάω, vel τλῆμι; de quo suo loco. Significat itaque τλῆμι idem quod ταλάω, Latine *suffero, perfero*. Ἄντλος igi-

igitur est *qui usque perfert* vel *suffert*, vel *sustentat onus impositum*, quae notio etiam valde conspicua est in verbo composito ἀντλάω vel ἀναντλέω: tum etiam in verbo ἀντλέω, metaphorice posito. Ab hac notione generali vocis ἄντλος nata ea est, qua speciatim sic dicitur *Sentina*, quae undique confluentes *sordes* et *eluviem sustentat* quasi; et *perfert*, quae eadem fere ratio est, ob quam *mare* aliquando ἄντλος dicatur. [Rectius fortasse dixeris, ἄντλον pp. notasse, sensu *passivo*, *qui sursum tollitur*, atque adeo *effertur*, sive *exhauritur*, unde, per ellipsin vocis substantivae, notaverit *aquam impuram*, *sordesque*, in imam navigii partem undique *confluentes*, et inde *exhauriendas*. Conf. Odyss. M, 411. O, 478. Instrumentum, sive machina, ejusmodi *eluviem attollens*, *ejiciensque*, ἀντλία antlia vocabatur. E. S.]

῎Αντρον *antrum*. Considerata terminationis natura, patebit, vocem derivatam esse, ut omnia nomina in τρον cadentia, a *tertia* Praeter. perfecti Passivi, adeoque ab ἦνται, quod, retrocedendo per varia tempora, non potest non oriri a verbo ἄνω. Potuit itaque ἄντρον significare *instrumentum quo*, vel *locum in quo aliquid perficias* et *transigas*, similiter ut θέατρον *locus* est, *in quo spectacula eduntur*. Vidimus enim jam alibi, verbum ἄνω, inter alia, significare *ad summum perducere* vel *perficere*. ῎Αντρον ergo generatim *locus est*, *ubi aliquis transigat res*. Jam autem notum est, *antra*, ut ferarum, sic hominum olim habitacula fuisse, ubi nempe degebant et res suas omnes *transigebant* quasi, et *perficiebant*. [Secundum hanc derivationem ἄντρον pp. esset *instrumentum perficiendi*, quod tamen nonnihil ab *antri* notione videtur abhorrere. Quid si dicamus, ἄντρον esse *instrumentum abscondendi*, quasi *absconditorium* et hinc *eene verbergplaats*? Hesychius: Ἀνδρεῖ· κρύπτει. Unde jam repetiit hanc vocem Isaacus Vossius. E. S.]

῎Αντυξ *ambitus*. *circumferentia*. Proprie videtur dictum pro ἀνάπτυξ, et id compositum ex ἀνὰ et πὺξ, quod non multum differt a πύκος vel πύκτος, oriturque

que a τύκω, cujus loco in usu est forma verbi vicina τεύχω, *fabricor, exstruo, facio.* Hinc ἄντυξ, vi praepositionis ἀνὰ, significasse primum videtur *in summitate* vel *superiore parte* vel *supra factum, exstructum*ve, unde speciatim modo *coeli ambitus*, modo *superior circumferentia currus*, modo *planum convexum clypei*, modo simile quid ἄντυξ dicitur. [Conf. Hemst. ad Lucian. Dial. deor. p. 279.]

Ἀνύω. Productior forma est verbi ἄνω, quod ipsum superest, et, praepostero ordine, in Lexicis ad thema ἀνύω refertur. Vidimus jam saepius, ἄνω notare *niti versus superiora*, et inde, *perducere ad summum:* unde, sponte sua, notae notiones *perficiendi, expediendi, conferendi, implendi, consumendi, destruendi, consequendi, festinandi,* &c. in quibus omnibus semper spectari debet *summum*, ad quod actio, istis verbis expressa, perduci potest.

Ἄνω *supra, sursum*, etsi *adverbialiter* ponitur, proprie tamen *neutrum Plurale* est, quemadmodum μείζω, pro μείζονα a singulari μείζων &c. Simili modo ἄνω est ob obsoleto singulari ἄνων, quasi dicas Latine *superus*. Ἄνω itaque est *supera*, et contracte supra. Originem habet saepe memoratum verbum ἄω: ponitur tam de *loco*, quam *tempore*; quam in rem vide jam supra notata, ad vocem ἀνά.

Ἀνώγω *instigo, suadeo.* Vidimus, verbum ἀνύω notionem habere *perficiendi, festinandi* et similes. Huic vicina forma est ἀνύω, cujus Fut. ἀνύσω: inde verbum ἀνύσσω, a quo forma tantum differt et pronunciatione ἀνώγω, significans quasi *valde festinare facio*, adeoque *hortor, instigo*, et similia.

Ἀξίνη ascia, *Securis.* Stirps paullo incertior videtur. Dubito tamen, an sit ἄξινος, cujus foemin. ἀξίνη est, ab obsoleto ξίνος, praefixo α, quod a ξίω repetendum. Est autem ξίω ejusdem naturae, quae est verborum ξέω, ξόω, ξύω, et vestigia reliquit in voce ξίφος. Significat *rado, scalpo*, et est factum a *sono, qui editur scalpendo aliquid.* Hinc jam ἀξίνη dici potest, *quae valde radit vel scalpit*, atque inde eximie

mie *dolabra*, *ascia*. [Ut vox Latina Securis fluxit, sic Graec. ἀξίνη a Futuro ἄξω verbi ἄγω, praeter cetera significantis *seco*, *frango*. L. C. V.]

Ἄξιος est ab ἄγω. Inde proxime ἄξις, quasi dicas Actus, vel *ductus*; unde ἄξιος *qui agi vel duci potest*, et eximie quidem, *qui duci potest lancibus et aestimari*. Ut adeo proprie sit *aestimabilis*, atque inde idem valeat, quod *dignus*, atque hinc in usu aeque aliquando de rebus *vilibus* ac *pretiosis* ponitur, et, ut verba *aestimandi*, Genitivo jungitur.

Ἄξων est a verbo ἄξω, vel ἄγω, *duco*, *veho*, de quo supra Inde Latinum *axis* valet Graecum ἄξων, quasi dicas, proprie, *qui multa vehit*, *vel valde agit*; unde sic eximie *axis rotae*, et inde quoque *axis coeli* dicitur.

Ἀολλής *Confertus*. Vidimus supra, variis in locis, verba ἄλω, ὄλω, similiaque, notionem in primis propriam habere *volvendo versandove congerendi*, *condensandi*, *augendi*, similiumque. Inde ὄλλω, unde usitatum ὄλλυμι, (de quo suo loco) praefixô α nomen produxit ἀολλής; ut adeo ἀολλέες proprie dicantur quasi *in unum convoluti*, *conglobati*, *conferti*, *densi*; quae propria vocis potestas in usu est. [Vide Iliad. Β, 498. Μ, 78. &c.]

Ἄορ, sive ἄορ, *ensis*. Dubia valde et obscura stirps est. Videri tamen potest orta vox ab ὄρω vel, praefixo α, ἀόρω, Latine *emitto*, *excito*: unde transfertur aliquando ad *caulem*, *qui post florem emittitur*. Ἄορ itaque dici potuit, quasi *caulis*, et inde forte ad significandum *ensem* transferri. [Etymologus repetit ab ἀείρω *attollo*, cui verbo quum vicinum sit censendum alterum ἀόρω, eadem significatione praeditum, vox ἄορ dici sane potuit ab *attollendo*. Sed malim ducere ab ἄω, verbo simplici et primigenio, quod ab *Eustathio* p. 80: 1. et. 727: 56. etiam exponitur λάμπω *fulgeo*: ut *ensis* a *fulgore* dictus sit ἄορ. Conf. Hebraicum חרישה, 2 Sam. XXI. 16. et, quae notavimus ad eum locum, in Specim. Obss. ad. V. T. p. 33. 34. E. S.]

Ἀορτὴ *aorta*. Dubium non est, quin ſit ab antiquo maſculino ἀορτὸς, et hoc a verbo ἀόρω, quod non differt poteſtate a ſimpliciori forma ὄρω, *excito*, *concito in unum*, unde quoque ἀορτὴ, Latine *feſtum*, proprie valet *multitudinem in unum concitatam et congregatam*, de quo ſuo loco. Poteſt autem ἀορτὴ active et paſſive ſignificare; et quidem active valet *qui excitatam vel concitatam copiam recipit* et quaſi *cogit in unum*: unde *vaſi* aptum nomen, in quo res plures conduntur. In primis autem quadrat in *arteriam magnam*, quae ſanguinem *excitatum* ex corde partim recipit, partim veluti *excitat*, et ad reliquas corporis partes defert; quae cauſa est, cur Medici Graeci iſtam arteriam eximie ἀορτὴν vocarint.

Ἀορτὴρ. Eandem ſtirpem habet, quam praecedens nomen ἀορτὴ, ſed, vi terminationis, non niſi active ſignificat, vel *eum qui quid excitat* vel *excitatum recipit et continet*, atque inde eximie ſic dicitur *lorum*, vel quodvis aliud, *quo continetur vel appenditur enſis*, vel *pera*, vel ſimile.

Ἁπαλός. Diligentius conſideranti non ab ἅπτω, ut volunt, ſed a πάλω, originem ſuam ducere viſa haec vox fuit. Πάλω nempe (ut ſuo loco dicetur) notat *varie premendo*, *flectendo*, *concutiendo movere*. Unde ſuperſtes nomen πάλος (quod ad ſtirpem πάλλω vulgo referri ſolet) in uſu *agitationem* notat, inde ἀπαλὸς et, mutato ſpiritu, ἁπαλὸς, proprie valet *valde agitatum premendo*, *flectendo*, ſimilibusve modis, atque inde *agitando mollitum*, *ſubactum*, *tenerum factum*; quae ratio, cur ἁπαλὸς rebus *mollibus* et *teneris* tribui ſolet. Qui autem ab ἅπτω repetunt, a ſimplicitate naturae aberrare videntur.

Ἅπαξ. Est ejusdem originis, cujus nomen ἅπας, quod a πᾶς *omnis*, de quo ſuo loco. Terminatio autem αξ adverbialis est, vim habens *collectivam*, vel ſignificans aliquid fieri *uno* veluti *impetu*. Hinc ἅπαξ proprie notat *omnino*, *in univerſum*; atque inde porro *ſemel*, quaſi dicas *ſimul*, *uno impetu*. [Reperitur etiam εἰς ἅπαξ *ſemel duntaxat*, unde videri que-

at,

at, hanc plenam esse locutionem, adeoque, uti ὀλίγον, pro εἰς ὀλίγον, dicitur, ita ἅπαξ dici pro εἰς ἅπαξ. E. S.]

Ἀπαργία *herbae* nomen est, ut etiam, quod sequitur.

Ἀπαρίνη. De utroque videant Botanici,

Ἀπατάω *fallo*, *seduco*, *decipio* &c. Speciosum videri potest, quod multi repetunt verbum hoc a πάτος *via calcata*, vel *trita pedibus*, ut ita ἀπατάω valeret proprie, quasi, a *via abduco*, *seduco*, et ita *decipio*. Verius tamen puto, repeti posse ab ἅπτω, quod idem, ac Latinum antiquum a p i o, unde ortum *aptus*, proprie nihil aliud notans quam *nexus*, *ligatus*, *implicatus*. Est autem hoc a Graeco ἄπω, unde superest ἅπτω, Latine *necto*, *ligo*. Porro a *nectendo circumligando*que nata videtur *irretiendi* notio. Unde derivatum ἀπάτη *doli* notionem accepit; quae quoque ad verbum, inde ortum, ἀπατάω propagata est; ut adeo proprie significet *dolo circumvenire*.

Ἀπάφω. Idem plane significat, quod praecedens, quocum eandem quoque originem habet ἄπω, cujus Praet. Perf. ἧφα, et reduplicatum ἤπαφα. Inde, ablato augmento, est nostrum ἀπάφω: ut pateat adeo, non, nisi forma, differre a praecedenti verbo.

Ἀπειλέω. Verba vicina sunt εἴλω, εἰλέω, εἴλλω, ἴλλω, similesque formae: quae omnes oriuntur ab ἕλω vel ἴλω, de quibus suo loco. Est autem ἴλλειν, atque adeo etiam εἴλειν, inter alia *oculis contortis* vel *volubilibus instar strabonis intueri*, de quo verbo suo loco. Inde ἀπειλέω proprie est *oculos contortos ad aliquem convertere*: unde eximie, sensu *minitandi*, verbum hoc positum fuit. Idem translatum ad *fastum* et *superbiam*, quam quis *supercilio* quasi ostendit. Est autem compositum ex ἀπὸ et memorata forma εἰλέω.

Ἀπελλαί. Vox Laconica est, orta, ut videtur, a modo memorato εἴλλω, vicino verbi ἴλλω, quod inter alia significat *claudo*: quemadmodum ejus compositum ἀπείλλειν *secludo*, quasi dicas *secludere* veluti

septo, atque hinc ἀπελλαὶ dicta *fana*, vel *sacraria*, vel etiam *concio*, *ecclesia*, *coetus*; inde ortum ἀπελλάζειν, vel, pronuntiatione Laconica, ἀπελλάδδειν idem est, quod vulgo ἐκκλησιάζειν.

Ἄπελος, *ulcus*, vel *vulnus*, nescio an sit a nomine πελλὸς, *niger*, *lividus*: ut ἄπελος sit proprie *valde lividus*, unde facilis translatio ad *ulcera*.

Ἀπήνη. Videtur esse a masculino ἀπηνος, quod forte a verbo ἄπω vel ἅπτω; ut ἀπήνη, scil. ἅμαξα, proprie sit *plaustrum jumentis junctum*. Ponitur autem in usu maxime de *curru mulis juncto*.

Ἀπηνὴς *immitis*, *saevus*, quasi dicas, *qui frena non patitur*. Est nempe ex ἀπὸ et ἡνὴς, quod cognatum voci ἡνία *frenum*, de quo suo loco.

Ἄπιος. Videtur proprie esse, quasi *valde frugifera*, vel *uber*, ut sit ex α et nomine πῖος, quod in Lexicis refertur ad thema πιων, Latine *uber*, de quo suo loco. Sic itaque ἄπιος dici potuit commode *pirus sativa*, opposite ad *pirum agrestem*, quae ἀχρὰς dicitur, quasi dicas *sine fructu*.

Ἁπλόος, est ex α et πλόος, quod a πλέω, cui vicinum πλέω. Ab altero Graecum πλέκω, ab altero Latinum *plico* est. Ἁπλόος itaque est quasi *sine plicis*, *simplex*, atque inde *planus*, *apertus*, vel simile. Potest etiam repeti a stirpe ἅπω: ut ἁπλόος vicinum sit alteri ἁπαλὸς *tener*, de quo supra.

Ἀπὸ *A*, *ab*. Origo est verbum ἄπω, proprie significans quasi *premendo nitendo*re *admoveo*, *adapto*: unde superest ἅπτω, Latine apto, id est *necto*. Inde ἀπὸ proprie in primis ponitur, quando res aliqua *proxime* ab aliquo *abesse*, et *ad id* quasi *pertinere* significatur; quae notio quodammodo conspicitur in locutionibus, qualis est, ὁ ἀπὸ στοᾶς, Latine *Stoicus*. Varios porro usus habet, in Lexicis notatos, et ab hac propria notione ortos. Proprie autem est genitivus antiquus, quasi a nomine ἀπός. [Nisi placeat esse *Dativum* vel *Ablativum*, quod suadere videtur alterum ἀπαὶ, apud *Homerum* occurrens Il. Λ, 475 et 603. Est enim ἀπαὶ pp. Dativus vel Ablat. antiquus

quus primae declinationis, a Nominat. ἀπὴ, vel ἀπὰ, uti τιμῆ et Μέσῃ pp. dicta sunt pro τιμαὶ et Μέσαι. E. S.]

'Απος. Vox rarissima, et dubiae auctoritatis est, neque adeo hujus loci. [Vide *L. C. Valckenaer.* ad *Euripid.* Phoen. vs. 858. p. 321. 322.]

'Απτω *necto*, *apto*. Vidimus jam hoc in praepositione ἀπὸ, quemadmodum etiam rationem, quam habet, significandi.

['Απύω *vociferor*, *loquor*, *dico*. Vicinum est alteri ἔπω. Stirps ἔπω *necto*: nisi formatum verbum sit a *sono*. Conf. Odyss. I, 399. K, 83. P, 271. *Hesiod.* Asp. 316. E. S.]

'Απφῦς, ut ἀππὰ, πάππα, πάππας, ἀββᾶ, similiaque, nomina sunt imitantia corruptam pronunciationem infantium vel puerulorum, nondum articulate loquentium, sed titubante lingua patribus abblandientium, sic hoc quoque ἀπφύς.

Ἆρα. Particula syllogistica est, conclusioni inserviens. Proprie idem est, quasi dicas *per connexionem*: nectit enim inter se quasi sententias antecedentis et consequentis. Proprie autem haberi debet neutrum plurale, quasi ab ἄρος, quod ab ἄρω, *apto*, *adapto*. [Plura dabit Clar. *Hogeveen* Doctr. Partic. Cap. V. p. 107-143. E. S.]

'Αρὰ. Stirpem habet verbum ἄρω, cui cognata sunt ἔω ἔρω, et similia; quorum notio prima quaerenda in *eo* est, *quod magna contentione magnoque impetu fit*; unde proxime *excitandi*, *firmandi*, *aptandi*, *adaptandi*que notiones profectae. Ab *aptandi*, *nectendi*que notione ea *dicendi*, quasi *apta nectendi verba*, in primis conspicua est in verbo ἔρω [Lat. SERO, unde *sermo* &c.] nec non in verbo Latino ORO, quod Graecum ἔρω est; unde quoque Latinum *os*. Eadem itaque notio servata in derivato proximo verbi cognati ἄρω, atque adeo ἀρὰ proprie nihil aliud est, quam *oratio*, sive *apta verborum comprehensio et conclusio*. Inde porro nomine ἀρὰ eximie *preces* designan-

nantur; quemadmodum Latino ORO eximie *actio precandi* designari solet. Cumque bonae et malae esse preces possint, rarius quidem de bonis ἀρὰ fuit positum, saepissime vero de malis, seu *imprecatione*, *diris*ve; unde dein altius translatum etiam *noxam*, *damnum*ve notavit.

Ἄραβος. Vidimus, verbum ἄρω proprie significare *cum contentione vel impetu nectere vel aptare*; inde ἀράω, ἀράσσω, ἀράττω; quod proprie est *illidere*, vel *cum impetu adaptare*, *compingere*: ita ut inde strepitus oriatur. Ab ἀράω nomen ἄραος, et inde ἄραβος ob eam caussam eximie *illum strepitum* notat, *qui fit rebus collisis vel illisis*, ut *strepitus dentium prae frigore* aliarumque rerum *collisarum*.

Ἄραδος. Et hoc proxime est ab ἀράω, vel ἀράσσω, Latine *illido*, *collido*, unde eximie notat *collisionem*, seu *pulsum vehementiorem cordis* post aliquod grave exercitium.

Ἀραιός. Dubium videri potest, utrum ἄρω a vaga notione, qua *cum contentione aliquid fieri* intelligitur, transierit ad *ignem ejusque effecta* significanda, an sit a simpliciori ἄω, de quo speciatim dicendum in verbo ἄυω. Quicquid est, ἄρω de *effectis ignis* positum fuisse, certum est, & vidimus jam supra ad verba ἀμαρύσσω, ἀμαυρὸς & alibi; itaque idem docet verbum cognatum Latinum URO. Ab ἄρω itaque formatum ἀραιὸς proprie notasse videtur, *quicquid rarefactum*, *igne relaxatum*, *dilatumque est*; unde porro notat *rarum*, *spongiosum*, *tenuem*, *imbecillem*, & similia.

Ἄρακον. Species *leguminis* est, de quo videndi Botanici.

Ἀρακτὸν. Species est *atramenti sutorii*. Stirps incerta videtur.

Ἀράσσω. Vide dicta ad vocem ἄραβος. Id tantum notetur, ab *illidendi* notione natam illam esse *tundendi*, inde istam *abscindendi*, quam ut primam notant Lexicographi.

Ἀράχιδνα. Plantae genus est, & quidem proprie foem

foem. ab ἀράχνιδος, idem ac ἀρακιδνός, contractum ex ἀρακίδινος, quod a Genitivo ἀρακίδος, nominis ἄρακις, quod idem atque ἄρακος, de quo ante.

Ἀράχνης *araneus*, vel *aranea*. Inter alia ἄχνα vel ἄχνη significat *lanuginem tenuissimam* & quasi *florem lanae*, *in superficie pellis animalis*, ut suo loco videbitur. Vidimus autem, ἄρω significare *adapto* & similia. Ἀράχνης itaque, ex utroque compositum, *eum* notat, *qui adaptat fila instar lanuginis tenuia*, quod aptissimum araneis nomen.

Ἄρβηλος *scalprum sutorium*. Hujus & sequentis nominis

Ἀρβύλη, *calceamenti* genus, stirps obscurior videtur, quare eam mitto. [Vide animadv. ad Analog. Lennep. p. 274.]

Ἀργᾶς genus *serpentis* est, de quo videndi rerum naturalium investigatores.

Ἄργιλος forte est ab ἀργὸς, *albus*, de quo mox dicendum. Ἄργιλος ergo eximie est *albicans*, seu *alba terra* vel *arena*.

Ἀργὸς *albus*, ab ἄρω, Latine URO, *splendeo*, *candeo*. Nomen ἀργὸς proprie respondet Latino *candidus*. Tribuitur autem vox vicina ἀργὴς *fulmini*, *cum impetu ruenti*, & *splendore suo aciem oculorum praestringenti*: unde factum quoque, ut nomen nostrum ad *velocitatem* translatum sit, qua nempe quis *fulminis instar* ruens, quasi, oculorum aciem praestringit. Sic ergo ἀργὸς vulgo redditur vel *albus*, vel *velox*, *celer*.

Ἄργυρος. Derivatum est ab ἀργὸς, *candidus*, *splendidus*, vel *albedine splendens*, atque inde ἄργυρος eximie *metallum* dicitur *candidum*, atque adeo ARGENTUM.

Ἄρδις. Dubium videri potest, utrum proxime oriatur ab ἄρω, *apto*, *adapto*, an vero ab ἀράδω, cognato verbo ἀράσσω, de quo supra; ut dictum sit quasi ἄραδις, contracte ἄρδις, *id*, nempe, *quo aliquid tunditur*, *impetitur*: unde eximie significare potuit *cuspidem teli* vel *sagittae*.

Ἄρδω *irrigo*. A verbo ἄρω sine dubio ortum est, ut pro-

proprie ſignificare debuerit *aptum facio* & *utile*, atque inde quaſi *potu redopto*, *reficio*, id est *adaquo*, *aquatum duco*. Eo enim ſenſu in primis ponitur verbum de *pecudibus & jumentis*, *quae potu reficiuntur & defatigata confirmantur*.

[Ἀρέω. Obſoletum, unde ἀρέομαι pp. *Adapto*, *adnecto mihi*, vel adipiscor, *conſequor*. Conf. *Dawes* Miſcell. Critica, p. 55. 56]

Ἀρέσκω. Proxime oritur ab ἀρέω, quod ab ἄρω, ſaepe jam memorato. Ἀρέσκω itaque proprie notat vel *incipio aptum & utilem facere*; vel, ſenſu neutro, *eſſe aptus & utilis*, atque inde eximie modo. ſignificat *placare*, ſenſu activo; modo, ſenſu neutro, *placere*. [Conf. ſupra, in ἄζω, ἅδω.]

Ἀρετὴ *virtus*. Proprie est foem. a maſc. ἀρετὸς, *aptus* vel *aptatus*, *utilis*, quod ab ἀρέω. Est igitur ἀρετὴ *apta* & *ad uſum accommodata & utilis conditio*; unde *bonitas* cujuscunque rei ἀρετὴ dicitur. Generatim dein ſumtum aeque late patet, ac Latinum *virtus*, quod a *viribus*, vel antiquo Latino *viro*, unde *vireo*, oritur. [Id ipſum Latin. VIRO, unde VIREO, ſtirpem ſuam agnoſcit ἔρω, unde, cum digammate Aeolico, Fέρω, VIRO. Est autem ἔρω cognatum alteri ἄρω, unde ἀρέω: ut facile appareat, quomodo voces ἀρετὴ & virtus in originem eandem conſentiant. E. S.]

Ἀρήγω. Ab ἀρέω, jam memorato, proxime formatur ἀρέγω. Quod, ſi propriam ejus naturam ſpectemus, vix differt ab uſitato ὀρέγω. Ab ἀρέγω est noſtrum ἀρήγω, quaſi dicas, *aptum & utilem ſe praebere*, unde eximie valet *auxiliari*; a qua notione denuo videtur fluxiſſe ea *propulſandi*.

Ἄρης *Mars*, Deus belli. Ab ἄρω, *apto*, *adapto*, atque inde *inſtruo*, *munio*, Ἄρης proprie *is* dictus videtur, *qui inſtruit*, *munit*, *armis* nempe; unde eximie ad ſignificandum Deum belli tranſlatum videtur. Variis autem translationibus inſervit porro; perinde atque Latinum *Mars*. [Si vera est obſervatio Cel. *Lennepii*, literam M *ab initio* interdum vocalibus praemitti, uti in μόσχος, & μόχλος, ab ὄσχος & ὄχλος de-

de-

ducendis, (Analog. p. 208.) quidni, cum *Nunnesio*, ſtatuamus, nomen *Mars* ab "Αρης noſtro eſſe ductum? Nimirum pro "Αρης, ſive potius pro "Αρες, dici potuit "Αρς & inde *Mars*, uti μαραίνω, μάργαρον, μαρύσσω cet. ſimiliter, cum M praemiſſa, a ſtirpe ἄρω facta eſſe, infra docebit vir ſummus. E. S.]

"Αρθρον *articulus*, quaſi dicas *naturalem osſium compagem*. Dicitur enim ab *adaptando*, *compingendo*, & est proprie quaſi ἄρθερον, quod a verbo ἄρθω, cujus ſtirps ſaepe memoratum ἄρω.

'Αρι. Ab *impetu* & *contentione*, (cujus ſignificatio propria ſit verbo ἄρω, ut jam ſupra vidimus) particula ἀρι, quae proprie est *tertius* caſus antiquae vocis ἄρ [vel ἄρης] in compoſitis vim habet *intendendi*.

['Αρία, ſive ἀγρία, *arbor quaedam* perpetuae frondis, inter robur & ilicem media. Vide Botanicos. E. S.]

'Αριθμὸς proprie *ordinem* notat, *in quem res rediguntur computando, & in unam ſummam compingendo*, adeoque *numerum*. Dicitur autem pro ἀρισμὸς, quemadmodum ſimilia, in quibus σ tranſiit in θ. Oritur autem ab ἀρίω, & hoc ab ἄρω, *adapto*, *compingo*.

'Αριοβαρζάνιος est nomen *emplaſtri*, de quo videndi Medici.

'Αρὶς, *inſtrumentum fabrile*. Est forte ortum ab ἄρω, *adapto*.

'Αριστερὸς *ſiniſter*. Nugantur, qui ab ἄριστος, Latine *optimus*, κατ' ἀντίφρασιν nempe, dictum putant. Est nempe quaſi ab ἀριστὴρ, quod forma tantum diverſum ab ἀρητὴρ. &, quemadmodum ab ἀράω ἀρητὴρ est, ſic alterum ab ἀρίω. Utrumque autem ab ἀρὰ *preces bonae* vel *malae*. Hinc ἀρητὴρ & ἀριστὴρ *is* est, *qui precatur* vel *imprecatur & devovet*. Inde ἀριστερὸς dicitur proprie, *quod est imprecatoris* vel *devoventis* aliquid, atque inde, facili translatione, vox tranſiit ad ſignificandum *ſiniſtrum*, & inde porro *noxium*, cujus notionis ratio ex veterum ſuperſtitione facile cognoſcitur. [Videri tamen queat ἀριστερὸς eſſe formae Comparativae ab adjectivo obſoleto ἄρις, pp. *vehemens*, unde ſupereſt ἄρι pp. *vehementer*. Nempe quem-

quemadmodum a λάλις (quod poëtae servarunt) comparativus est λαλίστερος, a λάγνις, λαγνίστερος, sic ab ἄρις, ἀριστερὸς pp. *vehementior*, atque adeo *pejor*, *magis infaustus* &c. Vide etiam mox infra in "Αριστον. E. S.]

"Αριστον est ortum a *tertia* praet. perf. Passivi ἤρισται, verbi ἀρίω vel ἀρίζω, quod ab ἄρω. Significat ergo ἄριστος proprie *adaptatus*, *praeparatus*, unde ἄριστον substantive positum eximie notat quasi *paratum & instructum prandium*. ["Αριστος, ίστη, ιστον pp. *vehementissimus*. Inde *maxime idoneus*, *praestantissimus*, sive etiam *apparatissimus*. Videtur esse formae superlativae, ab adjectivo obsoleto ἄρις (unde modo aderat ἀριστερὸς) non aliter, atque a λάλις, *loquax*, est λαλίστερος, λαλίστατος. Est autem eadem contractio in ἄριστος, quae in βέλτιστος pro βελτίστατος, ἄισχιστος pro αἰσχίστατος, ἔχθιστος pro ἐχθίστατος, κάλλιστος pro καλλίστατος &c. ab obsoletis βέλτις, αἴσχις, ἔχθις, κάλλις. E. S.]

"Αρκευθος. A verbo ἀρκέω, de quo mox dicetur, Latine arceo, *propulso*, productior verbi forma est ἀρκεύω, et inde ἀρκεύθω; quemadmodum ab ἐλάω, ἐλεύω, ἐλεύθω. Inde ἄρκευθος *vim habens arcendi*: unde, sive a *virtute* medica, sive a *spinis*, quibus tangi se negat, eximie sic dicitur *juniperus*.

'Αρκέω, Lat. arceo. Ab ἄρω, *adapto*, *compingo*, est ἄρκος, quod vicinum nominibus ἕρκος et ὅρκος: quibus omnibus quoddam quasi *septum adaptatum et compactum*, *suisque partibus cohaerens*, significatur. Inde ἀρκέω ortum proprie notat vel *aliis septo et munimento sum*, vel *mihi*. Unde duplex notio fluxit, altera, qua est *opitulor*, altera, qua notat *sufficio*; ex quibus dein aliae notiones profectae sunt.

"Αρκτος. Proprie est *compactus*, seu idem plane, quod Latinum arctus; ortum nempe ab ἄρκω, quod ab ἄρω. Inde substantive, ob firmam membrorum *compagem*, *ursus* eximie ἄρκτος dictus. Neque alia ratio est nominis Latini *ursus*, quod ab antiquo *urgo*, unde *urgeo*, quod proprie idem ac Graecum ἄρω, [tanquam a cognata ejus forma ὕρω ortum. E. S.]

"Αρκυς

Ἄρκυς terminatione tantum differt ab ἄρκος, de quo dictum ad verbum ἀρκέω: adeoque significat *septum*, *munimentum*, *quo aliquis circumdatur*; unde eximie ejusmodi *septum*, *quo inclusae ferae capiuntur*, quod est *rete*, Lat. arcus eadem vox est, pp. *curvatum* notans. E. S.]

Ἅρμα proprie *rem compactam* notat, vel *praeparatam*: a verbo, nempe, ἄρω. Quare sic *currus* dicitur [ex variis partibus quasi *compactus*. Etymologiam hanc valde commendat phrasis illa notissima poëtae, ἐν ἅρμασι κολλητοῖσι, pp. *in curribus compactis*. Vide Iliad. Δ, 366. Λ, 198. &c. Ex cujus quidem phraseos collatione *Guietus* tamen frustra rescribi jubebat, apud *Hesiodum*, Ἀσπ. vs. 63. πηκτοῖσιν ὑφ' ἅρμασι, pro eo, quod vulgo edi solet, πλεκτοῖσιν ὑφ' ἅρμασι, quum rectissime etiam dici potuerint πλεκτὰ ἅρματα, uti apud eundem reperitur, vs. 306. εὐπλεκέων ἐπὶ δίφρων. Conf. *Graevii* Lect. Hesiod. Cap. XIX. Hebraice quoque *currum* מרכב vocari a רכב *compingere*, alibi jam dictum. E. S.]

Ἀρνέομαι. Quemadmodum ab ἄρω, *adapto*, verbum αἴρω notionem accepit *capiendi*, *tollendi*que, simili ratione inde profectum verbum ἄρνω, unde ἄρνος pp. *is* est, *qui tollit*: compositum autem ἄπαρνος, proprie, *qui aufert*, et ἔξαρνος, *qui tollendo excipit*, atque sic, *qui*, *quod ponitur*, *aufert negando*, adeoque, *qui inficiatur*, vel etiam, *qui excipiendo negat*, et sic *inficiatur*. Ab ἄρνος duplex jam porro verbum est ἀρνέω et ἀρνόω. Utrumque, ut vidimus, ex origine notat *tollo*; usus autem voluit, ut ἀρνέομαι significaret, quasi, *in sua causa aliquid tollendo negare*, atque adeo *recusare*, *inficiari*.

Ἄρνυμαι proprie Medium est, factum a verbo Activo ἄρνυμι, vel ἀρνύω, de quo modo dictum. Inde igitur ἄρνυμαι, virtute Media, notat quasi *mihi tollo*, *mihi capio*, *recipio*, *adipiscor*, et similia.

Ἄρον est genus *herbae*, de quo Botanici.

Ἀρόω profectum est ab ἄρω, quod in Latina lingua idem ac Graecum ἀρόω, et proprie quidem, no-

notat *aptum et utilem facio*, unde *arandi* notio. [Nisi potius ἀρόω (ut cognatum ἀράω, unde ἀράξω, ἀράσσω, ἀράττω &c.) pp. significaverit *tundere*, et *tundendo frangere*, *contundere*, *confringere* solum, atque ita *arare*. Vide supra in voce ἄραβος, et confer locum Iliad. Ψ, 673.

Ἀντικρὺ χρόα τε ῥήξω σύν τ' ὀστέ' ἀράξω.

Penitusque corpus disrumpam, *ossaque* confringam.

Conf. porro Il. M, 384. N, 577. Π, 324. Odyss. I, 498. M, 412, ad quae loca applicanda est glossa Apollonii Ἄραξε. συνέτριψε, κατέβαλεν. E. S.]

Ἁρπάζω *rapio*. Ab ἄρω est verbum ἄρπω, quod, ut αἴρω simpliciter notionem habet *tollendi*, sic eximie illam *vi quadam subito tollendi* possidet; unde ortum est nomen ἄρπη, *instrumentum* notans, quo *vi*, seu *uno impetu*, *veluti res tollas*, unde eximie *falx* sic dicitur. Ab isto nomine verbum nostrum ἁρπάζω proprie est, quasi, *falce tollo*, *aufero*: inde profecta *rapiendi* notio.

Ἀῤῥαβών ex oriente nomen est, Hebr. ערבון.

Ἄῤῥην *mas*. Antiquior forma est ἄρσην, quam secuti, sponte delabimur ad originem ἄρω. Ut autem ἄροτος παίδων dicitur, in negotio generandi, *proles*, quasi dicas *adaptationem* [pp. *arationem*] *liberorum*, sive παιδοποιΐαν, sic eadem de causa ἄρσην eximie *mas* dictus videtur.

Ἀῤῥιχᾶσθαι redditur *in altum scandere manibus pedibusque*. Fuit autem, antiqua pronunciandi ratione, haud dubie ἀρσιχᾶσθαι, quod a nomine ἄρσιχος repetendum, et hoc ab obsoleto ἀρσίζω; quemadmodum πύῤῥιχος a πυῤῥίζω. Ἀρσίζω autem, ortum ab ἄρσις, similive forma, stirpem habet ἄρω, *adapto*, *compingo*, *compingendo innecto*. Inde jam ἀρσίζω notat *compingo*. Porro ἄρσιχος est *id*, *in quod res compinguntur et compactae servantur*; a qua notione dein ἄρσιχος,

χος, et, mutata pronunciatione, ἄῤῥιχος eximie idem notavit in usu, quod *arca*, *cista*, vel simile. Praeterea, a generali vocis ἄρτιχος notione verbum inde ortum ἀρτιχᾶσθαι, vel ejus loco ἀῤῥιχᾶσθαι, significatione Media, proprie significat *semet compingere in aliquam rem*, vel *innectere*, *gestire*; unde compositum ἀναῤῥιχᾶσθαι recte reddi potest *in altum scandere manibus pedibusque*. [Reperitur etiam ἀναρριχᾶσθαι apud Hesych. T. I. p. 339. Plura dabit Cl. Alberti, hoc loco, et p. 552. — Stirps mihi videtur esse ῥέγω, cognata alteri ῥιγόω, et inde, praeposita α intensiva, atque γ versa in χ, ἀῤῥιχᾶσθαι &c. E. S.]

Ἄῤῥιχος *Cophinus*, *vas vimineum*. Vide dicta in ἀῤῥιχᾶσθαι.

Ἄρς, ἀρνὸς, *agnus*. Sine dubio oritur ab ἄρω; unde duplex forma orta ἀρὸς, et ἄρην. Prius contractum est in ἄρς, posterius, demto α ab initio, superstes est in compositis. Idem cernitur in casibus obliquis, qui voci ἄρς tribuuntur, nempe ἀρενὸς, contracte ἀρνὸς &c. Ratio autem significationis, pro diversa verbi ἄρω notione, varia et nimis vaga est, quam ut commode definiri possit. [Ab ἄρω *necto*, *adnecto*, videtur ducta vox ἀρὸς, pp. *nexus*, *a*, *um*, vel *adnectens* se alteri, eique *jugiter adhaerescens*. Unde nomen hoc datum eximie *agno*, matri suae, indivulso quasi *nexu*, *adhaerenti*. Casus obliqui ἀρνὸς, ἀρνὶ &c. (uti observavit clar. Lennepius) sunt a vicina forma ἄρην, ἄρενος, ἄρενι, contracte ἀρνὸς &c. Porro ab eodem ἀρὸς, et contracto ἄρς, est Lat. ars, *artis*, quasi dixeris *connexionem*, scite *connectendi rationem*. Conf. omnino locum *Ciceronis*, de Orator. L. I. c. 23. E. S.]

Ἀρτάβη, *mensurae Persicae* genus, unde forte origo quoque repetenda.

Ἄρ αμος. A nomine ἄρτος (de quo suo loco dicendum) verba sunt ἀρτάω et ἀρτύω, quae significare adeoque possunt *apparo*, et quidem *cibos apparo*. Inde ἄρταμος eximie *coquus* et *lanius* dicitur: quae posterior notio aliam peperit, qua notat *interfectorem*.

Ἀρτάω. Ab ἀρτὸς, quod, ab ἄρω ortum, notat *adaptatus*, *annexus*. Verbum ἀρτάω proprie est *facio aliquid annexum*, atque inde eximie *appendo*, *suspendo*.

Ἀρτεμής est a verbo ἀρτέω, quasi dicas *compactus sum*, sive *sum ἄρτος*, id est, *perfectus*; ut adeo ἀρτεμὴς significet *integrum*, ac porro *incolumem*.

Ἀρτεμισία, *Artemisia* herba. De hoc videant Botanici.

Ἀρτέμων. Et hoc quoque est ab ἀρτέω, *paro*, *instruo*. Forte autem sic eximie dicitur *velum majus*, quoniam quasi praecipua *arma* sunt navis, quibus ea instrui solet, et a quibus navigantium incolumitas pendet. Dicitur quoque ἀρτέμων *trochlea*, quod ea *adaptantur gravia pondera*.

Ἀρτέομαι. Medium est ab ἀρτέω, et significat *paro*, oriturque a saepe memorato jam ἄρτος, quod ab ἄρω.

[Ἀρτὴρ, ῆρος, *instrumentum bajulorum*, *vectis*. Ab ἦρται, pro ἔαρται, *tertia* praet. Perf. Pass. verbi ἄρω, sive αἴρω. Est nomen formae πατὴρ, et pp. idem notat, quod Belg. *heffer*, *hefboom*. E. S.]

Ἀρτηρία. Proprie est a masc. ἀρτήριος, quod quasi ab ἀρτὴρ, hoc autem ab ἄρω. Inde ἀρτηρία eximie *locus* dicitur, vel *canalis*, *quo quasi adaptantur* [vel *allevantur*, *et tolluntur*] *vox* vel *spiritus*. *Asperam arteriam* vulgo Medici vocant. [Plura dabit hac de voce *Foësius* in Oecon. Hippocr.]

Ἄρτι *modo*, *nuper*. Est quasi a masc. ἄρτις, quod idem atque ἄρτος, *perfectus*. Hinc ἄρτι, ad *tempus* relatum, quasi *perfectum tempus*, *et absolutum* notat, et adverbialiter positum modo valet *nuper*, modo *jam* vel simile. [Quid si *Dativus* sit, vel *Ablativus* obsoletus vocis ἄρς, ἀρτὸς, (pro quo Genitivo recentiores, forma ab ἀρῶν petita, dixerunt ἀρνὸς) Lat. ars, artis. Ut ἄρτι pp. sit *nexu*, vel *connexione*, et ἀρτὶ, pro ἐν ἀρτὶ, ut ἐν αὐτὶ, pp. *nexu temporis*, *modo*. Conf. Odyss. Υ, 166. et ἀρτιεπὴς pp. *nexu* vel *apta ratione dicens*, Iliad. Χ, 281. *Hesiod.* Θεογ. vs. 29. E. S.]

Ἄρτιος productior forma est ab ἄρτος, *perfectus*, *ad-ap-*

aptatus, seu *partibus suis apte cohaerens*; inde modo *integrum*, modo *consentaneum*, notat: modo ad *numerum* translatum significat *parem*, quasi *partibus suis apte cohaerentem*, secus atque est *numerus impar*.

Ἄρτος *panis*, proprie intellectum habet σῖτος, vel simile, quasi dicas *apparatum cibum*. Est enim ab ἄρω *adapto*, *praeparo*, *apparo*. [Nisi, ut לֶחֶם *panis*, *cibus*, est a לָחַם *servit*, *conservit*, *inservit* ori, ita ἄρτος sit a *conferendo*, vel *ori inserendo*. E. S.]

Ἀρτύω ab ἄρω ortum. Ἄρτος peperit ἀρτύω, significans *instruo*, *apparo*, *adorno*: unde ad *condiendi* artem porro transfertur.

Ἀρύω proximum derivatum est verbi ἄρω. Ab *adaptandi* autem notione eximie eam accepit *adaptandi hauriendo*, vel *hauriendo attrahendi*, quare redditur *haurire*, [Quodsi Latinum h a u r i o accuratius consideres, facile apparebit, hoc verbum ab eadem stirpe esse propagatum. Ab ἄρω, nempe, est αὔρω, cognatum alteri ἀρύω: porro ab αὔρω ortum αὐρύω, et, mutato spiritu, h a u r i o. Notio *trahendi*, *attrahendi*, in verbis ἀρύω et h a u r i o, propria est, uti satis apparet, non tantum ex collata altera forma ἐρύω, et diserta glossa Hesychii Ἀρύειν. εἵλκειν, sed etiam ex usu linguae Graecae, uti apud A p o l l o n. R h o d. L. II. legitur *φάσγανα ἀρυσσάμενοι gladios attrahentes*, &c. quemadmodum etiam apud Latinos *piscis* dicitur *hamum haurire*, i. e. *attrahere* atque deglutire, et *fluvio hauriri* apud *Livium* est aquis abstrahi, atque demergi &c. E. S.]

Ἀρχὴ proxime oritur ab ἄρκω, quod idem atque ἀρκέω; significat adeoque proprie quasi *septum*, sive *quamvis* quasi *regulam*, *quodvis punctum*, *a quo incipias*; unde *initium*, vel *principium* cujusvis rei sic dicitur. Inde autem varie transfertur, ratione satis perspicua. [Ab ἄρω *necto*, *adnecto*, ortum praeteritum perf. ἔαρκα dedit verbum ἄρκω. Inde ἄρχω, et hinc iterum ἄρχος, η, ον pp. *qui*, *quae*, *quod adnectitur*, vel *adnectit*, atque adeo *quod incipitur*, vel *ansam sui praebet*, vel

 quod

quod incipit, five praeest, &c. De ἀρχὸς *anus*, *podex* vide *Foës*. E. S.]

Ἄρω. Propria verbi ἄρειν notio posita est in *vi et impetu*, *quo aliquid aliorsum moveatur*, *et admoveatur alteri*; unde notiones omnes, quae huic verbo adsignantur, ejusque derivatis, repetendae sunt. Est autem vicinum verbis ἔρω, ἵρω, ὄρω et ὕρω, de quibus suis locis. [Difficile esse fateor, a notione *nectendi* (quam huic verbo *primariam* esse non semel posuimus) repetere eam *tundendi*, et *tundendo confringendi*, quae tamen notio certo satis constare videbatur ex loco Iliad. Ψ, 673. ceterisque supra laudatis. Itaque alterutrum fortasse verum erit, aut verbum ἄρω primum significasse *nectere*, *nectendo aptare*; notionem vero *arandi*, hoc est *sulcos ducendi*, esse secundariam, ab ἀρὰ, voce substantiva, ductam: quae vox substantiva pp. significaverit *nexum* sive *sulcum serie* quadam et *ordine* dictum, Hebr. חבור, ut *arare* pp. sit *sulcos* ejusmodi *ducere*; aut verba ἀράω, ἀρέω &c. quatenus *tundere*, *tundendo frangere* &c. significent, ab initio habere α adscititium, non originarium, stirpemque adeo veram eorum esse ῥάω, ῥέω &c. unde etiam ῥήσσω, ῥήγνυμι *frango*, *confringo*. E. S.]

Ἄρωμα *Aroma*. Quicquid dicant Grammatici, non puto aliud esse, atque derivatum ab ἀρόω, proprie notante *adapto*, *apparo*. Ἄρωμα igitur proprie est *res apparata*, quasi dicas, *apta compositione et permistione rerum odoriferarum præparatam*: unde eximie *odoramentum* est. [Nisi ἄρωμα, pro ἀράομα, pp. sit *fractum*, *contusum*. Unde apud *Columellam* L. XII, 20. *aromata contusa* &c. E. S.] Ab *arandi* autem notione, quae verbo ἀρόω vulgo tribuitur, ἄρομα, proprie id est, *quod e terra aratro confissa producitur*: unde a Grammaticis aliquando redditur ἀροτρίωμα.

Ἀρωνία, *mespilus arbor*. De hoc videant Botanici.

Ἀσάμινθος, si quid conjicio, forma productior est ab ἀσαμίς. Ἀσαμὶς autem vox composita, ut σκαφαμίς; nimirum ex nomine ἄσις vel ἄση, et ἀμὶς, quod vide suo loco.

co. Ἆσις autem, et ἄση, quum valeat *limum*, seu *colluviem*, ἀσαμὶς proprie est *vas, quo sordes eluantur*, atque idem proprie ἀσάμινθος. Inde translatum videtur ad designandum *solum balneatorium*, seu *pelvim*.

Ἄσαρον herbae genus est, de quo videndi Botanici.

Ἀσβόλη, *fuligo*. Forte oritur a σβέω, Latine *exstinguo*, de quo in verbo σβέννυμι dicendum.

Ἀσελγὴς *petulans*. Est ex ἀ et σελγὴς; hoc autem a σέλω, quod, ut σάλω, proprie de *motu inconstanti*, et *undulante* quasi *maris* ponitur. Inde autem translatum videtur ad *levitatem*, et *petulantiam*, qua quis *insultet* in alios; unde porro *insolentem* et *protervum* notat; in primis autem sedem habet in voluptatibus. [Conferatur Lat. s a l a x, quod a σάλω *salo*, unde s a l i o &c. ut *edax* ab *edo*, *fallax* a *fallo*, et similia. Respondet igitur τὸ ἀσελγὴς (tanquam composit. ex α intensivo, et σελγὴς) pp. Lat *salax*, unde apud *Lucianum*: ἀσελγέστεροι τῶν ὄνων *Salaciores asinis*. E. S.]

Ἆσθμα, *flatus*, *anhelatio*. Proxime oritur a praet. perf. pass. verbi ἀάσθω, contracte ἄσθω. Est autem hoc ab ἀάσω, quod Futurum verbi ἀάζω, de quo dictum supra.

Ἀσίνη herbae genus est, et forte oritur ab ἄση, quod ab ἄδω, ut supra dictum est. Inde ἄσινος et foem. ἀσίνη, quod significatione non multum differt ab ἀδινὸς, de quo supra.

Ἀσίραικος forte idem est, quod ἀσείραικος, et hoc ex ἀ et nomine σειρὰ, de quo suo loco. Dicitur autem ἀσίρακος eximie *genus locustae, pinnis carens*.

Ἆσις *limus*, *coenum*. Est ab ἄδω, Latine *congero*, de quo supra. Inde ἄσις *limus* est *congestus*.

Ἀσκάλαβος genus *animalculi* est, parietes perreptans. Nomen habet a *fodiendo*; est enim ex α et σκάλαβος, quod a σκάλω, unde superest σκάλλω, *fodio*, de quo suo loco.

Ἀσκάλαφος nomen *avis* est, et eandem habet originem, quam vox antecedens. Proxime oritur quasi a σκαλάπτω, cui proprie cognatum est καλάπτω; σ enim hic

hic originale non est. Σκαλάπτω autem est pro σκαλάττω, quod a σκαλίω, et hoc a σκάλω.

Ἀσκαλώπαξ *Gallinago.* Nec hujus quoque alia ac priorum origo videtur.

Ἀσκέντης *grabbatus* vel *vilis lectulus.* Graecum σκάζω *claudico*, et Latinum scando proprie cognata verba sunt, & forma tantum diversa: ut ad verbum σκάζω dicetur. A tertia Praeteriti perfecti passivi verbi antiqui σκένδω, ortum σκέντης notat *qui scandit*, vel *qui ab altera parte instar claudicantis altius eminet.* Inde jam ἀσκέντης, *lectulus*, eximie est *ab altera parte inclinatus.*

Ἀσκαρὶς genus *vermis* est, haud dubie ortum a σκάρις, quod a σκάρω, de quo dicendum ad σκαίρω.

Ἀσκέω, *exerceo.* Haud scio, an proprie sit ab ἀσκὸς, et hoc ab ἄσκω, vel praeterito ἦσκα, ut pertineat ad ἄδω, *congero*, de quo supra. Sic ἀσκὸς proprie erit *id, in quod res congeruntur*, atque inde eximie *uter.* Ἀσκέω autem erit quasi *res congero magno cum studio*, unde nasci potuit *exercendi* generalis notio. Potest tamen etiam ἀσκέω repeti a σκέω, de quo dicendum ad vocem σκεῦος.

Ἀσκὸς, *uter.* Vide quod dixi ad ἀσκέω.

Ἄσκυρον est herbae genus, de quo Botanici.

Ἄσμενος, *gaudens.* Participium est pro ἥσμενος, a verbo ἥδομαι, *laetor.*

Ἀσπάζομαι *amplector.* Est pro σπάζομαι, quasi dicas, *ad me traho:* hoc autem a σπάζω, quod a σπάω, *traho*, de quo suo loco.

Ἀσπάλαθος, *fruticis* genus. Nescio, an communem originem habeat cum voce παλάθη, quam vide suo loco.

Ἀσπάραγος, *asparagus.* Est proprie *primum oleris germen*, orta vox ex α privativo, et verbo σπαράσσω, *dilacero*, de quo suo loco.

Ἀσπὶς *clypeus.* Nescio an sit ab ἀπὶς, σ interposito, ut idem fere sit proprie quod ἁψὶς, quod vide in themate ἅπτω, unde tum etiam ἀπίς.

Ἆσσον *prope, propius*, neutrum est ab ἄσσων, quod ab

ab ἄσσω, et hoc ab ἄσω, quod futurum verbi ἄδω, *congero*, [*conſtipo*] de quo ſupra.

Ἀστακος, *Aſtacus*. Videant Hiſtoriae Naturalis ſtudioſi.

Ἀστάνδης *nuntius*. Origo obſcura et forte peregrina.

Ἀστὴρ. *Stella*. Oritur ab ἄω, ſignificante *ſplendeo*, *luceo*. Est ergo ἀςὴρ, proprie, *qui ſplendet*, *lucet*. Est ergo ἀςὴρ proprie, *qui ſplendet*, *lucet*. Inde Diminutivum apud Latinos *aſterulus*, *aſterula*, *aſtella*, unde, omiſſo *a*, vulgatum *ſtella* est.

Ἀστράβη *lignea ſella* est, quam manu tenent ſeſſores. Oritur haud dubie a verbo στράβω, quod non differt a στρέφω, *verto*, de quo alias dicendum.

Ἀστράγαλος *ſpondylus*, *vertebra*. Dictum est pro στράγαλος, quod proprie non multum differt a nominibus στρόγγυλος, *tortuoſus*, et τράχηλος, de quo ſuo loco. Est autem noſtrum a στραγὸς, de quo dicetur ad vocem στραγγὸς, *tortuoſus*. Ἀστράγαλος autem a *volubilitate*, *qua vertitur* et *torquetur*, nomen accepiſſe videtur.

Ἀστράπτω proprie est *inſtar ſtellae mico*, *ſplendeo*, atque inde *fulgeo*. Est, nempe, ab ἀστὴρ duplex forma ἀςεράω et ἀστερέω. A priori est ἀστράπτω, a poſteriori nomen ἀστεροπή.

Ἄστυ, *urbs*. Veriſimile est, ἄσταυς proprie dictos eſſe, quaſi *confertos* vel *frequentes homines*; ἄστυ vero, quod *neutrum* maſculini ἄστυς, proprie ſignificaſſe *denſum*, *confertum*: a verbo, nempe, ἄδω, de quo ſupra. Sic ἄστυ proprie erit *oppidum*, *aedificiis contiguis refertum*; quod vocabulo συχνὸς aliquando Graeci exprimunt. Ἀςοὶ porro *oppidani* ſunt.

Ἄσφαλτος, *bitumen*. Oritur a σφάλλω, quod reſpondet Latino fallo. Rationem nominis apte reddunt Grammatici.

Ἀσφόδελος, *aſphodelus*, *plantae* genus, dictum est pro σφόδελος, quod non videtur differre a σφόδυλος, et σφόνδυλος, de quibus in voce σφονδύλη.

Ἀσχάλλω, *moereo*, *doleo*, est ab ἀσχάλω, et ſimpliciori

ciori ἀσχάω, quod ab ἀχάω, hoc ab ἄχος, *dolor*, de quo ſuo loco.

Ἀταλὸς videtur eſſe a ταλὸς, quod a τάλω, unde ταλάω, *ſuffero*. Inde ἀταλὸς, *qui non ſuffert*, *tener*, *delicatus*, in primis autem *pueri*, *delicatius enutriti*, est; unde etiam notat *pueros delicatiores*, ſimilesque. Inde verbum ἀτάλλω valet vel *puerorum more ludo*, vel etiam *puerum delicate inſtituo*, et *nutrio*. [Idem etiam, reduplicata forma, effertur ἀτιτάλλω: ut Il. E, 271. Π, 191. &c. E. S.]

Ἀτὰρ idem proprie est, quod αὐτάρ. Alterum ex ἄτε et ἄρ, de quo ſupra; alterum ex αὖτε et ἄρ. Uſus optime cognoſcitur ex exemplis.

Ἀτάρμυκτος. A τάρω est ταράω, ταράσσω, *turbo*, unde quoque τάρβος, *terror*. Ab eodem quoque τάρμος, unde ταρμοσύνη, itidem *terror*, produxit ταρμύω, ἀταρμύω, ἀταρμύζω, et inde ἀτάρμυκτος, quod adeoque forma tantum differt ab ἀταρβὴς, *imperterritus*.

Ἀτάσθαλος *pernicioſus*. Ab ἀτάω, *damnum infero*, (de quo mox) ortum ἀτάσθω noſtrum ἀτάσθαλος peperiſſe videtur.

Ἀτάω (a ſimpliciori ἄτω, de quo jam ſupra alibi dictum) proximum est verbis ἄδω et ἄτω, et quidem ex notione verbi ἄδω facile patet, quomodo ἄτω et ἀτάω notionem acceperit *damnum inferendi*. Est enim quaſi *nimia copia congeſta* vel *mole rerum obruo*, atque ita *laedo*, *damnum infero*.

Ἄτε est ex ἅ, quod ab ὅς, et particula τε. De utroque ſuo loco.

Ἀτέμβω *contriſto*. Videtur productior forma eſſe ab ἀτέω, quod vicinum verbo ἀτάω, de quo ſupra: ex cujus notione facile illa hujus verbi deducitur. [Uti ἀθαμβὴς, *qui ſtupore non percellitur*, compoſ. ex ἀ et θαμβὴς, ita noſtrum quoque ἀτέμβω compoſ. videtur ex α et τέμβω, quod a τέμω *ſeco*: ut ἀτέμβειν pp. ſit *portione* ſua aliquem *privare*. Conf. Iliad. Λ, 704. Ψ, 445. 834. Odyſſ. Β, 90. Ι, 42. &c. E. S.]

Ἄτερ *abſque*, *citra*, niſi ab ἄτω quadam ratione ſit ortum, ſtirps mihi quidem obſcura est.

Ἀτμε-

Ἄτμενος et ἀτμὴν *servus*, videtur ortum ab ἄδω, de quo suo loco. Unde ἄτμενος participialis forma proprie est, quasi *belli laboribus subactus*. Litera τ in hoc, ut multis aliis, loco σ est.

Ἀτμὸς *vapor*, est ab ἄω, *flo*, *spiro*. Sic τ autem et hic loco σ est.

Ἄτρακτος *fusus*. Ab antiquo τράκω (quod idem ac τρέχω, τρόχω, &c. *in orbem verto*, *curro*) nostrum τράκτος et ἄτρακτος ortum videtur. Conveniunt autem memorata verba in origine τέρω, unde τράω, τρέω, τρόω, de quibus alio loco.

Ἀτράφαξις *atriplex*, *oleris* genus, de quo Botanici.

Ἀτρεκὴς *verus*, *certus*, et magis proprie *perspicuus*, *planus*, *apertus*, est a τρέκω, quod a τρεω vicino verbo τράω (de quo ad verbum τιτράω dicetur.) Significat *perforo*.

Ἄττα. Atticum est pro ἄσσα, et hoc pro ἄσα, quod idem atque ἄτινα.

Ἀττάγας *avis* genus, nisi sit ab ἄττω, origo obscura est.

Ἀττάραγοι, *pustulae*, seu *frustulae*, *quae pani nimium decocto decidunt*, et hoc videtur ortum ab ἄττω.

Ἀτταταὶ, et Ἀτταταιὰξ, Interjectiones, factae a sono.

Ἀττέλαβος *locustae* genus. Dubito, an sit et hoc ab ἄττω.

Ἄττω. De hoc vide in verbo ἀΐσσω.

Ἀτύζω *terreo*. Videtur ortum ab ἄτω, et quidem vicinum esse verbo ἀτάω.

Αὖ est quasi *neutrum* ab αὺς, ut εὖ est ab ἐΰς. Dicitur autem adverbialiter variis modis aliquid αὖ fieri. Origo videtur verbum ἄω.

Αὐγὴ *splendor*. Vidimus supra, verbum ἄγω et ἄζω inter alia notare *splendeo*. Inde ἀγὴ, et usitatum αὐγὴ, *splendor* est.

Αὐδὴ *vox*. Ἄδω vicinum verbo ἀείδω et αὔω, quibuscum communem stirpem habet ἄω, *dico*, *loquor*, produxit nomen ἀδὴ et usitatum αὐδή.

Ἀυθέντης, vox composita ex αὐτός, et nomine ἕνθης, cujus origo ἄνω. Hujus autem vestigia perpauca supersunt, quapropter ejus vis cognosci debet ex vicino ἄνω vel ἀνύω, ex quo patet ἕνθης posse significare vel *qui perdat*, vel *qui perficiat*. Prior potestas vocis in composito αὐθέντης viguit apud veteres. Est enim *qui ipse vel se vel alium perdit*, *interficit*; posterior notio cognita fuit in primis recentiori Graeciae, ubi αὐθέντης dicitur, *qui ipse suas res perficit*, eximie *Dominus*.

Αὖλαξ. Ab ἄλω, cui *volvendi*, *versandi*que notio est, nomen ἄλος peperit αὐλος, eximie notans *tubum*, *quasi volvendo in longum productum*; inde eximie *tibia*, hinc αὐλὴ proprie est, *quod tibiae instar vento perflatur*. Inde eximie *atrium*. Ab eodem verbo porro ἄλοξ ut et ἄυλαξ *sulcus*, quasi *meatum* dicas *in longum productum* in morem *tibiae*, per quem aqua perducitur.

Αὐλὴ. De hoc et sequenti vide in αὖλαξ.

Αὐλὸς vide in αὖλαξ.

Αὖρα, *ventus*, *lenior* in primis, qualis *mane* flat, est ab ἄρω vel forte αὔω: tametsi utrumque est ab ἄω, de quo in αὔω.

Αὔριον *cras*, proprie neutrum est ab αὔριος, quod ab αὔρα; de quo modo dictum.

Αὐστηρὸς, *austerus*. Ab αὔω, *sicco* vel *uro*, est αὐστὴρ, quod superest etiam apud Latinos in voce a u s t e r. Inde αὐστηρὸς ad *saporem* translatum.

Ἀυτμὴ *halitus*, *vapor*, est pro ἀϋσμὴ, quod ab ἄυω, de quo suo loco.

Αὐτόματος *spontaneus*, proprie quasi *a se ipso* vel *sponte excitatus*, *motus*. Est nempe ex ἀυτὸς & μάτος, quod a verbo μάομαι; de quo suo loco.

Αὐτὸς est ex αὖτε, vel αὖ, τε, & ὅς. De singulis suo loco.

Ἀὐχέω. Ab ἄγω, *duco*, *educo in altum*, est ἄυγω, & Latinum a u g e o. Ei vicinum ἄχω produxit ἄυχω, & nomen ἄυχης, quasi dicas *qui se effert in altum*, vel *magnum facit erecto collo*; quod hinc eximie αὐχὴν dicitur. Inde αὐχέω valet *effero me*, *glorior*.

Ἀὐ-

Α'υχὴν *collum*. Vide in αὐχέω.

'Αυχμὸς. Ab αὔω, *ſicco*, *uro*, *calefaciendo* nempe; oriri potuit αὔχω, unde ἥυχμαι. Inde nomen αὐχμὸς, proprie *ſiccitas e magno aeſtu*.

Α'ύω a ſimpliciori ἄω est. Unde notat *ſpiro*, *ſpiritum calidum emitto*: inde porro notio *ſiccandi*, *arefaciendi*, *accendendi*, *urendi*, *ſplendendi*, ſimilesque, huic verbo adſignatae. Praeterea a *ſpiritu* oris, cum ſonitu emiſſo, modo ſignificat *reſonare*, modo *alte dormire*.

'Αφάκη genus *leguminis* est. Forte autem repetendum nomen est a φακὴ, Latine Lens; de quo ſuo loco.

"Αφαρ *ſtatim*, *continuo*. Videtur eſſe ab ἄφω, quod idem atque ἄπω, & ἅπτω, *necto*. De quibus ſupra.

'Αφάρκη *arboris* genus *ſemper virentis* est. Origo dubia videtur; de qua videant Botanici.

'Αφαυρὸς *imbecillis*. Quemadmodum a φέρω ortum φέρτος, a φόρω, φόρτος, (unde Latinum FORTIS, ratione *virium* & *roboris*, proprie ponitur) ſic a vicino verbo φάρω, ortum φάρος, & inde φαῦρος, *validum* denotare potuit, & *rebus gerendis aptum*. Inde adeoque ἀφαυρὸς *imbecillis*, *debilis*, dici potuit.

'Αφελὴς *ſimplex*. Videtur eſſe a nomine ἀφὴ, quod a verbo ἅπτω, ut ſit, *qui tangi poſſit*, atque inde *ſimplex*.

"Αφενος. Non melius intelligitur vocis natura, quam ex Latino nomine Fenus (ſeu Foenus) et est pro φένος dictum, quod a φέω, cujus verbi eadem ratio, ac vicinorum φύω & φύω, *produco*, *foecundus ſum*.

"Αφθαι ſunt *ulcera maligna ſerpentia*, *ignea caliditate praedita*: unde facile apparet, oriri nomen a verbo ἅπτεσθαι, quod inter alia notat *accendi*.

'Αφία *planta* quaedam; de qua videant Botanici.

'Αφροδίτη. Sic dicitur *Venus* a *ſpuma*: & quidem rationem nominis a ſeminis natura *ſpumoſa* non male forte repetunt quidam. Est, nempe, proprie *foemininum* ab ἀφρόδιτος, id est, proprie, *qui ſpumam movet*

vet vel *excitat*; nomine composito ab ἀφρὸς, *spuma*, & δῖτος, quod a verbo δίω, Latine MOVEO: de quo suo loco.

Ἀφρὸς proprie dicitur *spuma*, quasi quae tactu facillime adhaeret. Est enim proprie pro ἀφερὸς, quod ab ἀφὴ *tactus*, id autem ab ἅπτω *tango*.

Ἀφύω notat *promendo haurio*, ut etiam productior forma ἀφύσσω. Mihi quidem videtur factum verbum a *sono* sorbentium.

Ἀχάνη genus *mensurae*, forte ortum a χάνω vel χαίνω, *hisco*, *pateo*.

Ἀχάτης scilicet λίθος. Sic nempe dicitur *lapis de genere pretiosorum*, quasi dicas, *qui nullius coloris indigens est*. Videtur, nempe, nomen ortum ex α privativo, & nomine χάτης: unde ortum verbum χατέω, *indigeo*, de quo suo loco. Nominis χάτης autem origo est χάω, Latine HISCO.

Ἄχερδος *spina* quaedam. Forte ortum nomen ab ἄχος, quod, ut postea dicetur, idem proprie atque Latinum ACUS; atque inde *spina*.

Ἀχερωΐς Latine *populus alba*. Oritur a simpliciori ἄχερος, quod ab ἄχος.

Ἄχθος *onus*. Ab ἄγω ortum ἄχθω peperit nomen ἄχθος, Latine *onus*, *quod fertur*; atque inde translate quoque *molestia*.

Ἀχλὺς videtur proprie esse pro ἀχελὺς, quod ab ἄχος, Latine *moeror*. Inde ἀχλὺς *moerorem quasi adferens*, atque inde eximie *nebulosa quaedam obscuritas*.

Ἄχνα proprie foem. est ab ἄχνος, quod pro ἄχινος: hoc ab ἄχος, quod idem atque ἄκος. Unde ἄχνα eximie ACUS dicitur vel *gluma*, vel *tenue spicae involucrum*, *palea*, atque porro *quicquid tenuissimum in acumen exsurgit*. Unde porro varie transfertur & de omni fere *re* ponitur, *quae tenuissima levissimaque in superficie rerum quasi efflorescit*.

Ἄχος proprie idem est, quod ἄκος. Vidimus autem supra, vicina esse ἄγω, ἄκω, & ἄχω. Inde ἄχω, aeque

aeque atque ἄκω, notare potuit *acu pungo:* unde translatum ἄχος *dolorem* notat, qui instar ACUS pungit.

Ἀχρὰς, ἀδὸς, *pirus sylvestris.* Nescio an sit quoque ab ἄχω. Videant Botanici.

Ἄχυρον *palea*, *acus*, est ab ἄχος. Vide ad vocem ἄχνα: ubi similis translatio.

Ἀχὼρ *manans capitis vulnus.* Videtur proprie non multum distare a nomine ἰχὼρ, de quo suo loco. Forte ab ἄχω & ἴχω, quae vicina verbo ἔχω sunt, nomina haec orta significationem acceperunt a *viscositate*, quae est ἰχῶρος, sive *saniei*, similiumque fluidorum.

Ἄψ *retro*, est ab ἅπτω, de quo supra. [Nihil aliud est, quam ἀπὸς contractum: ex quo itidem ἀπὸ praepositionis loco usurpatur. T. H.] [Vide supra ἀπὸ. Videtur igitur ἀπὸς, contracte ἄψ, proprie esse casus *Accusativus* absolute positus, uti ἀπὸ & ἀπαὶ pp. sunt casus *Dativi* vel *Ablativi.* Simili fere ratione contracta sunt ἴψ, ὄψ, ὤψ, de quibus infra. E. S.]

Ἀψίνθιον *herbae* genus est, quod originem forte habet à verbo ψίω. Videant Botanici.

Ἄω *flo*, *spiro.* De hoc vide ad verbum ἀίζω, & aliis in locis.

Ἄωτον proxime oritur ab αὔω, quod ab ἄω, *flo*, [*exspiro*, *exhalo.*] Ut autem a Latino FLO nomen FLOS, sic ab αὔω, simili translatione, ἄωτον de *flore* posuerunt Graeci.



B.

B *media* litera est inter *tenuem* Π & *adspiratam* Φ, quibuscum ad literas *labiales* pertinet, &, pro diversis dialectis, non raro commutatur: quare etiam origines & stirpes, his literis tantum discrepantes, si non *eaedem*, saltem *cognatae* haberi possunt & debent. [Conferatur *Analogiae* Cap. XVI. p. 206. —208.]

Βᾶ *interjectio* est, sonum *ridentis*, vel aliquando *inclamantis*, imitans: a quo adeoque repetenda vox est.

Βαάρας est genus quoddam *radicis*; de quo videant Botanici.

Βαβαὶ *papae*. Vox facta a sono.

Βάζω Latine *loquor*. Proprie verbum factum est a sono *incondite clamantis* & geminantis βᾶ; unde porro *loquendi* notio a Poëtis in primis huic verbo generatim adsignata est.

Βάθος. Proprie idem fere est, quod βυθὸς, notatque *fundum*, seu potius *imum alicujus rei*: unde aliquando ponitur de *loco penitissimo*, *intimo*, & quasi *imo* alicujus rei. Vulgo tamen, latius sumtum, quamvis *profunditatem* generatim designat, variasque inde factas metaphoras patitur. Oritur a βάθω, quod a simpliciori βάω, vel βαμὶ, Latine NITOR. Βάθος itaque proprie est, *quo tanquam fundo & imo res innititur*, [vel quo res *sidit*, *desidit*. Confer., si tanti est, Dissertat. nostra in Cantic. Hiskiae, p. 25. 26. E. S.]

Βαίνω

Βαίνω ortum a ſtirpe βάω, cujus vis propria ſita est in *motu, qui fit nitendo in aliquid:* unde variae notiones propagatae ſunt. Uſitata maxime virtus est huic verbo adſignata *gradiendi, incedendi, eundi*ve.

Βαιὸς proxime ortum est a βαίω, vel βάω memorato. Inde βαιὸς proprie non aliud videtur esſe, ac *gradatim incedens*, vel *paullatim incedens:* et generatim idem valet, quod *paucus*, unde porro valet aliquando *unum*, vel frequentius etiam *parvum*. [Niſi a βάω, βαίω, *premo*, βαιὸς pp. ſit *compresſus*, hinc *parvus* &c. uti etiam ipſum parvus est a πάω, quod idem ac βάω *premo*. E. S.]

Βαΐς *ramus* palmae arboris est. Vox autem peregrina. [Etiam Βαΐον dicitur, unde plurale βαΐα Evangel. Joann. XII, 13. Vide Albert. ad Heſych. T. I, p. 678. E. S.]

Βαίτα neſcio, an ſit a verbo βαίω, et nomen acceperit a *condenſato et pedibus calcato corio.* Quicquid est, βαίτα notat *laenam, ex corio* ſeu *pellibus conſutam.*

Βαιὼν piscis genus est. De ſtirpe videant Hiſtor. Naturalis inveſtigatores.

Βακανὸν *raphani* vel *braſſicae* ſemen: de quo videant Botanici.

Βάκηλος. A verbo κάω, *uro, ardeo*, nomen est κηλὸς, quemadmodum a δάω, δῆλος, a πάω, πηλὸς, et ſimilia. Inde κήλων, inter alia, *eum* notat, *qui ardet in venerem, qui mulieroſus est.* A κηλὸς, praefixo α, ἄκηλος itidem *is* est, *qui ardet in venerem, mulieroſus.* Praefixo autem denuo β (ut ſaepe, in primis in dialecto Laconica, fit) ejus loco pronunciatum est βάκηλος. Quum autem eunuchi et id genus homines in venerem proniores putentur, licet non posſint, factum est, ut etiam illi βάκηλοι aliquando ſint dicti. [Vide etiam infra in Βασκαίνω.]

Βάκκαρις *Baccaris* herba odorata est, de qua videant Botanici.

Βακτηρία *baculus* foemininum est a βακτήριος, quod proxime a βάκτηρ, et hoc proprie a βάκω, ſimilive for-

forma, cujus ſtirps βάω, Latine n i t o r. Ab eodem verbo est Latinum b a c u s, ejusque diminutivum *bacillus*. *Baculus* ergo et βακτηρία, cum vicinis nominibus βάκτρον et βακτήριον a *nitendo* denominata ſunt.

Βάκχος. A verbo βάζω, quo proprie notatur *ſonum inconditum βὰ edere*, oritur nomen βάχος, et, inſerto κ, βάκχος. Eximie autem βάκχοι dicti ſunt *bacchantes*, *eorumque Deus praeſes* B a c c h u s.

Βαλανεῖον *balneum*. A nomine βάλανος vere quidem repetendum noſtrum βαλανεῖον, ſed non iſta notione, qua *glandes* notat. A verbo βάλλω nempe, ſeu βάλω, *jacio*, βάλανος eximie olim ſignificavit *peſſulum*, *obicem* [qui valvis quaſi *objiciatur*, ſive τῷ μοχλῷ *injiciatur*]. Inde jam βαλανεὺς *is* est, *qui*, *peſſulo quaſi obdito*, *includit*; quemadmodum a βάλανος, βαλανοῦσθαι ſenſu *includendi* [ſive *peſſulis occludendi*] ab *Ariſtophane*, [in Avib. vs. 1159. et Eccleſ. vs. 361.] fuit poſitum. Jam vero a βαλανεὺς productior vox βαλανεῖον, vi terminationis ſuae, *locum notat*, *in quem alios*, *quaſi obditis peſſulis*, *includat ὁ βαλανεύς*: atque inde factum est, ut *locus ſecluſus*, *quo veteres lavari ſolebant*, *miniſtrante balneatore*, dictus fuerit βαλανεῖον; quum rudioribus temporibus ἀσαμίνθοις ſe lavarent tantum homines; de qua voce ſupra diximus ſuo loco.

Βάλανος ortum a βάλω, cujus loco uſitatum βάλλω, eximie notat *peſſulum*, ſeu *ferrum*, quod *init τὸν μοχλὸν*, eique quaſi *injicitur*. Inde translatione facta *fructus oblongi*, *durioresque*, *formam peſſuli habentes*, βάλανοι dicuntur: et in primis quidem *glandes quercuum*: unde porro ad alia transfertur. [Niſi forte ſimpliciter βάλανοι *glandes* dicantur, tanquam *dejiculi*, quippe a *quercu* excuti *dejicique* ſoliti: quod in ea arbore eximium est. E. S.]

Βαλάντιον, *marſupium* vel *crumena*. ortum est a verbo βάλω, et notionem accepit ab *injiciendo*.

Βαλαύστιον dicitur *flos Punici ſylveſtris*. De ſtirpe videant Botanici.

Βαλβίς. A verbo βέλω, quod proprie ortum a βάω, noſtrum βαλβὶς proprie idem fere est, quod βη-

λὸς

λὸς, *limen*, seu generatim ἔρεισμα *id*, *quo nitimur*, nempe, vel *unde nitimur*. Usu autem factum, ut βαλβὶς notaverit *regulam in stadio*, *unde cursores incipiant currere*.

Βάλλω proxime ortum est a βάλω, et hoc a βάω, de quo dictum ad verbum βαίνω. A notione *movendi nitendique* βάλλω eam accepit *jaciendi*, *projiciendi*, *jaculandi*, *emittendi*, similesque.

Βαλλωτὴ [*Marrubium nigrum*. H.] genus plantae est, de qua videant Botanici.

Βάλσαμον, *balsamum*. Et de hoc videant Botanici.

Βαμβαίνω idem est, quod βαμβάλλω. Est autem hoc pro βαβάλλω, μ ante *labialem* literam inserto. Verbum factum est a *sono balbutientium*.

Βάναυσος. Videtur proxime oriri a βάνασος, et hoc a βάνος, unde factum nomen βαῦνος, Latine *caminus*; de quo suo loco. Inde βάνασος et βάναυσος de eo dici potest, *quod ad caminum pertinet*: atque inde *opifex*, *qui igne ad opus suum utitur*, βάναυσος eximie dicitur; ut ipsa *ejusmodi opera* βάναυσα. Porro latius sumta vox *artificem quemcunque operis sordidioris* notat.

Βάπτω *mergo*. A verbo βάω ortum βάπω, et βάπτω proprie notat *nitendo deorsum moveo*, *mergo*; adeoque inde porro notio *tingendi*, *inficiendi colore* aliisve rebus nec non *lavandi* aliaeque enatae sunt.

Βάραθρον proprie videtur *locus esse*, *ubi res deprimuntur*, *gravitate sua*, quasi. Ortum a verbo antiquo βαράθω, quod idem ac βαρύθω, *gravor*, *premor*. Oriuntur autem haec a nomine βάρος, de quo mox. Hinc porro *fossa terrae profundior* et eximie quoque *locus*, *in quem capitis damnati dejici solebant*, *Athenis* sic dicebatur: a qua tandem notione profecta est generalis illa, qua *exitium*, *perniciem* notat.

Βάρβαρος sine dubio a sono facta vox est, qualis edi videbatur Graecis ab iis, quorum linguam non intelligebant. Dicti autem antiquis temporibus ii omnes βάρβαροι, *qui lingua Graeca non loquebantur*. Postea autem varie translatum non tantum ratione *ser-*

monis, sed etiam morum *ruditatis* et *saevitiae*, fuit positum.

Βάρβιλος, arboris genus est; de quo videant Botanici.

Βάρβιτος *barbitus*. Stirps obscura et forte peregrina.

Βάρις *navigium*. Stirps peregrina. [Vide ad Hesych. T. I, col. 695.]

Βάρος *pondus* vel *onus*, a verbo βάρω, et hoc a βάω, *nitor*, ortum est.

Βάσανος sic dicitur *lapis Heracleus*, vel etiam *quaestio*, *tormentum*. Stirps obscurior est, etsi ortum videri potest a voce Βάσις, atque ita pertinere ad βάω, *nitor*.

Βασιλεὺς ejusdem formae compositum est, cujus Ἀχιλεὺς, quod tanquam nomen proprium superest. Sine dubio oritur a βάσις et antiquo λεὺς, quod idem ac λεὸς, vel Atticum λεὼς, vel λαὸς, *populus*. [Valde dubito. Βασιλεὺς a βάω, unde βαίνω &c. *gradior*, *incedo*, pp. notasse videtur *gradientem*, atque adeo in primis *Ducem*, qui ante agmen *gradiatur*, dein *regem*. E. S.]

Βασκαίνω in usu valet eximie *oculis* vel *lingua nocere*, atque saepe *interficere*. Ortum autem videtur a verbo καίνω, proprie notante *pungo* vel simile; de quo suo loco. Syllaba autem βὰ praemissa repetenda videtur et explicanda e dialecto Cretensi, ubi βὰ idem significasse arbitror, quod in aliis vocabulis βὲ, ortum ex βὰ, et significationem intendisse. Sic Cretensibus proprium verbum tribuitur, a Grammaticis, βασκαρίσαι pro σκαρίσαι, βαστραχηλίσαι pro τραχηλίσαι, similiaque; atque ita forte explicandum quoque, quod supra vidimus βάκηλος, ut simpliciter sit compositum ex βὰ, et κηλός. Σ autem in nostro verbo, ut multis aliis, interposita est.

Βασσάρα. Origo obscura est: notiones diversae ex Lexicis peti possunt.

Βαστάζω *porto*, vel *portando pondus explora*, vel etiam *ba-*

bajulo. Oritur a βάω: unde proxime βάττος is est, *qui nititur* vel *in quem aliquid nititur.* Inde βατάζω memoratas notiones accepit.

Βάταλος *effoeminatus*, eximie idem, qui καταπύγων a Graecis dicitur. A verbo βάω, *nitor*, nomen βάτος verbum produxit βατέω, quod eximie [ut Belgarum *treeden*] de *coitu animantium* ponitur. Ab hoc autem non, nisi forma, differens βατάω peperit nostrum βάταλος.

Βάτος *rubus.* Ratio nominis obscura; etsi ortum videtur a βάω, [*premo*, in primis pede, *conculco*: ut βάτος *rubus* a *conculcando* dicatur. E. S.]

Βάτραχος. Fortasse dictum a τραχὺς, vel τραχὺς, praemissa syllaba βὰ, de qua dictum ad verbum βατταρίζω. Videtur autem sic dicta *rana* a sono *aspero* et *rauco*, quem edit.

Βάττος. Nomen proprium regis Cyrenaeorum; unde postea de iis positum fuit, qui *sunt blaesi* et *balbutiunt.*

Βαΰζω. Verbum factum est a sono *canum latrantium*, vel *baubantium*: ut etiam Latini loquuntur.

Βαυκὸς *delicatus.* Incerta origo, nisi fortasse sit pro βακὸς, et id ortum a βάω: ut significatione quodammodo conveniat cum voce βάταλος; de qua supra.

Βαῦνος Idem videtur proprie esse, quod βουνὸς *acervus*, *in modum arae exstructus*, unde *fornax*, *caminus* eximie dici potuit βαῦνος. Ut autem βοῦνος pro βόνος, sic βαῦνος pro βάνος dictum; oriturque proxime a βάνω, quod a βάω. Eadem autem translationis ratio est, quae vocis βωμὸς, Latine a r a, similiumque, quae a βάω oriuntur.

Βδάλλω, quod et βδέλλω effertur, obscurae stirpis est: nisi forte, mutata pronuntiatione, sit pro ἀμέλγω vel μέλγω; de quo verbo dictum supra. Solent, nempe, litterae *labiales*, β et μ, sic aliquando commutari. Δ autem, post β, saepius interposita vocibus reperitur. Quidquid sit, significatione convenit cum verbo ἀμέλγω. [Analogiae magis conveniunt ea, quae vir cel. postea dedit ad Luc. XVI.

15. „ Verbum βδέω" inquit „ inter alia notat *timeo*, vel *terreo:* unde formata verba βδέλω, βδέλλω, βδάλλω. Hoc enim a vicina forma βδάω proficiscitur, atque, inter alia, redditur *tremo:* quae notio itidem adsignata fuit verbo derivato βδελύσσω. Unde nata altera illa significatio, quae verbo βδελύσσεσθαι solet tribui. Sumitur enim vulgo, pro *abominari*, vel *detestari*. Eandem notionem sequitur inde factum nomen βδέλυγμα, nec non βδελυρός." Hactenus ille. Quae si vera sit clariss. auctoris observatio, inde sequi videtur, literam β, in verbo βδέω, ab *initio* esse adscitam, *augmenti* cujusdam instar, neque adeo ad ipsam pertinere stirpem; quae hoc pacto fuerit δέω, vel δάω. Conf. iterum Analogiae Lennepianae Cap. XVI, p. 206—208. Porro a notione *tremendi* repeti fortasse poterit illa *lactis* copiose *adfluentis*, cum *tremore* quodam: qualis notio ab A. Schultensio, Origg. Hebr. T. I, p. 300. demonstrata fuit in רגע, הרגיע, מרגעה &c. E. S.]

Βδέω, nisi originis peregrinae verbum sit, quod tamen vix crediderim, nostrum βδέω cognatum est verbis ζέω, ζόω, vel ὄζω, similibusque formis, de quibus suo loco. Potest certe commode repeti a verbo ζέω, Latine *ferveo*. Litera, nempe, ζ in βδ mutata aliquando reperitur; quemadmodum in ῥοίβδω pro ῥοίζω, idque in primis repetendum est ex dialecto Laconica, ubi, loco ζ passim δ, et in primis δδ, sive geminata δ, reperitur. Praeterea litera β vel praefigi vocabulis solet, vel etiam in medio eorum poni. [Mihi verisimilius videtur, verbum βδέω, ut Lat. pedo, a sono factum esse, quem edimus foetorem detestantes. E. S.] Ut ut est, proprium in primis verbum nostrum videtur *iis qui odorem gravem emittunt*, *& foetent*. Inde eximie *iis* tribuitur, qui *flatum ventris emittunt*, *peduntque:* unde porro transfertur ad *timorem* et *metum*.

Βέβαιος, *stabilis*, *firmus*. Ortum est a verbo reduplicato βιβάω, quod a βάω *nitor*.

Βε-

Βιβρὰς piscium genus est [etiam alibi βεμβρὰς et μεμβρὰς dictum.] Videant Historiae Naturalis studiosi.

Βέλος *telum*. Proxime oritur a verbo βέλω, quod vicinum alteri βάλω, unde βάλλω *jaculor*: de quo supra. Metaphorice autem βέλος *dolor* dicitur, *instar jaculi immissi*, *inhaerens*, et *excrucians*.

Βέλτερος oritur a βέλτος, quemadmodum φέρτερος a φέρτος. Ut autem φέρτος est a φέρω, sic βέλτος a βέλω, quod idem ac βάλω, de quo supra. Βέλτερος ergo proprie est, *qui recte jaculatur*, vel, ut etiam ponitur, significatione comparandi, qui *rectius melius jaculatur*, et *scopum ferit*: unde passim, *metaphorice* positum, *prudentiam* et *judicium* respicit; generali autem notione valet idem, quod *melior*, *praestantior*, similiaque. [In Lexico Hedericiano repetitur ab antiquo βελὸς, ἡ, ὸν, hoc autem a verbo βέλω (unde fit βέλομαι et Lat. volo) ut βέλτερος pp. sit id quod *appetitur*, quod *voluntas* sequatur." Conferantur Rudimenta Struchmeyeriana redacta ad Systema Analogiae Hemsterhusianae, Cap. IX. p. 155. 156. E. S.]

Βέμβηξ *turbo* et βέμβιξ. Sic dicitur pro βέβηξ, quod proxime ortum a βεβήσσω, et hoc a βιβάω, cujus stirps βάω: de quo supra. Βέμβηξ autem dicitur a *nitendo in orbem* vel *gyrum*.

Βέρβερι *concha*. Vox peregrina.

Βέτιον herbae genus, de quo Botanici.

Βεῦδος *vestimenti* genus est apud Parios. Originem habet verbum ἕω, *mitto*, unde simili ratione ad significandum *vestimentum* translatum est, quemadmodum Graecum εἷμα, et in re *vestiaria* utuntur ἀμφιέννυσθαι et similibus. A verbo nempe ἕω ortum verbum ἕδω nomen peperit ἕδος, et, praefixo β, more Laconum, βέδος: inde autem nostrum βεῦδος. [Conferantur omnino viri docti, laudati ab Albert. ad Hesych. T. I, p. 722.]

Βῆ vox imitans *ovis balatum*.

Βηλὸς *limen domus*. Ortum est a βάω, ut a δέω δῆλος, similiaque. Confer dicta supra ad vocem βαλβίς.

Βὺξ *tussis*. Oritur a verbo βύσσω, vel βύττω, Latine *tussio*. Hoc autem factum a sono *tussientis*.

Βήρυλλος *lapidis pretiosi* genus est. Videant Historiae Naturalis studiosi.

Βῆσσαι, ortum nomen a βάω: unde βαίνω. Dicuntur autem βῆσσαι eximie *loca, in montibus pervia*, a *vadendo*.

Βία. Verbo βάω vicinum est βίω, quod est Latinum vio; unde *vis*, *viro*, *vir*, *virtus*. A Graeco sunt cum alia, de quibus suis locis, tum nostrum βία, *vis*, sic dicta a *motu vehementer nitentis* vel *violenter urgentis*.

Βίβλος *liber* idem proprie est ac βύβλος, *papyrus*: de quo suo loco.

Βίκος *vas*, in primis [*urna ansata*] *vinarium*. Stirps peregrina. [Plura dabunt viri docti ad Hesych. T. I, p. 727.]

Βινέω *coëo*, a βίνω, quod idem ac βείνω et vicinum βαίνω, [pp. *premo vestigia*, hinc *gradior*, porro *coëo*, ut Belg. *treden*.] Sunt enim vicinae stirpes βάω, βέω, βίω, βείω, et similia.

Βίος in usu *vitam* notat, et, translate, *res ad vitam necessarias*, *victum*, *bona*, *facultates*; praeterea βιὸς [cum accentu in *ultima*] *arcum* designat. Utraque significatio repetenda est a *motu nitentis*; cujus notio subjecta Stirpi βίω; de qua supra, ad vocem βία.

Βλαισὸς *valgus*, *distorta habens crura*, nisi sit a βλάω, unde verbum βλάπτω, *noceo*; ut βλαισὸς (et inde factum βλαισὸς) significet *atterendo nocens*; stirps et significationis ratio mihi quidem obscura est.

Βλὰξ repetenda vox videtur a βάλω, quod idem ac βάλλω; inde βαλάω, contracte βλάω, βλάκω, peperit βλὰξ, quasi dicas *dejectus*, *adjectus*, *supinus*, *hebes*, *socors*, *stultus*, et similia.

Βλάπτω, *laedo*, *noceo*, est a βλάω, quod a βάλω. A βλάω primo βλάπω, dein βλάπτω, proprie est *ictu laedo*.

Βλαςάνω *germino*. A verbo βλάω est nomen βλαςὸς, *germen*; unde βλαςάνω. Videtur autem hoc βλάω vici-

ci-

cinum verbo βλύω, de quo ſuo loco. Non tamen diffiteor, poſſe repeti quoque a βάλω, ut ſit a *projiciendo* dictum.

Βλάττιον *os anterius narium purpurae* et *concha Indica*. De hoc videant rerum naturalium ſtudioſi.

Βλαῦται *genus calceamenti* est. Nomen forte repetendum a βάλω, ea notione, qua hoc convenit cum ſtirpe βάω, *incedo*.

Βλέννα *Mucus*. Niſi βλένος (unde hoc noſtrum) oriatur a βλένω, et hoc a βλέω, quod ut βλύω notat *ſcaturio*, ſtirps mihi obſcura est. Dicitur autem βλέννα in uſu *mucus*, et quidem, ut videtur, a *ſcaturiendo*: inde porro ad *ſtultum* transfertur.

Βλέπω *adſpicio, intueor*: Oritur a βλέω et hoc vicinum verbo βλύω, quod ſive ipſam ſtirpem ponas, ſive a βάλω repetas, patet tamen, βλέπειν ab *emittendo* ad *viſum* translatum eſſe.

Βλέφαρον *palpebra*. Proprie adjectivum est, a βλέφαρος, quaſi dicas *ad oculum pertinens*: hoc autem a βλέφος ſimilive forma; quod a βλέπω.

Βληχάομαι, *balo*, factum a ſono ovium.

Βληχρὸς adjectivum est quaſi a βλῆχος, quod a βλάχω vel βλάκω; de quo dictum ad vocem βλάξ. Βληχρὸς itaque est *vim habens debilitandi*, adeoque *validus*, vel, Paſſive, *debilitatus*, adeoque *debilis*. [Conf. hic omnino *Valckenaer*. Digreſſ. ad Theocr. p. 218, 219. E. S.]

Βλίτον genus *oleris* est; de quo Botanici.

Βλίττω *aufero exprimendo* mel, aut ſimilia. Obſervandum, terminationes verborum in ίβω, ίπω, ίπτω, ίφω, ίσσω, et ίττω; non, niſi pro variis dialectis, differre. Βλίττω igitur et βλίβω eadem ſunt. Porro β pro φ poni in diverſis dialectis, ſupra notatum. Βλίττω ergo et φλίβω eadem verba ſunt: hoc autem Doricum est pro θλίβω, Latine *premo*, de quo ſuo loco.

Βλύζω etſi a βάλω repeti potest, ut ſignificet quaſi *ejiciendo ſcaturio*; puto tamen, verba βλάω, βλέω, βλύω rectius repeti a *ſono aquae leniter ſcaturientis*; atque ſic noſtrum βλύζω, inde factum, proprie eſſe

scaturio: quae notio quoque propria est in Latinis *fleo, fluo, flo.* Ab ista notione transfertur, in quibusdam derivatis, ad *prima germina, instar aquae leniter scaturientis, protuberantia:* ut est in nomine βλαστὸς, de quo ad verbum βλαστάνω.

Βλωμὸς ortum est a βλόω, quod, ut βλύω, significare potuit *protubero*; unde βλωμὸς, in usu, eximie notat *buccellam, quae os quasi protuberans efficiat.*

Βλώσκω et hoc repetendum a βλόω, *protubero*: unde porro notat *protuberando in altum cresco;* quae notio in primis viget in derivato βλωθρὸς *altus.* Inde porro βλώσκω (ut verba pleraque in σκω) notat proprie *crescere incipio.* Quoniam autem eminus accedentes sensim magis ac magis *surgere* in altum, et veluti *crescere,* videntur, factum est ut βλώσκω significaverit quoque *advenio.*

Βοάω, βοῶ, Latine BOO, *clamo*; verbum factum a sono est.

Βοηθέω *auxilio venio*, est a βοηθὸς, *auxiliator:* et hoc quasi a βοήθω, quod a simpliciori βοή; hoc autem pro *auxilio* superest in quibusdam compositis, et proxime oritur a βόω, quod idem ac βάω, et est quasi *accurro, succurro, auxilior*; [proprie *cum clamore.* Vide Valcken. ad Euripid. Hippol. p. 246. B.]

Βόθρος proprie est a βόθος, unde derivatum βόθυνος, quod ut βόθρος *foveam* notat. Oritur autem a βόω: ut supra vidimus, a βάω, vicino verbo, oriri nomen βάθος, *profunditas.* Nostri nominis ratio repetenda quoque a *nitendo deorsum.*

Βολβὸς *bulbus.* Vix dici certo potest, sitne repetendum a βόλος, ut pertineat ad verbum βόλω, quod, ut vicina βάλλω et βέλω, notat *jacio, projicio,* an vero (β praefixo) stirpem habeat ὄλω, unde ἔλλυμι et Latinum volvo. Quidquid sit, ratio nominis a *rotunditate* petenda est; ea autem sive a *volvendo*, sive etiam a *projiciendo* profecta statui potest. Est autem in usu βολβὸς *quicquid* fere *rotundum est*, et eximie quidem *radix rotunda.*

Βόμβος factum est a *sono*, quem quoque notat, *apum.*

Βό-

Βόνατος *animal sylvaticum*. Ortum videtur a βυνὸς, cujus loco in usu βυνὸς Latine *collis*; de quo suo loco.

Βορὰ eximie notat *pabulum brutorum*. Proxime descendit a Βόρω, quod est Latinum VORO, et oritur a βόω, Latine *pasco*; quod a *condensando*, ut postea dicetur, dictum est.

Βόρβορος, *limus*, proprie dictum videtur de *coeno putrescente* et *ebulliente*; et quidem ab ejus factum *sono*.

Βορβορύζω notat *strepitum edo*, et sine dubio a Βόρβορος est: quod factum a sono βόρβορ, ut κορκορύζω ejusdem significationis verbum (unde nomen κορκορυγὴ) a sono κόρκορ, βάρβαρος a sono βάρβαρ, quaeque his similia sunt. Tribuitur inde nostrum Βορβορύζω eximie *intestinis murmurantibus*; quod ipsum Latinum *murmurare* (factum a *murmur*) valde nostro verbo vicinum est.

Βορέας, *boreas*, *aquila*, oritur a simpliciori βόω, de quo ad nomen βορὰ dictum. Dicitur βορέας quasi *edax* vel *vorax*, a natura *venti istius*.

Βόστρυχος, *cincinnus*, proprie dicitur pro βότρυχος, quasi dicas pertinens ad βότρυν, unde βότρυχος eximie dicitur *pedunculus in extremitate inflexus*, *proveniens ex palmite*, a cujus similitudine βόστρυχος eximie *capillis plexis et inflexis* tribuitur.

Βότρυς *botrus* sine dubio ortum est a βόω, et nomen videtur habere a *pascendo*.

Βυβὼν, *inguen*, *tumor circa inguina*, ortum videtur a nomine βῦς. Ratio tamen significationis incertior. Utut est, ex eo genere nominum est, quae collectiva vocantur, ut δενδρὼν, et similia.

Βυλὴ, *consilium*, haud dubie est a βύλω: unde Medium βύλομαι, *volo*.

Βύλομαι, est a βύλω, quod dictum pro βόλω, more Jonum. Superest autem illud βόλω in Latino v o l o, et proprie idem valet, quod βάλω, βέλω, *jacio*. Medium itaque βύλομαι proprie est *memet jacio*, vel *animum meum adjicio*, atque sic *animum meum adjicio ad aliquam rem*, adeoque v o l o. [Si conferas verbum

θέλω, itidem Latine *volo*, verisimile admodum accidet, verba θέλω, et βόλω, (unde βέλω, βέλομαι) convenire, et stirpem eorum primigeniam esse ἔλω, cum cognato suo ὅλω. Plura vide infra in θέλω suo loco. E. S.]

Βουνὸς, *collis*, *clivus*, dictum pro βαιὸς, et hoc a βόω, quod convenit cum βάω. Est autem βουνὸς inde proprie *quidvis in altum exstructum*, *in quod adscendimus vel nitimur*; unde generatim est *cumulus*, *acervus* vel *ara*, atque eximie *collis*. Confer dicta ad vocem βαῖνος.

Βούμαστος *fructus* genus, de quo videndi Botanici.

Βοῦς, *bos*, contractum est ex βόος, quod a βόω, *pasco*: unde βοῦς *is*, *qui pascit*, vel *pascitur*.

Βόω, *pasco*, convenit cum βάω, βίω etc. de quibus jam supra. Praeterea vicinum est verbis πάω, πέω, πίω, cet. quibus generatim eadem notio, quae verbo βάω, vicinisque hujus formis, propria. Inde nata alia *premendi*, et inde *condensandi*, *farciendi*: quae quoque nostro βόω notionem peperit *pascendi*; cujus verbi Latini ratio explicanda est ex Graeco πάω.

Βραβεὺς *judex certaminis*. Qui consideraverit, vocem βάρος saepius ad *dignitatem* transferri, videbit, commode etiam inde repeti posse nostrum βραβεὺς, ut sit contractum pro βαραβεὺς et hoc a βαρέω, quod a βάρος.

Βράβυλα, *pruna Damascena*. Videant Botanici.

Βράγχος *raucedo faucium*, proprie idem est, quod βρόγχος, et βρόχος, Latine *fauces*: unde nostrum eximie ad *morbum faucium* translatum. Oriuntur autem nomina haec, ut videtur, a verbo βράζω, et vicino βρόζω, quae proprie *sonum* imitantur, *qui adductis faucibus editur*, vel etiam *faucibus adductis una cum rebus erumpentibus fit*; atque haec quoque ratio videtur, cur βράχος &, interposito γ, βράγχος *fauces* dicantur. Βρόχος vero & inde factum βρόγχος *guttur*, seu *aspera arteria*, a qua notione porro βρόχος translatum videtur ad significandum *laqueum* vel *restim*.

Βραδὺς *tardus* est contractum ex βαραδὺς, quod etiam

etiam effertur βαδὺς, unde facile apparet, ortum esse a βαρύω, similive forma; hoc autem a nomine βάρος *gravitas*: unde commode translatum ad *tarditatem*.

Βράζω, vel βράσσω, factum est a *sono rerum vi erumpentium*, unde varias admittit notiones.

Βράθυ *herba* est, quae *Sabina* vocatur; quae etiam βάρον dicitur, ut et βάρυτον: ex quo facile apparet, a βάρος repetendum esse. Rationem significationis Botanicis expediendam relinquo.

Βραχίων *brachium*. Dubitari nequit, quin ejusdem generis nomen sit, cujus sunt comparativi ταχίων, a ταχὺς, βραδίων a βραδύς. Βραχίων ergo a βραχὺς valet *breviorem*, sc. *partem*, vel *membrum corporis*; unde eximie *brachium*.

Βραχὺς *brevis*. Videtur proprium esse ei, quod subito et breviter fiat, quasi dicas *in una eruptione*, sive Graece ἐν βραχεῖ: qua formula notatur *subito*, *brevi*. Videtur, nempe, ortum a verbo βράσσω, de quo supra dictum. Generatim autem porro notat *brevem*. Substantive autem positum, βραχὺς vel plurale βραχέα, Latine *brevia*, dici videtur ob *breviores undas*, *quae cernuntur in brevibus*.

Βρέχω *sonitum edo* vicinum est verbo βράζω, et quoque a sono factum.

Βρέμω *fremo*. Et hoc a sono factum. Dein a *fremendo* quoque translatum est ad *minas*.

Βρένθος. Quicquid de hac voce, et verbo βρενθύεσθαι, quod huc refertur, disputant Grammatici, nullus dubito, quin factum sit a sono, quem frequentius homines arrogantes, vel etiam irati, edere solent, cum quadam ostentatione. Inde autem translatum ad *fastum* et *arrogantiam*. [Aliter paullo H e m s t e r h. ad Lucian. T. I. p. 368. B.]

Βρέτας, Latine *simulacrum humanum*, vix videtur differre, nisi pronuntiatione, a nomine βροτὸς: quo eximie veteres Poëtae hominem vocarunt, ut Latini *mortalem*.

Βρέφος *foetus recens editus*. Ejusdem videtur originis,

nis, cujus est βρύειν, unde ἔμβρυον Latine *infans*, *qui in utero gestatur*: quod repetendum a βρύω, quod, ut suo loco dicetur, oritur a βάρος, adeoque proprie notat *gravem* vel *gravidum esse*. A βάρος autem aeque oriri potuit βρέω ac βρύω, et illinc quidem βρέφω, unde nostrum βρέφος.

Βρέχω idem quod βρύχω proprie est, unde βρύχιος, *submersus*. A *premendo deorsum* ea *immergendi*, et inde porro *madefaciendi* (quae verbo βρέχω tribuitur) notio profecta videtur. Ortum autem verbum a βάρος, unde βαρέω, βρέω, βρέχω; quemadmodum a βαρύω, βρύω, βρύχω.

Βρῖ est quasi a βρῖς: et βρῖ quidem, idem quod βριθὺ, quemadmodum εὖ et εὐθὺ conveniunt. Contractum autem ex βάρις est, quod idem proprie ac βαρὺς *gravis*, *vehemens*.

Βριάω convenit origine cum memorato βρῖ, et, a *pondere* ad *robur* translatum, notat *robustum reddo*, vel *robustus sum*: inde porro ad *potentiam* transfertur.

Βρίζω *post cibum somno gravatus dormito*. Oritur a βαρὺς vel vicino βάρις *gravis*. Inde βαρίζω, et, contracte, βρίζω proprie est *gravis sum*, vel *res graves imitor*; atque inde *eximie somno gravatus deorsum nuto*.

Βρίθω convenit stirpe sua cum praecedente verbo, & notat quoque proprie *gravis sum*, *deorsum vergo*; inde *inclinor* vel *inclino me*, atque sic porro *ingruo*. Praeterea est *onustus sum*; inde *plenus sum*, ac porro *abundo*. Praeterea translatum, similiter fere ut βριάω, & ita notat *polleo*.

Βριμόομαι, *fremo ira*, a sono factum est, & proprie vix differt a verbo βρέμω, de quo supra. Transfertur autem simili quoque ratione ad *minas*.

Βρίσσος *genus echini marini* est, de quo Historiae Naturalis investigatores.

Βρόγχος *guttur*. De hoc dictum supra ad βράγχος.

Βροντὴ *tonitru*. Est quasi a verbo βρόνω, quod a βρόω, & hoc factum a sono *tonitru erumpentis*.

Βροτὸς, *mortalis*, est a βρόω, unde βιβρώσκω, Latine *edo*, de quo suo loco. Βροτὸς itaque proprie est, qui, sive

five *putrefcendo*, five alia ratione *exeditur* & *confumitur*, atque inde est, quod βρότος dicatur *fanies in vulnere*. Eximie autem βροτὸς pro *homine* ponitur, ob *mortalem naturam*; ut a Latinis poëtis & Hiftoricis *mortalis*.

Βρῦκος vox Jonica est, notans *genus quoddam locuftarum*. Et quidem oriri videtur a βρύκω, Latine *mando*, *mordeo*.

Βρόχος *laqueus*. Vide dicta ad βράγχος.

Βρύκω *mordeo*, ortum opinor a βορύκω, hoc a βορύω, & fic a βόρω, Latine VORO, five *edo*, quod vide ad vocem βορά.

Βρῦν, & βρύλλω, verba funt *infantum*, feu *puerulorum bibentium*, ac *forbendo fonum fimilem efficientium*.

Βρύον *mufcus* vel *algae genus*. Eft a βρύω, de quo fuo loco, & notat quafi *abundanter pullulans*, fubintellecto nempe nomine φυτὸν vel fimili.

Βρύτον, & βρύτος, *genus potus* est ex *hordeo*. Nefcio an fit a βρύω, ut, nempe id, quemadmodum βρύλλω, *fonum bibentium* imitetur: atque ita in βρύτον, a fono *bibentis*, ad ipfam *potionem* tranfierit verbum.

Βρύχω *frendeo*, *ftrideo*, eximie aliquando tribuitur *iis*, qui prae *frigore* collifis dentibus fremitum edunt; quemadmodum fit in *febri*: a quo fono quoque factum verbum est.

Βρύω *fcateo*. Quemadmodum βρίθω, a βάρος, notat *gravis fum*, atque inde *onuftus* & *plenus fum*; & fic tandem *abundo*; fic quoque βρύω, ab eadem ftirpe profectum, generatim fignificat *abundo prae plenitudine*. Unde varias et elegantes habet translationes, quae in Lexicis reperiri poffunt.

Βρῶμος, *graveolentia*, *foetor*, et quidem proprie *is*, *qui oritur a cibo in ventriculo corrupto*; unde porro latius patet. Oritur autem a βρώσκω, *comedo*.

Βρώσκω, *comedo*, factum est a βρόω, quod a βορέω et hoc a βόρω, de quo ad vocem βορά.

Βύξ *bubo*; *avis nocturna*. Nomen accepit a *fono*, *quem edit*, quem verbo βύζειν Graeci, *bubulare* Latini, exprimunt.

ΒΥ-

Βύβλος *papyrus Aegyptia*, ex qua chartam conficiebant. Proprie non differt a βίβλος, nisi scribendi ratione. Origo autem vocis peregrina videtur, & forte Aegyptia.

Βυθὸς *fundus*. Vide supra ad βάθος, quod ut a βάω *nitor*, sic hoc a βύω, vicino verbo, de quo suo loco.

Βυκάνη oritur sine dubio a simpliciori βύκος, unde est Latinum BUCCA; et βύκος quidem a βύω ortum videtur esse; ut adeo βύκος sit eximie *os impletum* & *clausum*, adeoque BUCCA. Inde βυκάνη proprie est *ad buccam pertinens*, atque ita eximie *buccina*.

Βύνη. De hoc videant Botanici. Forte est a βύω.

Βύσσος *byssus*. Origo forte peregrina.

Βύω proprie convenit fere cum vicino βάω. A generali autem notione *nitendi* βύω eam accepit *inferciendi*, *implendi*, *implendo*ve *obstruendi*, *claudendi*que: unde reliquae notiones facile explicantur.

Βῶλος contractum ex βάολος, quod a βάω. Significationem autem habere videtur a *condensando*, quam vim vide in vicino βύω. Inde eximie *glebam* notat.

Βωμὸς *basis* vel *ara*. Oritur a βάω, et notionem habet a *nitendo*, quam verbi vim vidimus in vicino βάω et βαίνω.



Γ.

Γαγάτης *lapidis* nomen est, qui ſic dicitur a fluvio, Gage, Lyciae.

Γαγγάμη *ſagina* ſive *rete piſcatorium*, forte oritur a γάω, Latine *explico*, et *explicatum capio*; de quo verbo alibi: inde, nempe, ortum nomen γάμη produ-cere potuit reduplicatum γαγάμη, et, inſerto ν, γαγγάμη. Res tamen dubia est.

Γαγγίτης *gemmae* nomen est, a fluvio Gange, unde quoque compoſita voce ἔγγαγγις dicitur.

Γαγγλίον *nervi contorſio* [ſive *tuberculum*, circa nervos ſub cute naſci ſolitum] ſine dubio est pro γαγλίον, et hoc forte, reduplicatum, pro γλίον. Incertius tamen videtur, quae ſit nominis origo. Fieri potest, ut repetendum ſit ab antiquo γλίω, cui vicina ſunt γλάω, γλάφω, γλύφω, de quibus poſtea.

Γάγγραινα *gangraena*. Origo est verbum γράω, *edo*, *exedo*, *corrumpo*; de quo ſuo loco. Inde nomen γράος, et productius γραῖνος, cujus foemininum γραΐνα contracte γραῖνα. Idem autem, reduplicatum, est γάγραινα, et, inſerto ν, γάγγραινα. Proprie ergo notat malum, quod partes corporis ſanas *exedat* et *corrumpat*.

Γάζα *Gaza*, vox Perſica est.

Γαία *terra* proprie foemininum est a masculino γάῖος; unde nomen Proprium apud Latinos, C a j u s. Est autem hoc a ſimpliciori γάος, cui vicinum γέος, unde γεῖος et Atticum γέως, in compoſitis, ſuperest. Praeterea inde foeminina γέα et γάα. Utrumque contra-

tractum producere potuit γᾶ, quod est in Dorica dialecto, et, ejus loco, Jonicum γῆ, quod inde transiit ad Atticos, & vulgo apud scriptores solutae orationis reperitur; cum alterum γαῖα Poëtis familiare sit. Oriuntur autem γάος et γέος a verbis vicinis γάω et γέω, quae, vicina verbo χάω, propriam virtutem habent in *motu*, qui fit *extendendo*, *expandendo*, *explicando*: unde porro notio *hiscendi*, *patendi*, *capiendi*, & similes. Inde γῆ & γαῖα proprie eximie notat *terram late patentem*.

Γαισὸς *genus armaturae*. Stirps forte peregrina est.

Γαίω *glorior*, *superbio*, a simpliciori γάω ortum: de quo dictum ad γαῖα. Videtur autem γάω ab *explicandi* notione translatum ad eam *nitendi*, *splendendi*ve: inde ad *laetitiam*, atque porro *prae laetitia insolentius*, *exsultantis* & *superbientis*, esse: quae notio postrema in primis nostro γαίω adjuncta est.

Γάλα *lac* nomen videtur habere ab *albedine nitente*, & quidem ortum esse a γάω, cujus notionem *nitendi* modo vidimus ad verbum γαίω.

Γαλέη *feles*, *catus*. Etsi originis Graecae videtur esse nomen, id tamen explicandum relinquo rerum *naturalium* investigatoribus.

Γαλήνη *serenitas*, *tranquillitas*. Quemadmodum a σέλας, σεληνὸς et σελήνη, sic a γάλας, similive forma est γαληνὸς, γαλήνη, quasi dicas *nitorem habens* sive *explicatum nitens*: ut adeo γαλήνη, subintellecto θάλασσα, similive nomine, proprie sit *mare quietum* et sic *explicatum* ac *nitens*: ut esse solet tempore *sereno* et *tranquillo*; a qua notione porro latius sumtum transiit ad significandam *tranquillitatem*, *serenitatemque*. [Conferantur huc observata celeberrimi Lennepii ad Phalar. Epist. p. 308.]

Γαλίοψις *frutex urticae similis*. De hoc videant Botanici.

Γάλλοι. Sic dicti sacris Cybelae initiati. Vox autem peregrina videtur.

Γάλως *glos*, vel *soror mariti*. Vox quidem Graecae originis; ratio tamen ejus obscura et incerta.

Γαμ-

Γαμβρὸς *gener*, eſt pro γαμρὸς, β interpoſito: hoc autem pro γαμερὸς, quaſi dicas *ad nuptias pertinens*. Eſt autem factum a nomine γάμος, *nuptiae*: de quo mox. Inde autem eximie *gener* [q. *aangetrouwd*] ſic dicitur.

Γαμέω *uxorem duco*. Oritur a nomine γάμος *nuptiae*; quo proprie deſignatur *feſtivitas nuptialis*, *epulum*, nomine orto a verbo γάω, quod ſupra vidimus *laetandi* notionem, inter alias, habere. Inde vox noſtra eximie translata eſt ad *feſtivitatem nuptialem* & *epulas*, ac porro ad ipſas *nuptias*, ipſumque *matrimonium*, quin etiam *concubitum*.

Γάμμα eſt nomen literae *tertiae*. Origo, ut reliquarum litterarum, ex oriente repetenda.

Γάνος *laetitia*. Oritur a γάω, & proprie quidem notat *nitorem*, vel *ſplendorem*: quae notio, ut ſupra jam vidimus, verbo γάω adjuncta fuit. Inde transfertur ad *laetitiam*, et porro *oblectamentum*, cujus generis translatio quoque cernitur in derivato γηθέω, de quo poſtea.

Γὰρ *enim*. Videtur compoſitum ex γε et ἄρ, quod vide ſuo loco. [Conf. Cl. *Hogevenii* Doctr. Partic. Cap. XII.]

Γαργαίρω. Male verbum hoc reddidit noster Scapula per *ſplendere*, deceptus corrupto *Heſychii* loco, ubi legendum pro γαργαίρω, μαρμαίρω, quod est *ſplendeo*, et a nostro plane diverſum. Hoc autem in uſu vulgo notat *repletum eſſe*, et quidem proprie videtur factum a ſono, vicinumque eſſe verbo καρκαίρω. Praeterea origine non valde differre putem a verbo γαρύω, quod Jonice pronunciatur γηρύω, quemadmodum nomen, unde deducitur proxime, γῆρυς, *vox*. Factum, nempe, opinor γῆρυς et verbum γηρύω, praeterea nomen γάργαρος ejusdem formae, cujus βάρβαρος eſt, ac tandem γαργαίρω, ſimilitudine quadam obſervata ſoni γαρ, *gutture* expreſſi. Inde certe manifesto oritur nomen γαργαρεὼν, de quo ſuo loco. A ſimilitudine autem iſtius *ſoni* et *ſoli crepitantis*, *motu pedum*, a multitudine *congregata* facto, ad ipſam

ſam *multitudinem* translatum videtur, nomen γάργαρα. Γαργαίρειν autem, ut et καρκαίρειν, poſitum inde est de loco *hominum ſtrepentium multitudine* repleto; unde poſtea generalius *plenum eſſe* ſignificavit.

Γαργαλίζω, *titillo.* Etſi dubia quodammodo videri potest verbi hujus origo, et hoc tamen ortum quoque arbitror a ſono, quem titillatio, una cum riſu, hominibus exprimit. Proprie enim, ut Latinum *titillo*, ſic nostrum γαργαλίζω notat *fricando* ſive *ſub alis*, ſive *ilia*, ſive *alio loco* corporis *titillare*, et ita ad *riſum* aliquem cogere. A *titillandi* autem notione ad quamvis *jucunditatem* et *voluptatem* porro verbum transfertur. Praeterea verbum γαργαλίζεσθαι de *pruritu* aliquando accipitur.

Γαργαρεὼν *gurguleo*, *guttur.* Manifeſto eſt formatum a *ſono* repetito γαρ, γαρ, *gutture expreſſo*; quemadmodum verbum γαργαρίζειν inde quoque ponitur pro *gargarizare*.

Γάρον *garum.* Ratio nominis mihi quidem parum expedita.

Γαστὴρ *venter* oritur a γέγασαι, *tertia* Praet. perf. Paſſ. verbi γάζω vel γάω, quod inter alia idem notat quod χωρέω, *capio*, vel *excavatum*, *expanſum recipio*. Dicitur autem eximie ſic *venter*, quod cibi *receptaculum* eſt. [Γαστὴρ *receptaculum* cibi notat a γέγασαι, verbi γάω, ſignificantis *capio*. In Lexicis vulgatis hoc verbum non invenietur, ſed tamen adnotatum est ab auctore Lexici Etymologici magni, pag. 244. 221. 523. L. C. V.]

Γαυλὸς *mulctra.* Et hoc videtur a γάω repetendum, unde γάλω, γαλὸς, γαυλὸς. A notione nempe *capiendi* generatim γαυλὸς *vas* est *recipiendis rebus aptum*, atque inde eximie *mulctra* ſic dicitur. Praeterea hoc nomine aliquando deſignatur *navigii genus*, ut & *ſentina*.

Γαῦρος *ſuperbus.* Vidimus ſupra, verbum γαίω, Latine *ſuperbio*, a ſimpliciori γάω ortum. Est autem illi vicinum γάνω, unde noſtrum γαῦρος, atque inde ver-

verba γαυριάω et γαυριάω, quae similiter, ut γαίω, ad *gloriandi* et *superbiendi*, *exsultandi*ve notionem translata sunt.

Γαυσὸν *curvum*, *intortum*. Forte et hoc repetendum a γάω, quod, ut vicinum κάω, a notione *expandendi* eam *curvandi* accepisse videtur, eamque communicasse, cum derivato suo, nostro γαυσόν.

Γε est a γέω, quod, ut vicinum, ita communem cum verbo γάω notionem habet *explicandi*: unde nostrum γε, particula usitatissima Graecis, vim accepit *expletivam*, ut vocant.

Γέγωνα. Quicquid de hujus verbi origine praecipiunt Grammatici, a ratione linguae Graecae alienissimum est. Certum videtur, verbum γεγωνεῖν factum esse a *sono incondite clamantium*; unde vulgo redditur *clare vociferari*.

Γέεννα vox Hebraica est, scriptoribus sacris usitata.

Γείνομαι, *gignor*, *nascor*. Verba vicina sunt γέω, et γίω, quae, ut γάω, inter alias, notionem habent *explicandi*. Inde γένω et γίνω proxime orta. A priore est Medium γένομαι, et, ejus loco, γείνομαι, proprie *explicor*, vel *memet explico*; atque adeo *nascor*, *gignor*. A posteriore est reduplicatum γιγίνω et Medium γιγίνομαι, et idem contractum γίγνομαι, quod antiquioribus Graecis usitatum, ut γίνομαι recentioribus. A prima autem *nascendi*, *gignendique* notione facile reliquae deducuntur. [Vid. et *Valck.* ad Eurip. Phoen. p. 470. E. S.]

Γεῖσον *suggrunda*, *projectura tecti*. Videtur esse a γέω *explico*, *extendo*,

Γείτων *vicinus*. A nomine antiquo γαῖς, quod cum γέα et γῆ, de quibus dictum in γαῖα, convenit, proxime oritur γεῖτος, unde γείτων (contracte γείτων) proprie *is* est, qui in *eadem terrae parte* habitat; unde eximie sic dictus *vicinus*, ac porro latius etiam patet de quovis simili. [Ut apud Latinos *vicinus* deducitur a *vico*, iique *vicini* vocantur, qui in eodem

vico propinquas habent habitationes, sic etiam γείτω a γέα vel γεία, (pro quo dicitur γῆ), quae vox in genere quidem notat *terram*, sed in primis *terram cultam*. Ponitur ergo γῆ etiam pro *vico*, atque inde γείτων, (ut origine, sic etiam significatione) voci Lat. *vicinus* respondet. T. H.].

Γελάω est a simpliciori γέω, quod, ut γάω, notat *explico*. atque inde ad *splendorem* vel *nitorem* rei *explicatae* transfertur. [Conf. γέλασμα, mari quieto tributum ab *Aeschylo*, in Prometh. vs. 90. E. S.] Inde γέλω, et nomen γέλως, ut et nostrum verbum γελάω, proprie dicuntur de re *nitente* et *splendente*; unde postea transferuntur ad *risum*, quod risu veluti *nitet* facies et vultus *serenus* redditur. [Vide porro Cel. *Lennep*. ad Phalar. Epist. p. 308. 2.]

Γέλγη. Sic dicuntur *omnis generis merces*. Ratio nominis obscura.

Γέλγις *allii caput*. De hoc videant Botanici.

Γέμω *plenus sum*. Ortum videtur a γέω, quemadmodum δέμω a δέω· γέω autem ut γάω, inter alia, notat *capax sum*, *capio*, seu idem quod χωρέω: inde variae res, seu vasa aliqua re repleta, γέμειν dicuntur, et sic notat *plenum* et *onustum* esse; unde porro proficiscitur usus, qui est apud Latinos verbi *gemere*.

Γέντα *carnes*, *viscera*. Opinor oriri a γέω, ea significatione *capiendi*, qua modo vidimus. Inde enim γένω, seu Medium γένομαι, apud Homerum idem est, quod Graecum χωρέω. Sic certe tertiam γέντο, apud Homerum, interpretantur ἔλαβεν. Ab illo γένω itaque γέντον peperit Plurale γέντα, et id eximie dicitur *viscera*, quoniam a *ventre* tanquam *receptaculo* continentur.

Γεντιανὴ *gentiana*. Videant Botanici.

Γένυς *mentum*, haud dubie quidem oritur a γένω vel γένομαι: ratio tamen significationis mihi quidem obscura est. [Forte ducta notio est ab *hiscendo* sive *hiando*, unde et Lat. *genua* dicta sunt. E. S.]

Γέρανος *grus* videtur origine convenire cum vocibus γέρας, γέρων, similibusque, nec tamen nominis ratio mihi satis expedita.

Γέρας *praemium*, *honorarium*, est a γέρω: quod superstes apud Latinos, et ortum a simpliciori γέω *capio*, atque inde *porto*, praeterea *gero*; unde porro idem notat quod Graecum πράττω, atque sic transfertur ad *actiones* quasvis *honorarias*, quas *gesta* vocant Latini. Inde γέρας eximie notat *honorarium*, *munus*, *praemium*, et quidvis fere *honoris* significationem habens.

Γέῤῥον *scutum Persicum*. Origo peregrina.

Γέρων *senex*, proprie Participium est verbi γέρω de quo ad vocem γέρας dictum. Inde γέρων, nempe ἀνὴρ proprie est, *qui honores* [aut *baculum* sive *scipionem*, vel et *qui annos* E. S.] *gerit*; unde ad *senectutem* translatum vocabulum, quod istius aetatis in primis hoc est. [Vide *Hesiod.* Ἔργ. vs. 331. *Aristoph.* Plut. 258. coll. 272. *Lucian.* Νεκρ. VI. 1. E. S.]

Γεύω est a simpliciori γέω, Active significante *capere facio*; quod est quoque vicinum γύω, unde Latinum Gusto, quod convenit cum verbo Medio γεύεσθαι, quod cum generatim proprie significet quasi *capio mihi*, vel *in usus meos*, eximie notat *gustare*. Antiquitus tamen generalius *experiendi* notione obvium fuit.

Γέφυρα *pons*. Productius nomen videtur quasi a γέφος, quod idem ac γόφος, unde γόμφος: hoc autem ortum quasi a γέπω vel γέφω. Videtur autem id a simpliciori γέω *hiscere facio*; inde γόμφος eximie notat *cuneum*, et porro *clavum*. Videtur itaque γέφυρα proprie esse quasi *clavis compacta* et *protensa res*.

Γηθέω. Vidimus jam supra, derivata a γάω ab *explicando* ad *laetandi* vim pervenisse. Similiter a γέω verbum γήθω, et inde γηθέω in usu *laetor* est.

Γήθυον *genus plantae* est, de qua videant Botanici.

Γῆρας *senectus*. Quemadmodum γέρων a γέρω translatum in *senem*; similiter ab eodem verbo ortum γῆρας ad *senectutem* transiit.

Γῆρυς *vox*. Sine dubio a ſoni, gutture expreſſi, ſimilitudine facta vox eſt, atque ſic voci adſignata. Vide ſupra ad verbum γαργαίζω.

Γίγαρτον *acini vinacei lignum*, ſeu *nucleus*. Origo obſcura.

Γίγας volunt eſſe quaſi γηγενὴς, contra omnem rationem. Forte reduplicatum eſt pro γὰς et hoc a γάω *explico*, *capio*. Nihil tamen pro certo definio.

Γιγγίδιον *herbae genus* eſt, de qua videant Botanici.

Γιγγλυμὸς *cardo*, niſi vox facta eſt a *ſono* cardinis, qui fit verſis foribus, originem forte repetas a verbo γλάω (quod idem ac γλύφω, de quo ſuo loco) *polio*. Inde γλυμὸς & reduplicatum γιγλυμὸς, atque inſerto ν, γιγγλυμὸς, commode certe repeti poteſt.

Γίγγρας *tibiae genus*. Stirps peregrina.

Γινώσκω. A verbo νόω *cogito* (de quo ſuo loco dicetur) eſt γνόω, inde γνώσκω et reduplicatum γιγνώσκω, ut antiqui pronunciabant, et omiſſo γ, ut recentiores, γινώσκω. Eximie notat *judico*, *cenſeo*, *exiſtimo*, ſeu idem quod Latinum *noſco*, ab eadem ſtirpe ortum, ac porro *cognoſco*.

Γλανὶς *piscis genus*, de quo videant Hiſtoriae Naturalis curioſi.

Γλαυκὸς *glaucus*, *caeſius*, ortum puto a γάλα vel γάλαξ, quod contracte eſt γλάξ, unde porro γλαύξ. Porro a γάλα, γάλανος et contracte γλανὸς *lactis* notionem retinuit. A γλὺξ vero noſtrum γλαυκὸς proprie quidem *lacteum* notat, ſeu *colorem lacteum referens*; inde autem, quod *lac* omni caret *pelluciditate*, γλαυκὸς eximie notat *colorem albicantem obſcuriorem ſine pelluciditate*, qui dicitur *caeſius*, in primis autem tribuitur *colori maris*; unde aliis porro rebus adjungitur, atque *noctua* ob colorem eximie γλαὺξ dicitur.

Γλάφω *ſculpo*. Neſcio an γλάω & γλύω, unde γλάφω et γλύφω, ſtirpem habeant γάω et inde ortum γάλω, unde ſupra vidimus oriri γαλήνη. A γάλω autem γαλάω & γαλύω, verba contracta γλάω et γλύω, *polien-*

di

di atque *scalpendi sculpendi*que notionem habere potuerunt e *nitore* (quam vim derivatis a γάω variis inesse vidimus supra) *glabricitatis* significatione repetita, & inde ea *sculpendi*.

Γλήνη, sive *pupillam*, sive *pupillae splendorem* proprie notare velis, certum videtur, rationem nominis a *nitore* & *splendore* esse repetendam. Nempe a γάληνος, quod ad γάλω et stirpem γάω pertinet, contractum est γλῆνος, foemin. γλήνη.

Γλήχων *pulegium*. De hoc videant Botanici.

Γλῖνος *genus aceris campestre*. De hoc quoque videndi Botanici.

Γλίσχρος *lentus*, *viscosus*, est pro γλίχρος, & hoc a γλίχω, de quo mox. Nostrum autem a notione *poliendi*, et *politura nitendi*, translatum videtur ad *lubricitatem*; unde proprie *lubricum* notat. Inde transfertur ad res *viscositate lubricas*, quales sunt, *oleo*, similibusque rebus *unctae*, inde porro notat *viscosum*, *glutinosum*, *tenax*, *parcum*, *sordidum*, *jejunum* cet.

Γλίχομαι, *cupio*, *appeto*, est a γλίχω, quod modo vidimus, quodque repetendum a simpliciori γλίω, cui vicina sunt γλάω et γλύω, quae, ut supra ad γλάφω vidimus, notionem *sculpendi* et *glabricitatis* acceperunt a *poliendo*. Inde ad *lubricitatem* translatum notionem eam in primis servavit, quae est in derivato ejus γλίσχρος *glutinosus*, *tenax*; unde metaphorice is dicitur γλίχεσθαι, qui *se* veluti *agglutinat*, vel *glutine* quasi *junctus adhaeret*; unde idem est, quod *vehementer cupere*, *appetere*.

Γλοιὸς ortum est a γλόω, quod vicinum verbi γλύω et γλίω, a *lubricitate*, de qua notione ad vocem γλίσχρος dictum, ad *olei sordes* eximie translatum est: inde porro, latius sumtum, modo significat *sordidum*, modo *qui est ingenio lubrico* et *mutabili*, vel qui *malis moribus* est, quaeque similes sunt notiones.

Γλουτὸς *nates* sine dubio est pro γλωτὸς & hoc derivatum a verbo γλόω, quod vidimus cum *nitendi*, tum *poliendi*, aliasque significationes admittere; ex quibus rationem nominis explicent, qui volent.

Γλυκὺς *dulcis* oritur ſine dubio a γλύω, et videtur nomen habere a *viscoſitate*, quae notio, ut vidimus, ineſt verbo vicino γλίω.

Γλῶττα ortum eſt a γλόω, *polio*, *ſculpo*. Est enim hoc vicinum verbis γλάω &c. ut inde γλῶττα proprie ſit *in modum cuſpidis* quaſi *politum* et *ſculptum*; unde eximie *lingua* ſic dicitur. Inde denuo ad *ſermonem* transfertur.

Γλωχὶς. Et hoc a γλόω est, vel inde derivato γλώχω, notatque proprie *cuſpidem politam*: inde porro *ſpica*, *ariſta*, praeterea *angulus* ſic dicitur.

Γνάθος niſi ſit a γνάω, vicino verbi κνάω *ſcindo*, de quo ſuo loco, ſtirps mihi quidem latet. Notat autem, a memorata *ſcindendi* notione, ut videtur, *malam*, *maxillam*.

Γνόφος *tenebrae* ſine dubio est pro νέφος, quod oritur a νέφω, *tego*, de quo ad vocem νέφος dicetur. Ratio nominis manifesta.

Γοάω, *gemo*, verbum factum a ſono est.

Γόγγρος piſcis genus, de quo rerum naturalium curioſi.

Γογγύζω *murmuro* factum est a ſono.

Γόης *praeſtigiator* videtur ortum a γόω, cui vicina ſunt γάω et γίω, alibi abunde explicata. Latet tamen mihi, quae in hoc nomine est translationis ratio.

Γόμφος *cuneus*, *clavus*. De hoc vide ad vocem γέφυρα.

Γόνυ *genu*, etſi eandem originem habet, quae est vocum γόνος, *genus*, γένος, ſimiliumque (verbum nempe γένω vel γένομαι) nondum tamen ſignificationis rationem ſatis perſpicio.

Γοργὸς neſcio, an vicinitatem habeat cum verbo γέρω, de quo ſupra ad γέρας, atque adeo idem ſit quod *promtus ad gerendum*; unde porro ſignificare potuit *acer*, *vividus*, *velox*, *mobilis*, et ſimilia.

Γράβιον. De notione vocis vide Lexicon: origo autem est obſcura.

Γραῖα *anus*, *vetula*. Dubium videri potest, ſitne contractum ex γέραια, ut oriatur a γέρων *ſenex*, an vero

vero a γράω oriatur, Latine *scalpo*, *rado* vel *scalpendo sulcos duco*, ut sic a cute *rugosa* dicatur. Dicitur saltem eximie γραῖα *rugosa circa umbilicum*.

Γράσος *sordes* in ovium lanis vel etiam *alarum foetor*. Origo obscurior est.

Γράφω est a γράω, *rado*, et hoc, ut videtur, a sono, qui fit *radendo*: inde γράφω eximie est *insculpo*, vel *sculpo literas*, ut olim in corticibus arborum, aliave materia, fiebat. Hinc generatim porro notat *scribere*, *describere*, *pingere*, quaeque similes sunt notiones.

Γράω *comedo*. Proprie idem fere est ac *rado*, factum, ut opinor, a sono rei *rasae*. A *radendo* autem ad *comedendi* notionem translatum est.

Γρίπος *rete*. Forte originem vicinam habet verbo γράω *rado*: nisi, praefixo γ, repetendum sit a ῥίπτω *projicio*.

Γρόνθων *primum rudimentum tibicinum*. Forte a sono est factum.

Γρόσφος *teli genus*. Stirps autem incerta.

Γρῦ. Vox facta est a *sono*, quemadmodum γρύζειν factum a sono *porcorum*, quibus proprium est. Inde eximie οὐδὲ γρῦ, ratione sermonis, dicitur, notatque *ne tantillum*, *tantulum*.

Γρὺψ *Avis genus*. Videtur oriri a γρύπτω, quasi quod vicinum verbo γράφω, et, a simpliciori γρύω ortum, notionem habere videtur *radendi*.

Γρώνη *Caverna*, *saxum exesum*. Proprie est a Masculino γρῶνος *cavus*. Hoc autem contractum, pro γράονος, quod repetendum a verbo γράω *sculpo*, *rado*; unde γρώνη, subintellecto πέτρα, eximie *caverna*.

Γύα proprie est a γύω, quod, ut γάω, de quo supra, notat *hisco*, *explico*; unde nostrum eximie notat *fossam*, *jugerum*, *arvum* et similia.

Γύαλον. A notione *hiscendi*, quam verbo γύω, ejusque proximo derivato γύα inesse vidimus, γύαλον derivatum eximie notat *volam*, vel etiam *vallem*, et similia.

Γυῖον *Membrum*. Et hoc est a verbo γύω *hisco*, *expando*. Inde eximie *membra majora*, *manus pedes-*

 que

que γυῖα dicuntur; quod *explicari*, et *extendi* possunt.

Γυλιὸς *vasculum militare*, ad reponenda necessaria. Est a γύω, ut videtur, quod inter alia, ut vicinum γάω, significare potuit idem quod χωρέω *capio*.

Γυμνὸς nomen Participiale est, ortum a Participio γεγυμένος, quasi dicas *explicatus*; unde notat *apertum*, *nudum*, *inermem*, et similia.

Γυνὴ forte est a γύω, vel derivato γύνω, vicino verbi γάω et γέω, significantis χωρῶ *capio*, quod nempe virum vel semen *recipiat*.

Γύργαθος *canistrum*. Videtur esse a nomine γυρὸς *incurvus*, ut sit quasi contractum pro γυράγαθος.

Γύρις *pollen*. Origo incerta.

Γὺψ *vultur*. Forte a *capiendi* notione, quae verbo γύω inest, repetendum; ut sit quasi a derivato γύπτω.

Γύψος *gypsum*. Ratio nominis obscurior.

Γωλεὰ *speluncae*, *lustra ferarum*. Videtur esse pro γεωλεὰ et hoc a singulari γεωλεὸς, quod derivatum a γέως, quod cum γῆ convenit.

Γωνία. Forte est a γόω, vicino verbi γέω *explico*, et *explicatum complector*; *capio*. Inde forte proprie notat *locum angustum* inter duo latera extensa, vel *in cavitate*; unde porro *locum abditum*, atque etiam *angulum* notat.

Γωριάω *subsanno*. Verbum Laconicum est, factum, ut videtur, a sono subsannantis.

Δ.

Δαίδαλος DAEDALUS, quod nomen proprium antiqui Cretensium artificis stirpem primam haud dubie habet verbum δάω, de quo suo loco. Notat autem δάω inter alia *findo*, unde δάλω, δάλος, δάδαλος (reduplicata δα) porro δαίδαλος, et verbum δαιδάλλω; et quidem δαίδαλος, ratione originis, proprie est *fissor*, scil. lignorum, quod recte in artificem illum quadrat, qui rudibus suis temporibus artificiosius e ligno statuas fecisse dicitur, pedibus nempe divaricatis, quum ante id tempus ruditer fierent, pedibus junctis. Inde jam δαιδάλλω porro notat *artificiose facio*.

Δαίμων. Est hujus stirps quoque δάω, seu productior forma δαίω. Videtur in primis in nostro derivato spectanda notio *dividendi*, *distribuendi*, quae est verbi δάω vel δαίω: ut adeo δαίμων proprie sit *distributor*, quod in *Deum* et *Genios* recte quadrat. Saepe enim Deos δαίμονας vocant scriptores. In primis tamen genus quoddam medium Deos inter et homines, qui ἡμίθεοι vocantur, hoc nomine insigniuntur. Habebantur autem hi quasi *distributores bonorum* et *malorum*, quae hominibus obtingerent: inde porro nata notio, qua δαίμων idem fere est ac τυχὴ *fortuna*.

Δαίω. Oritur a simpliciori δάω, quod formas habet vicinas δέω, δίω, δόω, δύω. Horum notio communis est *vehementer movendi*, et *movendo separandi*, vel *penetrando findendi*: inde porro *comburendi* virtus profecta. Praeterea a notione *penetrandi* translatum est ad *peritiam*, quam quis alicujus rei acquirat, atque inde eximie valet quoque *discere*, *doceri*. Imo

a

a *dividendo* profecta quoque notio *epulum praebendi*, quod antiquisſimis temporibus cibi inter convivas *distribui* ſolebant, et ſingulis *in partes diviſi* apponi.

Δάκνω. Oritur a ſimpliciori δάκω, unde proxime δάκος et δῆξις, quibus nominibus animalia *morſu* laedentia notantur. Est autem δάκω a verbo δάω, cujus notio *findendi* jam ſupra notata. Inde illa *mordendi*; unde dein translatum quoque ad res, quae *acri ſapore mordeant*.

Δάκρυ. Vidimus ad verbum δάκνω, nomen δάκος ex origine ſignificare *eum*, qui *morſu* laedat. Inde δάκερος derivatum notat propr. *vim mordendi habens*. Idem contractum est δάκρος, et, mutata terminatione, δάκρυς, cujus neutrum δάκρυ Subſtantive notat *lacrymam*, quod nempe *acrimoniam mordentem* habeat.

Δάκτυλος proprie forma diminutiva est a ſimpliciori δάκτος, quod derivatur e *tertia perſ*. Praeteriti perf. Pasſivi δέδακται verbi δάκω *findo*, *mordeo*. Inde *rodendi radendi*que notionem habet. Hinc porro δάκτος Pasſive valet *morſus*, *raſus*; Active vero *qui radit unguibus*, nempe. Inde autem transiiſſe notio videtur ad *digitos*, qui forma diminutiva eximie δάκτυλοι dicti; ab articulis vero digitorum *uno longiore et duobus brevioribus*, *pes* deinde metricus δάκτυλος quoque dictus fuit; quod *una ſyllaba longa*, *duabus* vero *brevibus* conſtat. Reliquarum autem translationum, quas pasſa vox nostra est, ratio facilis.

Δαμάω. Oritur etiam hoc a ſupra memorato verbo δάω *divido*, *findo*; unde δαΐς nomen, *pugna*, et δάϊος *hoſtilis*. Inde autem δάμω idem proprie, quod Latinum inde ortum DOMO, ſeu *efficio*, *in partes concidendo*, vel *conficiendo concidendoque ſubigo*; unde porro notat *occidere*, vel, alia translatione, *imperio ſuo ſubjicere*, et generatim idem quod *domo*, *ſubigo*.

Δῶρον: *donum*, vel *munus*. Oritur a δάω [ſive δόω] quod ſuperſtes in lingua Latina, in verbo contracto *do* [et d a n o apud *Plautum*, Captiv. Act. IV, Scen. II, vs. 39. & alibi. E. S.] notionem accepit ab illa *dividendi*, *in partes diſtribuendi*, & *diſtributum*

prae-

praebendi; unde generatim significationem *dandi* accepit.

Δαπανάω *consumo, impendo.* Proxime oritur a nomine δαπάνη *sumtus.* Est autem hoc foemininum a δάπανος Latine *consumendi vim habens, profusus:* hoc vero Adjectivum derivatum a nomine δὰψ, quod, superstes in antiqua lingua Latina, eximie *epulum* notat sive *opiparos apparatus epuli*, aut in deteriorem sumptum partem, *cibos nefandos.* Δὰψ vero descendit a verbo δάπω, (pro quo in usu est δάπτω *voro, dilanio*) quod denotat *cibos discerpendo dividendo*que *vorare, dilaniare.* Stirps enim est memoratum jam verbum δάω *divido.*

Δάπεδον *pavimentum.* Sine dubio est a simpliciori δάπος, ejusdem significationis nomine, superstite in compositis bene multis. Videtur huic vicinum esse nomen δάπις, quod in usu idem notat quod τάπης. Stirps autem vocis mihi non satis expedita.

Δάπτω. De hoc, quantum sufficit, dictum ad verbum δαπανάω.

Δαρθάνω. Est a simpliciori verbo δαρθάω, aut vicinum δαρθέω, quod idem est ac δαραθέω, cujus loco pronuntiatum quoque contracto δράθω. Videtur autem verbum compositum ex δὰρ vel δάρα, quod idem notat ac δέρας *pellis.* Inde δάρθω & δράθω proprie significasse videntur *sternere pellem*, unde dein, per figuram consequentis pro antecedente, significasse videtur *in pelle strata dormire*, atque sic simpliciter *dormire.* Est autem nostrum δαρθάνω a forma vicina δαρθάω.

Δασπλῆς. Est a particula δὰ (quod ut ζα significationem in composito intendit) & πλῆς, quod contractum ex πλέης, hoc vero a πλέω *plenum facio*, de quo suo loco. Inde δασπλῆς proprie valet *qui valde replet, nimis* quasi *urgendo*, atque ita *gravis* est; unde *atrox* dicitur: σ autem, ut in similibus, interponitur.

Δασὺς *densus.* Ortum est a δάω *divido:* inde δασὺς proprie opponitur *glabro*, quasi dicas, quod *multos* ha-

habet *apices*, in quos sit *divisum*. Hinc in usu notat *pilosum*, *hirsutum*, *asperum*, *densum arboribus*, et similia. [Respondet huic etymologiae linguae usus. Sic enim δασὺ *hirsutum* notat, Odyss. Ξ, 51. ad quem locum referenda est glossa *Hesychiana*, qua per τραχὺ explicatur. Vide & *Hesiod.* Ἐργ. vs. 514. Porro vox Latina *densus* eandem habet originem a δέω, quod cognatum est alteri δάω. Densus certe idem valere ac δασὺς probat illud poëtae apud *Ciceron.* de Nat. deor. L. 1, 42.

Sylvestribus sepibus densa.

& *Ovid.* III. Amor, I, 32. E. S.]

Δατισμὸς *figura dictionis* est, qua *eadem res pluribus verbis repetitur.* Factum est a Δατίζω, significante *imitor* Datin, quod hominis Persae proprium nomen, a quo ortum Δάτιδος μέλος. [Conf. viri docti ad *Hesych.* in voce Δάτις. E. S.]

Δαῦκος *herbae nomen.* Dicitur forte pro δάκος, de quo dictum ad verbum Δάκνω, nempe ab *acrimonia* saporis. [Vide *Kusterum* ad Hesych. T. 1, p. 834. E. S.]

Δαφνὴ *laurus.* Dicitur sic forte a verbo δάπτω *voro*, *comedo*, & quidem ab illius Praeterito perfecto δέδαφα. Ratio nominis autem repetenda forte a consuetudine vatum, qui oracula reddituri laurum comedebant; unde etiam *Pythia*, sacerdos Apollinis, a poëtis δαφνηφάγος dicta.

Δαψιλὴς *largus*, *abundans.* Proprium est *epulo* et *opiparis conviviis*, ortum a nomine δὰψ, de quo dictum ad verbum δαπανάω.

Δὲ *autem*, *vero.* Notiones habere videtur a *dividendo*, *sejungendo*, quae significationes sunt verbi δέω, ex quo oritur. [Rectius mea quidem ex sententia, clar. *Hoogeveen*, Doctr. Part. Ling. Gr. p. 242. primariam potestatem quaesivit in *ligando*, seu *connectendo*, quae perquam manifesta est in verbo δέω. Conferantur etiam quae dedit *L. Bos*, in Exercit. ad Luc. XII, 1. 2. Conjecturam vero *Burgessii* ad *Dawes.* Miscell. Crit. p. 517. minus verisimilem arbitror. E. S.]

Δεῖδω

Δείδω *timeo*. Ortum est a simpliciori δείω, quod a δέω, ex quo nomen δέος *metus*. Vidimus jam supra, verba δύω, δέω, δίω notionem *primam* communem habere, eamque esse positam in *movendo*, *penetrando*. Hinc transiit ad *fugam* vel *periculum*, et ortum inde *metum*. quae notio in multis derivatis cernitur.

Δείκνυμι *ostendo*. Oritur a simpliciori δείκω, quod idem est ac δίκω: hoc autem superstes in verbo Latino d i c o. Propriam notionem habet *jaciendi*, *feriendi* scopum, ut ad vocem δίκη dicetur: atque inde notat proprie, quasi, *feriendo scopo*, sive *digito*, sive *alia re monstro*, *ostendo*.

Δείλη *tempus pomeridianum*, quando sol vergit ad occasum. Proprie femininum est a masc. δειλὸς, de quo mox dicendum. Est autem δείλη, scil. ὥρα, eximie *tempus* illud, quando lux *debilis* fit, et se veluti *inclinat*.

Δειλὸς *timidus*, *ignavus*. Proprie notat eum, qui *se inclinat*, vel *in fugam conjicit* prae metu; unde eximie notat *timidum*, *ingnavum*, significatione orta a nomine δέος, vel verbo δέω; cujus notio, quae hic in primis spectari debet, plane convenit nostro Belgico *doorgaan*. Porro δειλὸς inde notat *debilem*, *miserum*, quin et *malum*.

Δεινός. Ut δειλὸς, Passive, is dicitur, cui *metus incutitur*: sic δεινὸς, Active, *qui metum affert*. Unde porro notat *terribilem*, *gravem*; praeterea *sollertem*, *prudentem*, *peritum*, et generatim qui *magnam vim* et *efficaciam* habet. Originem eandem agnoscit haec vox, quam praecedens δειλός.

Δεῖπνον. Monui supra, δάω esse vicinum verbo δέω: atque ita vicina sunt quoque inde derivata δάω, δάπτω et δέπω, atque inde ortum δάπτω, quibus omnibus notio *cupide edendi* inest. Inde δέπος, cui vicinum δέπας (de quo infra) peperit nomen δέπινος, et neutrum δέπινον, unde δέπνον, et δεῖπνον eximie, in usu, de *coena* positum. [Vide tamen infra ad vocem Δειπόζω. E. S.]

Δεῖσα, vel δεῖσσα, *humor*, *stercus*. Recte derivatur a

a δέω, quod convenit cum δεύω *humecto*, de quo suo loco.

Δέκα *decem*. Ortum quidem est a δέκω, unde δέκομαι, de quo dicendum ad δέχομαι: ratio tamen significationis mihi quidem non expedita satis. [A notione *ligandi* sive *compingendi*, quae est in δέω, repetiit *D. Messingh*, in Diss. de Authent. quorundam Cethibim, p. 19. nempe ut δέκα, eadem ratione sit translatum ac Hebr. עשׂר et Belgic. *tien*, quibus significatio orta „ ex illa *constringendi* atque *compingendi*: quod „ *denario* numero minores *unam* in *summam*, et quasi „ unum in *fascem colligentur* et *compingantur*." Plura vide ibidem et infra in Ἑκατόν. E. S.]

Δέλεαρ *Esca*. Quemadmodum a δάλω, δαλός, a δόλω, δόλος, sic a δέλω est δέλος, et inde δέλεαρ. Δάω autem et δέω, et inde δάλω et δέλω, inter alia notionem *cupide edendi* et *vorandi* habuisse vidimus supra. Proprie itaque δέλος et δέλεαρ *cibus* est, quem *cupide comedas*. Inde in usu δέλεαρ eximie *esca*, qua animalia *capiantur*. Nomen autem δόλος latius translatum quidquid *fallaciter* struitur ad *capiendum* aliquem.

Δέλετρον *fax*. Est proprie ab obsoleto verbo δελέω, quod a δέλος: hoc autem convenit cum δαλός, quod in usu, notat *titionem*, *facem*, ortumque est a δάω *uro*. Δέλος autem a δέω itidem significare potuit *facem*, atque inde δελέω *face collustro*. Unde δέλετρον proprie *instrumentum* est, quo quis *facem lucentem* gestet, atque adeo *laterna*.

Δέλτα est nomen literae elementaris. Stirps autem ex oriente.

Δέλφαξ *porcellus*. Ortum est a δέλφος, vel δελφύς *uterus*. Inde δέλφαξ, vi terminationis, proprie notat, *qui magnum uterum habet*

Δελφὶν videtur ita vocari, quod piscis figura sua *utero* similis est. Vix enim, nisi forma, differt a δελφύς.

Δελφὺς *uterus*, *vulva*. Ortum quidem videtur a δέω, vel inde orto δέλω, quod jam supra vidimus, ratio tamen significationis mihi quidem obscurior. [Verbum

bum δέλτειν, *cupide edere*, pp. videtur esse i. q. ἕλω *volvere*, *convolvere*, *complecti*, *capacitate* sua avide *comprehendere*: unde fortasse notio *vulvae* sive *volvae*, quae ipsa vox Latinis quoque ab ἕλω *volvo* dicta fuerit. E. S.]

Δέλω *inesco*. [Proprie *volvo*, *involvo*. Vide in voce superiori & conf. Analog. p. 209. E. S.]

Δέμας. Stirps δέω est, quod idem ac δάω *divido*. Inde autem notat *divisum*, & seorsim in fasciculum quasi *colligo*: unde porro *vinciendi* & *ligandi* notionem habet. Δέμας itaque, inde ortum, proprie quasi *compages* corporis *colligata* est, atque ita potissimum apud poëtas accipienda vox. [Hinc porro δέμας *instar*, Iliad. Λ, 595. Ν, 673. &c. uti Hebr. עצם, pro בעצם. E. S.]

Δέμνιον *stratum*, *lectus*. Est a δέω *ligo*, *alligo*; a cujus Participio δεδεμένος nomen ortum est δέμνος, & derivatum δέμνιος, cujus neutrum δέμνιον pp. notat ex variis partibus *junctis* & *colligatis* exstructum: & hinc eximie *stratum*, *lectus*ve dicitur. [Nempe, uti et ipsum Lat. Lectus est a *lego*, quod idem ac *ligo*, *colligo*. Vide plura in Schediasm. nostris de שכל. E S.]

Δέμω. Et hoc stirpem habet δέω *ligo*, *vincio*. Inde δέμω *vinciendo*, *ligando exstruo*, *compono*; atque sic *aedifico*.

Δένδρον. Nescio, an originem communem habeat cum voce δρῦς, de qua suo loco: ut sit reduplicatum δέδρον, pro δρῦν. Quod nisi verum sit, stirps mihi quidem est obscura. [Stirps fortasse est δέρω *decortico*: unde δεδέρω, δέδρω, δένδρον. E. S.]

Δέννος *probrum*. Vox Jonica est, quae proprie non differt a communi δεινός: significationem autem accepit ab *atrocitate* verborum.

Δεξιὰ scil. χεὶρ. A masculino δεξιὸς *acceptus*, *bene ominatus*. Oritur a δέχεσθαι *accipere*, de quo suo loco. Ponitur autem hoc eximie de *bono omine*, ut Latinis *accipere*. Inde ad manum *dexteram*, et *dexteras* partes, tanquam *boni ominis* et *acceptas*, trans-

 fer-

fertur. [Nisi forte simpliciter *dextra* manus, δεξιὰ, dicatur ab *accipiendo*, quia in *congressu* duorum hominum, se invicem *salutantium*, manus haec *capi* soleat. Unde phrases *dextram capere*, *dextram prehendere* cet. A notione autem *dextrae manus*, sive *dextrae partis*, ea *fausti ominis* videtur duci: non contra. E. S.]

Δέπας; *poculum*, et *patera*. Ortum forte a δέπω, de quo jam dictum alibi. [Verba δέκω, unde δέχω, δέχομαι, & δέπω, vicina videntur. Itaque recte apud *Hesych*. ἀπὸ τῦ δέχεσθαι τὸ πόμα repetitur. E. S.]

Δέρας oritur a δέρω, et hoc a δέω *divido*, *separo*. Inde δέρω videtur *excoriandi* notionem accepisse: unde δέρας postea *pellis* dicta, et quidem eximie *pellis ovina*.

Δέρη *cervix*, *collum*. Proprie convenit fere cum δέρας *pellis*. Inde *cervix* fortasse sic dicitur, quod *pellis* in plerisque animalibus eo loco laxior, et quasi *separata* a carnibus videtur. [Vel quod eo fere loco *excoriationem* animalium ordiri soleant. Etiam c e r v i x similiter a κίρω, quod idem ac κείρω, dicta. E. S.]

Δέρκω *video*. Dubium non est, quin oriatur a δέρω, atque proprie significet *oculis* veluti *caedere* et *perstringere*. Est enim δέρω, ut vicinum δαίρω, aliquando idem quod *caedere*, *verberare*, quasi dicas *verberibus excoriare*, atque ita *nudare pelle*. Unde in nostro verbo transiisse significatio videtur ad eos, qui, *acumine* oculorum et visus, facillime aliquid *penetrant*, atque ita veluti *pelle denudant*. [Malim equidem simpliciter a *findendo* sive *acie penetrando*, (quae prima notio est verborum δάω, δέω &c.) ad *acumen* visus transitum factum esse, quemadmodum in Hebr. חזה. Quid quod et ipsum Lat. v i d e o, sive v i d o, unde Praeter. perf. v i d i, eandem *acuminis penetrantis* vim propriam habet? uti apparere potest vel ex solo collato verbo altero *findo*, f i d i cet. Itaque δέρκεσθαι Poëtis pp. idem sit atque acie oculorum *sese penetrare* in rem, quod alio ex etymo, per διέρχεσθαι, explicuit Etymologus. E. S.]

Δέσιος

Δέσιος *mensis Junius*, apud Macedonas. Nomen ortum videtur a δέσις, quod a δέω *ligo*.

Δεσπόζω [*dominor*, & *dominio alicujus pareo.*] Opponitur verbo δουλεύειν, et est forte repetendum a δέω *Vincio*, ut sit qui *vincti dominus* est. [Nempe δεσπόζω verbum est factum e futuro verbi δεσπόω, unde quoque δεσπότης, ex 3. Praet. Perf. Passivi. Δεσπόω porro a δέσπος, quod a δέσπω, pro δέψω, Lat. Depso, ex δέπω, cognato alteri δάπω. Proprietas verbi Depso et productioris formae δεψέω (Odyss. M, 84.) est in *premendo*, et *cum pressione subigendo*, unde notio potestatis superioris, cuncta *subigentis*, et quasi *imperio suo prementis*. Eandem translationem, in voce Hebr. מלך, observavit *A. Schultens*, in not. ad Exc. Hamas. p. 491. E. S.]

Δεῦκος *dulcedo*. Videtur esse a δεύω *irrigo*, *irrigando mollio*: unde forte ad *dulcedinem* translatum. [*Etymologus* magnus reddit nomen δεῦκος per τὸ γλυκύ, verbum autem δεύκω per βλέπω: quod idem fere notat ac λεύσσω. *Ex* quibus perquam verisimile fit, verba δεύκω & λεύκω origine sua convenire: ut alibi literas λ & δ in pronuntiatione permutatas esse constat. [Vide *Salmas.* Plin. Exerc. p. 903. F. Quo pacto vera stirps fuerit λέω, unde λεύω, & δεύω, λεύκω, δεύκω: atque adeo notio *dulcedinis* a *leni* titillatione et *mulsione* fuerit repetenda. Simul observetur et ipsum Lat. Dulcis, ex eadem Stirpe, unde nostrum δεῦκος, esse repetendum: alteram autem vocem γλυκὺς, quam adhibuerunt Graeci, eandem quoque etymologiam admittere, modo abjiciatur litera γ ab initio adscita. Conf. Analog. Gr. p. 213. E. S.]

Δεῦρο *huc*, *in hunc locum*. Ortum est a δεύω, quod idem pp. ac δέω, δίω *moveo*, *adjungo*, *accedo*. Inde Imperativus Δεύε, et contracte Δεῦ, pp. idem quod *accede*. Ejus Pluralis Δεῦτε superest, sensu *hortandi*, quasi dicas *accedite!* Videtur autem Δεῦρο proprie esse factum ex memorato Δεῦ, & Particulis ῥα, & ὃ per contractionem.

Δεύτερος proprie est *qui accedit secundus.* Quod ipsum Latinorum Secundus, ortum a Graeco ἕκω, vel ἥκω, proprie non aliam significationem habet. Est autem Δεύτερος forma productior a Δεῦτερ, quod a verbo Δεύω *accedo:* de quo modo dictum. [Quia etiam dicitur Δεύτατος pro *ultimo*, videntur proprie Δεύτερος et Δεύτατος esse *Comparativus* et *Superlativus*, ducti ab obsoleto δεύος, sive contracto δεύς. Hoc autem a verbo δεύω, quod Etymologus col. 259: 16. exponit λείπω *relinquo.* Hac lege δεύτερος & δεύτατος forent *magis* vel *maxime relinquens*, vel *relictus*, pro *secundo* et *ultimo* vel *postremo.* E. S.]

Δεύω a notione *penetrandi* significationem accepisse videtur *imbuendi*, *tingendi*, *rigandi*, *subigendi.* Ortum, nempe, a δέω, quod vicinum verbo δύω, ut jam alibi diximus.

Δέφω ortum est a simpliciori δέω, et a notione *dividendi*, *vehementer*que *movendi*, eam accepisse videtur *comminuendi* et *conficiendi*; atque inde porro illam *molliendi.* Partim inde proprium est *coriariis*, qui pelles *molliendo* praeparant, partim sensu obscoeno a scriptoribus ponitur. [Proxime pertinet ad δέπω, unde Depso, Δεψέω. Δέπω autem cum adspiratione δέφω. Vide in Δεσπόζω E. S.]

Δέχομαι *accipio.* Vidimus jam supra, quemadmodum verba δάω et δόω *dandi*, *tribuendi*que notionem acceperint. Non alia ratio est verbi δέκω, & δέχω a δέω orti. Horum itaque formae Mediae δέκομαι & δέχομαι, (quarum altera Jonica est, altera communis dialecti) vi reciproca proprie notant *sibi tribuere* atque adeo *accipere*, *sustinere*, *exspectare* &c.

Δέω *ligo*, *vincio.* Vidimus jam supra, a *dividendo*, *separando*, *seligendo*, notionem ortam esse *ligandi.* Inde porro ea est *in vincula conjiciendi:* unde denuo nata illa est, qua quamque *necessitatem* respicit, qua quis *constrictus* veluti *teneatur:* ac modo vertitur *absum*, *abest* modo *opus est*, modo *indigeo*, pro variis loquendi generibus diversimode. [Stirpes δάω, δέω,

δύω

δίω &c. *divido*, *separo*, eandem originem habuisse ac δέω *ligo*, *jungo*, *vincio*, vix credibile videtur. Itaque dispiciendum, an forte δέω *ligo* cum derivatis suis, pro adfinitate literarum δ et λ, idem sit, ex origine sua, quod λέω, ac λίω, unde *lego*, *ligo* &c. Ceterum a δέω factum est, per reduplicationem, διδέω, δίδημι, unde δῆσε *ligavit* IL. Λ, 105. Etiam δείμαι ὁδὸν *construo* viam, id est *munio*, pp. *jungo mihi*, sive *conjungo viam* eleganter dicitur. Vide *Wessel.* ad Herod. VII, 446. p. 599. Conf. porro eundem de Δόμοι *compages*, ad L. I, 72, p. 84. et alibi. — Ceterum Δέω et Δέομαι *precor*, pp. idem est ac *adnecto* vel *adnecto*, *adjungo*, *mihi*, Hebr. ארש. Vide de illo *Toup.* in Suid. III, p. 306. E. S.]

Δὴ *sane*, *profecto*. Stirpem quidem habet Δέω, vel Δίω: ratio tamen significationis valde vaga est. [Nimirum, uti μὴ *ne* dicitur pro μέε, sive μεῖ, pp. *remove*, *apage*, sic Δὴ *sane* videtur esse pro Δέε, vel Δεῖ, pp. *junge*, *adjunge*, *propera*. Quae vis particulae Δὲ sentiri quodammodo potest in phrasibus ἄγε δὴ, φέρε δὴ &c. E. S.]

Δήκοκτα *decocta*. Est vox Latina medicis usitata. [Vide omnino *Foësium*, Oecon. Hippocr. p. 91. E. S.]

Δηλέω *laedo*. Videtur ortum esse a Δῆλος, quod proprie notat *urens*, *urendo lucens*, *lucidus*. Ortum est a Δάω, quod (ut supra vidimus) inter alia notat *uro*: unde Δῆιος, et Δηϊόω; quod posterius proprie est *igne vastare*. Similiter jam Δηλέω proprie significare potuit *urendo*, vel *incendendo laedo*, *noceo*. Unde profecta notio generalis *laedendi*, quae porro eam *deludendi* peperit. [Conjecerat *Isaacus Vossius*, Lat. Deleo idem esse ac nostrum hoc Graecum δηλέω: cui favet quodammodo, quod et prima in Deleo sit longa. Sed multo rectius Lat. Deleo pro composito verbo habetur ex *de*, et *leo*, unde in Praeter. perf. *delevi*, uti a *lino* (quod a *lio*, vicino alteri *leo*) est in Praeterito *levi*. Consulantur *Priscianus*, et *J. M. Gesnerus*, in voce. E. S.]

Δῆλος pp. contractum est ex δάελος, quod ortum a δάω *uro*; notatque *lucidum:* unde generatim est δῆλος *manifestus*, *perspicuus*.

Δῆμος est a δέω, vel δάω *ligo*. Inde δῆμος proprie *populus* dicitur, sive *hominum multitudo*, *societatis* vinculo *colligata*, et in *civitatis* formam redacta. Idem autem, mutato accentu, (δημὸς) redditur *pinguedo*, *adeps*, quae notio profecta quoque a *ligando vinciendove*, quod, nempe, carnes et ossa in corpore animali *constricta* veluti tenentur tunica illa, quam *cellulosam* vocant, quae *sedes pinguedinis*.

Δὴν *diu*, *dudum*. Sine dubio est a particula δὴ, addito ν. Ratio tamen notionis valde vaga et incerta. [Proprie videtur esse Accusativus Singul. pro δέαν, a Nominativo obs. δέα, δῆ: uti a γέα, γῆ, in Accus. est γῆν, ejusdemque casus adverbia sunt ἀπάγδην, συλλήβδην, μὴν, πλὴν &c. Notavit autem obsoletum δέα, δῆ, pp. *junctionem*, *adjunctionem*, unde notio *contiguitatis*, *continuationis*; ut δὴν pp. idem sit ac *continuo*, sive *continuatione*. Conf. omnino Iliad. Λ, 416. 512. Ζ, 131. et alibi. E. S.]

Δηνάριον. Vox Latina est. [Latini enim non tantum DENARIUS dixerunt, sed etiam DENARIUM, in neutro genere: unde apud *Plautum* est, *centum denaria Philippea*. Vide *Gronov*. de Pecun. Vet. p. 136. E. S.]

Δῆνος *Consilium*. Videtur proprie esse *consilium*, quod ineatur ad *inveniendum* aliquid, ortum, nempe, a δήω *invenio*, quod a δάω vel δέω *moveo*, *permeo*, *penetro*.

Διὰ proprie notat *per*, et dicitur a *permeando*, quae notio verbo δίω, perinde atque δάω et δέω, adest. [Nempe διὰ, pro διᾷ, pp. est Dativ. Singul. obsoletae vocis διὰ, sive διή. Plura vide in Rudimentis nostris Struchtmeyerianis, Cap. XVI. p. 242—247. E. S.]

Διάδεσμα Herbae genus, *malva hortensis*. Ex διὰ, et δέσμα *vinculum*, a δέω *ligo*. Proprie idem est, quod

quod διάδημα: quomodo olim dicebatur *vinculum*, vel *fascia capitis*, quod regum insigne.

Διάζομαι *telam perficio*. Est a δίω *divido*, *discerno*. Inde διάω, διάζω, διάζομαι.

Διαίνω ortum est a διαίω, quod a διάω, et hoc a δίω. Videtur autem, non dissimili ratione ac δεύω, eam *humectandi* notionem accepisse, atque inde porro illam *irrigandi*.

Δίαιτα. Et hoc est a δίω, proxime ortum a διαίω, vel διαίνω. Ab *humectando* forte primum translatum est ad *victum consuetum*. Vel a *tribuendo* proprie δίαιτα dicitur, *qui*, vel *quae* victus rationem veluti *praebet* et *praescribit*: unde generatim porro notat *vitae institutum*. Altius autem inde translatum notat quoque *arbitrium* et alia.

Διαμπάξ. Compositum est ex διὰ, et ἅπαξ, de quo supra, suo loco, dictum. Inde διαπάξ, et interposito ν, eoque ob sequentem *labialem* in μ mutato, διαμπάξ, proprie idem valet quod *in universum*, adeoque *in totum*.

Διαττάω *percribro*. Proprie notat *persilire facio*. Est, nempe, compositum ex διὰ, et ἀττάω, quod ab ἄττω, de quo supra dictum.

Διδάσκω *doceo*. Est a δάω, unde δάσω, δάσκω, διδάσκω *facio discere*. Vide quae dicta sunt ad verbum δάω. [Vicinae formae sunt δάω, δίω, δόω. Jam vero, uti a δίω, Futur. δίσω, est δίσκω DISCO, sic a δάω, Futur. δάσω, δάσκω, et, reduplicatione facta, διδάσκω. Porro a δόω, est δόκω, hinc δοκέω, Lat. DOCEO. Unde apparet, cognata verba esse *disco*, *doceo*, et διδάσκω. E. S.]

Δίδυμος *geminus*, *duplex*. Compositum ex Δὶς, et δύμος, quod a δύω *subeo*, de quo alias dicetur.

Δίδωμι *do*. Oritur a δόω. Vide supra dicta ad vocem δάνος.

Δίζω *quaero*. Est a verbo δίω *persequor*, de quo suo loco. Inde autem *quaerendi* notio profecta.

Δίκελλα *ligo bifidus*. Composita vox est ex δὶς et κέλλα, quod a κέλλω *pello*, *illido*. [Ex stirpe κέω, cog-

cognata alteri κάω, unde καίω, καίδω Lat. *caedo*. E. S.] Ratio significationis satis manifesta.

Δίκη ortum est a δίω, unde δίκω pp. *jacio*, *ferio*. Hinc δίκη, quasi dicas, *quae jaciat*, *feriatve*, vel quae *feriatur*. Atque inde translatum ad *judicium*, *causam*, *actionemque*, quae alicui *impingitur*, vel etiam ad *jus*, *justitiam*, *poenam* et similia.

Δίκταμον vel δίκταμνον, forte ortum a δίκτος *monstratus*, quod a δίκω, inter alia idem significante, quod δείκνυμι *monstro*. Inde δίκταμος et δίκταμον vel δίκταμνον, eximie dicta videtur *herba*, cujus usum in extrahendis sagittis, post vulnus acceptum, cervi hominibus, ut volunt, *monstravere*.

Δίκτυον. A verbo δίκω, Latine *jacio*, sive *tertia* ejusdem Praeter. perf. Passivi δέδικται, factum δίκτος, quasi dicas *jactus*: more vero Aeolum, loco δίκτος, pronunciatum δίκτυς neutrum peperit δίκτυ, hoc vero tandem nostrum δίκτυον. Ut adeo respondeat Lat. *rete jaculum*, qua denominatione usus est Plautus. Usu tamen factum, ut generatim fere quaevis *retia* δίκτυα dicerentur. Itaque simili ratione ad *rete* translatum est, ac βόλος a verbo βόλω vel βόλω, quod idem ac βάλλω *jacio*. Unde βόλος itidem *rete*.

Δίκω *jacio*, *ferio*. Vidimus jam supra, oriri hoc a verbo δίω, cujus potestas quoque abunde explicata. Etsi autem verbum Δίκω, in significatione ea, quam diximus, *feriendi* rarius reperiatur, adhibuit tamen ea in notione *Pindarus*, profundi valde spiritus poëta, Olymp. Od. X, vs. 86. μᾶκος ἔδικε πέτρῳ *lapidem in longum projecit*, ad verbum, *longitudinem feriit lapide*: atque ita δίκειν in *Hesychio* redditur βάλλειν, ῥίπτειν. [Quo loco plura dabunt viri doct. laudat. Albert. T. I. col. 995. E. S.]

Δίνη *vortex*. [Adjectivum foemininum est, absolute positum, a masculino δῖνος, quod ex eadem ellipsi nominis Substantivi itidem Substantive adhibetur. Stirps δίω, unde δίνω, cujus productiores formae sunt δινέω, δινεύω, δινάζω &c. *volvendi*que, &

in

in gyrum circumagendi notionem habent: unde δίνη, *vortex* dictus; quemadmodum apud Latinos *vortex* a *vortendo*, sive *vertendo*. Conf. *Valck.* Diatrib. in Eurip. Dram. p. 39. C. et Adnot. in Adon. Theocr. p. 376. A. E. S.]

Διόνυσος *Bacchus*. Vox composita est ex Διὸς, Genitivo vocis Ζεὺς [vel potius antiquae vocis Δὶς, de qua *Salmas.* Exercit. Plin. p. 423. b. F.] et νύσος, quod ortum a νύσσω, vel νύω *conpungo*, *pungendo laedo*, *dolore afficio*. Inde Διόνυσος, *Qui Jovem laedendo dolore afficit*. Videtur eximie sic dictus *Bacchus*, quod matris Semelae, fulmine percussae, alvo eductus, Jovis femori insertus fuerit, ibique ad maturitatem perductus, atque sic tandem in lucem editus. [Apparet, hanc etymologiam longe verisimiliorem esse ea, quam dederant *S. Bochart.* Geogr. Sacr. Cap. XVIII, col. 440, 441. et *P. Moll.* ad Longi Pastor. p. 78. E. S.]

Διπλόος *duplex*. Compositum est ex δὶς *bis*, et πλόος, de quo supra dictum in Ἁπλόος.

Δὶς *bis*. Est a δίω *divido*, *separo*: unde δίχα *seorsim*. Inde δὶς proprie est, quasi *seorsum duo* dicas. [Nimirum vocula δὶς videtur esse pro δίσι, Dativo obsoleto vocis δίσις, ortae a δέδισαι, id est secunda pers. Praeter. Pass. verbi δίω. Δίχα vero proprie est a δίχος, quod a δέδιχος, verbi δίκω, de quo supra. Ceterum de δὶς et δὶ, in compositione, adi *Palmer*. Exercitat. L. I, p. 6, 7. E. S.]

Δίσκος *discus*. Est pro δίκος a verbo δίκω *jacio*. [A δίκω est δίκσω. et, per metathesin, δίσκω, ut saepissime alias, ab ἔπω *dico*, ἕσπω, pro ἔπσω, a λάκω, λάσκω &c. Vide de δίσκοι *Kuhnium* in Indic. Perizoniano ad Aelian. V. H. et laudatos a *Leisnero* ad *L. Bos* Antiq. Graec. p. 85. E. S.]

Διστάζω, *dubito*, compos. ex δὶς. et στάω vel στάζω, proprie est, quasi, *dupliciter insisto*, et inde est *anceps*, *dubius sum*. *dubito*.

Διφάω proprie repetendum est a δίπτω, quod idem

 ac

ac δίζω, ortum quoque a δίω. Verbi autem δίπτω Praeteritum δέδιφα peperit nostrum verbum διφάω, notans *studiose quaero*.

Διφθέρα *pellis*, *exuvium*. Proprie foemin. est a δίφθερος, et hoc pp. notat *bis corruptus*, *putrefactus*. Inde διφθέρα pp. *pellis praeparata*; et quidem eximie διφθέραι *membranae* dictae, in quibus scribitur. Oritur autem a δὶς, et φθείρω vel φθέρω.

Δίφρος est ex δὶς, et φρὸς, quod pro φέρος; vel φόρος. Ortum est a φέρω, de quo suo loco. Hinc δίφρος pp. dicitur *qui duo fert*. De significatione videantur Lexica [de origine vocis autem Eustath. ad Iliad. P, p. 1154. E. S.]

Δίψα *sitis*. Est a Δίφω vel Δίπτω, de quo dictum ad διφάω. Videtur sic dici ab *ardore* et *cupiditate*, qua quis potum *quaerat* et *desideret*.

Δίω. Quidquid *vehementer movet*, aut *movetur*, ex uno in alium locum *penetrando*, dicitur proprie δίειν, ut jam notatum supra, in vicina stirpe δάω. Inde eximie δίω notat *celeriter curro*, porro *fugio*, hinc *timeo*, quin etiam *cursu persequor*, et inde denuo *expello*, *abigo*.

Διώκω ortum est a δίω, διόω, δεδίωκα, διώκω, *cursu persequor*: quae notio jam explicata, ad δίω. [Videatur *L. Bos*, Exercit. ad Rom. IX, 30. p. 114. et *D'Arnaud* Animadv. Crit. p. 37. 38.] Inde quoque notat *expello*, *abigo*, *in exilium mitto*: dein, alia ratione translatum, idem est, quod *persequor judicio*, *reum ago*. Quin dicitur quoque *persequi oratione*, et, ad animum translatum, *sectari*, *expetere*, *adsectare*.

Διωλύγιος *magnus*, *arduus*. Sine dubio compositum est ex διά, et verbo antiquo ὀλύω, quod ab ὅλος *totus*, vel *solidus*: de quo suo loco.

Δυσπαλίζω *manibus agito* et *excutio*. Est ex δῖνος, et παλίζειν. Horum prius convenit cum δίνη, de quo supra. Posterius est a πάλω, unde πάλλω *quatiendo vibro*, atque inde *luctor*. Δυσπαλίζειν itaque proprie notat *huc illuc* quasi *in gyros movendo agitare*.

Δνόφος *tenebrae*. Videtur esse pro νόφος, quod idem ac νέφος. Δ autem praefigitur, quemadmodum, in eadem hac voce, praemittitur γ, ut sit γνόφος, quod vide supra suo loco.

Δόδρα *genus potionis*. Vox ipsa Latina.

Δοίδυξ *pistillum*. Ortum est a δύω, unde δύπτω, δουδύπτω. Inde δούδυξ, et δοίδυξ, *instrumentum*, quo res *tundendo dividas*, et *comminuas*. Est enim ea notio verbi δύω, ut alibi dicetur.

Δοκάζω *observo*, *exspecto*. A verbo δέκω, δέκομαι, (quod jam vidimus ad δέχομαι) nomen est δοκός, et inde verbum δοκάζω, quod, a notione *accipiendi excipiendi*que, ad eam *exspectandi*, *observandi*que transiit. Praeterea, ad *animum*, et quidem ad *intellectum*, translatum, notat quoque *putare*, *arbitrari*.

Δοκέω. Et hoc ejusdem originis est, cujus antecedens, ac proprie est *puto*, *existimo*, *censeo*, vel, sensu neutro, *videor*: id quod quoque δοκάζομαι notat. Unde, verbo ad *existimationem* nominis translato, aliquando οἱ δοκοῦντες dicuntur, qui *in opinione sunt*, sive ἔνδοξοι. Hac enim loquendi formula Graeci utuntur de iis, qui prae aliis *eminentes* sive *dignitate*, sive *honore*, sive aliis rebus, *in honore habentur*. [Conf. *Gatakeri* Adverf. I, 3. p. 189. 190. et viros doctos, a *Wolfio* laudatos ad Galat. II, 6. E. S.]

Δοκός *trabs*, *tignum*. A δέκομαι etiam nomen hoc esse, jam dictum est ad verbum δοκάζω. Proprie itaque valet *qui excipit*, scilicet, *pondus aedificii*, *trabs*, adeoque *tignum*. Idem metaphorice *animo* tribuitur, notatque *exspectationem*, *speculationem*que.

Δολιχός *longus*, *prolixus*. Haud dubie ducitur a δόλος, quod idem esse ac δέλος, si formationem spectes, observavi supra ad vocem δέλεαρ. Ubi itidem prima stirps exposita est. Inde forte δολιχὸς primum fuit dictum de *spatio longo*, quod, decursu suo molestum, prae longitudine cursorem *fallere* et *decipere* potest. Ea certe notio valere videtur, quando δόλιχος, Substantive positum, *certum* curriculi *spatium* designat. Inde

Inde autem postea *longum* significare potuit. [Favere nonnihil videtur, quod δολιχαὶ ἐλπίδες dicantur, quasi *spes fallaces*. Dubito tamen. E. S.]

Δόλος *dolus*. De hoc dictum ad Δέλεαρ.

Δόναξ *arundo*. Haud dubie est a δόνος, quod *agitationem* notat in composito πολύδονος. Inde δόναξ a *motu undulante* arundinum, vento *impulsarum*, dicta ipsa *arundo* videtur. Inde porro *calamum* scriptorium et alia significat.

Δονέω *agito*. Oritur a memorato modo δόνος, et habet originem verbum δόω, quod vicinum verbo δίω, unde δίνη *vortex*; et δινέω *in orbem* vel *gyrum moveo*. Cum his itaque significatione sua fere conveniunt δόνος, et δονέω, ac δονεύω, notantque *huc illuc gyrando movere*, *agitare*. [Adde δονάω, unde apud Theocritum, Idyll. XIII, 65. ἐδόνατο. E. S.]

Δορξ *dama*. Stirpem habet δόρκω, vel δέρκω. de quo dictum supra.

Δόρπον videtur esse pro δέρεπον, quod a δερέπω, unde δρέπω *decerpo*, *carpo*, *colligo*, de quo suo loco. Inde δόρπον pp. est quasi *collectio cibi* sive *frugum collectarum*, *decerptarumve*.

Δόρυ. Est quoque hoc a δόρω, vel δέρω, *retrahendo pellem denudo*, vel *decerpendo nudo*. Inde δόρυ eximie est *ramus decerptus*; unde porro *hastam* notat. [Quin et *unguem* animalium rapacium, ex quo usu proprietas vocis magis elucet. Vid. *D'Arnaud* Animadv. ad Aeschyl. p. 223. Esse autem δόρατα *hastas*, non vero pila, probavit *Schelius* ad Hygin. p. 310—312. E. S.]

Δῦλος. A δέω *ligo*, *vincio*, ortum δόολος, et contractum δοῦλος, pp. quasi *vinctum* dicas: unde *servum* denotat. [Nimirum ut ipsum quoque Lat. *servus* a *sero*, (id est ἔρω, vel εἴρω, pp. *necto*, *innecto*), prima origine *nexum*, *vinctumve* notat, quomodo etiam Persis servus BEND dicitur, a *benden* sive *binden*. E. S.]

Δῦπος *sonitus* rei *allisae*. Vox est haud dubie facta a *sono*. [Vid. Iliad. Δ, 455. et ibidem uti et Κ, 375. *Clarkium*. E. S.]

Δοχμὸς

Δοχμὸς *obliquus.* Forte dictum est ab *angulis*, quo quis in cursu veluti *excipitur.* Ut ut est, certum esse videtur, oriri a δέχεσθαι *excipere.* [Tali, nempe, translatione, ut δοχμὸς pp. sit *exceptus*, vel *excipiendus*, ut modo *huc* modo *illuc* feratur *obliquus.* Vide omnino loca Homeri, IL. M, 148. Ψ, 116. et viros doctos ad Hesych. T. I. col. 1028. E. S.]

Δράκων pp. Participium est verbi δράκω, quod contractum ex δεράκω, unde ortum δέρκω *acute cerno:* de quo dictum supra. Dicitur autem *draco* ab *acumine* visus. [Vid. *Jos. Laurent.* Var. Sacr. Gentil. Thes. Gronov. Vol. VIII. p. 169. B. Observetur autem ab eodem δέρκω, aut a vicina forma δόρκω, etiam *capream* Graecis δόρκαδα dici, quia animal est ὀξυδερκὴς. Vide *Bochart.* Hieroz. P. I, col. 925. E. S.]

Δράσσω *manu prehendo.* Componendum est cum δρέπω *decerpo, colligo*, quod a δέρω, ut nostrum a δράω: de quo suo loco. Accepit autem δράσσω a *decerpendo, carpendo*que notionem *prehendendi*, *arripiendi*que manu.

Δραχμὴ proprie non multum differt a nomine δράγμα *manipulus*, habetque originem eandem, verbum nempe δράσσω. [Conf. *Salmas.* Exerc. Plin. p. 188. B. et ad Vopisc. p. 416. Porro *Suell.* de re Numar. in Thesaur. *Gron.* Vol. IX. p. 1579. et *P. Moll*, ad Longi Past. p. 88. E. S.]

Δράω *facio.* Proprie oritur a δέρω, notatque *pellem detraho, denudo.* De quo verbo supra. Inde δερέω et δεράω, contracte δρέω, δράω: quorum hoc a speciali notione ad generalem *tractandi*, *faciendi*, *agendi*, *perpetrandi*que transiit. Praeterea ad illam *famulandi*, *ministrandi*que notionem propagatur. Idem tamen, quum notat *fugio*, componendum est cum verbo δέω *fugio*: de quo dictum supra. Inde, nempe, derivatum nostrum verbum, ejusdem δέω significationem per varios derivationum flexus retinuit.

Δρέπω *carpo, decerpo, colligo.* Est a δερέπω, quod a δερέω, et hoc a δέρω *pellem detrahendo nudo*, de quo supra dictum. Inde autem verbum nostrum illam

de-

decerpendi, similesque notiones accepit. [Conf. *Salmas.* de modo Usur. p. 881. E. S.]

Δριμὺς. A verbo δέρω ortum δερίω, & inde δρίω, peperit nomen δριμὺς, quod eximie ad eas res omnes translatum est, quae *acumine* suo vim habent *secantem* et *decerpentem*. Unde valet idem fere quod *acris*, *vehemens*, et in primis quidem ponitur de *gustu acri*. Idem, ad animum translatum, significat *astutum*, *prudentem*, *acutum*.

Δρόσος *ros*. Videtur litera δ, hac in voce, ut in quibusdam aliis, aliunde adscita esse; tum autem ῥόσος derivatum est verbi ῥέω *fluo*. Inde speciatim quidquid *guttatim fluit* δρόσος dicitur, atque sic aliquando *lacryma*, speciatim autem ROS vocatur. [Vide *Valck.* ad Eurip. Hippol. p. 180. E. S.]

Δρύπτω. Quemadmodum vidimus, a verbo δέρω esse δρέπω, sic ab eodem verbo δέρω quoque δρύπω est, et, inserto τ, δρύπτω. Facilis autem translatio fuit ab illa notione *excoriandi* ad hanc *lacerandi*, *laniandi*, quae subjecta verbo δρύπτω est. [Vide *Schrader.* ad Musaeum, p. 113. 114.]

Δρῦς. Proprie omne genus *arborum* hoc nomine comprehenditur, perinde atque nomine δένδρον, quocum etiam communem originem habet; ut jam supra observatum. Haud dubie autem, hac in voce, litera δ praefixa est, et ῥῦς adeoque contractum ex ῥύος, orto a verbo ῥύω, ut ῥὸς a vicino ῥόω, unde ortam esse vocem δένδρον supra dixi. Verba autem ῥόω et ῥύω, praeter alias notiones, eam quoque habent *rigendi*, qua, nempe, aliquid *rigidum* et *robustum* esse dicitur. Itaque hac ratione vox δρῦς, vi originis suae, idem plane valet, quod Latinum (ab eadem stirpe ortum) *robur*: quo nomine Latine quoque *majores arbores* et speciatim *quercus* aliquando designantur.

Δρώπαξ *medicamenti genus*, a verbo δρόω, quod, ut δρύω et δρέω, a verbo δέρω oritur. A δρόω autem ortum δρώπτω produxit nomen δρὼψ, cujus Genitivus

δρώπος

δρώπος peperit nomen δρώπαξ, quod a notione *carpendi*, *decerpendi*, quam supra vidimus in vicino verbo δρέπω, eximie translatum est ad significandum *medicamentum*, quod vim habeat *decerpendi* ac *vellicandi* pilos. [Vide omnino *Toupii* Emend. in Suid. I, 109 -111. E. S.]

Δύη. A verbo δύω *subeo*, *mergo* (de quo suo loco dicetur) δύη proprie dicitur id, quod nos *mergat* et *immergat* quasi in aerumnas: unde *aerumnae* vel *infortunium* similiaque hoc nomine designantur. [Vid. *Salmas.* Exerc. Plin. p. 61. A.]

Δύναμαι pp. verbum est a δύνω, [sive Medium a forma productiori δύναμι] pp. *subeo*, *ingredior*. Hinc δύναμαι, quasi dicas *ingressus sum*, *immisi memet*, translatum porro est ad notionem *potentiae*, atque sic notat *posse*: unde reliquae verbi hujus significationes provenerunt.

Δύνω, vel δύω *subeo*. Proprie convenit verbum δύω cum reliquis formis vicinis, quae jam supra variis locis explicatae sunt, δάω, δέω &c. habetque notionem primam positam in *motu*, qui fit *in locum penetrando*. Inde sponte nata est notio *subeundi*, *ingrediendi*que, verbo nostro specialiter adsignata.

Δύο *duo*. Est a verbo δύω, ut in δὶς numerum *dualem* ortum esse vidimus a notione *separandi*, *dividendi*que: quam inter alias habet δίω. Sic nempe δύο, a vicino ejus verbo δύω ortum, eandem quoque notionis rationem habet, notatque eximie DUO.

Δὺς in compositis varie notat, ut Lexica indicant. Est autem a δύω vel δῦμι, estque fere eadem significationis ratio in hoc vocabulo, quae est in nomine δύη, de quo supra.

Δῶρον. A verbo δάω, contracte δῶ, est δάορος, δάορον, contracte δῶρον, *donum*: cujus significationis caussa manifesta.

E.



E.

Ἒ *He!* Exclamatio *dolentis*. Factum est a *sono*, qui hac litera repetita editur. Ubi vero ἓ pronomen reciprocum SE notat, proprie est Accusativus casus ejusdem formae, cujus sunt pronomina μὲ, σὲ, et eandem rationem habet cum nomine ὅς, et casibus ejus obliquis, quam μὲ cum μὸς, σὲ cum σός. Et proprie quidem est a forma obsoleta ἵς, vel ἕς, cujus neutrum ἕν. Originem autem habet verbum antiquum ἐμὶ, vel ἔω *sum*. [Plura dedimus in Animadversionibus ad Analogiam Lennep. p. 299. seqq. E. S.]

Ἔα. Utuntur hac voce pro Interjectione. Est autem proprie Imperativus contractus, pro ἔαε, a verbo ἐάω, Latine *sino*, *permitto*. [Quod ipsum SINO cognatae quoque originis verbum est, ortum ab ἵω.] In usu autem voculae ἔα eadem ratio est, quae Imperativorum ἄγε, ἔχε, φέρε, ἰδὲ, et similium: quae omnia naturam saepe induunt Particularum.

[Ἐὰν si. Compositum ex ἐ, sive εἰ & ἂν, „ ut ἐπεὰν, quod Jones dicunt pro ἐπεὶ ἄν." Cl. *Hoogeveen*, Doctr. Particul. Cap. IX, p. 370. seqq.]

Ἔαρ, Latine VER, ortum est ab ἕω, vel ἕν, quod, ut suo loco dicetur, convenit cum vicino verbo ἕω (de quo supra) notatque *emittere*, *mittere*. Eximie autem inde dicitur *ver*, quod isto tempore terra, veluti aperta, omnia rursus e foecundo suo gremio *emittat*. [Ἔαρ etiam notat *ventum* & *sanguinem*. Vide *Etymol.* col. 511: 19. & 380: 7. *Eustath.* p.

p. 1851: 42. et viros doctos ad *Hesych.* c. 1058. et 1097. Quare verisimilius mihi est, voce ἔαρ, ab ἔάω *emitto*, *exspiro* halitum, adeoque *halo*, *exhalo*, tam *sanguinem spirantem*, ac *ventum*, quam *exhalationem* terrae *vernam*, ipsumque VER vocari. Pro ἔαρ autem *Attici* dixerunt quoque ἦρ, Aeoles Fῆρ, cum digammate praemisso, quod Jones protulerunt Bῆρ, teste *Varrone* apud *Vossium*, in Etymologico. Est adeoque eadem haec vox Latinorum VER. E. S.]

'Εάω forma productior est, orta ab ἕω, Lat. *mitto*. Unde ἐάω eximie notat *permitto*, *sino*: porro *praetermitto*, et similia.

'Εγγύη *sponsio*. Est a mascul. ἔγγυος Lat. *sponsor*, *fidejussor*. Et hoc videtur ortum ab ἐγγὺς Lat. *prope*. Ἔγγυος itaque est *qui prope una adest*, quasi *praes*: unde eximie transierit significatio in *sponsorem*. [Malim equidem retinere vulgarem etymologiam, quae repetitur ab ἐν, et γύον, sive γύης, *manus* aperta. E. S.]

'Εγγὺς *prope*. Ut supra vidimus, a verbo ἄγω, inserta litera ν ante γ, varia esse derivata, ἄγγω &c. sic quoque, a verbo vicino ἔγω derivatum, ἔγγω peperit nomen ἐγγὺς, quod a notione *adducendi*, quae verbo ἔγω aeque ac ἄγω inest, eximie significavit *prope*: quemadmodum fere ἄγχι, et similia, de quibus dictum supra. [Conf. omnino in ἄγχι.]

'Εγείρω, Lat. *excito*, convenit fere cum ἀγείρω, et uti hoc ab ἄγω formatum, ita ab ἔγω, ἐγείρω est. Eximie autem, a notione *agendi*, ea *sursum agendi* in nostro derivato conspicua est. Verbum autem ἐγείρω ita pronuntiatum pro ἐγέρω (quemadmodum in multis factum est) peperit etiam contractum ἔγρω, unde superest Medium ἔγρομαι, quod ejusdem significationis est apud poëtas atque ἐγείρομαι, ab ἐγείρω. Produxit praeterea verbum ἔγρω aliud ἐγρέω, cujus Futurum ἐγρήσω novam verbi formam peperit ἐγρήσσω, quo utuntur poëtae pro *vigilare*, quod vulgo Graeci verbo, ab eadem stirpe orto, ἐγρηγορεῖν, significare solent.

lent. Nostrum ἐγείρω sensu *excitandi* cernitur in phrasi ἐγείρειν πόλεμον *excitare bellum*, quod poëtae saepe dicunt ἐγείρειν Ἄρηα, id est *concitare*, vel *excitare Martem*. Speciatim autem verbum nostrum tribuitur iis, qui aliquem *e somno excitant* &c. [Etiam verbum hoc ἀγείρειν, secundum vim propriam, eleganter notat *excitare*, sive *sursum exigere*, aedificium. Conf. *Elsner.* et *Palairet* ad Joh. II, 19. E. S.]

Ἔγκατα *intestina*. Proprie est Plurale, ab obsoleta forma ἔγκας, quae vix differt ab ἔγκον, de quo supra dictum: [quod ipsum ἔγκας etiamnum fortasse superest in Adverbio ἐγκὰς *profunde*. Sed τὰ ἔγκατα *intestina* tutius dixeris esse *neutrum* plurale ab usitato ἔγκατος.] Ut autem ἔγκω et ἄγκω originem habent ἄγω vel ἄκω: sic nostrum ὄγω, vel ἴκω, ea notione, qua in derivatis *res curvas* et *vasa* respicit. Inde ἔγκατα eximie *viscera incurva* notare videtur.

Ἐγκισσάω, Latine *coitum appeto*, compositum est ex ἐν et κισσάω, quod a κίσσω, hoc a κίω, cui vicinum κύω *turgeo*: de quo suo loco. Inde ἐγκύω pp. est *gravida sum* et ἐγκισσάω *gravida esse cupio*. [Vox κίσσα notat *appetitum vehementiorem* et *picam*. Hujus stirps est κίω cio, *moveo*; unde ad *motum* alacriorem *picae*, *appetitum*que, facilis est translatio. Porro κισσάω *appeto fortius*, & compos. ἐγκισσάω, in primis dictum est de foemina jam *gravida*, et res quasdam *vehementius appetente*. E. S.]

Ἐγκρὶς. Sic dicitur *opus pistorium*, variis ex rebus *mistum*. Videri potest compositum ex ἐν, et κρὶς, quod posterius conferri debet cum verbo κράω, vel κεράννυμι Lat. *misceo*. Ejus vicina forma producere potuit nostrum κρίς.

Ἐγκώμιον. A nomine κῶμος vel κώμη, Lat. *vicus*, vox κώμιος peperit compositum ἐγκώμιος, cujus neutrum ἐγκώμιον eximie notat *laudationem*, quae *publice* in *vicis* fit. Unde postea generatim significavit *orationem laudatoriam*.

Ἐγρηγορέω vox composita est ex antiquo ἐγρὴς, et ἀγορέω.

ἐγείρω. Habet autem ἐγεῖν, ut verbum ἔγρομαι. inter alia vim *excitandi*, similiter ut ἐγρήγορα, quod ortum ab ἐγείρω, ut ἔγρομαι ab ἐγείρω: et utrumque est ab ἄγω, et ἔγω. Posterior autem pars ἀγορέω (ut ex multis vocabulis, jam supra ad literam α annotatis, apparet) descendit quoque ab ἄγω. [Proprie itaque, ex stirpibus istis, nomen ἐγρήγορος significat quasi *qui excitatum colligit*, vel *agit*: unde ἐγρηγορέω quasi *excitatum se colligere* atque *vigilare*. Conf. supra in Ἐγείρω.]

Ἔγχελυς *anguilla*. Est proprie ab ἔχελυς, inserta γ, et hoc ab ἔχος, quod ab ἔχω, cujus Medium ἔχεσθαι notat *adhaerere*: de quo suo loco. Hinc ἔγχελυ pp. est *tenaciter adhaerens*: unde eximie ad naturam *anguillae* translatum est. [A *curvaturis*, quibus *glomeratae volvantur*, dictas potius putem *anguillas*. Conf. supra in ἔγκατα. Latinum *anguilla* esse ab *anguis*, viderunt dudum veteres. Jam vero *anguis* itidem est ab ἄγγω: ut Anguis et ἔγχελυς easdem origines agnoscant, ab ἄγω et ἔγω. Vide *Salm.* Exc. Plin. p. 60. E. S.]

Ἔγχος *hasta*. Interposito γ dictum est pro ἔχος, quod ab ἔχω *teneo*. [An potius ab *impellendo*, ut stirps censenda sit ἔγω, vicina alteri ἄγω? E. S.]

Ἐγὼ sine dubio oritur a verbo ἔγω, quod vicinum alteri ἄγω. Est itaque ἀγὼ, et ejus loco pronuntiatum ἐγὼ, pp. *qui agit*: unde eximie transiit ad *primam* personam *agentem* denotandam. [Hoc pacto ἐγὼ foret dictum pro integro ἐγὼν, in forma *participiali*; quod ipsum ἔγων servant Aeoles (qua de re videatur *Koen.* ad Corinth. p. 114:) sed syllaba γὼ vel γὼν in pronomine ἐγὼ, ad pronominis hujus naturam non videtur pertinere. Confer sis Animadvers. ad Analog. p. 285—288. E. S.]

Ἕδνα *dona sponsalia*. Videtur contractum esse ex ἥδανα, quod ortum ab ἧδος, et hoc a verbo ἥδω, cui vicinum ἅδω, unde ἁδέω *placeo*. Ἕδανα itaque, vel ἕδνα, scilicet δῶρα, pp. dona sunt, quibus *benevolentiam* alterius *captare* studeamus. Inde autem *dona*

sponsalia. [Ἔδνον adjectivum contractum est, quasi dixeris δῶρον ἔδανον *donum gratum.* Antiquissima haec vox vetustum scribendi morem servavit per ε. Postea etiam scripserunt per η, ἥδω, ἡδανὸς, ἡδύς. T. H.]

Ἔδω vicinum est verbo ἄδω, cujus etiam propriam significationem communem habet, ut jam ad verbum ἄδω, hujusque derivata, dictum est. Eximie autem nostrum ἔδω, a notione *premendi*, *condensandi*, atque ita *comminuendi*; ad eam *manducandi* translatum fuit, et quidem proprium est ipsis animalibus, quae dentibus *molaribus* cibos *premendo* et *comminuendo comedunt.* Est autem idem Latinum EDO.

Ἕζομαι. A verbo ἕω *mitto* verbum ἕδω, unde Latinum SEDEO et Graecum ἕζω, ἕζομαι: quod posterius, vi Media, pp. valet *memet mitto deorsum*, adeoque *sedeo.*

Ἔθειρα *caesaries*, proprie Adjectivum est, intellecto nomine θρὶξ. Oritur ab ἔθος *mos.* Itaque ἔθειρα est, quasi, *coma* ad *morem* comta. [Verbum ἔθω idem pp. videtur significasse ac θέω &c. *pono*, *compono.* An hinc ἔθειρα *coma composita*, *comtave*? E. S.]

Ἐθέλω pp. oritur ab ἔθος *consuetudo.* Inde ad *voluntatem* translatum. [Rectius vir celeberr. Analog. Cap. XVI. p. 205. ad synonymum θέλω reduxit. Vide infra in Θέλω. F. S.]

Ἔθνος *gens*, *natio.* Proprie contracta vox est ex ἔθινος, quod ab ἔθος *mos.* Hinc ἔθνος dicitur *populus*, qui *iisdem moribus* vivit. [Ut Hebr. לאם a לאם *conglutinavit* pp. notat *nationem conglutinatam*, et hinc *foederatam* (qua de voce vid. *Schult.* ad Prov. p. 141. et alibi) sic nostrum ἔθνος forte est ab ἔθω, pp. *compono*, sive i. q. ἔδω, *condenso*, *compingo*: unde plenius ἔθνος ἀνθρώπων Act. Apost. XVII, 26. ubi conf. *Palairet*, p. 316. et *Lenn.* ad Col. p. 101. E. S.]

Ἔθος *mos.* Ortum est ab antiquo ἔθω, quod idem fere videtur significasse ac vicinum ἄδω, ἄθω, quasi dicas *frequenter*, et sic *ex more facio.* [An ab ἔθω *compono*, *compingo*: ut Latini dicunt *componere* mores? E. S.]

Εἰ *si*. Ortum est ex verbo ἕω *mitto*, vel *sum*. Inde εἶ idem valet, quod *sit*, *esto*! Unde, tanquam Particula *conditionalis*, invaluit. [Ab eodem hoc εἰ, praemisso *s*, factum esse Lat. SEI, SI, viri docti dudum monuerunt. Vide *Vossii* Etymol. in voce. E. S.]

Εἶα *Eja*. Particula *hortandi*. Proprie idem valet, quod ἔα: de quo dictum supra. Inde autem, inserto ι, εἶα. [Nempe uti ἔα, pro ἔαε ab ἐάω, sic εἶα, pro εἴαε ab εἰάω: de quo in voce sequenti. E. S.] [Poëtis Latinis dicitur *eja*, ut *Horatio* Serm. L. I. Sat. I. 18. *Eja*, quid statis? L. C. V.]

Εἰαμενὴ *locus humectus*, *pratum*. Participium proprie est verbi εἰάω, quod fere convenit cum ἰαίνω *irrigo*, *humecto*. Est autem ortum ab ἐάω, quod ab ἄω, cui cognata sunt ἴω et ὕω: quorum posterius quoque sensu *humectandi* ponitur, ut suo loco dicetur.

Εἴδω *video*. Est idem quod ἵδω, et ἕδω pp. *sedere facio*, vel *demittendo figo*. Inde eximie εἴδω valet *oculos figere* atque sic *videre*. Ad animum translatum inde porro valet *intelligere*, *scire*. [Verbum εἴδω pp. videtur esse Aeolicum ϝίδω, unde Lat. FINDO, in Praeter. perf. FIDI. A *findente* autem *ferri acie* translatio facta ad *aciem* oculorum, cuncta quasi *pervadentem*. Hinc notio *videndi*, ut apud Hebraeos in חזה, &c. E. S.]

Εἶθαρ *statim*. Compositum est ex εἶθε et ἄρ. Posterius vidimus jam supra. Prius vero convenit cum εἶτα *deinde*, quod compositum est ex εἰ, et Particula τα. Vide infra suo loco.

Εἰκῆ *temere*. Proprie est, quasi dicas, *facile cedendo*: et quidem foemininum est, in casu *tertio* positum, a masculino εἰκὸς, quod ortum ab εἴκω *cedo*, scil. e loco. [Nisi potius sit pp. Accusat. pluralis contractus pro εἰκέα a Nomin. obsol. εἶκος, εἴκεος, quod idem significare potuit atque εἰκὼν et εἰκὼ *similitudo*, *species*: ut εἰκῆ, pro εἰς εἰκῆ, pp. sit *ad similitudines*, vel *ad speciem*: quo sensu adhibetur εἰκῆ in Epist. ad Rom. XIII, 4. Gal. IV, 11. Coloss. I, 18. E. S.]

Ἔικοσι *Viginti*. Haud dubie oritur ab εἰκὸς, et hoc ab εἴκω. Ratio tamen ſignificationis mihi quidem obſcura eſt. [Quid enim obſcurius in linguis, quam ſignificationes pleraeque nominum numeralium? Quod ſi in re adeo difficili conjectare quidquam, ſecundum analogiam, liceat, expendant harum minutiarum arbitri, an terminatio κοσι in εἴκοσι, pp. ſit terminatio *Dativi* pluralis, ut κοντα in τριάκοντα, τεσσαράκοντα terminatio eſt caſus *Accuſativi*. Videant porro, an κοσι hoc et κοντα, per aphaereſin primae ſyllabae, dici potuerint pro δέκοσι, et δέκοντα, ab antiquo Nominativo δέκος, δέκοντος, cognato alteri δέκις, quod apud Latinos ſupereſt in accuſ. Singulari *decem*, ſive δέκιν, *decim*, in *tredecim*, *quatuordecim* &c. His adeoque vicina fuerit forma neutrius generis, in ſecunda Declinatione δέκον, unde in neutro Plurali Graecis δέκα. Denique diſpiciendum ulterius eſt, an forte ει, in εἴκοσι, conferri poſſit cum Aeolico Βεὶ, unde Latinis *beini*, vel *bini*, BI item in BI*ceps*, BI*duum* &c. His admiſſis, noſtrum εἴκοσι contractum habendum erit ex εἰδέκοσι, pp. *bis decem*, τριάκοντα autem ex τριαδέκοντα pp. *ter decem*, vel *tres decades*. Tandem hoc pacto Lat. *viginti* fuerit pro BI*ginti*, et TRI*ginta* pro TRIA *ginta*: GINTI autem & GINTA ex δέκοντα, formisque huic cognatis, deſumta. E. S.]

Εἴκω *ſimilis ſum*. Ortum eſt ab ἴκω, vel ἵκω *venio*, *accedo*. Inde ſignificat *cedo*, vel *non repugno*: vel etiam alio flexu, ad *convenientiam* relatum, notat *ſimilis ſum*.

Εἰλαπίνη pp. foemininum eſt a maſcul. εἰλάπινος, quod proprie notat, quaſi, *pertinens ad* εἴλην ſive *gregem*, *turbam*, hominum *congregatorum*. Eſt autem εἴλη idem fere, quod ἴλος, ortum ab εἴλω, quod idem atque ἴλω, ἴλω *verſor*: ut alibi dicetur. Inde eximie εἰλαπίνη, ſcil. δαὶς, *convivium* notat *epiparum*, in quo *complures ſollenniter adſunt*. [*Euſtathius* vocem noſtram compoſitam eſſe conjiciebat ex εἴλη, et πίνω. Apud *Etymologum* exſtat ejuſdem derivatio quaedam ἀπὸ τοῦ εἰλεῖσθαι εἰς τὸ σύνδειπνον ὁμοῦ πλείονας.

Adi

Adi etiam viros doctos ad *Hesychium*, in voce, et *Clark.* ad Od. Λ, 226. E. S.]

Εἰλείθυια *Lucina, dea parturientium.* Proprie forma Participialis est, pro εἰλευθυῖα, quod foemininum est a masculino εἰλευθὼς, & hoc a verbo ἐλεύθω *venio*, cujus tempora quaedam supersunt, et a Grammaticis verbo ἔρχομαι tribuuntur. Est itaque Εἰλείθυια, scil. θεὰ, *dea, quae adest* vel *advenit, auxilii,* nempe, *ferendi caussa.* [Plura dabit Etymologus, col. 298. A quo etiam ἀνειλείθυια adfertur, redditurque ἡ ἄτοκος, *quae nondum peperit*; nimirum, quasi *Lucinam nondum passa* vel *adepta.* Quia tamen non εἰλεύθυια per ευ, sed εἰλείθυια, per ει, *dea* haec dicitur, rectius fortasse vocem hanc derivaveris ab ἐλείθω, ex ἐλέω, unde ἔλεος *misericordia*, et ἐλεέω *misereor*, quod contracte efferri potuit ἐλεῶ, et hinc productior forma existere ἐλείθω. Qua lege Ἐιλείθυια pp. esset *quae misereatur*, nempe, *parturientium* &c. E. S.]

Εἰλέω est ab εἴλω, vel ἔλω, Latine *volvo, verso*, unde εἰλύω *involvo*, et, mutato accentu, εἰλέω *circumvolvendo*, quasi, aut *involvendo* in arctum *cogo*; unde *coarcto*.

Εἵλως. Apud Lacedaemonios Εἵλωτες dicebantur *servi*, quasi dicas *capti*, a verbo ἕλω, Latine *coarcto, cogo in arctum*, vel *capio.* Inde etiam cognatum ἁλίσκω *capio* notat: de quo suo loco. [Conf. de hac voce *Eustath.* ad Homer: p. 295: 23. 297: 34. 1834: 28. *Salmas.* de Modo Usurar. p. 874. *Perizon.* ad Aeliani V. H. L. III, c. 20. *Valckenar.* Digress. ad Theocr. p. 268. eundemque ad *Herodot.* L. IX, 512. 513. p. 695. 696. E. S.]

Εἰνάτερες *fratriae.* Puto dici ab ἔνος: de quo suo loco. Quod vocabulum quum denotet *veterem*, εἰνάτερας dictas esse arbitror *filias*, vel *fratrias*, natu *grandiores.*

Εἴργω. A verbo ἔρω *necto, apto*, est εἴργω, quasi *septo posito* vel *excludo*, vel *includo.* Atque inde modo notat *includo*, modo *excludo*, vel *arceo*: quae notiones diverso spiritu distingui solent.

Εἰρήνη *pax*, a *nectendo*. Est autem pp. foemininum, a masculino, εἴρηνος, quod ab εἶρος, cujus vicinum ἔρος, Lat. *amor*, sive *vinculum amabile* societatis. Oritur autem ab εἴρω *necto*, de quo statim. [Conf. cel. *Lennep.* ad Phalar. Ep. p. 308. et *Reiners*, in Bibl. Brem. Cl. III, p. 967. 968. E. S.]

Εἶρος ortum ab ἔρος pp. *nexus*. Inde eximie *lana*, quae *nendo nectitur*, εἶρος vocatur.

Εἴρω *necto*. Ortum est ab ἔρω, quod vicinum verbo ἄρω, de quo dictum supra. Accepit autem verbum nostrum, a notione *arcte jungendi*, *aptandi*que, illam *nectendi*, unde porro profecta ea *exserendi*, *extrahendi*. Praeterea inde valet *dicere*, quasi dicas SERERE *verba*, vel *differere*: unde dein profecta notio *interrogandi*. (Ab ἔρω, SERO, sunt Lat. SERMO, SERIES et alia. Vide *Voss.* in Etymologico. E. S.)

Εἴρων pp. sic dicitur is, qui *multos sermones serit*, vel *nectit*. Unde eximie εἴρων is, qui multa *dissimulate* loquitur, vel *qui aliud sentit*, *aliud loquitur*.

Εἰς ortum est a verbo ἕω, vel ἵω *mitto*, vel *eo*. Habet autem notionem suam praepositio haec a *movendo* in locum: unde porro varie transfertur. [Videtur εἰς contractum fuisse ex εἴσω, quod in usu remansit, tam apud prosaicos scriptores, quam apud poëtas: et pp. est casus *Dativus*, a Nominativo obsoleto εἶσος. Pro εἰς Attice ἐς adhibetur, uti, pro integro εἴσω, dixerunt ἔσω. Conf. de εἴσω et ἔσω *Valcken.* ad Euripid. Phoen p 166. 530. E. S.]

Εἷς Latine *unus*. Sine dubio oritur ab ἕω *mitto*: unde ad *unitatem* eximie translatum est. [Εἷς contractum est ex ἕεις, quod servavit *Hesiodus*, Theogon. vs. 145. Ἕεις autem, ex origine sua, proprie est Participium masc. gener. verbi ἕημι, contracte εἶμι, pro quo, mutato spiritu, dein adhibitum εἰμὶ *sum*; sive *existo*. Ab εἰμὶ certe, in Participio, pro vulgari ὤν, Aeoles dixere εἷς. *Existens* autem dicitur eximie UNUS. E. S.]

Εἶτα *Postea*, *dein*. Proprie compositum ex εἰ et τά. Quo-

Quorum prius est ab ἴω, ut jam ſupra vidimus. Ratio translationis in hac, et ſimilibus, melius ſentiri, quam verbis exprimi poteſt. [Quid ſi εἶτα pp. ſit Accuſat. pluralis neutr. generis a ſing. εἶτος, quod, mutato tantum accentu, duci potuit ab εἶται, id eſt, *tertia* Praeter. perf. Paſſ. verbi ἵημι *mitto*, vel etiam *pono*: ut εἶτα proprie ſit *miſſa*, *praemiſſa*, *poſita*, et dein *adverbialiter* adhibitum, quaſi dicas, *praemiſſis* vel *poſitis his*, id eſt *tum* vel *poſtea*. Hoc pacto interlucebit etiam convenientia quaedam noſtri εἶτα cum Latino ITA, et ITAQUE, quaſi εἶτα κε. Conf. Clar. *Hoogeveen*. Doctr. Particul. Cap. XVI, Sect. XI. *H. Stephanum*, et *Albertium*, ac *Raphelium* ad Hebr. XII, 9. E. S.]

'Εκ vel ἐξ, Lat. EX. Oritur ab ἵκω: hoc autem ab ἴω EO, *venio*, vel ſimile. Inde praepoſitio haec locum habet, quando aliquid veluti *ex* aliquo *venire*, et *proficiſci* intelligitur. [Si ad accuratiſſimam analogiae normam exigere velimus voculas ἐκ et ἐξ, facile apparebit, eas eadem ratione differre, ac Latin. AB et ABS, quae haud dubie ducta ſunt a Graecis ἀπὸ, et ἄψ, pro ἀπός. 'Εξ, nempe, ſive ἐκς, dixere per contractionem pro ἐκάς, ἐκ vero pro ἐκί: ut prius ſit *Accuſativus*, poſterius vero *Dativus* Singularis, abſolute poſitus Non aliter Graeci ἐν dixerunt pro ἐνὶ, ἐπ pro ἐπὶ. Latini autem PER pro περί &c. Conf. *Valck*. ad Euripid. Phoen. p. 133. 134. E. S.]

'Εκάς. Oritur et hoc ab ἵκω *venio*. Inde noſtrum ἑκὰς, Adverbialiter ſumtum, opponitur ad id, quod *praeſens* adeſt. Eximie notat *procul*. [Veriſimilius mihi videtur, id quod ipſe cel. *Lennepius* jam admonuit, Analogiae Cap. XVI, p. 203, magnam olim fuiſſe cognationem inter verba ἵκω et κίω: adeo quidem, ut utriusque verbi primitiva forma fuerit κὼ, unde κάω, κίω &c. ἵκω item, ἵκα &c. Itaque a notione *movendi*, quae eſt in κίω et κέω, orta mihi videtur illa *removendi* in κίω, CEDO &c. unde ἑκὰς ſimpliciter pp. notet *remotione*, ἀνεκὰς vero *remotione verſus*

 ſu-

superiora, id est SURSUM. Unde apud *Aristophanem* in Vespis, vs. 18. Φέρειν ἐπίχαλκον ἀσπίδ' εἰς τὸν οὐρανόν. E. S.]

Ἕκαστος proxime oritur ab ἑκὰς, atque inde ἕκαστοι dicuntur *qui procul sunt*, *qui inter se absunt*, vel *sejunguntur*, atque ita *singuli*. [Ἕκαστος, cum spiritu aspero, pro ἕκαστος, forte pp. notat *separatum*; et *divisum* ab aliis. Stirps κάω, vel χάω, unde χάζω pp. *findendo separo*: in *prima* Praeter. pass. ἔχασμαι, in tertia ἔχασται, unde ἔχαστος, ἕκαστος. Ex qua origine vocis etiam explicandae sunt phrases εἷς ἕκαστος, ἕκαστός τις, aliaque, prolata ab *H. Stephano*, et *J. Scapula*. E. S.]

Ἑκάτερος *alteruter*. Vox composita est ex ἑκὰ, quod ab ἑκὰς, et ἕτερος vel ἅτερος. Hinc proprie valet, quasi dicas, *seorsum alterum*, vel *alterutrum*: ac praeterea etiam *utrumque*, *utrumvis*. De posteriore vero voce ἕτερος suo loco dicendum. [Ἑκάτερος videri queat forma Comparativa, ab Adjectivo Positivo ἑκάς, plane ut ab ἐγγὺς est ἐγγύτερος, ab κυφὸς, κυφότερος &c. Hoc pacto ἑκάτερος pp. esset *remotior*; unde de nonnihil a se invicem *separatis*, duasque partes, sibi *oppositas*, constituentibus, dicitur. Vis vocabuli sentiri poterit ex illo *Luciani* Somn. §. 6. *Duae mulieres prehensis manibus me ad se trahebant*, ἑκατέρα μάλα βιαίως. Quin ex Odyss. H, vs. 321. (modo lectio sana sit) eadem haec proprietas multo etiam clarius percipietur. E. S.]

Ἑκατὸν *centum*. Derivatur ab ἑκὰς Lat. *procul*. inde ἑκατὸς, et neutrum ἑκατὸν, quasi dicas *remotissimum calculum* in *numerando* et inde eximie *centum*. [A stirpe κάω descendit κατὸς, & praemisso ἑ, ἑκατὸς. Conf. in ἕκαστος. A cognata ejus forma κίω videtur factum κετὸς, et, inserto ν, κεντὸς, cujus neutrum est Lat. c e n t u m. Conf. porro *Vossii* Etymol. in voce c e n t o. E. S.]

Ἐκεῖνος Lat. *ille*. Proprie derivata vox est ab obsoleto ἐκὸς, quod non multum differt ab ἐκὰς. Ejus Dati-

tivus est ἐκεῖ, valetque, in usu, *illic*, quasi dicas, in *remotiore* loco. [Nimirum ab ἕκω *venio*, sive *cedo*, est ἐκὸς, *cessio*: unde Dativus ἐκεῖ, ἐκεῖ, quasi dicas *cessione*, hinc *illic* et *illuc*, Matth. III, 22. XXIV, 48. ubi confer. *Elsner*. et *Albert*. Obss. E. S.] Inde adjectivum ἐκεῖνος Latine dicitur *ille*, quasi dicas eum *qui illic est*, vel *qui remotior est*. Refertur, nempe, hoc pronomen, ut Lat. ille, ad *remotius* subjectum.

Ἕκηλος *eum* notat, qui *quietus* est, et nihil turbarum movet. Proprie est, quasi *sponte veniens*, *morigerus*, *mitis* &c. Ortum ab ἕκω *venio*.

Ἑκυρὸς *socer*, *mariti pater*. Ortum est ab obsoleto ἕκυρ, cujus loco ἑκυρ, vel, forma vicina, ἕκερ. peperit Lat. SOCER. Est autem ἕκυρ, cum terminatione Laconica, pro ἕκος, quod haud dubie ab ἕκω. Ratio autem translati nominis ambigua. An ab *auxilio*, quorsum *mariti pater* venire *genero suo* dicatur? Hebraei certe *socerum* dixere חתן ab *amore*, et officiis, quae *genero* suo praestat. Conf. vocem sequentem ἑκών. E. S.]

Ἑκὼν *voluntarius* vel *volens*. Proprie Participium est verbi ἕκω Lat. *venio*. Est enim idem quod ἥκω, ἵκω &c. quae a verbis ἕω et ἴω oriuntur.

Ἐλαία Lat. *olea*, *oliva*. Videtur adjectivum, ortum a nomine ἕλος vel ἕλος, quo eximie designatur *palus*: ut adeo ἔλαιος dici potuerit *palustris*. Quae tamen nostri vocabuli translati ratio sit, Botanici videant. [Graecum ἐλαία Lat. OLEA, OLEUM &c. eadem ex origine derivanda esse facile apparet. Uti autem יצהר *oleum* Hebraeis dicitur a צהר *splendere*, ita Graeci etiam et Latini *splendendi* notionem in his vocibus unice videntur attendisse. Conf. ἕλος, σέλας &c. infra in Ἑλένη. E. S.]

Ἐλάτη *abies*. Proprie dicitur quasi *ducta in longum*. Est enim ab ἔλατος, quod a *tertia* Praeteriti perf. Passivi verbi ἐλάω, quod a simpliciori ἔλω, notante *huc illuc agitando volvendove moveo*, vel *vehementer*

ter agitando in longum produco. Inde eximie ἐλάτη dicitur *ramus*, vel *arbor procera*, et ſpeciatim quidem *abies*, *germen palmae*, *haſta ex abiete* facta, ſimiliaque. Conf. Iliad. Ε, 560. et quae prolata ſunt in Animadv. ad Anal. *Lennep.* p. 269. E. S.]

Ἐλαύνω oritur ab ἐλάω, quod ab ἔλω, de quo modo dictum. Inde autem ἐλαύνω modo notat *agito*, modo *incito* vel *ſtimulo*, vel *equito*, vel *exagito*; praeterea *fatigo*, *vexo*, *verbero*, *expello*, & ſimilia: ac tandem etiam *duco*, ſeu *malleis agitando ductile opus facio*.

Ἔλαφος *cervus*. Proprie notat *agilis*: ortum, nempe, ab ἐλάφω, vel ἐλάπω, quod ab ἐλάω, Latine *agito*; de quo modo dictum. Inde eximie ἔλαφος ob *agilitatem* et *velocitatem* cervus appellatus. [Conf. *Bochart*. Hier. I, 3, 17. col. 883. E. S.]

Ἐλαφρὸς, *levis*, derivatum eſt ab ἔλαφος *agilis*, *velox*. Inde ad *levitatem* transfertur, et, ut Lat. *levis*, varia ſignificat.

Ἐλαχὺς *parvus*. Proxime deſcendit ab ἐλάσσω, quod non, niſi forma, differt ab ἐλαύνω, Lat. *duco malleis*, vel *malleis ducendo attenuo*, *minuo*. Inde ἐλαχὺς pp. quaſi *attenuatus*, atque hinc *parvus*.

Ἔλδομαι *cupio*, *appeto*. Proprie oritur ab ἕλω, ſignificante inter alia *capio*: de quo ad verbum εἱλίσκω dicetur. Inde eximie ἔλδομαι *cupio* vel *appeto*, quod ipſum Lat. CUPIO proprie forma tantum differt a CAPIO. [Ἔλδομαι vi Media pp. notat *traho me*, vel *ad me*, id eſt *promoveo ad me* vel *tribuere mihi cupio*, *appeto*. Vide infra in Ἐλπὶς, et conf. Iliad. Ψ, 122. Ε, 481. &c. E. S.]

[Ἐλεᾶς, ſive Ἐλέας, nomen avis, quae et Ἐλείας dicitur. Videant hiſtoriae Naturalis ſtudioſi.]

Ἔλεγος *lamentatio*. Videtur vox facta a *ſono ejulantium*. Dicitur autem eximie *carmen elegiacum*, quod etiam ἐλεγεῖον vocatur. [De ἐλεγεῖον conſule *Bentlej*. in Reſp. ad *C. Boyl.* ſubnexa Phalar. Epiſt. p. 277. 278. Porro verbum ἐλέγω duci potuit ab ἐλάω, *vehementer commoveo*, unde *miſeratio*, *commiſeratio*. Quo pa-

pacto ἔλεγος nostrum pp. fuerit carmen *miserabile*, quemadmodum *Horatius*, hac ipsa voce usus, Odar. I, 33, 2. „ *miserabiles* decantare *elegos*" dixit. Vide in voce sequenti Ἐλέγχω, ubi haec plenius exponenda sunt. E. S.]

Ἐλέγχω videtur esse pro ἐλέγω, inserta ν, quod ab ἐλίσσω proxime oriri debuit: hoc autem, forma tantum, diversum est ab ἐλίσσω, et quidem ortum ab ἐλέω, cujus vicinum ἐλάω et ἐλαύνω. Videtur autem nostrum ἐλέγχω, a notione *attenuandi*, translatum esse ad *ratiocinia*, quibus, *subtiliter* atque *tenuiter* argumentando, in aliquid *inquiratur*. Inde modo significat *demonstrare*, *arguere*, *coarguere*; modo *reprehendere*, *convincere*; modo *coërcere*, *aspernari*; modo *sciscitari accurate* et similia. [Ex mente Cel. *Lennepii* origo eadem hoc pacto foret, quae est in Hebr. חקר, observante *Schultensio* ad Prov. XVIII, 17. XXIII, 30. XXV, 27. Nescio tamen, an eadem proprietas verbi hic tenenda, quae in ipsa stirpe ἕλω, sive ἔλω, *traho*, *protraho*. Inde enim prono alveo fluunt ἐλέω, ἐλέλω, ἐλέγχω: ut ἐλέγχειν pp. sit *protrahere* in lucem, atque ita *arguere*. Conf. *Elsner*. ad Ephes. V, 13. *Abresch*. ad Aeschyl. p. 493. et *Callimachi* Hymn. in Del. vs. 88. ubi tanta est proprie hujus notionis evidentia, ut magnus *Bentlejus* ibidem, pro ἐλέγχεις, legi jusserit ἐφέλκεις. Vide *Ernest*. ad h. l. Ceterum idem hoc ἐλέγχω, alia quadam metaphora, convenit cum Latino *raptare*, id est *contumeliose tractare*, et *conviciari*. E. S.]

Ἐλελεῦ *Eleleu!* pp. exclamatio est hominis *commiserantis*, vel *ejulantis*, facta a sono. [Τετρασυλλαβῶς *Toupius* ad Suidam P. I, 125. *legendum monet* Ἐλελελεῦ. Conf. *Aristophan*. Aves, vs. 363. E. S.]

Ἑλένη *Helena*. Proprie adjectivum est, et significat *splendidam*, neque differt, nisi forma, a voce σελήνη, qua eximie *luna* designatur. Oritur autem masculinum ἕλενος *splendidus* a nomine ἕλος, cujus foemininum ἕλη superest et *splendorem* significat; eique vici-

ci-

cinum ἕλας peperit Graecum σέλας, quod itidem *splendorem* notat. Est autem omnium origo verbum ἕλω, de quo ad vocem ἕλη.

Ἔλεος *misericordia*. Sine dubio dicitur a *motu*, vel *commotione animi* ex *misericordia* profecta: ut dubium nullum sit, quin oriatur a verbo ἐλάω, *vehementer commoveo*, quod ab ἕλω, ut jam supra abunde dictum.

Ἐλεὸς *mensa coquinaria*. Eandem originem habet, quam vox antecedens, a qua accentu tantum distinguitur. Videtur autem significationem suam habere a *motu versatili*, quae vis, ut vidimus, verbo ἐλάω inest. [Conf. T. H. ad Lucian. T. I, p. 370. et *Toup.* ad Anthippi Comici elegantissimos versiculos, Epist. Criticae, p. 126. E. S.]

Ἐλεύθερος *liber*. Proprie adjectivum est a nomine obsoleto ἐλεύθηρ, quod proximum derivatum est a verbo ἐλεύθω, cujus tempora quaedam adjunguntur verbo ἔρχομαι. Ipsum autem formatur ab ἐλεύω, quod ab ἐλάω, cujus stirps ἕλω. [Vide *Menagii* Amoen. Jur. Civ. p. 297. E. S.] Inde autem ἐλεύθω idem quod *versor*, *huc illuc me moveo*: unde ἐλεύθερος, oppositè ad δοῦλον, seu *vinctum*, eximie *liberum* hominem notat.

Ἐλεφαίρω, *decipio*; oritur a simpliciori ἐλεφαίρω, quod ab ἔλεφος, cui vicina forma est ἔλαχος, unde ortum ἐλαφρὸς, et contracte, ἐλαφρὸς, Lat. *levis*, de quo supra. Eandem notionem sequitur nostrum ἐλεφαίρω, et proprie idem notat, quasi dicas *tollendo* vel *sublevando dolose aufero*, vel potius, quod nos dicimus, *iemand opligten*.

Ἐλέφας *Elephas*. Videtur nomen, una cum ipso animali, ex Oriente in Graeciam translatum.

Ἕλη, *calor* e sole prodiens, idem est atque ἕλας, quod ab ἕλω, *vehementer moveo* vel *duco in longum agitando*. Inde eximie ἕλη dictus videtur *tractus*, seu potius *columna* lucis *radiorum solarium*; unde porro propagata notio *splendoris*.

Ἐλινύω

Ἐλινύω *otior*. Oritur ab ἐλίνω, quod ab ἐλίω, Lat. *versor*. Hoc enim non, nisi forma, differt ab ἐλάω, ἐλέω &c. Inde ἐλινύειν eximie notat *versari otiose*, *morari*, *cunctari*, *otiari*, et similia.

Ἕλινος *ramus*. Videtur ortum esse ab ἐλίω, quod idem significare potuit ac vicinum ἐλάω, unde vidimus ortum esse nomen ἐλάτη, inter alias significans *ramum oblongum*. Eadem igitur translationis ratio forte est in nostro ἕλινος.

Ἕλκος *ulcus*. Quamquam oritur ab ἕλκω, *traho*, dubia tamen videri potest translationis ratio. Cum enim ἕλκω eximie transferatur ad *pondera*, vel *lances*, quae *gravitate* sua deorsum *vergunt*; non incommode quidem ad *ulcera* translatum videri potest nomen nostrum, quod *dolores* sensum *gravitatis* vel *gravedinis* afferunt. Mihi tamen verisimilior ratio videtur, ἕλκος dici, quasi *sulcum*, in carne latentem, ut notionem suam habeat a *trahendo* in *longum*. Inde certe apud Graecos ὁλκὸς dicitur Sulcus, a quo proprie non differt, nisi forma et pronuntiatione Lat. Ulcus, et, praefixa litera ς loco spiritus, ut fieri solet, nomen Sulcus. [Tentemus paullo aliter. Ἑλκεῖν *trahere* dixerunt Graeci pro *distrahere*, *distrahendo lacerare*. Vide *Theocr.* Eidyll. I, 135. et *Salmasii* Exercit. Plin. p. 355. b. F. An inde ἕλκος *distractio*, atque adeo *laceratio* cutis? Conf. omnino H. Δ, 190. cum vs. 139. 140. 217. porro Λ, 267. 847. &c. E. S.]

Ἕλκω *traho*. Est a stirpe ἕλω Lat. *moveo*, *agito*, *duco in longum*, unde *trahendi* notio, quae porro eam peperit, qua significat *gravitate deorsum inclinari*, et similia.

Ἕλλην *Hellen*, nomen filii Deucalionis: unde *Graecos* Ἕλληνας dictos volunt: quod tamen falsum. Nempe Ἕλλην derivatum est a nomine Ἕλλος, quod fuit proprium antiquo populo Graeciae, qui, post diluvium Deucalionaeum, sedes collocaverant in Thessalia. Iidem autem, praefixa litera σ, Σέλλοι dicebant-

bantur: atque inde deductum nomen Ἕλλην eidem populo proprium fuit; idque postea Graecis, in universum omnibus, est adſignatum. Nomen autem Ἕλλος, etsi valde incerta ſit ejus ratio, veriſimile tamen mihi videtur originem ſuam debere voci ἕλος, Latine *palus*, ut ita ἕλλοι ſint, quaſi, *in paludibus degentes*, quales alio nomine dicuntur ἕλειοι: neque ea ratio aliena a natura loci, quem antiquisſimi Selli, unde partim prognati ſunt iſti Graeci, olim incoluerunt.

Ἑλλὸς *hinnulus*. Quanquam ab ἕλος esſe videatur, rationem tamen ſignificationis mihi obſcuram esſe fateor: niſi forte eadem ſit, quae vocis ἔλαφος, de qua ſupra. Utrumque certe primam ſtirpem habet ἕλω *agito*. Multo minus pro certo ſcio, unde idem ἐλλὸς *mutum* ſignificaverit, quanquam non ſine ſpecie veri est, quod quidam volunt, eſſe idem atque ἔλλοψ, quod repetunt a ſtirpe λῶ, quae vicina verbo λάω, Lat. *loquor*. Inde enim compoſitum, praefixa praepoſitione ἐκ, et litera κ, ut fieri ſolet, in λ mutata, ἐλλός. [Ab ἕλω *agito*, *moveo*, in primis *motu verſatili* (de quo vide in Ἑλίκη) analogice deſcendere potuit ἕλλω, et hinc ἐλλὸς pp. *qui movet ſe*, vel *qui agiliter* et *in gyrum movetur*, in primis *hinnulus*: quae ipſa vox Latinis diminutiva est ab Hinnus, hoc autem a Graeco ἵννος, (quod exſtat apud *Heſych.* T. II, col. 49. et hinc allatum est in Etymol. Vosſiano): ἶννος vero, pro quo et ὕννος legitur, est ab ἵνω, e ſtirpe ἵω. quae cognata fuit alteri ἕω, unde ἕλω, ἕλλω, ἐλλός. Quod autem ἐλλὸς etiam *mutum* denotat, videant philologi, an a *motu* manuum ſit, quo *muti* ſaepius ſigna dare et quaſi *loqui* ſoleant: ut ex Lucae Evang. Cap. I, 22. de *Zacharia*, et ex communi vita, ſatis conſtat. Apud *Heſiodum*, in Scuto Herculis vs. 212. ἔλλοπας ἰχθῦς male reddi videtur *mutos piſces*. Conf. ibidem *Guietum*. E. S.]

Ἕλμινς, *lumbricus*, oritur ab ἕλω *volvo*, *agito*, et dici videtur ab *agilitate*, non disſimili ratione ac Lat. *lumbricus* a *lubricitate*.

Ἕλος *palus*. Ortum quidem est ab ἕλω: mihi tamen non satis certa videtur ratio significationis. [Fortasse eâ ducta est ab *exhalando*. Verbum ἕλω haud dubie cognatum fuit alteri ἅλω. Vide ad vocem Ἀλέα, & *Voss.* in Etymol., qui suspicatur, Latinum quoque Palus praefixum P habere, ex digammate Aeolico ortum, quo pacto ab eadem stirpe orta vox foret. Cetera conf. *Salmas.* Exc. Plin. p. 224. a. F. & *Hemst.* ad Aristoph. Plut. p. 55. 56. E. S.]

Ἐλπὶς *spes*. Proxime oritur ab ἔλπω, quod est *sperare facio*: hoc autem ortum ab ἕλω, unde supra vidimus ἔλδομαι *cupiendi* sensu, non valde dissimili ratione, translatum. Videtur autem nostrum transferri ad *spem* rei *futurae*, quam *cupias*, & ad te *movere* ac *capere* desideres. [Nisi forte ἔλπω pp. idem sit quod ἕλκω *traho*, permutatis literis κ & π, ut alibi saepe literas has, inter pronunciandum, permutari sentimus. Hoc pacto ἐλπὶς pp. fuerit *protractio lenta* spei, quod ipsum nomen Lat. Spes quoque est a σπέω, cognato alteri σπάω *traho*. Eleganter Odyss. Ν, 380. πάντας μέν ῥ' ἔλπει *omnibus quidem* procis *spem dat* Penelope, (pp. *omnes quidem protrahit*) *mens autem ei versat alia.* Cf. de hoc loco *Jensii* Lection. Lucian. p. 108. Hinc etiam ἔλπομαι pp. *duco mihi rem*, id est *meditando subigo*, *autumo*. Conf. Iliad Η, 353. Ο, 701. *Hesiod.* Ἐργ. vs 273 Porro hinc apparet, qua ansa etiam ἐλπὶς pro *metu* & ἐλπίζειν pro *metuere*, quin & pro simplici *opinatione*, ut Lat. *spes* & *sperare*, poni potuerint. *Protractio* enim *animi*, & *protrahere*, hoc pacto aeque de *lenta meditatione* & *metu*, quam de *lenta exspectatione*, usurpaverunt. Vide exempla apud *Euripid.* in Orest. vs. 857. Suppl. vs. 790. Jon. vs. 348. Helen. vs. 1539. *Aristoph.* Av. vs. 957. *Salmas.* Exc. Plin. p. 826. b. E. S.]

[Ἐλύω vel εἰλύω *involvo*. Est ab ἕλω *traho*, *protraho*, *contraho*. Unde ἐλυσθεὶς pp. *contractus* Belgice

in een getrokken atque ita *provolutus, convolutus.* Conf. omnino Iliad. Ω, 510. Odyss. ι, 433. E. S.]

[Ϝέλω sive ἕλω, cognata stirps est alteri ἄλω, sive ἅλω: de qua vide supra, suo loco. Grammatici formas, de verbo hoc nostro residuas, subjunxerunt alteri verbo αἱρέω, orto e stirpe ἕρω, atque eatenus adfini nostrae stirpi ἕλω, quatenus, nimirum, literae λ & ρ saepissime inter se permutari solent. Ab ἕλω igitur est *Aoristus* secundus, sive potius *Praeteritum Imperfectum, εἶλον* pro ἔελον &c. Notio *occidendi*, huic verbo tributa, videtur esse ab ea *volvendi, provolvendi* atque *e medio removendi.* Conf. Iliad. Θ, 273. Λ, 489. &c. Porro ἐελμένος *conclusus* Il. Ν, 524. pp. est *convolutus*, atque adeo *contractus* sive *attractus*, quod ibidem sequenti versu 525. ἐεργόμενος dicitur, a stirpe ἕρω (unde ἔργω, εἴργω) cognata nostro ἕλω. De origine autem verborum ἕλω, ἴλω, εἴλω ceterisque vide in primis T. H. apud cel. *Ruhnken.* ad Timaei Lexic. p. 52. 53. & *Valck.* in Adnotat. ad Theocr. Adoniaz. p. 247. 248. Adde etiam *Burgess.* in Indice, ad *Dawesii* Miscell. voce Ἕλσαι. E. S.]

Ἕλωρ *captura.* Ortum est ab ἕλω *capio*, [pp. *attraho.* „ Saepe reperitur", inquit *Scapula*, „ ἕλωρ καὶ κύρμα γένεσθαι." Conf. omnino Hebr. סחב *trahere, attrahere*, de canibus, interfectorum cadavera *raptantibus* Jer. XV. 3. E. S.]

Ἐμέω *vomo.* Proxime oritur ab ἕμω, quod vicinum & cognatum est verbo ἄμω, de quo dictum supra sub litera A [in Ἄμω.] Superest autem Graecum Ἕμω, in lingua Latina, quemadmodum etiam Graecum [ἐμῶ pro ἀμάω ex] ἄμω. Ab emo autem compositum est *eximo.* Et proprie quidem ἕμω significat *attrahendo*, atque sic *ducendo, congero in unum*, ut facile patet ex iis, quae de verbo ἄμω sunt dicta. Inde translatum nostrum ἐμέω ad notionem *vomendi.* [Hoc ipsum Latinorum vomo quum sit repetendum ex Aeolico Ϝόμω, cum praemisso digammate, ut alibi saepissime: manifestum satis est, stirpem ejus esse ἕμω, adeo-

adeoque cognatum esse alteri ἕμω, unde ἐμέω. Ceterum ex *sono vomentium* verba haec ἕμω et ἐμέω ficta putem. Lathorum autem *emo*, *emere* (cognatum alteri *amo*) pp. videtur esse *complecti* sive *comprehendere manu*, et hinc per metonymiam pretio sibi *rem comparare*: cui conjecturae favet, quod apud *Festum* habetur, Lat. emere olim denotasse *accipere*. E. S.]

Ἐμπάζομαι *curo*. Oritur a simpliciori ἐμπάω, quod idem atque ἐπάω, cui vicinum ὀπάω, quod significatione sua non multum differt a stirpe verbi nostri ἕπω, unde Medium ἕπομαι. Uti autem verbum ἕπειν, in composito διέπειν, transiit ad significandum *administrare* vel *curare*: sic nostrum ἐμπάζομαι *curandi* notionem accepit.

Ἔμπας sive ἔμπης, *tamen*. Sine dubio est pro ἔπης, inserto μ. Videtur esse idem fere quod ἅπας, de quo alibi dictum. Ratio autem significationis non valde perspicua. [Nisi forte ἔμπας sit dictum pro ἔμπασι, hoc autem pro ἐν πᾶσι, pp. *in omnibus*, ut Belgae dicimus *over het geheel*. Haec certe significatio aptissima videtur locis Iliad. Α, 562. Β, 297. Η, 196. etc. *Hesiod.* Ἐργ. vs. 143. Vide etiam *Clark.* ad Iliad. Ξ, 174. Od. Ε, 205. E. S.]

Ἐμπὶς *culex*. Est quidem forte pro ἐπὶς: ratio tamen significationis mihi obscura. [Notat haec vox pp. *culices palustres*, qui ab ἕπεσθαι, i. e. *sequendo*, nomen videntur habere, quod *navigia* sequi soleant. Vide plura in *Bochart.* Hieroz. P. II, p. 565. 566. et Appendice Thes. *H. Stephani*; collatis iis, quae observavit cel. auctor ad vocem Ἔμπουσα. E. S.]

Ἔμπουσα *Empusa*, spectri genus. Proprie foem. participium est, inserto μ, pro ἔπουσα, quod a verbo ἕπω, unde ἕπομαι *sequor*. Ἔμπουσα itaque est spectrum ejusmodi, quod usque *insequi* aliquem videatur. [Conf. tamen *Hesychius* in voce; et ibidem notae. E. S.]

Ἐν *in*. Videtur pp. nihil aliud esse, quam neutrum masculini εἷς, quod Participium [Aeolicum est] antiqui verbi *sum*, cujus loco εἰμὶ et ἔω magis nota sunt. [Pro ἐν poëtae frequentant pleniorem formam ἐνὶ,

quod pp. videtur esse *Dativus* vel *Ablativus* Singularis, a Nominativo ἐνὶς, ut ἀντὶ, ab ἀντὶς, περὶ a περὶς etc. Ἐνὶς autem ab ἵνω, e stirpe ἕω *mitto*, *immitto*: ut ἐνὶ, et hujus loco contractius, ἐν, pp. valeant *immissione*, *insertione*. Ceterum pro ἐνὶ poëtae etiam pinguius nonnihil pronuntiarunt εἰνὶ et εἰν. E. S.]

Ἐναίρω *occido*, *interficio*. Haud dubie compositum est ex ἐν et αἴρω *tollo*: de quo dictum est suo loco. [Itaque ἐναίρω proxime respondebit Belgico nostro *aanrijgen*, *aan de spies of degen rijgen*. Vide Iliad. N, 338. Υ, 97. Φ, 480. E. S.]

Ἐναργὴς *clarus*. Compositum est ex ἐν et ἀργὴς, quod ab ἀργὸς *splendidus*: de quo suo loco. [Quemadmodum ἐνακμὴς, ἐναυδὴς, ἐναρὴς, ἐναγὴς composita sunt ex praepos. ἐν, et vocibus ἀκμὴ, αὐδὴ, ἀρὴ (pro quo in usu est ἀρὰ) et ἄγη, sic ἐναργὴς, eadem analogia, conflatum ex praepos. ἐν, et obsoleto ἀργὴ *splendor*: ut proprie notet eum, *qui in splendore suo est*, vel *conspicitur*; adeoque *lucidum*, *splendidum*, *clarum*, *evidentem*. Vide loca Iliad. Υ, 131. Od. Γ, 420. Δ, 841. Η, 201. Π, 161. E. S.]

Ἔνδιος *meridianus*. Vox composita ex ἐν et δῖος, quorum hoc eximie notat *coelum splendidum lucidumque*. Est enim proximum derivatum a δίω, quod, aeque ac vicinum δάω, significare potuit *uro*, *luceo*. Inde autem ortum non tantum nostrum δῖος, sed Latinorum quoque vocabula d i u s et d i e s, quorum prius notum est in formula *sub* d i o *versari*, et similibus. Quando autem ἔνδιον notat generatim i. q. διατριβὴν, sive *diversorium*, oritur quidem etiam a δίω, sed alia notione; ea nempe, quae verbo vicino δύω, Lat. *subeo*, in primis adhaesit. [Nempe, uti a μέσον, *medium*, est ἔμμεσος; a μέτρον, *metrum*, ἔμμετρος; a πέδον, *solum*, ἔμπεδος; a δῆλος, *manifestus*, ἔνδηλος; a δῆμος, *populus*, ἔνδημος: sic a δῖον, vel δῖος, est ἔνδιος, ια, ιον. Δῖος autem (pro δίιος, ut observat *Vossius* in Etymologico, voce d i u s) pp. notat *a Jove oriundus*, sive *ad Jovem pertinens*. Porro, quum a Jove *lux* omnis repeteretur (unde *Hesychius* laudavit Διὸς ἀγὰς, id est

ἡμέρας;)

ἡμέρας) hinc ἔνδιος dixerunt pro *in luce*, vel *sub coelo*, *agens*, et in primis *meridianus*. Ceterum, quod ἔνδιον, neutro genere, dicatur *diversorium*, id non universe videtur accipiendum de *quovis diversorio* „ quod aliquis *subeat*", sed de *mansione subdiali*. Vide omnino *Eustath.* p. 1165: 34. 1505: 13. 15. Per ellipsin igitur in voce ἔνδιον subaudiendum videtur nomen substantivum οἴκημα, vel simile. E. S.]

Ἔνδον *intus*. Est quasi a masculino ἔνδος, quod ortum est ab ἐν, de quo suo loco dictum. Est autem ἔνδον adverbialiter positum, ut ἐν naturam Praepositionis habeat, significantis *in*. Ipsum endo Latinum [pro ἔνδοι, *antiquo casu Dativo*] idem plane est, quod nostrum ἔνδον, [pp. cas. Accusativus] et, in antiqua lingua Latina, in compositis idem quoque valuit, quod postea IN: ut in *endoperator*, [*endopediri*, *endogredi*, *endovolans*, *endocoeptus*] quod postea *imperator*. [*impediri*, *ingredi*, *involans*, *incoeptus*.] Simplex autem *endo* superest quoque apud veteres in phrasibus *endo coelo*, *endo foro*, *endo statu* cet. Pronunciatum etiam indu, quod idem plane est. Integrum vero *indu* remansit in vocibus Latinis *industria*, et *induciae*: quin et pro *indu* dixerunt *indi*, in voce *indigena*. Vide omnino *Vossium* in Etymol. et *Forcellinum* in Lexico. E. S.]

Ἐνδυκέως redditur *promte*. Videtur proprie esse, quasi dicas *penitus*: ab antiquo ἐνδυκής, quod ab ἐνδύω, *induo*, *penetro*, *ineo*.

Ἔνδυο *celeriter*. Videtur esse compositum ex Praepositione ἐν, et δύο Lat. *duo* [ut pp. idem sit ac nostrum *tusschen beide in*, *ter loops*. E. S.]

Ἕνεκα videtur proprie esse nomen Plurale, a Singul. obsoleto ἕνεκος, quod ortum ab ἐνέκω, forma vicina verborum ἐνείκω et ἐνέγκω, cujus tempora quaedam tribuuntur verbo φέρω. Significant autem haec proprie *gesto*, et, latius, *fero*. Quando igitur dicitur ἕνεκά τινος, *alicujus* rei *caussa*, vel *gratia* (ut usurpari vox solet) pp. idem fere valet, quasi dicas, *latione*, vel

relatione alicujus rei. [Vide *Eustath.* col. 1040: 43. E. S.]

Ἔνθα *hic.* Compositum est ex ἐν, de quo supra, et particula θα, cujus natura alibi explicabitur.

Ἐνιαυτὸς *annus.* Proprie videtur esse, quasi dicas χρόνος ἐνιαυτὸς *tempus anniversarium.* Id autem compositum forte ab ἔνος Lat. annus, de quo mox: nisi malis a Praepositione ἐν primam hanc partem repetere. Posteriorem autem partem ἰαυτὸς male repetunt plerique ab αὐτός: est enim haud dubie a verbo ἰαύω *commoror, versor*; de quo suo loco. Inde facile apparet, quemadmodum ἐνιαυτὸς eximie significare potuerit *anniversarium tempus.* [Nescio tamen, an verior sit *Platonis* sententia, in Cratylo, p. 410, ἐνιαυτὸν compositam vocem esse censentis ex ἐνὶ, pro ἐν, et pronomine αὐτὸς, quod, nimirum, *in se* quasi *redeat*: ut Latini *annum vertentem* dixerunt. E. S.]

Ἔνιοι *aliqui.* Oritur ab ἓν: unde ἕνιοι dicuntur, quasi dicas, *uni plures*, [ut Belgice *eenigen.* E. S.]

Ἐννέα *novem*, est quasi a Singulari ἐννέος: hoc autem idem quod ἐνέος, et, forma diversum, ἔνατος. Oriuntur autem ab ἔνος: quo nomine designatur eximie *ultimus* terminus in aliqua periodo: de qua voce mox dicetur. Inde ἐνέος *pertinens ad ultimum istum terminum*, atque inde eximie ad numerum *novenarium* transfertur, qui proximus est ab ultimo *termino*, ad quem perveniatur in numerando, id est, *decem.* [Conf. de ἐννέα *Bochart.* Hieroz. P. II, p. 637., 10. et in *Indice.* E. S.]

Ἔνος. Vicina haud dubie sunt ἔνος, ἔνος, anus, et annus: et quidem orta ab ἄνω, et ἄνω; quorum prius jam supra expositum. Vide in primis ad voces Ἀνὰ et Ἄνω. Conveniunt autem, ratione significationis, fere nostra vocabula cum ea notione vocis, qua refertur ad id, quod *retro* est, sive sit *tempus*, sive ratione *loci* dicatur. Et quidem, ratione loci, Latinum anus, *ani*, dicitur, qui alio nomine *podex* vocatur; ratione temporis, autem anus, *anus*, et Graecum

cum ἕνος, nec non ἔνος, quasi, dicit, quod ratione *temporis* retro est, *tempus praeteritum*, *vetus*: atque inde eximie a n u s, *anus*, dicitur mulier *annosa*, quae a nomine *vetus* etiam diminutive *vetula* audit. Inde porro ad certam temporis *periodum* relatae sunt hae voces. Qui, nempe, praeteriit, a n n u s dicitur, tempus exactum *annuum*, quod etiam Graeco ἔνος aliquando designatur. Eximie tamen ἕνος, sive ejus foemininum ἕνα vel ἕνη (Latine *vetus*, vel *praeterita*, seu *quae retro est*) dicitur *ultima* mensis, vel *lunae decrescentis dies*: quae sic, quasi, *vetus* dicitur, quod eam sequitur νέα *nova*, quomodo eximie dicitur *prima* dies novilunii. [Vide in Ἕνω, infra et conf. *Valcken.* in Animadverf. ad Ammonium, p. 196. 197. E. S.]

Ἔντεα pp. nomen Plurale est, et quidem, ut videtur, a Singulari obsoleto ἔντης, quod ortum a verbo ἔνω, cujus simplissima stirps ἕω. Videntur autem ἔντεα dici, quasi, quibus *inditur* corpus, atque ita *tegitur*: unde eximie hoc nomine dicuntur *arma*. Cognationem vox nostra habet cum Particula ἐν, et similibus. [Non *quaevis arma*, sed *clypeum*, *galeam*, *loricam*, *ocreas*, ἐντῆ, sive ἔντεα, dici, *Suidas* et *Athenaeus* (a cl. *Kustero* laudatus) docent. Vide quoque *D' Arnaud* Animadv. Crit. p. 90. 91. et infra in stirpe Ἔνω, unde verisimile videri possit, ἔντεα pp. notare *rotunda*, sive *orbicularia* arma. E. S.]

Ἐντὸς *intus*. Et hoc quoque est ab ἔνω, quod cognationem habet cum ἕω, unde ortum ἐν, et similia.

Ἐνυὼ *Bellona*, haud dubie oritur ab ἐνύω, quod forma tantum differt ab ἀνύω (cui verbo inter alias *destruendi* notio tribuitur) orto a verbo ἄνω: ut supra jam observatum. Ab ejus vicino ἕνω est nostrum Ἐνύω. Inde igitur Ἐνυὼ aptum nomen deae belli, quae omnia *destruat* & *vastet*, Latinisque *Bellona* dicitur.

[Ἕνω stirps deperdita; propagata forsan ab ἕω. Proprie videtur notasse idem quod ἄνω, ἥνω, &c. hoc est *niti versus superiora*, adeoque *vim exserere*. A notione autem *nitendi versus superiora* est alia notio agi-

agilitatis. et *celeritatis*, quae in derivatis horum verborum est conſpicua: et in Latinorum quoque v e n i o (cum Digammate Aeolico) pro e n i o clare deprehenditur. Porro a *nitendo verſus ſuperiora* est etiam ſignificatio *rotunditatis* & *circuli*, in diminutivo Lat. a n n u l u s ab a n n u s, quae vox pp. *circum orbemve* videtur notasſe: ut Latinis a n n u s Graecisque ἔνος &c. quaſi *orbis* dierum (Hebraeis item שָׁנָה, & שָׁנָה, pp. *vertens*, *convertens*, a שנה *vertit*, *convertit*, *rediit in ſe*) dicti videantur. Quod autem a n u s (in Genitivo *anus* pro *anuis*) Latine *vetulum* notat, ſ e n e m q u e in maſc. gen. vocant, idem hoc fortasſe est repetendum a notione *rotunditatis* vel *incurvati* dorſi, uti et nos vulgo *aetate*, vel *annis*, *incurvos* dicimus: podicem vero item *anum* a *rotunditate* vocari ſatis manifeſtum est. Confer. cum his, quae dedit *Guijetus* ad *Heſych.* Albert. voce Ἥνεις, id est, ἐνιαυτίας τῇ ἡλικίᾳ, Tom. I, col. 1639. E. S.]

Ἑξ ſ e x. Haud dubie oritur ab ἔχω: causſa tamen ſignificationis nondum mihi aperta. [Ab ἕξ *ſex* est ἕκτος *ſextus*, uti ab ἐκ, ſive ἐξ *ex*, est ἐκτος *extra*. Jam vero, quum dixerunt ἐξ pro ἐκς, contracto ex ἕκος, veriſimile est, pariter ἕξ dictum fuisſe pro ἕκς, ex ἕκος, ab ἕκω *cedo*, *accedo*: unde porro conjicere aliquis posſit, numerum *ſexenarium* nomen ſortitum fuisſe ab *accesſione* ad τὸ *quinque*. Eo enim numero abſolvitur *digitorum* numerus in manu humana (quibus *quinque* digitis in *computando* primi mortales videntur uſi) ut ἕξ fortasſe dictus fuerit, quaſi numerus *accedens* ad *quinarium*. Sed talia, omnibus in linguis, adeo incerta ſunt, ut vix ſperare certi aliquid ex tenebris his liceat. E. S.]

Ἑξῆς *Deinde*, vel *ordine*. Proprie Genitivus est foeminini generis a maſculino ἑξός, quod oritur a verbo ἔχεσθαι *adhaerere*, vel *ordine ſequi*. Hoc autem Medium est verbi ἔχω, de quo ſuo loco. — Alio loco cel. *Lennepius*: „ Ab ἔχω *habeo*, *contineo*, Medium ἔχεσθαι ſpeciatim in uſu valet *adhaerere*, et quaſi *contiguum esſe*. Ita cum Genitivo conſtruit *Plato*, in

in Theage, ἐχόμενος σοῦ καὶ ἁπτόμενος *adhaerens tibi*, et quasi, *nexu quodam conjunctus*. Ab ἔχεσθαι fit ἑξὸς, cujus foemin. ἑξὴ, unde Genitivus ἑξῆς, per ellipsim Praepositionis κατὰ, pp. est *continua serie*, *cohaerenter*. [Conf. omnino *L. Bos*, Ellips. Graec. p. 440, 441. E. S.]

Ἑορτὴ foemininum est ab ἑορτὸς, quod oritur ab ὄρω *excito*, *concito*: unde ἑορτὴ scilic. ἡμέρα, *dies* dicitur *magna frequentia hominum in unum concitatorum celebratus*, vel *celebrandus*, adeoque *dies festus*: unde ipsum *festum* quoque dicitur, ac praeterea *ferias* notat. [Confer. Analog. Graec. pag. 152.]

[Ἐπάμονες *ordinis honestioris famuli* (de qua voce *Valcken.* in Animadv. ad Ammon. p. 100.) Haud dubie a *sequendo*, ἕπεσθαι, nomen acceperunt. E. S.]

Ἐπεὶ *possquam*. Parum differt a Praepositione ἐπὶ, et communem stirpem habet verbum ἕπω, vel ἕπεσθαι *sequi*. Inde ἐπεὶ vel Particula est *temporis consequentis*, et notat *ex quo*, *postquam*, vel *caussae consequentis* et notat *quoniam*. [Clar. *Hogeveen*, Doctr. Partic. Cap. XVI. Sect. XII. p. 396. conflatam esse voculam censet ex ἐπὶ et εἰ. At, quod pace viri Graece eruditissimi dixerim, ἐπὶ et ἐπεὶ, ex origine sua, haud magis videntur diversa fuisse, quam ὄφι et ὄφει, atque adeo *unum* vocis *casum* (*Dativum*, videlicet, aut *Ablativum*) olim constituisse. Rectissime igitur *Hogevenius*, p. 400. „ id agere" se dicit, „ ut probet τὸ ἐπεὶ consequentiam notare." Inspice jam loca Iliad. A, 57. 153. 274. cet. et vide, num dubitare possis nostrum ἐπεὶ, ab ἐπὶς, pp. *consecutio*, vel *consequentia*, descendisse? Vide etiam in Ἐπὶ, ubi plura. E. S.]

Ἐπείγω *urgeo*, *impello*. Videtur compositum esse ex ἐπὶ, et εἴγω, quod ab ἔγω, quocum convenit ἄγω, de quo verbo abunde dictum est supra. Notionem inde propriam habet *persequendi* et *urguendi fugientem*, unde nata ea *impellendi*, et, significatione neutra, *festinandi*.

Ἐπηρεάζω *incommodo afficio*. Haud dubie composi-

 tum

tum est ex ἐπὶ, et ἠπάζω, quod haud ſcio, an pertineat ad ἐρέω, unde oritur ἐρείδω, et ſimilia: de quibus poſtea dicetur. Tum autem ἐπηρεάζω pp. valet *graviter incumbere*, *urguere*, *agitare*: unde ad quamcumque *moleſtiam* et *injuriam*, quae tam *verbis*, quam *re* fiat, verbum videtur tranſlatum. [Vide *H. Stephani* Theſ. Appendic. in voce noſtra, et altera Ἐπήρεια. Et *Elſner*. ad Matth. V, 44. E. S.]

Ἐπὶ notionem primam habet a *verſando*, et *ſequendo*: de qua videndum ad verbum ἕπω, unde oritur. Inde autem varios uſus habet haec Praepoſitio: quorum plerique e Lexicis cognoſci posſunt. [Ἐπὶ, et ἐπεὶ, de quo ſupra, proprie ſunt caſus Dativi a Nominativo obſoleto ἐπὶς pp. *nexus*, *ordo*: ut ab ὄφις in Dativo est ὄφι et ὄφει. Itaque noſtrum Ἐπὶ pp. notat *nexu*, vel *additione*, *adjunctione*, vel *ſequela*, *inductione* &c. Sentiri propria vis poterit ex illis *Heſiodi* Ἐργ. vs. 644. κέρδος ἐπὶ κέρδει. et *Homeri* Iliad. Θ, 260—265. Odyſſ. M, 209., ubi haerent interpretes. Vide *Clark*. Conf. et Lucae Evang. V, 36. Matth. IX, 16. et *Valcken*. Diatr. in Eurip. Dram. p. 289. Denique ἐπὶ pp. *additione* pro *inſuper* abſolute poni potuit, ut idem ſit, atque ἐπεὶ. Vid. *Euripid*. Oreſt. vs. 206. Stirps est ἕπω *necto*: unde ἕπομαι pp. *necto*, *adnecto*, vel *adjungo me*, id est ſequor. E. S.]

Ἐπίβδα forte natum est ab ἐπιδὰς, cujus Vocativus ἐπιδὰ (ut in ſimilibus fieri ſolet) Nominativi naturam acceperit. B autem interpoſita videtur, ut in multis vocabulis fit. Porro illud ἐπιδὰς, a ſimpliciori forma ἐπὶς, vel ſimili ortum, originem habet verbum ἕπω, vel ἕπομαι *ſequor*: atque inde eximie *dies*, qui *ſequitur* feſtum aliquod, ἐπίβδα dicitur, ut abunde docet *Meurſius*, in *Graecia Feriata*, ubi de feſto agit, quod dicitur Ἀπατουρία.

Ἐπίκουρος *auxiliator*. Compoſitum est ex ἐπὶ, et κοῦρος, quod pp. Jonicum est pro κόρος, de quo nomine ſuo loco dicitur. Hic autem in primis ſpectanda est *curandi* notio, quae verbo κορέω, inter alias, tribuitur.

tur. Imo ipsum Latinum CURA nihil aliud est, quam Graecum κῦρα, foemininum masculini κῦρος: unde ἐπίκουρος is est, qui alteri *opera* sua et *cura* adest, adeoque *auxiliator*.

Ἐπιπολῆς. Adverbialiter ponitur pro *in summitate*, *in superficie*. Proprie voces duae sunt, nempe ἐπὶ πολῆς, quod posterius Genitivus est nominis πολὴ, *superficies*, in qua quis *versatur*. Ortum, nempe, est a πέλομαι *versor*, ab Activo πέλω, de quo suo loco. [Vide *T. Hemst.* ad Aristoph. Plut. p. 478. E. S.]

Ἐπιτήδης *idoneus*, *aptus*. Vox composita est ex ἐπὶ, et τήδης, quod pro τάδης: hoc autem a τάζω, cujus verbi potestas eadem est quae vicini τείνω *tendo*. Utriusque, nempe, stirps communis est τάω, vel τέω. Inde ἐπιτήδης pp. valet, qui *attendi* vel *intendi* in aliquid *potest*, atque inde idem fere valet quod Latinum *aptus*.

Ἑπτὰ SEPTEM. Haud dubie Pluralis est a Singul. ἑπτὸς, quasi dicas *aptus*. Est enim ἑπτὸς ab ἕπω cognato verbi ἄπω, unde Latinum APTUS. Quare autem sic numerum *septenarium* vocaverint, non satis perspicio: nisi in caussa fuerat notio *perfectionis*, quam isti numero attribuerunt veteres.

Ἕπω cognatum verbum est stirpis ἄπω, et Latini antiqui APIO. De verbo ἄπω dictum supra. Eadem propria potestas verbo nostro tribuenda est. A notione autem *aptandi*, quae in primis verbo nostro convenit, sive *apte jungendi*, verbum ἕπω notionem quoque accepit *dicendi*: Medium vero ἕπεσθαι, pp. notans *memet adjungo* vel *memet secundum* aliquem *agito*, exinde *sequendi* virtutem accepit.

Ἔρα *terra*. Ortum est ab ἔρω, quod vicinum verbi ἄρω (de quo jam supra dictum) notionem habet *movendo adaptandi*, *agglutinandi*, *attrahendi*; et similes. Inde autem nostrum ἔρα videtur tribui *terrae*, quasi dicas *molem firmiter compactam et nexam*. Ita certe differre videtur a γῆ (de quo supra in voce Γαῖα) *terram late patentem* designante. [Ἔρα, teste *Hesychio*, est γῆ. κα-

λή,

λὴ, γῆ ποθεινὴ *terra bona*, *terra amoena*. Videtur proprie notare *terram sativam*, sive *consitam*: stirps autem esse ἔρω, Latine SERO, *sevi*, *satum*, *serere*. Vide omnino loca *Homeri* Il. Σ, 550–557. et *Hesiodi* Ἔργ. 420. 421. E. S.]

Ἔρανος *collectitia coena*. Vox derivata est ab ἔρος, quod idem atque ἔρως *amor*. Inde ἐρανὸς pp. notat *ad amicitiam pertinens*: atque hinc eximie *coena collectitia* sic dicitur. [Conf. *Plato* de Legg. L. XI, 915. *Gatakeri* Adversf. Posth. col. 855. 856. *Salmas.* de Usur. p. 50—59. et *Barnes.* ad Euripid. Helen. vs. 391. E. S.]

Ἐράω *amo*. Oritur ab ἔρος *amor*, qui sic dicitur a *nectendo*, *attrahendo*, *agglutinando*ve. Stirps ἔρω, de qua postea dicetur. [Ceterum confer huc omnino *T. Hemst.* ad Aristoph. Plut. p. 217. 218. E. S.]

Ἔργον *opus*. Haud dubie oritur ab ἔρω, cujus notiones diversae huic nostro verbo significationem praebere potuerunt. In primis autem videtur ea repetenda a *nectendo*, *aptando*, similive. Inde etiam facile patet, quemadmodum opus *terrae colendae* et *arandae* nomine ἔργον antiquitus fuerit designatum. Nempe ἄρω, unde Graecum ἀρόω et Latin. ARO [pro ἀράω] pp. nihil aliud sunt, quam nostrum ἔρω unde ἔργον, [forte pro ἔαργον, uti ἔδνον pro ἔεδνον.] Ut autem Lat. ARARE, et Graec. ἀρῶν propria sunt in *agricultura*, simili ratione ἔργον ibidem sedem collocavit. Ita, apud Homerum, ἔργα βοῶν *boum labores* de *agricultura* dicuntur. [Vide in primis Od. Ξ, 222. Σ, 365.] Ab eodem nomine compositum αὐτουργὸς, ex αὐτὸς et ἔργω, eum speciatim designavit, qui *ipse* terram *coleret*: ut antiquissimi homines solebant. [Conf. *Lenn.* ad Phal. Ep. XXII. *Salmas.* Exerc. Plinian. p. 262. b. C. 416. a. de Usur. p. 299. de Foen. Trapezit. p. 488. *Elsner.* ad 2 Tim. II. 15. E. S.] Patet tamen vox ἔργον in usu latissime, et quodcumque *opus* denotat: quemadmodum ἐργάζεσθαι τὴν γῆν pp. notat *terram colere*; unde, translato verbo, etiam ἐργάζεσθαι τὴν θάλασσαν,

pro

pro *navigare* dicitur [uti et Belgae dicunt *de zee ploegen*, *de zee bouwen*. Vide viros doctos laud. *Wolfio* ad Apoc. XVIII, 17. E. S.]

'Ερέβινθος *Cicer*, *leguminis genus*. [De hoc videant Botanici.]

"Ερεβος *Erebus*, *orcus*. Haud dubie oritur ab ἐρέω; quod ab ἔρω. Inde ἐρύω et ἐρέω notionem *trahendi* primum acceperunt, ac porro eam *extrahendi*, *evacuandi*, *inaniendi*, et similes. [Vide *Salmas.* Exc. Plin. p. 306. b. F. ad Jus Atticum et Romanum Cap. II. *Gatakeri* Opp. Posth. col. 855. 856. E. S.] Inde ἔρεβος, scilicet τόπος, vel simile, dicitur proprie *vorago immensa*, *inanis* et *vacua*: et quidem eximie *vacua* luce, unde sic *orcus*, vel etiam *tenebrae infernales* dicuntur. [Hac ex etymologia eluceret, vocem ἔρεβος origine sua fere convenire cum altera ἔρημος, sive, uti olim scribebatur, ἔρεμος; literis *labialibus* μ et β, ut saepe alias, in pronuntiatione, permutatis. Sed verisimilior est *Bocharti* sententia de hac voce Geograph. Sacr. L. II, Cap. II, col. 705. 706. quocum confer. quae *Salmas.* Hellenist. p. 372. habet de 'Ερεμβοῖς. E. S.]

'Ερέθω proxime oritur ab ἐρέω, et hoc ab ἔρω. Habet autem nostrum ἐρέθω in primis notionem suam a *vehementi motu*, quo quid *agitetur*, sive *trahendo* sive *attingendo*, sive alia ratione: atque inde in usu significat *irritare*, *lacessere*.

'Ερείδω. Et hoc stirpem habet ἐρέω et ἔρω. Recte autem Grammatici propriam hujus verbi potestatem ponunt in *contentione vehementi*, qua aliquid fiat. [Conf. omnino *Aristophan.* in Pace, vs. 31. Eccles. vs. 612. Thesmoph. vs. 495. E. S.] Inde, nempe, notiones huic verbo adsignatae *figendi*, *firmandi*, *nitendi*, et similes.

'Ερείκω *frango*. Proprie videtur esse, quasi, *trahendo*, *distrahendove frango*. Oritur certe ab ἐρέω, et hoc ab ἔρω, de quibus jam dictum aliquoties. Habet autem ἐρείκω quandam cognationem cum verbis ῥάκω, ῥήγνυμι,

γνυμι, et similibus. [Conf. *Pierson.* ad Moerid. Atticist. p. 194. in Ἐρείπω. E. S.]

Ἐρείπω *everto.* Et hoc quoque ortum ab ἐρέω, quod ab ἔρω: quorum verborum notionem, quae hic in primis spectanda est, vidimus ad verbum ἐρείδω. Inde nostrum ἐρείπω eximie notat *uno* quasi *impetu corruere facio*, et *labi*; vel etiam, neutro sensu; *corruo*, *labor*. [Vide ad Phalar. Epist. p. 18. 19] Componi autem hoc verbum debet cum vicino ῥίπτω, vel ῥίπω; unde nomen ῥιπή *impetus.* Nimirum verba, quae non nisi vocali, ab *initio*, aut *addita*, aut *omissa*, differunt, proprie sunt *ejusdem*, aut saltem *cognatae*, *originis*. Sic autem ἐρείπω et ῥίπτω in origine conveniunt, quemadmodum supra vidimus ἐρύω, et ῥύω; et alia similia.

Ἐρέπτω *comedo*, est ab ἐρέπω, quod ab ἐρέω, de quo abunde dictum. Notionem habere videtur a *contentione* et *nisu* comedentium aliquid.

Ἐρέσσω *remigo.* Et hoc est ab ἐρέω. Notionem autem habet a *continuo contentoque motu* remigum, quo remos *impellunt*. Hinc ἐρέτης, *remex*, et ὑπηρέτης *qui sub alio remigat*, vel generatim qui *cum contentione*, et *studiose opus facit sub alius auspicio*, *minister*.

Ἐρεσχελέω *cavillor.* Haud dubie convenientiam habet cum verbo ἐρίζω, de quo infra dicendum. Stirps est ἔρω, cui inest significatio *contentionis vehementis*; atque inde primum ἐρέχω, ἐρέσχω, et tandem ἐρεσχελέω; quasi dicas proprie, *contendo verbis* atque ita *cavillor*. [Si comparaveris verbum ἰσχειλέω, *labrum pari libramento demitto*; quod haud dubie compositum est ex ἶσος *par*, *aequalis*, et χειλέω, a χεῖλος *labrum*; (pro quo veteres etiam dixerunt χέλος; unde χελώνη) admodum verisimile fiet; etiam nostrum ἐρεσχελέω compositum esse ex ἔρις, vel simili quadam forma, et χελέω, quod idem ac χειλέω, ut pp. sit *inimicitiam labiis exerceo*; hinc *scommate illudo*. E. S.]

Ἐρεύγω *ructo*, propriam notionem habet *movendi* vel *extrahendi*, *evacuandi*que *cum contentione*: quam virtutem verbis ἔρω et ἐρύω adsignatam fuisse vidimus, ad

ad vocem Ἔρημος. Est autem ea vis in primis conspicua in verbo ἀρόω, quod, illis vicinum, suo loco explicatum est. Origo est ἔρω, de quo dictum abunde.

Ἔρευθος *rubor*, proprie nihil aliud est, quam *tractus* seu *fluxus sanguinis*, nempe, *in ore*, atque inde *sanguis* veluti *suffusus*: unde porro *rubor*. Oritur, nempe, ab ἐρεύω, quod a stirpe ἔρω. Hic autem rursus omnino observandum est, proprie *stirpes vicinas* esse eas, quae non, nisi *vocali* in initio, differant; quemadmodum ἔρω, ἐρέω, ἐρεύω, ῥέω, ῥεύω, et similia, quibus omnibus notio generalis *motus contenti continuique* subjicitur, unde ῥέω *fluo* notat. De quo verbo suo loco dicendum.

Ἐρευνάω *investigo*. Dicitur a *contentione* et *continuo motu*, quo aliquid assequi *studeas*. Nempe ab ἐρέω, vel ἐρεύω, nomen ἔρευνα dicitur *indagatio*: hinc autem ἐρευνάω *indago*, *investigo*.

Ἐρέφω *obtego*, proprie est, quasi *attrahendo in unum farcio*, atque ita *tego*. Oritur a saepe memorato ἐρέω, quod, ex observatione, superius jam facta, convenientiam habet cum verbo ῥέω, a quo ῥάπτω *in unum attraho*; unde eximie notat *suo*, *insuendo obtego*. Inde jam porro de *tectis aedium* ponitur.

Ἔρημος *desertus*. Oritur ab ἐράω, de quo jam dictum alibi. A notione autem, isti verbo subjecta, *evacuandi* nostrum ἔρημος, subintellecta voce τόπος, pp. est *vacuus locus*, adeoque *desertus*. Ad *hominem* postea translatum est, similiter ac Lat. DESERTUS. [Ἔρημος Adjectivum est, formatum ab ἔρη, sive ἔρα, *terra inculta*. Inde ἔρη et γῆ inter se opponuntur: γῆ namque *terram* notat *foecundam* et *cultam*. Ἔρημος etiam de *hominibus* usurpatur: uti *solus* et *solitarius homo* dicitur, qui aliorum fugit consortia. Significat etiam *hominem desertum* et *destitutum* aliorum auxilio. Unde ἔρημος φίλων. Vide *Wesseling.* ad Anton. p. 151. T. H.]

Ἐρητύω *inhibeo*. Est ab ἔρυτος, quasi dicas *inhibitus*, *attractus*: hoc enim oritur ab ἐρύω *traho*, vel *attraho*, de quo supra.

Ἔρι est ab ἔρα. A *contentione* autem, (cujus notio sub-

subjecta verbo ἔρω, ejusque derivatis multis) nostrum ἐρι, in compositis tantum usitatum, eorum vim *intendit*. [Vide permulta exempla apud *Hesychium*, T. I, col. 1427. et seqq. E. S.]

Ἐρινεὸς *caprificus*. Proprie vox composita est ex ἐρι et νέος, diciturque, quasi, *valde juvenescens*, *virens*, *vigens*, vel *luxurianter crescens*: quae proprietas est istius *arboris*. [Origo forte alia est: Etenim, ἐρινάδα etiam vocari *ficum silvestrem*, auctor est Scholiastes Nicandri: quod huic etymologiae parum favet. E. S.]

Ἐριννὺς *Erinnys*, *furia*, nomen accepit a *stimulando*, quae notio supra notata est ad verbum Ἐρέθω, quocum originem communem habet. Oritur, nempe, proxime ab ἔρις, vel vicina forma: et hoc ab ἔρω. [Ἐριννὺς pp. *indignans furor*. Ἐριννύειν significabat, apud *Arcadas* et *Peloponnesios*, prae *ira furere*. Hoc tribuebatur iis, quae a Latinis *furiae* dicuntur. Hae enim putabantur *persequi scelera*, et *poenas exigere severissimas*. T. H.]

Ἔρις *contentionem*, et quasi *stimulum* ad certandum notat, ortum ab ἔρω. [Ex collatione verbi Lat. SERO (quod haud dubie factum est ab ἔρω, sive potius ipsum nostrum est ἔρω) propria notio hujus verbi apparet esse *nectere*, *connectere*, *componere*: ut adeo ἔρω ἔριτε apud *Theocritum*, Eidyll. V, 23. pp. sit *conseruit consertionem*, id est, *certamen commisit*, sive *litem contulit*, qua phrasi usus Horatius Serm. I, 5, 54. Itaque et ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι Iliad. A, 8. eleganter dictum pro *contentione* COMMISIT, *ut pugnarent*. E. S.]

Ἔριφος *hoedus*. Haud dubie derivatum est a verbo ἐρίπτω, quod vicinum est alteri ῥίπτω, et ei, quod supra vidimus, ἐρείπω: unde ἔριπος pp. est quasi *jactus*, atque inde *partus recens*, et eximie *hoedus*. [Nescio, an rectius dixeris, ἔριφον *hoedum* vocatum a *commissione certaminum*, vel ab *impetu* sive *congressu* frequenti. Unde apud poëtas *hoedus petulcus*, *tenero lascivior hirco*, et sexcenta talia. Stirps ἔρω, unde ἐρίπτω, ἐρίζω &c. E. S.]

Ἔρμα *fulcrum*, vel quidquid *firmandi* gratia subjicitur.

citur. Oritur ab ἔρω, cujus derivatum ἐρείδω peperit nomen vicinae significationis nostro ἕρμα, nempe ἔρεισμα. [A *nectendo*, *connectendo*, videtur esse notio *firmandi*. E. S.]

Ἑρμηνεὺς *interpres*. Proxime oritur ab Ἑρμῆν vel Ἑρμῆς: de quo mox dicendum.

Ἑρμῆς quamvis ab ἔρω *dico* repeti possit, dubito tamen an non alia sit ratio hujus vocis. Est certe ea contracta ex ἑρμέας, quod non potest non derivatum esse a nomine ἕρμα, similive forma, de qua superius. Ἕρμα autem notat quodcumque *stabilimentum* et *fundamentum*, quo aliquid *innitatur*. Igitur ἑρμῆς videtur dictus *Mercurius*, quod praeses habitus sit *orationis*, quae unicum *stabilimentum* societatis est: quin imo inde dictus quoque *interpres*, cujus *fide* veluti *innituntur* diversi populi, inter se transigentes. Reliquae notiones, huic voci assignatae, ex antiquitate Graeca in primis illustrandae sunt. [Ab ἔρω *necto*, *consero*, *committo*, fortasse ἑρμῆς pp. est quasi *commissor*, *consertor*, sive *verborum* et *orationis*, sive *partium adversarum*, quas *conciliet* et *conjungat*. A *dicendo* nomen habere, miro consensu statuunt *Pharnutus*, *Porphyrius*, alii. Vide eos apud *Wolfium*, in Cur. ad Acta Apostol. XIV. 12. E. S.]

Ἔρνος *ramus*. Proprie dicitur quasi *vigens* et *firmus*: haud dubie ortum ab ἔρω, de quo dictum supra.

Ἕρπω SERPO, vel REPO, [quod posterius, per metathesin literarum, ipsum quoque Graecum est ἕρπω.] Proprie est pro ἑρέπω, quod ab ἐρέω. Observandum autem rursus, vicina esse his ῥέπω et ῥέω: ut facile appareat, notionem propriam repetendam esse a *trahendo* et quasi *profluendo*. [Itaque ἕρπω est *protraho me* atque adeo SERPO, quod de *anguiculo*, *dracone*, *cochlea* &c. proprie dicitur: unde et SERPENS a Latinis in forma Partic. eximie dictus est *anguis*, vel *draco*, qui et plene *serpens draco* apud *Suetonium* in Tiber. c. 72. A notione porro *serpendi* est illa *leniter procedendi*, *leniterve accedendi*, et quasi *adrependi*, quod etiam dixerunt in *contemptu*. Vide Iliad. Ρ, 447. Od. Ρ, 158.

Σ, 130. *Theocr.* I, 105. IV, 56. V, 44. 45. VII, 2. 21. &c. *Valck.* adnot. in Theocr. 400. et *Eurip.* Hippol. p. 227. 268. *Horat.* Serm. I, 5, 25. *Virgil.* Culic. vs. 104. Origo *trahendi*, vel *attrahendi* clare elucet ex *Lucretii* L. VI, 118. E. S.]

[Ἔῤῥος *Jupiter*. Haud dubie pro ἧρος, id est HERUS: ut *Juno* ἥρα, pro ἕρα HERA, eximie dicta fuit. De quo infra. Vid. ad *Hesych.* T. I, col. 1445. E. S.]

Ἔῤῥω, varias habens notiones, in Lexicis notatas, proprie similis fere naturae est, cujus sunt ῥέω, ῥέπω, ἕρπω, εἴρω: de quibus dictum supra. Est autem nostrum ἔῤῥω, ab ἔρω, geminata litera ρ, ad emphasin quandam huic verbo addendam: qua, nempe, exprimatur verbi hujus potestas, diversa ab illa verbi ἕρπειν. Habet enim hujus notionem *in deterius conversam*, sive ita, ut semper *cum pernicie conjuncta* esse intelligatur: [ut in illo ἔῤῥε *pereas!* Iliad. Θ, 164. Conf. omnino Od. Κ, 72. 75. Porro Graec. ἔῤῥω superest quoque in Lat. VERRO &c. Vide infra in stirpe Ἔρω, et *Ernest.* ad Od. Κ, 72. In compositis quoque περιέῤῥω est *pererro*, *perrepto*, et metonymice *perreptans adultero*. De quo verbo *Valck.* Adnott. in Euripid. Hippol. p. 268. et confer apud *Hesychium* T. I. p. 1446. ἔῤῥων, quod exponitur μόλις παραγινόμενος, quasi dicas *aegre adreptans*. E S.]

Ἔρση [vel ἕρση] *ros*. Oritur ab ἔρω, cui ex antedictis apparet vicinum esse verbum ῥέω *fluo*, unde descendit Lat. ROS, eadem translatione, qua, ab ἔρω, ἔρση dicitur.

Ἐρύκω *inhibeo*, *contineo*. Oritur ab ἐρύω *traho*, quod, ut vicina ἐράω, ἐρέω &c. oritur ab ἔρω.

Ἐρύω *traho* oritur ab ἔρω: ut dictum. A notione autem *trahendi*, *extrahendi*, *eripiendique* eam habet *servandi*, *custodiendi*, similesque. [Ut Hebr. הִצִּיל pp. est *extraxit*, dein *servavit*, a נָצַל. Porro, in *Medio*, est ἐρύομαι *traho ad me*, Il. Ξ, 422. Σ, 152. &c. E. S.]

Ἔρχομαι *venio*, *eo*. Est quoque ab ἔρω, cujus verbi similes notiones jam vidimus. [Ab ἔρω, ἔρκω, cum ad-

adspiratione ἕρχω, est *Medium* ἔρχομαι, pp. *traho me*, in primis *lente*, atque adeo *lente procedo*, *incedo*. *Hesiod.* Theogon. vs. 272. Unde generalior notio *procedendi*, *veniendi*. Observandum autem est, verba ἕρω et ἕλω, uti ejusdem fere sunt soni, (pro varia, nempe, pronuntiatione literae ρ) ita cognatae olim fuisse significationis. Ab ἕλω facta sunt ἐλέω, ἐλεύω, ἐλεύθω, ἐλύθω, quae postrema verba tempora *obliqua* dederunt nostro ἔρχομαι. E. S.]

[Ἕρω stirps est obsoleta; cognata fuit non modo aliis formis ἄρω, εἴρω &c. sed etiam verbo alteri ἕλω, de quo modo diximus, in Ἔρχομαι. In origine remotiori pp. notavit *nectere*, *adnectere*, *connectere*: unde porro orta est metonymica notio *nexum trahendi*, *producendi* &c. Latini servarunt nostrum ἕρω in suo SERO, *seri* et *serui*, *sertum*, *serere*: Graeci autem in εἴρω, ἔῤῥω, quae vide supra; uti et in ἀποέῤῥω pp. *abstraho*; unde ἀποέρσει Iliad. Z, 348. Simplex forte notio reperitur in illo *Hesychii* Ἔρσει· ἀπολλύει, quod viri docti perperam sollicitarunt. Etiam ab ἕρω esse Lat. QUAERO docet *Menag.* Amoen. Jur. Civ. p. 338. E. S.]

Ἐρωέω proxime descendit ab ἐρωή, quod redditur *impetus*. Hoc autem proxime ab ἐρόω, quod ab ἕρω. Habet verbum ἐρωέω varias notiones, ut *copiose fluendi*, *retrocedendi*, *inhibendi*, aliasque: quae omnes, ex comparatione formarum vicinarum, quas supra jam vidimus, facile possunt intelligi.

Ἐρωτάω proxime oritur a nomine ἐρώτης, vel ἐρώτας, quod derivatum est verbi ἐρόω. Hoc autem componendum cum forma vicina ἐρέω, quod verbum, inter alia, notat *interrogo*. Inde ἐρώτης *is*, qui *interrogat*, et hinc ἐρωτάω est, quasi, *qui quaestionem proponit*, *interrogare*. [Originem ab ἕρω, *necto*, propius demonstret phrasis ἐρωτᾷν λόγους, pp. *captiosas interrogationes nectere*, ex quibus concessis conclusiunculae deducantur. Vide *Hemsterh.* ad Luciani Νεκρ. I, 2. p. 233. E: S.]

Ἐσθλὸς *bonus*: Haud dubie est pro ἐθλὸς, quod repetendum ab ἔθω vel ἕω: et, ratione significationis ac

 for-

formationis, componendum videtur cum nomine ἄθλος, ubi vide notata [voce Ἆεθλος.] Ut adeo ἐθλὸς proprie ſit, *qui labores* vel *certamina ſuſtineat*, *ſtrenuus* adeoque: quae propria olim vocis poteſtas fuit. Inde autem generatim porro *bonus*, *probus*, vel qui *frugi* est. [Neſcio an ἐθλὸς hocce (unde vir clariſſimus repetit τὸ ἐσθλὸς) contractum ſit ex ἔθελος, ab ἐθέλω *volo*: haud fere diverſa metaphora, ac Belgis WILLIG de viro, *labores* in ſe facile *ſuſcipiente* ac *tolerante*, dicitur. E. S.]

Ἔσθω *edo*. Est proxime ab ἔσω, futuro verbi ἔω, quod convenit cum ἔδω, *edo*, de quo dictum ſuo loco. [An ab ἔδω, ἔδτω, ἔσδω, ἔσθω, proniori quadam derivatione? Vide Analog. p. 187. 188. E. S.]

Ἕσπερος *vesper*. Forma producta est ab Ἕσπερ, unde Lat. VESPER ſupereſt. Illud autem oritur ab ἕσπομαι, quod est pro ἕπομαι *ſequor*; cujus Activum ἕπω vidimus ſupra. Inde jam ἕσπερος VESPER proprie dicitur *is qui ſequitur*; atque inde eximie *ſtella*, *quae* ſolem occidentem *ſequitur*.

Ἑςία pp. Foemininum est, a Maſc. ἕςιος, quaſi dicas *qui pertineat ad familiarem victum*. Videtur enim ortum eſſe ab ἔδω. Inde certe dicitur *convivium familiare*, quo quis excipiatur apud *larem domeſticum*: unde porro notat *larem*, *domum*, et ſimilia. [Ab ἕςω vel ἵςω, (quod a ςάω, ςέω, ςίω non differt) manavit ἑςία et ἱςίη, Jonibus uſitata forma, *ſedes ſtabilis* et *certa*: quae cauſa est, cur *domum habitationemque* idem vocabulum deſignet. Diſſentit *Plato* in Cratylo, p. 276. Sed nihil est, quod illi, in rimandis Etymologiis non nimis exacto, auſcultemus. T. H.]

Ἐσχάρα *focus*, vel *craticula*. Dicitur ab ἔσχω, quod ab ἔχω *contineo*. Inde eximie *focum* notat, quo ignis *continetur*; unde deinceps cum ad alia translatum est, tum etiam ad deſignandum *pudendum muliebre*. [Conf. *Valck*. ad Ammon. Anim. Cap. XI. p. 47–49. et omnino *Salmaſ*. ad Solin. Exercit. Plin. T. I. p. 126. B. ex cujus obſervatione proprius intelligetur, cur hac voce dictum ſit τὸ αἰδοῖον muliebre. E. S.]

Ἐσχα-

Ἔσχατος *ultimus.* Dicitur ab ἔχομαι, *adhaereo*, *in fine sequor.* Inde ἔσχατος, quasi, *qui in fine adhaeret.*

Ἐτάζω *exploro.* Ortum videtur ab ἔτος, similive forma, qua designatur *qui est*, vel *verus.* Inde ἐτάζω notat *verum exploro*, vel *in rerum naturam inquiro.* [Nimirum et ipsum Latinum VERUS ab ἔρω ortum est: ἔρω autem ab ἔω. Unde apparet eandem esse utriusque formae stirpem remotiorem. E. S.]

Ἑταῖρος *socius.* Origine non multum videtur differre ab ἕτερος, orto ab ἔτης, de quo postea dicendum. Dicitur forte sic, quasi, qui *comes* alteri *adest.* Origo ἔω. [Possis et a *veritate amicitiae* repetere: uti ἔτης amicus *verus* dicitur. Nisi simplicius adhuc sit vocis VERI etymon ab ἔρω *adnecto*, *conjungo*, ut adeo etiam ἔτης et ἑταῖρος a *conjunctione* vel *nexu amicitiae*, nomen habeant. E. S.]

Ἕτερος *alter.* Forma producta est ab ἔτηρ, quod non, nisi forma, differt ab ἔτης, cujus origo ἔω. Dicitur forte et ἕτερος *alter*, quasi dicas, *qui adsit alicui:* eximie autem *alterum* notat. In usu probe distinguendum est ab ἑταῖρος. Observetur autem hic obiter, voces ἀτὰρ et αὐτὰρ (quas supra, suo loco, aliunde derivatas videri dixeram) cum hoc verbo potius esse componendas.

Ἔτης *socius*, *amicus.* De hoc dictum ad vocem ἑταῖρος. [Adde *Hemst.* ad Aristoph. Plut. p. 407. E. S.]

Ἔτι *adhuc.* Haud dubie oritur ab ἔω, *sum*, notione perspicua. [Ut περὶ dedit Lat. PER, sic ἔτι videtur dedisse Lat. ET. Est autem ἔτι pp. casus *Dativus* vel *Ablativus* absolute positus, repetendus fortasse a Nom. obsoleto ἔτις, quod analogice duci potuit a 3. pers. praeter. Perf. Pass. inusitata ἦται, pro εἶται, verbi ἔω. E. S.]

Ἔτνος *Puls e leguminibus elixis.* Nescio, an ab ἔω oriatur, ut sit ab *edendo* dictum, quae notio in derivato verbo ἔδω est.

Ἕτοιμος *paratus*, *promtus.* Sine dubio oritur ex ἔω, quasi dicas *qui adsit*, vel qui *in manu est.*

Ἔτος *annus.* Et hoc est ab ἔω: ratio tamen signi-

ficationis est ambigua. [An a *procedendo*, quatenus verbum EO, *is*, IRE Latinis superest hac notione? Certe alterum ἐτὸς, idem quod μάτην, tali ab origine videtur esse repetendum. E. S.]

Ἔτυμος, *verus*, forma tantum differt ab ἐτεὸς, et haud dubie habet originem ἔω *sum*. [Ut a πληθὺς est πληθυμὸς et similia, ita ab ἐτὺς, ἔτυμος. Ἐτὺς autem est ab ἐτὸς, Jonice ἐτεὸς, *verus*. — Hinc etiam fluit potestas, qua ἔτυμος ponatur de *Etymologia*, sive de VERA vocum *origine*. T. H.]

Εὐδία *serenitas*. Composita vox est ex εὖ et δία; quod a δίος, de quo alibi dictum. Inde εὐδία, scil. ὥρα, eximie notat *serenitatem coeli*, vel *coelum serenum*.

Εὕδω *dormio*. Cognatione junctum est cum ἕδω et ἕζω *sedere facio*, *deorsum mitto*. Inde ad *quietem* et *somnum* eximie transfertur.

Εὐθὺς *rectus*. Oritur ab εὔθω, quod ab εὔω, et hoc ab ἕω *mitto*, vel *promitto in longum*; unde ad *longitudinem* designandam vox transiit.

Εὐλαὶ *vermes*. Ortum est a Singulari εὐλὴ, et videtur dictum a *versando*, *volvendo*: quae notio inest ejus origini ἕλω.

Εὐλάκα *vomer*. Videtur ortum a nomine εὖλαξ, quod non differt ab ἄλοξ, vel αὖλαξ, de quo, suo loco, supra dictum. [Stirps nempe est ἕλω *necto*, dein *traho*: de quo vide in Ἕρω. E. S.]

[Εὔληρα, *lora*, *habenae*. Stirps eadem est ἕλω *necto*, dein *traho*. Unde εὔληρα *habenae*, quasi Belgice *trekkers*, dixeris. E. S.]

Εὐνὴ *cubile*. Ortum est ab εὔω, unde supra vidimus oriri εὕδω *dormio*. Ratio significationis eadem fere est, quam supra vidimus, ad verbum εὕδω: et stirpem communem habet ἕω *mitto*.

Εὐοῖ *Evoë*. Vox facta est a *sono*, quem edebant Bacchantes, deo suo *Baccho* acclamantes. [Conf. de hac vocula *Bochart*. Geogr. Sacr. L. I, c. 18. p. 441. et Hierozoic. P. I, Libr. 2, c. 36. p. 369. E. S.]

Ἔυριπος *Euripus*, vel *fretum reciprocum maris*. Haud dubie dicitur pro ἔριπος, quae vox derivata est ab

ἐρί-

ῥίπτω. Hoc autem forma tantum differt ab ἐρείπω similibusque verbis, de quibus dictum supra, ad 'Ερείπω. Dicitur autem sic a *fluxu crebro*, *cum impetu accedente* et *recedente*.

'Ευρίσκω *invenio*. Proxime oritur ab εὑρέω, quod idem, atque εὑρέω. Utrumque a simpliciori εὔρω est, cujus Imperfectum superest εὗρον. Hoc autem est a simpliciori ἔρω. Ratio significationis, nostro verbo subjectae, repetenda est ab ea *investigandi*, quam notionem explicavi ad ejusdem originis verbum 'Ερευνάω. [Differentiam inter εὑρεῖν et εὕρεσθαι, in forma *Media*, eleganter explicuerunt *Dawes* Miscell. Crit. p. 255. 256. *Valck.* ad Herod. L. IX, p. 693. n. 73. E. S.]

'Ευρὺς *latus*. Videtur dictum quasi *tractus*, a *trahendo*, similive notione, quae verbo ἔρω, unde oritur, inest.

'Ευρυκλῆς, Nomen proprium. Compositum est ex εὐρὺς, et κλῆς, quod contractum ex κλέης. Hoc autem est a verbo κλέω [pro καλέω] cui vicina sunt κλείω *celebro*, et κλύω, unde κλυτὸς, et Latinum *inclytus*. 'Ευρυκλῆς itaque proprie notat, qui *late clarus* est sive *celebris ubique factus*.

'Ευρὼς *situs*, *mucor*. Oritur a simpliciori ἐρὼς, quod ortum ab ἔρω *traho*, *attraho*, unde εἴριον et ἔριον eximie *lanam* notat. Inde jam εὐρὼς pp. est *situs*, qui rebus *adhaeret*, et, veluti *lanugo*, ab iis *contrahitur*.

'Ευρώτας. Componendum est cum ῥοιάω, *fluo*: de quo dictum supra. Inde facile apparet, nomen εὐρώτας pro ἐρώτας esse, et hoc pro ἐρώτης, quod a verbo ἐρόω. Hoc autem eandem, quam ῥοιάω, originem habet. 'Ευρώτας igitur *is* est, *qui fluit*: eximie *fluvius*. Unde sic nominatus *fluvius* Laconicae in Graecia. [Etiam *veretrum* notare in Epigr. apud *Suidam* ait *Hedericus*: sed de *re muliebri* sermonem ibi esse, probavit *Toup.* Epist. Critic. p. 149. 150. E. S.]

'Εὖς *bonus*. Significationis ratio eadem in hoc nomine est, quae vocis εὐθὺς, et originem communem habet cum ἕω *mitto*.

Εὖτε *quando*, *quum*. Parum differre videtur ab εἶτε, et cum εἰ, similibusque particulis, componendum est. Haud dubie originem communem habet ἔα. [Vide tamen *Hederici* Lexicon, in voce. E. S.]

Εὔχομαι *precor*. Ortum est ab ἔχομαι, quod ab ἔχω. Translatum autem est ad *preces* et *vota*, quasi dicas *adhaereo precibus* vel *votis alicui*: *pendeo* ab aliquo. [Verbum antiquum εὔχω pp. notat *peto*, *postulo*: a quo fonte verbi *Medii* potestates prono cursu derivantur. Apud *Homerum* εὔχεσθαι saepe ponitur, pro καυχᾶσθαι, αὐχεῖν (ut *Hesychius* exponit) *gloriari*: quod nihil aliud est, quam *sibi postulare*, adeoque *arrogare* et *adsumere*. Praeterea a Poëtis, praeeunte Homero, non raro ponitur pro φάναι, λέγειν, hac tamen peculiari virtute, qua notet *sic dico*, *ut dictis fidem haberi postulem*. Sed usus voluit, ut de *votis* ac *precibus* (quibus Deorum *pacem* et *favorem* homines *sibi exposcunt*) imprimis usurparetur. T. H.] [Ab ἔχω *teneo*, ἔχομαι, εὔχομαι, pp. denotare potest *teneo mihi*, *vindico mihi*, vel *adsero mihi*: quae forte ratio proxima est translationis. Conf. omnino Iliad. Α, 91. Β, 173. &c. E. S.]

Εὐωχία *convivium*. Haud dubie est pro εὐοχία, quemadmodum εὐώνυμος pro εὐόνυμος. Itaque apparebit facile, nomen εὐωχία, et verbum εὐωχέω ortum esse ab εὔοχος, quasi dicas *eum*, *qui bene* vel *jucunde se habeat*: voce, nempe, composita ex εὖ *bene*, et ἔχω *habeo*.

Ἔχθος oritur proprie a verbo ἔχθω. Utrumque autem dicitur de *odio inhaerente*, et ortum est a verbo ἔχω; quod componendum cum ἄχω, et iis quae supra dixi, cum de verbo ἄχω [in ἄχος] tum de nomine ἄχθος similibusque. [Componatur ἔχθιστον ἕλκος *maxime inhaerens*, adeoque *pessimum*, *vulnus*. Theocr. XI, 15. E. S.]

Ἐχῖνος *Echinus*, *animal spinis horrens*. Derivatum est a nomine ἔχις *vipera*; idem proprie valente, quod ἀκὶς *acus*, *cuspis*.

Ἔχις *vipera*. Ut jam dixi, idem proprie valet, quod ἀκὶς *acus*. Dicitur adeoque ab *acumine*: ortum quip-

quippe ab ἔχω, quod vicinum verbis ἄχω et ἄκω, de quibus dictum supra. Similiter itaque, ut illa, vim quoque habet *pungendi acumine.* Hinc ἔχις *vipera* eximie dicta a lingua *venenata* et *acuta*, qua *feriat.*

Ἐχυρὸς *munitus.* Vox productior est ab ἔχυρ vel ἔχυς, quod ab ἔχω *contineo.* Ratione significationis componendum in primis est cum verbis vicinis ἴχω, et usitatiori ἴσχω: unde ἰσχὺς, *robur*, ἰσχυρὸς *robustus*, et similia, de quibus infra dicendum. [Ἐχυρὸς et ὀχυρὸς ambo quidem sunt ab ἔχω: usu tamen differunt. Ὀχυρὸς ponitur de *locis munitis.* Hinc ὀχυρὸν τεῖχος, πόλιν &c. et ὀχύρωμα *munimentum:* Ἐχυρὸς autem, per ε, notat *firmitatem*, ad faciendam *fidem.* T. H.]

Ἔχω. Vicina verba sunt usitata ἔχω, σχέω, ἴσχω, ἔσχω, eaque cognata verbis ἄχω, ἄγω, χέω, &c. Propriam eorum vim jam patefecimus ad verbum ἄγω, positam quippe in *agendo.* Unde orta potestas *habendi, possidendi*, similesque, quae ἔχω tribuuntur. [Notio *agendi* propria in verbo ἔχω clare perspicitur ex illo poëtae Iliad. Ψ, 516. ὡς Μενέλαος Ἔχ' ἐγγύθεν ὠκέας ἵππους. Ceterum Ἔχεσθαί τινος sensu Medio est *firmiter tenere, apprehensum tenere.* Vid. *Elsner.* ad Hebr. VI, 9. p. 346. 347. *Salmas.* de Modo Usur. p. 488. 489. Ab ἔχω autem, praeposita σ (loco spiritus) videntur fluxisse σέχω, σεχέω, σχέω, σχέω, σχῶ, ἴσχω &c. Conf. etiam *Valck.* ad Eurip. Phoen. p. 268. 269. E. S.]

Ἕψω *coquo*, proprie Futurum est a verbo ἕπω, *agito*, vel *agitando subigo*, et, eximie, *coquendo subigo*, et *emollio.* De verbo ἕπω dictum est supra suo loco.

Ἔω. Vicina verba sunt ἄω, ἴω, ὕω &c. Propria notio posita est in *flatu*, vel *aëre moto* cum *sono levi*, qualis fere litera ε pronuntianda editur. Inde varie in usu significat: et, pro diverso spiritu, in derivatis suis notat vel *mittere*, vel *ire*, vel *esse.* [Ab ἴω hocce vel ἰμὶ, et cum addita vocali ε, est ἐιμι, contracte εἰμὶ: ut a vicina ὕω, vel ὑμὶ, factum est *sumi*, et (ultima vocali resorpta) Latinorum SUM; ab ἴω porro, vel ἰμὶ, est *simi*, dein SIM, SIS, SIT, licet haec forma ἴω vel ἰμί, potissimum consederit in verbo al-

altero hinc propagato εἶμι *eo*, cujus Plurale est ἴμεν, ἴτε, ἴσι. Ab ἔω porro factum est, cum digammate Aeolico Fέω, unde ducta sunt FORE, FOREM &c. ut ab ὕω, Fύω, Φύω, FUO. Ab eodem porro ἔω factum est ἔσω, ἐσέω, vel ἔστημι, unde ἔστι, ἐστι, EST, quod etiam adhibetur pro *licet*, quasi dixeris, *est facultas*, *est occasio*, vel simile, quod per ellipsin reticetur. E. S.]

Ἕωλος *hesternus*. Oritur ab ἕως, (quod idem atque ἕως, vel ἠώς) eximie *tempus matutinum* vel *aurora*. Oritur autem ab ἕω, vicinamque habet formam ἕς HES, unde superstes Latinorum antiquum HESI, cujus loco postea pronuntiarunt HERI. Ab *hesi* derivatum remansit *hesiternus*, quod contractum est *hesternus*, idque in usu idem, ac nostrum ἕωλος, a forma vicina ἕως. [Ex comparatione Latini verbi *haereo*, *haesi*, *haerere*, (quod nemo dubitaverit quin sit nostrum ἕρω) admodum verisimile fit, voculam obsoletam ἕς et Latinam item obsoletam HESIS, unde in Ablativo *hesi* (*heri*), dictas esse a *nexu* indivulso, quo *cum die antecedenti* quasi *nectantur* et *cohaereant*: Similis origo est quoque vocabulorum ἐχθὲς, et χθές. E. S.]

Z.

Z.

Ζὰ. Haud dubie particula haec cognata est praepositioni Διὰ: et quidem ejus ratio videtur repetenda ex dialecto *Aeolica*, ubi, pro διὰ, ζα pronuntiarunt. Transiit autem ex ista dialecto, in paucis quibusdam compositis, ad alios quoque Graeciae populos: et quidem in compositis (ut aliquando praepositio διὰ, huicque respondens Latinorum PER) verbi significationem *auget*, et idem fere valet, quod ἄγαν *valde*. [De literae Z vera potestate vide clar. *Burgess.* ad Dawes Miscell. Critic. p. 385. et *Villoison.* in Indice ad *Anecdota Graeca.* E. S]

[Ζαβρὸς *admodum edax*, *vorax*. Contracta vox videtur ex ζαβόρος. Haec autem composita ex ζὰ *valide*, et βόρος *edax*, quod a βόρω, Lat. VORO. Ejusdem formae est, ac ζαβότος *admodum abundans pascuis*, quod item compositum ex ζὰ, et βότος, a βόω *pasco*. E. S.]

Ζάγκλη et ζάγκλον *falx*. Proprie vox *Sicula* est, atque adeo *Dorica*, cui dialecto, tanquam generi subjecta erat *Aeolica*. Mirum itaque non est, si hic quoque syllaba ζα orta sit ex compositione cum praepositione διὰ. Oritur, nempe, vox ex particula ζὰ, et nomine obsoleto κλὴ, inserta ante κ litera ν, ut in multis fieri solet. Illud autem κλὴ proprie convenit cum nominibus κλὰς, κλὼν, et usitato κλῶν, quo designatur *truncus*, vel *ramus* arboris *abscissus*: oriturque a κλάω, unde quoque superstes κλοιὸς, quod *vinculi* genus erat *ex ligno*. Vicinum quoque κλάδον dicunt *ramum*. Propria autem horum verborum potestas in *frangendo* posita est. Inde jam ζάγκλη proprie dici po-

potuit *ramus* vel *baculus validus*, vel etiam *ramus lignum*ve quo eximie *scindatur frangatur*que *seges*, atque adeo sic eximie *falx* dicta fuit a Siculis, et a *figura falcis* (quam insula Sicilia referebat) ipsa *Sicilia* antiquitus quoque Ζάγκλη fuit dicta.

[Ζαγρὸς *discalceatus*. Fortasse dictum pro ζαάγορος, quasi *valde compulsus*, *valde agitatus*. Conf. dicta in voce Ἀγορά. Nisi malis suspicari, ζαγρὸν pp. esse *valde compunctum pedes*que laesum: ut ἀγρὸς hac in compositione idem sit, quod ἀκρὸς, ab ἄκω *pungo*. E. S.]

[Ζαῆς *valde spirans*. Compositum ex ζὰ, de quo supra, et ἧς, quod pro ἄης, ex ἄω *spiro*. In Accusativo habet ζαέα, non autem ζαῆν. Vide omnino *Toupii* Emend. in Suid. P. II, p. 1—3. E. S.]

[Ζακελτίδες *rapae*, vel *cucurbitae*; ab obsoleto Singulari ζακέλτις. Stirps forte κέλω, unde κέλλω, Lat. CELLO, *moveo citius*, *depropero*: ut ζακελτίδες pp. sint quasi *cito crescentes*. Videant Botanici. E. S.]

[Ζάλη *aestus*, *agitatio maris*, *turbo vehemens* &c. Haud dubie est foem. ab Adjectivo mascul. ζάλος, quo per ellipsin Substantivi, *aqua vehementius agitata*, *aestuans*que, designatur. Ceterum componenda haec vox est cum aliis cognatis ζῆλος, ζηλαῖος, &c. oriundis a primitivis ζάω, ζέω &c. Cognata quoque est alteri σάλος: a quo nomine, praemissa δ, prona admodum analogia, fieri potuit δσάλος, quod scripserint postea ζάλος. E. S.]

Ζαφελὴς *simplex*, vel *rudis*, *rusticus*. Compositum est ex ζὰ, et nomine ἀφέλης, quod ortum ex ἀφέλω, cujus loco usitatum est ἀφαιρέω *aufero*. Inde ἀφέλης eximie notat, quasi, *nudum*, *simplicem*, ζαφελὴς autem *valde nudum* et *simplicem*; unde postea ad *mores* transfertur.

Ζάω *vivo*. Verba vicina sunt ζάω, ζέω &c. eaque facta proprie a *sono* liquoris *ferventis*, velut *aquae*, *in laminam candentem metallicam infusae*. Inde translata sunt ad *fervorem* rei cujusvis designandum. Verbum ζάω porro adsignatum fuit *vitae animali* depingendae, quae *sanguine* ejusque *calore* contineri credebatur olim.

At-

Atque sic factum est, ut verbum ζῆν in *usu* aeque late fere patuerit, ac Latinum *vivere*.

[Ζέα *zea*, *far*, *hordei genus*: de quo multa habet *H. Stephanus* in Appendice ad Thesaurum suum. Utrum sit a ζέω *ferveo*, an potius vox peregrina, videant Botanici. E. S.]

Ζειρὰ *sagulum*. Erat *genus vestimenti laxum* simul et *crassum*; haud dubie dictum a *calore*, quem adferat corpori. Originem habet verbum ζέω, cujus notionem propriam vidimus in Ζάω. [Nisi verior sit conjectura veterum nonnullorum, apud *Suidam*, ζειρὰν esse pro σειρὰν, hoc est, formatam vocem cum δ praeposita, ut δρόσος pro ῥόσος ROS, et similia. Ea vero lege ζειρὰ (sive δσειρὰ) dictum fuerit ejusmodi pallium a *nectendo*, sive *connectendo*: quae proprietas est stirpis ἔρω, unde εἴρω, σείρω &c. E. S.]

Ζευγνύω verbum productius est a ζεύγνω, quod a ζεύγω, cujus derivatum proximum est ζεῦγος *jugum*. Est autem huic vicinum ζύγω, unde nomen ζυγὸν, itidem JUGUM notans. Et propria quidem potestas nominis ζυγὸν ea est, qua vocatur *lignum*, quo *jumentorum* colla *junguntur* et *premuntur* in aranda terra. Quum igitur haud dubie verbum ζύγω originem habeat ζύω (quemadmodum ζεύγω est a ζεύω, vel ζέω) ratio significationis, in nomine ζυγὸν, repetenda videtur a *calore* vel *fervore*, qui ex *aranda* terra, similive labore *difficiliore*, oritur. A notione autem *jugi*, multiplicibus modis, vox nostra transfertur, haud aliter, atque in voce Lat. *jugum* accidit. Porro Graecorum ζεύγω peperit verbum antiquum Latinum *jugo*: ubi eadem ratio est literae Z, in Latinorum *Jod* mutatae, quae est in nomine *Jupiter*, ex Graeco Ζεὺς repetendo. Porro Latinum vetus JUGO peperit nomen *jugum*, et verbum *jungo*. [A verbo ζεύγω vel ζύγω hoc pacto fieri potuisse Lat. *jugo*, *jungo*, haud improbabile est. Potuit tamen utriusque verbi eadem fere esse origo, sed multo remotior. Stirps nempe ἕω *mitto*: unde, praefixa σ, ut in bene multis aliis, factum σέω, hinc σεύω, σεύγω, δσεύγω, ζεύγω. Illi vero

ro stirpi ἄω alia cognata fuit ἴω, ex qua fieri potuerunt ἰύω, ἰύγω, JUGO, JUNGO. E. S.]

Ζεὺς *Jupiter*. Variae sunt formae nominum, quibus olim *Jupiter*, deorum summus, appellabatur; ut Ζεὺς, Ζὴν, Ζὰν, Δὶς, Δῖος, et forte alia: quae omnia mihi quidem videntur unum idemque nomen fuisse, dialectis diversorum Graeciae populorum distinctum. Apparet certe, *Jonibus* fuisse vocatum Ζῆνα, qui ab aliis Graecis diceretur Ζεὺς, Doribus autem Ζὰν erat. Porro nomen Ζεὺς Aeolibus, antiquissimis temporibus, in primis proprium videtur fuisse, nec aliud fuisse quam Δῖος, si rationem dialecti habeamus. Vidimus, nempe, jam supra, ζ apud Aeoles loco δ fuisse positum. Praeterea communis terminatio fuit Aeolibus υς, loco ος: neque commutatio literarum ε et ι rara est, in diversis dialectis. Sic, quem Athenienses θεὸν dicebant, is a Lacedaemoniis σιὸς dicebatur. Erat autem *Laconica* dialectus, aeque ac *Aeolica*, subjecta *Doricae*, tanquam generi suo, ut supra jam diximus. Ex his simul apparet quodammodo, inter ipsa haec nomina et notissimum θεὸς, magnam cognationem intercedere, imo omnia haec proprie unum idemque vocabulum esse, dialectis tantum distinctum. Inter haec, nomen Θεὸς, Atticis proprium, communi usu postea tritum fuit, tanquam appellativum nomen Dei cujusvis: reliqua autem, ceremoniis religiosis primum constitutis, ut proprium nomen *Jovis*, deorum summi, videntur invaluisse. [De vocabulis Ζεὺς et Θεὸς omnino consulendus est *Henr. Stephanus* in Thes. L. Gr. T. I, col. 1023. 1517–1519. *Salmas.* Exerc. Plin. p. 70. 423. aliique, quos laudavit *J. Alberti*, ad Hesych. T. I, col. 1577. voce Ζάν. *Pharnutus* Cap. II, et *Heraclides* p. 441. nomen Ζεὺς repetunt a verbo ζέω *ferveo*, ob *fervorem* igneum, quem Graeci ζέειν dicunt. Valde mihi placet observatio doctissimi *Burgessii*, ad Dawes Miscell. Crit. p. 386. antiquissimam pronuntiationem fuisse δεὺς, unde cum σ praemisso σδεὺς, et tandem ζεὺς. Comparatio *Genitivi* Graeci Διὸς ceterorumque casuum obliquorum maxime

hoc

hoc suadet: respondebuntque, hoc pacto, longe rectius Latina DEUS, et DIS, et Graec. Θεὸς, de qua voce inferius. E. S.]

ζέφυρος Zephyrus. Proprie sic dicitur a *calore*, quem affert ventus, cui *Zephyri* nomen est. Proxime autem est ab obsoleto nomine ζέφος, cujus origo ζέω, de quo mox infra dicendum.

ζέω ferveo, bullio. Est haec ipsa propria verbi potestas, quam supra ad vicinum verbum ζάω explanavi. Transiit autem praeterea hoc nostrum a *fervendi ebulliendi*ve notione ad eam *scatendi.*

ζῆλος aemulatio. Proprie sic dicitur *ardor*, seu *studium vehemens*, in aliquam rem; nomine orto a ζάω vel ζέω *ferveo*: de quibus dictum supra. Inde porro ζῆλος ponitur pro *studio vehementi*, quo similis alteri evadere coneris; atque adeo *aemulationem* notat. [Vide *L. Bos* Diff. de Etymol. Graec. p. 24. 25; et *A. Schultens*, Comment. ad Proverb. Salomonis, Cap. III, 31. ubi simile verbum Hebr. קנא illustratur. E. S.] Variis modis praeterea transfertur, quorum omnium rationes facile a propria notione *ardoris* vel *studii* repetuntur. [A ζῆλος est ζηλότυπος, quasi dicas *aemulatione percussus*, et *contactus*. T. H.] [Porro, ζηλοτυπία proprie *ictus*, *pulsus*que *vehementior* talis *fervoris*. *A. Schultens* in Comm. l. l. Ceterum apud accuratiores Graecos ζῆλος et φθόνος distinguuntur. Laudi ducebatur ζῆλος, ut *honesta aemulatio*: φθόνος autem semper erat *adfectus vitiosus invidiae*. Recentiores tamen Graeci etiam de *invidia* adhibuerunt vocem ζῆλος, et verbum ζηλοῦν ipsis significavit *invidere*. L. C. V.] [Conf. idem vir maximus ad Adoniazusas Theocrit. p. 415. et *Lennep.* ad Phalar. p. 46. B. E. S.]

ζημία damnum. Videtur proprie esse a ζάω, quod, in derivatis non paucis, translatum est ad notiones *quaerendi*, *inquirendi*, *desiderandi*. Inde ortum ζημία proprie foemininum est a ζήμιος, et proxime quidem factum ab obsoleto nomine ζῆμος, vel ζῆμα, ac Substantive positum *rem* notat *desideratam*, *in quam inquiras*, *quam desideres*; veluti ea *privatus*: atque sic eximie

mie translata vox videtur, ad significandam *jacturam*, vel *damnum*, et hinc porro *mulctam*, vel etiam *poenam*.

ζητέω *quaero*. A verbo ζάω *ferveo* factum nomen est obsoletum ζητὸς, [cujus vicinum ζήτης superest] quod peperit verbum nostrum ζητέω. Hoc autem translatum ad *studium ardorem*que *inquirendae rei alicujus* eximie accepit notionem *quaerendi*, *inquirendi*, *requirendi*; *quaestionem habendi*. Generalius etiam (et quidem valde proprie) valet in usu, idem quod *studere*, *conari*. [Vide *L. Bos* Obss. ad Aristoph. p. 6. E. S.]

ζόφος *caligo*. Volunt Grammatici, hoc nomen dici pro δνόφος, quod suo loco vidimus, quoque *caliginem* significare, et cognationem quandam habere cum vocabulo νέφος, similibusque formis. Verum quidem est, literam ζ poni pro δ, ut supra quoque vidimus, in nonnullis vocibus: sed obstat huic sententiae (quantum ad vocem δνόφος) litera ν, quae in nomine νέφος quidem adest, non vero in ζόφος. Verisimilius itaque videtur, nostrum ζόφος idem fere esse proprie, quod ζέφος, (unde proxime descendit nomen ζέφυρος) atque adeo oriri a verbo ζόω, vicino alteri ζέω. Sic ζόφος proprie dici potuit *vapor calidus*, qualis *in aëre* saepe existit; inde autem transferri ad *aërem tenebricosum* designandum. De quacumque *caligine* postea positum videtur fuisse.

[ζύγαστρον *arca*: de qua voce vide *Zonaram* apud *Valcken.* Adnott. in Adoniazus. Theocr. p. 335. C. et viros doctos ad Hesych. T. I, p. 1588. Videtur autem repetendum ab obsoleto ζυγόω *jungo*, *adjungo*. E.S.]

ζύθος *Zythus*. Sic dicitur *genus potus* ex *hordeo*. Haud dubie vox orta est a verbo ζύω, quod cum vicinis ζάω, ζέω &c. convenit, in notione *fervendi*. Dictum autem ζύθος eximie genus istud *potus*, a *fervore* vel *fermentatione*.

ζύμη *fermentum*. Proximum derivatum est verbi ζύω *ferveo*: ut adeo proprie idem sit, quod Latinum *fermentum*, sive id *quod ferveat*. Inde autem (quemadmodum hoc ipsum FERMENTUM) ζύμη dicitur *farina subacta*, quae *acorem contraxit*.

Ζω-

ζωμὸς *jus.* Proprie dici videtur, id quod fiat ex *decoctione.* Ortum, nempe, est a ζόω, quod vicinum verbis ζάω, ζέω &c. adeoque notionem accepit a *fervendo*, *ebulliendo*, *coquendo:* quae poteſtas verbi ζέω manifeſta est, in formula proverbiali, ζεῖ χύτρα, ζεῖ φιλία, id est, *Si olla fervet*, *vivit amicitia.* Inde autem ζωμὸς eximie videtur ſignificasſe *liquorem* eorum, quae *cocta ſunt*, qui liquor Latinis jus dicitur. [Hinc ζωμὸς μέλας *jus nigrum* Lacedaemoniis: de quo vide *Toup* Cur. Novisſ. in Suidam, p. 51. E. S.] Inde porro ζωμὸς ad *fruſta* panis, aliave, quae *jusculo miscentur*, translatum est, atque ſic ponitur quoque pro *buccella.* [Simplicisſimum fortasſe erit, ζωμὸς derivasſe a prima Praeter. Pasſ. verbi ζόω pp. *tumeo*, quaſi dicas *tumere factum*, vel ita *coqui ſolitum, ut prae fervore tumeat.* E. S.]

ζωννύω *cingo.* Certum est, verbum hoc oriri a ζώνη *cingulum*, vel, ut ab aliis etiam vocatur, *zona fasciave.* ζώνη autem, ſine dubio, ortum est a verbo ζόω, quod manifeſte apparet ex ejus derivato ζῶμα [et ζῶσμα] ſignificante quoque *cingulum.* [Vide hic *Schrader.* Animadv. ad Muſaeum Cap. XX. p. 347. E. S.] Jam autem vidimus, verbum ζόω ſignificare *fervere.* Hinc igitur ζῶμα et ζώνη ſignificare potuerunt res, quibus aliquid *calefiat*, quae *calorem adferant:* atque ſic videntur translata ad deſignandam *faſciam*, *cingulum*ve, quod corpori circumligetur, ut frigus arceatur. Denique inde translata est, ad deſignandum id omne, quod, figura ſua, *fasciae* ſimile est. Porro, a nomine ζώνη, verbum noſtrum ζωννύω *cingendi* notionem habet.

ζωρὸς, ortum a verbo ζόω *ferveo*, proprie idem valet, quod *fervens*, *fervidus:* atque inde eximie, ob *fervorem*, ſic dicitur *merum*, ſive *meracum.*

[ζάω *vivo.* Pro ζόω, idem proprie valet ac vicina ζάω, ζέω &c. *ferveo.* Est verbum frequentatum poëtis. Vide Odyſſ. Γ, 354. &c. Hinc porro factum ζωὸς *vivus*, quod etiam contracte dicitur ζώς, Iliad. Ε, 887. et inde iterum ζωόω *vivifico.* E. S.]



H.

H, pro *varia significatione*, huic *literae* seu *particulae* subjecta, variam habet naturam. Itaque, stirpe sua, modo convenit cum εἰ, modo cum articulo ὅς, cujus *casus obliquus* est, modo factum est a sono; et quidem, in antiqua lingua Graeca (ubi litera η nondum erat recepta) modo scriptum fuit per ε, modo per ι, modo per αι: unde etiam est, ut in particula ῇ *jota* subscriptum appareat. [Eruditissime, de particula Ἦ, egit vir clarissimus *H. Hogeveen*, Doctr. Particul. Ling. Gr. Cap. XXI. XXII. p. 441—507. E. S.]

Ἥβη proprie notat *pubem*, sive *primam lanuginem circa pudenda*, *pubertatis indicium:* unde porro ad ipsam *pubertatem* transfertur, *juventutem*que *pubescentem* significat. Haud dubie oritur ab antiquo verbo ἥβω, seu potius ἄβω, quod vicinum videtur fuisse verbo βάω *progredior*. Ratio autem translationis, nisi a *pullulando*, quasi, profecta sit, mihi quidem non valde est expedita. [Praeiverat *Etymologus M.* col. 417. post alia, ἢ ἀπὸ τοῦ βεβηκέναι, inquit, ἔβη καὶ ἥβη. Ἀπὸ τοῦ βῶ, τὸ πορεύομαι, βῆ καὶ ἥβη. Quam derivationem *ridiculam* vocans *H. Stephanus* ab ἥδω (per δ) deducere hoc nomen maluit, Thes. Ling. Gr. T. I, col. 1444. idque tanta cum fiducia, ut „ *aut* „ *nullam*, *aut hanc* esse vocis ἥβη *etymologiam*" sanciret. Quid si verbum ἄβω, prisca in lingua Graeca, formatum fuerit ex ἄω *spiro*, *spiritum calidum emitto:* unde ἄβω, αὔω, αὔρα &c. A *calore* autem no-

notio *juventutis*, ut fere apud Arabas in nomine *sjabbaab*. Videri etiam posſit, verbum ἄβω ſive ἀβέω idem olim fuisſe, quod poſtea ἄμω, ſive ἀμέω: ut fortasſe, apud Latinos, *amare* etiam *abare* pronuntiatum. Sic Ἥβη ab *ardore amoris* dici potuit. E. S.]

Ἡγέομαι *duco*. Oritur ab ἡγέω; quod pro ἀγέω: hoc autem ab ἀγὸ; *dux*. Hujus ſtirps est ἄγω, de quo ſupra. Inde ἡγέομαι modo ſignificat *ducere*, quaſi dicas, *ducem ſe praebere*, modo *praeesſe*, modo *antecedere*, modo, ad *animum* translatum, ſignificat idem quod *ducere*, *exiſtimare*.

Ἠδὲ, apud Poëtas idem valens quod καὶ, est a particula δὲ, praefixo ἠ. [Vide Clar. *Hoogeveen*, Doctr. Partic. Cap. XX, Sect. V. p. 463 467. E. S.]

Ἤδη *jam*. Est a particula δὴ, praefixo ἠ. [Conf. Clar. *Hoogeveen*, Doctr. Partic. Cap. XXII. p. 508—512. E. S.]

Ἡδὺς *dulcis*. Haud dubie oritur a verbo ἅδω, unde ἁδέω *placeo*. De utroque verbo dictum ſupra. Inde ἡδὺς proprie videtur ſignificasſe id, quod *copia ſuâ placeat*, atque ſic *dulcis*. [Conf. etiam dicta in ἅζω. E. S.]

Ἦθος, origine ſua, convenit cum ἔθος, de quo dictum ſupra. Quum autem ἔθος, ſignificatione ſua, referretur ad *conſuetudinem*, et mores *receptos externos*, inde factum videtur, ut ἦθος, ſeu potius ejus Plurale ἤθεα, poſitum fuerit pro *ſedibus conſuetis*, in quibus *esſe* vel *verſari* aliquis ſoleat. Est enim ſtirps ejus ἔω *ſum*, *verſor*. Idem autem ἦθος quoque ad *mores* translatum est: ita tamen, uſu ſuo, diverſum ab ἔθος, ut, quum ἔθος reſpiciat *mores externos* et *conſuetudines*, ἦθος noſtrum ſpeciatim comprehendat *mores internos*, quibus alicujus *indoles* et *ingenium*, et veluti tota *animi natura* ac *vis*, deſcribitur.

Ἤθω *colo*, *percolo*. Haud dubie idem est, atque ἄθω: quod verbum jam ſupra, ad nomen ἄεθλος et alibi, explicui. Proprie autem ἄθω *acervandi* notionem videtur habuisſe: atque ſic ἤθω eximie ſignificasſe putem *percolando acervare*, atque ſic ſimpliciter co-

colare. [Stirps ἕω *mitto*: hinc forte *percolandi* notio, quasi dicas *transmittere*. E. S.]

Ἠΐθεος. Proprie sic vocant Graeci *juvenem intactum*, seu *qui adhuc virginitate gaudet*. Videtur autem sic dici, pro ἀΐθεος, quod ab αἴθω *uro*, ob *ardorem juventutis* suae. [Conf. dicta superius in voce Ἥβη. E. S.]

Ἠϊὼν *litus*. Sic dicitur pro ἀϊὴς vel ἀϊὸς, quae oriuntur ab ἄω *flo*. Hinc ἀὴς *ventus*: et dein ἀϊὼν (et Jonice pronuntiatum ἠϊὼν) *locus ventis expositus*, vel *in quem venti saeviunt*, quod aptum *litori* nomen.

Ἦκα *leniter*. Proprie videtur esse, quasi *eminus tangendo*. Non valde enim dissimile est voci ἕκας *procul*, quod a verbo ἕκω, cui vicinum ἥκω *venio*. Inde Adjectivum ἧκος, cujus neutrum plurale est nostrum ἦκα. Hoc igitur proprie valet quasi *eminus adveniens*, vel *accedens*: atque inde in primis notat *parum*, vel *leniter*, ita ut sensus fere effugiat. [In Codd. MSS. diverso spiritu notari solet, quum alii habeant ἧκα, alii ἦκα, quod rectius. Stirps mihi est ἕω (i. q. ἵημι) *mitto*: unde in Perfecto εἷκα, Dorice ἧκα: quod ex se videtur propagasse verbum ἥκω pp. *submitto me*, atque ita *sensim lenteque advenio*. Unde porro ἧκα et ἦκα *submisse*, *sensim*. Vide loca Iliad. Γ, 155. Σ, 596. Υ, 440. Odyss. Μ, 442. Ρ, 254. Υ, 301. E. S.]

Ἥκω idem valet quod ἕκω, ἵκω et similia: quae omnia stirpem communem habent verbum ἕω, ἴω et vicina. [Conf. quae diximus ad Ἦκα. E. S.]

Ἠλακάτη *colus*. Dicitur a *circumeundo* et *versando*: quasi a masculino ἠλάκατος. Hoc autem ortum est a tertia Praeter. Perf. Pass. ἠλάκαται verbi ἠλακάζω, vel ἠλακάω, quod ab ἠλάω, cujus loco usitatum ἠλάσκω, et inde deductum ἠλακάζω, sensu *vagandi*, *circumeundi*que. Oriuntur autem ab ἐλάω, vel ἀλάω, unde deductum ἀλήτης *erro*, *vagus*: de quo suo loco.

Ἠλάσκω *vagor*. De hoc modo dictum in ἠλακάτη.

Ἠλεὸς *stultus*. Videtur dici ab *errando* vel *vagando*. Proxime autem oritur ab ἠλὸς, quod derivatum est a verbo ἄλω, dictumque pro ἀλός. Verbum ἄλω, cum

cum *vagandi errandi*que notione, vidimus jam ſupra in ἀλάομαι et ἀλέω. Hinc igitur derivata ἠλὸς, et ἠλεὸς, metaphorice eum ſignificant, qui *animo* et *mente vagetur*, atque adeo *ſtolidum*.

Ἠλίθιος *ſtultus*. Non niſi forma differt hoc ab ἠλεὸς, de quo dictum ſupra. Vicinum, nempe, modo memoratis ἀλέω et ἀλάω verbum est ἀλίω, et, hujus loco pronuntiatum, ἠλίω, unde ἠλίθω, quod proximum derivatum peperit ἦλιθος, cujus Plurale ἤλιθα Adverbialiter poſitum fuit pro *fruſtra*. Inde igitur ἠλίθιος eximie quoque *ſtultum* ſignificat.

Ἡλικία *ſtatura*. Oritur ab ἡλίκος *quantus:* vel ab hujus derivato ἡλίκιος. Inde autem (ut ipſum ἡλίκος, de quo post dicendum) eximie transfertur ad *quantitatem* veluti aetatis: et quidem ſpeciatim ἡλικία aliquando *aetas adulta* dicitur. Idem tamen, latius ſumtum, in quamcumque *aetatem* hominis quadrat. Praeterea a notione *quantitatis* ad *ſtaturam* quoque *humanam* transfertur: in primis a ſcriptoribus ſacris.

Ἡλίκος proxime oritur ab ἧλιξ, quod ortum a verbo ἀλίω vel ἀλίσσω: et pro ἄλιξ ab Jonibus proprie ἧλιξ pronuntiatur. Est autem inter alia ἀλίω (unde ἀλίσκω uſitatum) idem quod *capio:* atque inde ἧλιξ transfertur ad *quantitatem menſurae* proprie; quemadmodum Latinum *capere* de menſuris dicitur. Inde porro ἧλιξ, quaſi *aequalis menſurae* dicas, eximie notat *ſocium* ejusdem *aetatis* ſeu *aequalem:* atque ſic ἡλίκος, itidem relate ad *quantitatem*, ſignificat *quantum;* ita ut ſemper referatur ad aliud *ſimilis quantitatis*, quocum *componi* poſſit et *asſociari*. Atque ita inter ſe reſpondent ἡλίκος, πηλίκος, et τηλίκος. Ut autem ἡλικία atque ipſum ἧλιξ, ſic quoque ἡλίκος, eximie ad *diverſas* hominum *aetates* referuntur.

Ἥλιος *ſol*. Sic dicitur pro ἄλιος: hoc autem ab ἄλος, quod non differre ab ἕλος docet analogia, quam ſupra vidimus ad varia vocabula ſub litera A. Ἕλος vero, ut ſuo loco dictum est, *ſplendorem* notat, et quaſi *tractum lucis* ſeu *radiorum lucis*. Inde ἥλιος

splendidus: unde eximie hac voce *sol*, tanquam substantive, dicitur.

Ἧλιψ *calceus.* Sic dicitur pro ἄλιψ: et hoc forte ortum est a verbo λίπτω, quod idem ac λίσσω, unde λίσσος *laevigatus;* quorum origo est λίω *laevigo*, de quo suo loco. Inde ἄλιψ dicitur id, *quod valde laevigatur atterendo*, et hinc *calcei genus.*

Ἧλος *clavus.* Oritur ab ἔλω vel ἕλω quasi *agitando duco, adduco:* unde ἧλος eximie notat *clavum*, quo res *in unum adducantur* et *compingantur.*

Ἧμαι *sedeo.* Proprie contractum est ex ἕαμαι, cujus *tertia* ἕαται in dialecto Jonica cernitur. Est autem ἕαμαι ab Activo ἕαμι, vel ἑάω, quod ab ἕω *mitto.* Unde ἧμαι pp. est *memet mitto deorsum*, atque adeo *sedeo.*

Ἡμεκτέω *indignor.* Verbum Jonicum est, idem notans quod ἀγανακτέω, oriturque ab ἐκτέω, quod idem atque ἀκτέω, de quo dictum, ad Ἀγανακτέω. Videtur autem primo, pro ἐκτέω, pronuntiatum fuisse μεκτέω, praefixo μ: ut in multis fieri solet vocabulis. Dein ex eo factum est ἀμεκτέω, praefixo α, et, pronuntiatione Jonica, ἡμεκτέω. Ubi litera α eandem fere vim *intendendi* habet, quam ἄγαν in ἀγανακτέω.

Ἠμὲν. Conjunctio composita ex ἠ, et μὲν, cui respondet ἠδὲ, simili modo, ut μὲν et δὲ. [De ἢ μὲν, ἢ μὴν &c. vide Cl. *Hoogeveen*, Doctrinae Particularum Cap. XXI, Sect. III, p. 494—498. E. S.]

Ἡμέρα *dies.* Foemininum est τῶ ἥμερος, de quo mox. Hoc autem ab antiquo ἦμαρ, a quo leviter differt usitatum poëticum ἦμαρ *dies.* Oriuntur autem ab ἧμαι *sedeo.* Inde ἥμερος *placidus*, ἡμέρα autem, quasi, *tempus placidum*, et eximie *dies.* [Sunt in omnibus linguis multa nomina, quae, tanquam *Substantiva*, solent usurpari, quum sint maneantque *Adjectiva*, quorum Substantiva omissa sunt. —— Pertinet ad hanc classem et nomen ἡμέρα. Olim dicebant ἡμέρα ὥρα, vel ἡμέρα φάεις, *blandum lumen*, *amabile tempus*, opposite ad *noctem*, emblema *luctus.* Tempus igitur, in

in *viginti quatuor horis*, *amabile*, *jucundum*, per ellipsin dicere solebant Ἡμέραν. Adjectivum est ἥμερος, α, ον, *blandus*, *lenis*, *amabilis*. In *Hesychii* Lexico reperitur: Ἡμέρα· Ἀρτέμιδος ἐπίθετον, *Dianae cognomen*. Sic namque dicebatur *Diana* dea *amabilis*, *blanda*, *lenis*, puellis utero laborantibus. Apud *Horatium*, in Carmine Saeculari, LENIS *Ilythia tuere matres*. L. C. V.]

Ἥμισυς est pro ἄμισυς: hoc autem, haud dubie, pro μίσυς, cui vicinum μέσος. Origo est verbum μίω et μίω *transeo*. Vide ad vocem Μέσος.

Ἦμος *quando*. Est pro ἄμος, quod pro μὸς, hoc autem componendum cum μὴν, et pronomine primae personae; de quo suo loco. [Nescio, an rectius repetieris a *prima* Perf. Pass. ἧμαι, pro εἷμαι, verbi ἕω, sive ἕω *mitto*, *remitto*. Quo pacto eadem fere translatio erit, in hac vocula, quae est in Brittannico *Still*. E. S.]

Ἠμύω *inclino*, *cado*. Oritur a μύω *claudo* vel, proprie magis, *minuo*, *inclino*, atque inde *claudo*. [Malim ducere a stirpe ἕω *mitto*, *remitto*: Unde ἦμος repetivimus. Ab ἦμος autem ἠμύω, quasi dicas *remissum facio*. Conf. Iliad. Β, 148. Θ, 308. Τ, 405. E. S.]

Ἢν *si*. Vicinum videtur voci εἰ, et haud dubie ejusdem stirpis est. [Nimirum ἢν contracte dictum est pro ἐὰν, quod ab obsoleta verbi forma ἔαμι, unde, in *tertia* Plurali Praesentis, *Jonice* superest ἔασι, (pro vulgari εἰσί) et, in Imperfecto Medio, ἔατο, quod vulgo contracte effertur ἧτο. Quemadmodum igitur ab ἵστημι, sive ἵσταμι, in Participio Praesenti, dictum est ἱστὰς, ἱστᾶσα, ἱστὰν: sic ab ἔαμι, factum ἐὰς, ἐᾶσα, ἐὰν; quod ipsum ἐὰν dedit ἢν, contracta forma. E. S.]

Ἠνεκὴς *porrectus*, *protentus in longitudinem*. Dicitur (cum praefixo α *intensivo*) pro ἀνεκὴς, et hoc pro νέκης, quod a νέκω: hoc autem a νέω, cui respondet Latinum NECTO, et *nectendo in longum porrigo*, *protendo*. Inde proprie valde ἠνεκὴς notat [*valde porrectum*] *porrectum in longum*, et idem, ad *tempus* translatum, *perpetuum*.

Ἦνι *ecce*. Est pro ἦν, addito ι, majoris emphaseos causſa: ut fieri quoque ſolet apud Atticos, in pronominibus *demonſtrativis*. Est autem ἦν ortum a verbo ἕω, vel ἄω: niſi mavis a ſimilitudine *ſoni*, ut alia, dici. [Quemadmodum Graeci dicunt ἐν, pro ἐνὶ, (quod poëtae ſervarunt) Latini autem, pro ἐνὶ ſive ἐν hocce Graeco, dicunt IN: ita nullus equidem dubito, quin Graecorum ἦνὶ ſit Latinorum EN, i. q. *ecce*. Porro ut ἐνὶ pp. est *immisſione*, haud aliter ἦνὶ, pro ἑνὶ, ab eadem ſtirpe ἕω *mitto*, *immitto*, peculiariter *oculos*, vel *viſum*, *in rem*, videtur eſſe repetendum. E. S.]

Ἡνία *habena*. Proprie foemininum est ab ἥνιος, quod ab ἄνιος, et hoc ab ἄνω, verbo antiquo, repetendum: unde ἄναξ et ſimilia oriri ſupra vidimus. Facile itaque apparet, ἡνίαν proprie ſignificare *lorum freni*, *quo equi regantur*.

Ἡνίκα *quum*, *quando*. Vidimus ſupra, vocem ἔνος et Latinum *annus*, ſimiliaque ad *tempus* referri. Jam autem ἄνος, quod est Latinum *anus*, et ejus loco pronuntiatum Jonicum ἦνις, eadem ſunt. Ab iſto autem ἦνις productum ἠνίκος peperit neutrum Plurale ἠνίκα, et, ſpiritu mutato, ἡνίκα, quod, de *tempore* adverbialiter poſitum, pro *quando* invaluit.

Ἧπαρ *hepar*. Fortaſſe repetendum est ab ἄπω, vel ἅπτω. Causſam ſignificationis explicent Medici. [Conf. Etymol. Magn. in voce. E. S.]

Ἤπειρος *continens terra*. Proprie ſic dicitur pro ἄπειρος, quaſi dicas, *quod non habeat* πέρατα, id est, *fines*; ſive *terminos*. Est, nempe, πέρας *terminus ultimus*, ad quem *progredi* et *tranſire* posſis, nomine orto a πέρω *tranſadigo*, *tranſeo*; de quo ſuo loco. Hinc ἤπειρος proprie opponitur *inſulae*, et quamcumque *terram continentem* notat. In primis autem pars Graeciae, olim Ἤπειρος (EPIRUS) eximie dicta.

Ἠπῆσαθαι est *Aoriſtus* primus Infinitivi *Medii* verbi ἠπέω, quod videtur ortum ab ἀπάω, lectione Jonica, vel potius ab ἀφάω. Hoc autem ortum ab ἄπω, ἄπτω *jungo*, *necto*.

Ἠπία-

Ἠπίαλος *genus febris levioris.* Non dubito, quin ortum sit ab ἤπιος *clemens, placidus*, et intellectum habeat πυρετὸς *febris.* [Quae vox etiam subaudienda est in τριταῖος, τεταρταῖος. Vide *Schoetgen.* ad *L. Bos* Ellips. Graec. p. 241. E. S.]

[Ἠπύω *sono.* Idem verbum est, lectione Jonica, quod ἀπύω, aut inde factum, praemisso ι, quae vocalis saepe ab initio ponitur. Vide *Analog.* p. 206. & p. 204. E. S.]

Ἥρα *Juno.* Videtur stirpe sua convenire cum nomine Ἄρης et similibus, a verbo ἄρω ortis: de quibus supra dictum est, suis locis. In primis autem hic spectari debent vocabula ἀρείων, et ἄριστος, ab eadem stirpe nata. Simili enim fere ratione, ut ea, translata fuerunt, ad *praestantiam* quandam designandam. Nostrum ἥρα translate *eminentiam* quandam respicit, et *praestantiam*, ut manifeste apparet ex lingua Latina, ubi vox appellativa remansit HERA, et masculinum HERUS, quibus designantur *domina* & *dominus.* Est autem *herus* ipsum masculinum ἥρος, cujus loco (introducto in consuetudinem ω) pronuntiatum fuit ἥρως, [HEROS] similiter ut, pro ἔρος, ἔρως. Ab isto nomine ἥρως, (quo eximie, ob praestantiam, designatur *genus hominum illustrius*, seu *medium quoddam* deos inter et homines) ab isto, inquam, ἥρως, unde foemininum ἡρωΐνη (si naturam nominis spectemus) non nisi pronuntiatione et forma diversum est nostrum ἥρα, quod ab ea notione, qua notat HERAM vel *mulierem praestantiorem eminentiorem*que, eximie transiit ad *deorum reginam, Junonem*, denotandam. [Pro ἔρος, cum spiritu leni prolato, etiam dixerunt ἔρρος: quo nomine eximie appellatus fuit *Jupiter*, ἥρας HERAE, id est *Junonis, maritus.* Vide supra suo loco. E. S.]

[Ἡρακλέης, contracte Ἡρακλῆς, *Hercules.* Videtur integra vox olim fuisse Ἡρακυλέης, eliso υ, ut in Ἀσκλήπιος, pro Ἀσκυλήπιος, Latine *Aesculapius.* Superest illud υ, in Latino *Hercules.* Pro Ἡρακλῆς au-

autem, eliso etiam α, Latini dixerunt *Hercles:* unde, in solo Ablativo, superest *Hercle.* E. S.]

Ἥρεμος *placidus, mitis, quietus.* Dictum est pro ἄρεμος, quod ab ἀρέω, unde ἀρέσκω *placeo*, ut nostrum ἤρεμος *placidus.* Rationem significationis vide, ad verbum ἀρέσκω.

Ἠρίον *sepulchrum.* Videtur convenire cum voce ῥίον *cacumen montis*, praefixo α vel η. Similis autem fere translatio est in hoc nomine, atque in Latino *tumulus*, pro *sepulchro.* De ratione significationis plura dicentur, in voce ῥίον. [Vide omnino *Valcken.* ad Theocr. Eidyll. I, 125. p. 33. 34. edit. Anni 1773. E. S.]

Ἠρύγγιον *genus herbae*, et, ut videtur, proprie magis *villus dependens a mento hircorum.* Forte convenit cum voce ῥύγχος *rostrum acuminatum* eximie: de qua suo loco.

Ἥρως HEROS. Vide dicta ad vocem [Ἔρως, et] Ἥρα.

Ἥσσων *minor, inferior.* Etsi *Comparative* adhibetur, proprie tamen forma *Participialis* est verbi ἥσσω, quod notat *deorsum sedeo*, ortumque est ab ἧσω, quod ab ἕω, vel ἕζω *sedeo:* de quo dictum suo loco.

Ἥσυχος *quietus*, et proprie magis, *sedatus:* unde porro *placidus, tranquillus.* Ortum nempe est a verbo ἧμαι *sedeo*, quod ab ἕω. [Ut ἵεμαι, ab ἵω *mitto*, in forma *Media* pp. fit *mitto me, demitto me*, Gallice, *je me mets.* E. S.]

Ἦτορ *cor.* Recte derivatur a verbo ἄω, vel potius ἄθω, de quo verbo dictum supra. Inde etiam orta vocabula, quae in Lexico *J. Scapulae* sequuntur.

Ἥτριον et ἦτρον, quorum prius redditur *stamen*, posterius *umbilicus.* Rationem significationis haud satis perspicio. [De priori voce vide cel. *Ruhnken.* ad Timaei Lex. pag. 98. et *Valcken.* ad Eurip. Phoen. p. 576. *Stamen* autem videtur dictum ἥτριον, a *promittendo*, sive *demittendo*, quia *recta demittitur*, atque adeo *protenditur:* ἦτρον vero *umbilicus*, quasi *pars* sive *instrumentum*, quo *demittatur* infans. Nomina

mina enim in τρον, ut notissimum est, *instrumentum* designant. E. S.]

Ἥφαιστος, Latine *Vulcanus*. Proprie videtur hoc nomine significatus fuisse *faber aerarius*, sive *qui metalla contrectaret*, vel *tundendo tractaret*, et *emolliret*. Ortum, nempe, nomen est ab ἀφάω *contrecto*, *contrectando mollio*. Inde eximie *deus fabrorum aerariorum* sic dicitur.

Ἦχος *sonus*. Proprie sic dicitur *sonus repercussus* & *quasi refractus*. Est, nempe, ab ἄχω *frango*. Idem vir celeberr. alibi: „ Nomen ἦχος, et ei vicinum ἠχὼ, pp. *sonum* notant *reciprocum*, seu *repercussum*, qualis verbi caussa edi solet in *vallibus montium*. Latius tamen sumtum ἦχος, in usu *sonum* designat quemcumque, qui alicunde ad alicujus aures defertur: non secus atque alterum ἠχὼ, quod propriam notionem servavit. Ita de *sono reciproco* & *fistulae cantu* adhibuit *Hesiodus*, in Scuto Hercul. vs. 279. περὶ δέ σφισιν ἄγνυτο ἠχώ. Ubi verbum ἄγνυτο, Latine *frangebatur*, proprietate sua, exprimit naturam *soni* illius *reciproci*. Hinc porro nominis proprii vicem obit, in Fabulis &c.

[Ἠχὼ, όος, contracte οῦς, „ *Eccho*, *sonus reciprocus*, *vox repercussa*." Videtur a *sono* factum vocabulum. Possis et a *frangendo* repetere, quemadmodum praecedens ἦχος: ut sit quasi *vox refracta*. Vide cel. *Lennep*. in voce praecedenti. E. S.]

Ἠὼς *aurora*. Est pro αὼς, quod idem atque Atticum ἕως. Oriuntur autem ab ἄω, & ἔω: quibus verbis inter alia notio *splendendi* inest, ut supra dictum. Idem itaque sunt proprie Latina AURA et AURORA, et Graeca ἠὼς, αὼς, et ἕως.

***



Θ.

Θαιρὸς *cardo.* Quo melius vocabulorum, a Θ incipientium, pateat ratio, notandum est, verba originalia θάω, θέω, θίω, θόω, θύω notionem propriam communem habere, positam in *motu*, qui fiat *aliquo* cum *impetu*, *magna copia*, et quasi *tumultuose*. Possunt autem alia derivata, cum vicinis verbis, a T incipientibus, componi, alia cum aliis, a litera quadam vicina incipientibus, quaedam denique etiam cum verbis, a Φ et Σ incipientibus; cum quibus literis (pro diversis dialectis) litera Θ aliquando fuit commutata. Nostrum θαιρὸς (ortum a θαρὸς, et hoc a θάρω,) originem haud dubie habet θάω. Videtur autem significatio ejus profecta a *motu vehementi* eoque *versatili*: et fortasse componendum est cum θρέω, θρέω &c. quibus *sonitus tumultuarius* designatur.

Θάλαμος *thalamus.* Proprie sic dici videtur *locus*, in quo *versantur*, vel quasi *florent*, sponsus et sponsa, *recenti matrimonio juncto*: nomine orto a θαλὸς, qua voce eximie dicuntur *homines florenti aetate*, per translationem, nempe, a *virendo* et *germinando*; quae notio est verbi θάλλω, unde proprie θαλὸς *germen*.

Θάλασσα *mare.* Ortum videtur a θαλάω, quod contractum peperit verbum θλάω, significans *quasso*, *concutio*. Unde *mare* dici videtur eximie Θάλασσα, ob *motum* undarum, magna copia *conquassatarum*, quemadmodum, ob eandem caussam, *mare* eximie πολύφλοισβος dicitur ab Homero. Est autem memoratum θαλάω ortum a θάλω, et hoc a θάω: et significationem videtur accepisse ab *impetu ruentis*, *erumpentis*, *rumpen-*

*pentis*que *magna copia*. [Nescio, an verior sit sententia clarissimi *L. Bos*, repetentis ab ἅλασσα, pro quo, *spiritu* aspero mutato in θ, dixerint θάλασσα. Vide ejus Dissertat. de Etymol. Graeca p. 25. E. S.]

Θάλλω *vireo*, *pullulo*. Manifesto apparet dici ab *erumpendo*, quae vis inest verbo, unde oritur, θάω et θάλω.

Θάλπω *foveo*, *calefacio*. Proprie ortum est a θάλω, et quidem primum videtur significasse *virere* vel *pullulare facio*: unde eximie fuerit positum, de *fomentis calidis*, vel *calore*, quo plantae *virescunt*. Inde autem translatum, generatim significavit postea *calefacere* vel *fovere*.

Θαμὰ *crebro*, *frequenter*. Haud dubie ortum est a θάω *cum impetu moveo*, *feror*, *emergo*, *curro*, *accurro*, *magna frequentia accurro*. [Vide tamen cel. *L. Bos* Diss. de Etymol. Graec. p. 25. in voce Θάλασσα. E. S.]

Θάμβος *stupor prae admiratione*. Dicitur pro θάβος, quod a θάβω vel θάω *accurro spectandi caussa*, et inde *spectaculum contemplor*, *admiror*: unde notio *stuporis prae admiratione*. Idem vir celeberr. alio loco. „Θάμβος, dicitur pro θάβος, ut τύμπανον pro τύπανον, κομπὸς pro κοπὸς, κύμβη pro κύβη &c. Θάβος porro factum ab antiquo θάβω, cui vicinum θάπω, unde verbum θάπτω *sepelio*. Proprie autem θάπω significat *obruo*: quod ipsum verbum in Praeterito τέθηπα ad *stuporem* et *metum* transfertur. Ita enim *Homerus*, et alii poëtae, τέθηπα dixerunt pro *stupore obrutus sum*. Vide *Hesychium* in voce τέθηπεν."

Θάμνος *densus*, ut θαμὰ, nomen accipit a *frequentia*. Proprie contractum est ex θάμενος, et ortum a θάω *cum impetu* et *magna copia emergo*: unde quoque vidimus verbum θάλλω *pullulo*, *vireo*, proficisci. Ut mirum non sit, θάμνος, simili translatione, significare eximie *densum fruticibus*.

Θάπτω *sepelio*. Ortum est a θάπω, quod a θάω. Notio repetenda a *copia terrae tumultuose aggesta*: ut docet significatio verbi θάω. Quando autem idem verbum designat *stupeo*, ejus ratio repetenda est a notione *stupendi cum admiratione*: quam verbi θάω esse vidimus ad

ad nomen θάμβος. Ut adeo pateat, verba θάω, θάπτω, et θάπτω, natura sua, eadem esse, et proprie, non nisi forma, differre.

Θαργήλια *Thargelia*: nomen festi apud Graecos, unde mensis Θαργηλιὼν *Thargelion* dicitur. Oritur autem a verbo θάρω, quod alii vicino θέρω respondet, significatque *calefacio*, *uro*. Inde obsoletum θαργὸς, quod, compositum cum nomine ἥλιος, peperit θαργήλιος, proprie dictum de *tempore*, *quo sol segetes urit*. Unde eximie θαργήλια nomen *festi*.

Θάρσος *fiducia*, *animi praesentia*. Dicitur ab *ardore animi*, et ortum est a θάρω: de quo modo dictum.

Θαυμάζω *miror*, *admiror*. Ortum est a θαῦμα, quod a θαύω vel θάω. Θάω autem, ut etiam θέω, (quod peperit θεάομαι) inter alia eximie tribuitur iis, qui frequentes *accurrunt*, *spectandi contemplandive* causa. Hinc θαῦμα *res* dicitur, quam *cum admiratione spectes*, et inde verbum θαυμάζειν aliquid *admirationi habere*, et inde *admirari*. Alio loco cel. *Lennepius*: Origo remotior est verbum θάω, cui vicinum θέω. Propria hujus potestas posita est in *currendo*: quare etiam, a Grammaticis Graecis, *Hesychio* aliisque, redditur per τρέχειν. Ab hoc θέω Jonicum fluxit θεέω et θεείω, nec non θεάω, cujus *Medium* θεάομαι, una cum nomine derivato θέα, aliisque similibus, quae in Lexicis exstant, translatum fuit ad *spectacula*, *ad quae spectanda concurrat* multitudo. Eadem ratio est verbi θάω, et quae inde formantur, θαέω, θαίω, et Dorici θααίω; unde nomina remanserunt θαῦμα, et Doricum θάαμα. His autem proprie significatur *res*, ad quam *spectandam accurras*, adeoque *spectaculum*: id quod, alia nominis forma, speciatim θέαμα dici solet; quum θαῦμα usurpatum sit de *eo*, quod *aliquid miraculi habeat*: unde etiam *rem miram*, et interdum *portentum* notat.— Inde porro θαυμάζω *miror*, *rem miram dico*, vel *facio*, quae vis est terminationis ζω, in verbis, a nominibus factis.

Θεάομαι *specto*, *contemplor*. Est a modo memorato θέω.

Θεί-

Θείνω *percutio.* Videtur proprie esse *ad currendum*, vel *ad motum incito:* verbo orto a θέω, de quo jam dictum, quodque inter alia eximie notat *curro.*

Θέλγω *mulceo, delinio.* Haud dubie ortum est a θέλω, et hoc a θέω, quod, cum, inter alia, etiam notet *pono, colloco,* forte inde produxit *deliniendi* notionem. [Verbum θέλγω etiam est *debilito*, Il. O, 322. 594. &c. Origo quidem videtur esse θέλω; sed hoc ipsum θέλω manifesto factum est ex ἕλω, unde, cum digammate Aeolico Ϝέλω, quod dedit Lat. *velle* (pro *velere*) *velim* &c. tempora tributa verbo *volo, vis, velle.* Quum autem ἕλω pp. sit *volvo* (quod ipsum *volvo* stirpem habet ἕλω, cognatam nostro ἕλω) notio vero *volvendi*, hoc in verbo, ducta videatur a primitiva *trahendi*, *attrahendi* aliquid, ut *volvatur*. uti, verbi gratia *lapis rotundus*, *globus* &c. Hinc conjicere ausim, verbum θέλγω, ex remotiori ista origine, *trahendi, attrahendi*que esse repetendum. Unde notiones *mulcendi*, *molliendi*, *debilitandi.* Quin, si vera sit *Lennepii* observatio (in Analog. p. 208.) literam μ plurimis verbis esse praefixam; nihil impedire videtur, quo minus statuamus, ipsa Lat. *mulceo* & *mollio* e stirpe ἕλω orta, adfinitatem quandam habere cum nostro θέλγω. E. S.]

[Θελεμὸς et θελημὸς *volens, voluntarius.* Haud dubie est a θέλω, vel productiori hujus forma θελέω. Vide omnino *Toupii* Emendat. in Suid. P. II. p. 49. 50. E. S.]

Θέναρ *vola* vel *cavitas manus.* Etsi haud dubie oriatur a θένω, et hoc a θέω, de significationis ratione tamen minus *liquet.* [An θέναρ pp. est *manus pars extenta*, vel *porrecta*? Vide Il. E, 339. A notione hac *extendendi* manum videtur ea esse *percutiendi*, in verbo θένω. Unde *Hesychius* Θένει· κόπτει, τύπτει. E. S.]

Θεὸς DEUS. Ortum est a θέω. Sive autem a *currendi* notione, sive ab ea *collocandi* dici velis, non admodum differt. Prius tamen malim. *Alio loco* cel. *Lennepius*: „ In primis eorum placet sententia, qui vo-

vocem hanc pro proximo derivato habent verbi θέω *curro*, nec non *pono*, *dispono*, *condo*: ut adeo facile inde nomen formare potuerint antiquissimi Graeci, ad designandum DEUM: sive sic eum vocaverint a *disponendo*, sive a *currendo* ad similitudinem *solis*, *lunae*, *stellarum*que, quos *deos* opinantes, in continuo *motu* vel *cursu* videbant *esse*. [Comparatio vocis Latinae DEUS, cum Graeco δέος *timor*, pro quo δέος (cum adspiratione literae δ) dicere potuerunt θέος, suadet, ut credamus, ΘΕΟΝ Graecis dictum fuisse a *timore* & *metu*, quem *tonitrua* & *fulmina*, ex aethere missa, mortalibus *incutiant*. Eadem fortasse ratio est vocis אלהים *Elohim*, apud Hebraeos. E. S.] „ *Herodotus* L. II, Cap. 52. ἀπὸ τοῦ θεῖν, vel τιθέναι κόσμῳ, *concinno ordine collocare* & *disponere*, θεὺς a Pelasgis dictos esse tradit: in qua quidem origine nihil est, quod quemquam merito possit offendere. Τὸ ποιῆσαι θεῖναι πρὸς τῶν Ἀρχαίων ἐλέγετο, ut observat Athenaeus, Libr. XI, p. 503. Hoc pacto θεὸς erit *conditor* & *creator universi*. Non desunt tamen inter veteres, qui potius a θέω, θεάω (cujus Medium θεάομαι, *curiose et cum admiratione specto*, tantum usurpatur) θεὸν deducant, quod omnia sidera, divina religione culta, *mirificum* quidquam hominibus *praebeant spectaculum*. Eandem originem Philosophi paullo subtilius expoliunt. Quum enim θεᾶσθαι et θεωρεῖν de mentis *contemplatione* frequenter, a Pythagoreis et Platone, ponantur, θεὸν dici voluere, quod *sola cogitatione cognosceretur*, nullisque, nisi mentis oculis, pateret. Pythagoraeorum haec est egregia sententia: Ὁ μὲν Θεὸς αὐτὸς ὄτε ὁρατὸς, ὄτε αἰσθητὸς, ἀλλὰ λόγῳ, καὶ νόῳ θεωρατὸς, apud *Stobaeum* in Eclogis Physicis, p. 4. — Censent alii viri docti, ex voce θεὺς Aegyptia, Graecos suum θεὸς efformasse: quod verumne sit, nec ne, in his rerum antiquarum tenebris, discernere non licet. Id certum multis videtur, a θεὸς Latinorum DEUS emanasse: quanquam dubitari possit, an non potius a δεὸς, pro quo postea dictum fuit ζεὺς, descendat.

Quem-

Quemadmodum vero Christiani patres, in diversa vocis Θεὸς, quam veteres tradiderunt, origine luserint, egregie docet *Petavius*, Dogm. Theolog. T. I, Libr. VIII, cap. 8." T. H.]

Θεράπων *minister*. A verbo Θέρω *calefacio* orta sunt Θεράω et Θεράπω, cujus Participium Activum est Θεράπων, pp. *calefaciens*, adeoque *qui fovet* atque *fomentis calefacit*. Unde partim ad *medicos*, partim ad *ministros sedulos*, transfertur, a *fovendo* nempe et *curando*. Alio loco: *Ministri fideles* in primis dicti sunt Θεράποντες; qui domino suo, non tanquam *servi*, sed ut *amici fideles*, aderant, eumque omnibus modis *colebant* et veluti *fovebant*. Aliud igitur est Θεράπων, quam δοῦλος, eoque multo honorificentius: unde ipsi *reges* ab Homero, aliisque, dicti Θεράποντες Διὸς, quasi *Jovis administri*. Similiter Cupido Veneris comes et filius dicitur τῆς Ἀφροδίτης ἀκόλουθος καὶ θεράπων. Confer *Platonem* in Convivio, p. 203. Pertinet huc etiam interpretatio *Ammonii*, qua θεράποντα dici notat τὸν ὑποτεταγμένον φίλον, id est, *amicum*, qui aliquem omni obsequii genere *colat*, omniaque ad *nutum* ejus faciat.

Θέρος *aestas*. Ortum a Θέρω *calefacio*: dictum a *calore*. [Stirps mihi videtur esse Θέω *tendo*, *intendo*. Vide mox. E. S.]

Θέρω *calefacio*. Ortum a Θέω, et quidem dici videtur a *motu*; quem supra jam diximus significari verbo Θέω. Inde translatum est ad *calorem*, et porro ad notionem *medendi*: similiter ac Θεράπων. [Vide inferius in Θέω. E. S.]

Θεσμὸς *lex*. Ortum est a Θέω *pono*: unde quoque ortum Θέμις *fas*. [Conf. Germanicum *Gezets*. E. S.]

Θέσπις *vaticinus*. Ortum est ex Θὲς, et verbo σπῶ, quod cum ἔπω *dico* convenit, eodem modo ut ἔχω et σχῶ [pro σέχω, praefixa σ ante ἔχω: ut σπῶ similiter sit pro σέπω, ex ἔπω: A σπῶ ortum est σπὶς et compositum Θέσπις: notat adeoque, *qui divina loquitur*, id est, *vaticinator*; *vaticinus*. Θὲς enim forma tantum differt a θεὸς, ortumque est a θέω. Apparet hoc ma-

nifeſte ex compoſito θέσφατος *a Deo dictus*, et ſimilibus. [Uti θέσκελος *deo ſimilis* factum est ex θὲς pro θεὸς, et κέλος pro εἴκελος, haud aliter θέσπις videri poſſit contractum eſſe ex θὲς, pro θεὸς, et πὶς pro ἔπις: ut litera ς non adeo ad poſteriorem compoſiti partem, quam ad priorem, pertineat. E. S.]

Θέω *curro*. Propriam verbi hujus notionem ſupra explicui. [Vide in Θαιρὸς.] Inde eximie notat *curſu feror*, vel *curro*. [Diſtinguunt Lexicographi inter θέω *curro*; quod in Futuro habeat θεύσω, et alterum inuſitatum θέω *pono*, quod Futurum faciat θήσω. Addit Etymologus tertium θέω, *intueor*, quod alias θεῶ pro θεάω. Omnia haec videntur repetenda a ſimpliciori verbo τέω pp. *tendo*, *intendo*: unde, dein, varia translatione, ortae ſunt notiones *currendi*, quaſi *intendendi* curſum ſive *contendendi*, ut Belgae dicunt *rekken*, h. e. *intenſius* currere; porro *intuendi*, acie *contenta*, ἀτενίζειν; *ponendi*, quaſi manu *extenta* defigendi &c. Pro τέω enim, cum *adſpiratione* prolatum est θέω: ut ſolet τ *adſpiratum* θ ſcribi. E. S.]

Θεωρὸς *ſpectator*. Compoſitum ex θεὸς et ὁρὸς, quod ortum ab ὅρω, unde ὁράω *video*, *obſervo*: de quibus poſt. Inde noſtrum proprie est *obſervator*, vel *ſpectator divinorum*. Unde variae notiones. [Malim a θεάω, cognato alteri θεάω, pp. *intendo viſum*. E. S.]

Θήγω *acuo*. Proprie non niſi forma differt a ἄγω, et ab *incitando* habet notionem *acuendi*. Propria autem poteſtas quaerenda in *motu vehementi*, [ſive *tendendo* ad coticulam] quam notionem propriam eſſe vidimus ſtirpi θάω, unde ortum θάγω et inde θήγω.

Θηλὴ *papilla*. Componenda vox est cum θάλω, unde ſupra vidimus oriri θάλλω *vireo*, *propulſo*. Haud dubie noſtrum dicitur a *protuberando* [vel *protendendo*, *demittendo*. E. S.]

Θῆλυς *foemineus*. Ratione originis convenit cum θηλή: ortum nempe a θάλλω *vireo*. Unde quoque ſignificationem habet. [An θηλύτεραι γυναῖκες idem forte, quod Belgarum *bloeijende maagden*? Vide Il. Θ, 520. Od. Λ, 385. 433. Ο, 421. Ψ, 166, et Ω, 201; *Heſiod.*

Hesiod. Asp. vs. 4. 10. &c. E. S.] Θηλὴ Graeci proprie vocabant *papillam* τῶν μαςῶν, ut *Hesychius* ait. Τὸ ἄκρον, quasi τὴν θηλὴν, τοῦ μαςοῦ *Galenus* dixit Tom. VI, p. 51. Sed et ipsas *mammas* ita dicunt. Origo vocis ab antiquo θάω *alendo foveo*, & *florere facio*. Unde gignuntur non solum θάλλω, θαλερὸς, θαλεία, θάλαμος, in quibus omnibus est *gratae* cujusdam et *florentis laetitiae* potestas, sed et θῆλυς, *vegetandi vim habens*: quo pacto apud *Homerum* Odyss. E, 467., et *Hesiodum* in Clypeo Herc. vs. 395. (ubi videatur *Graevius*) θῆλυς ἐέρση *ros foecundans*, vel, sicut *Hesychius* exponit, ἡ θάλλειν ποιοῦσα τὰ φυτὰ δρόσος, καὶ θρεπτική. Hinc facile colligitur, quam ad *foeminei sexus* significationem hoc Adjectivum transierit. Hinc etiam oritur pari virtute praeditum θηλὸς, cujus foemininum θηλὴ, in Substantivi formam, ea, qua diximus, potestate migrans, produxit verbum θηλάζειν. In ejus usu Attici a communibus Graecis dissentiunt. Illi solam *matrem* dicunt θηλάζειν τὰ παιδία *infantes lactare*, *mammam iis praebere*; unde θηλάςρια *Sophocli* et *Eupolidi* eadem, quae τίτθη, vel τροφὸς, testibus *Polluce* Libr. III. Segm. DX, et *Hesychio*: hi contra non minus de *infantibus*, *catulis*, aut *pullis* usurpant, qui *lactant* aiu *ubera sugunt*, ut Romulus et Remus θηλάζοντες τὸ θήριον *lupae ubera sugentes*. Vid. *Graev.* ad Luciani Soloec. p. 734. &c. T. H.]

Θὴρ *fera*. A θέω *curro* ortum est, et a *celeritate* dicitur. [Aeolice efferebatur Φὴρ, unde Latinis FERA, ut pro θλᾶν efferebant φλᾶν; pro θλίβω, φλίβω. Vide *Vossii* Etymol. in voce FERA, et eundem de Litter. Permutatione: porro *Maittaire* Alphabet. Dialect. p. 397. Originem utriusque vocis repetimus ab *impetu fervidiori*, quo *ruit*: quam notionem propriam, in Latina voce FERA, jam vidit *Isidorus* apud Vossium, l. l. E. S.]

Θὴς *operarius*, seu, qui *mercede conductus operam facit*. Ortum haud dubie a θέω; notionemque accepit a *collocando* vel *locando*, quasi dicas, *qui opus locatum facit*. [Itaque θὴς pp. idem est quod θείς. E. S.]

Θησαυρὸς *thesaurus.* Videtur dici pro θητευρὸς, idque oriri a verbo θέω, ut proprie sit, vel *quod reconditum est*, vel *locus ubi reconditur* aliquid; atque inde eximie *thesaurus*, sive *copia* rerum *pretiosarum*, a multo tempore *reconditarum.* [De propria notione vocis vide in primis *L. Bos*, Exercitationes in Matth. II, 11. In origine autem, ex oriente repetenda, humani quid passus est idem vir clarissimus. Conf. ejus Dissert. de Etymol. Gr. p. 26. E. S.]

Θίασος proxime ortum est a θιάω, quod (a simpliciori θίω factum) proprie non differt a θυάω, vel θειάζω, quae oriuntur a θέω, unde nomina θεὸς et θεῖος. Θίασος itaque proprie significare putem *multitudinem* hominum *concurrentium*, vel *congregatorum*, ad res divinas celebrandas, et eximie inde ad *choros Bacchicos* celebrandos. Quumque frequens usus, in sacris deorum, esset *saltationum* et *conviviorum*; inde porro notavit *coetum tripudiantium*, vel *convivium celebrantium*: quin & ipsum *convivium.*

Θίγω *tango.* Dicitur ab *incitando*, quod fit *tactu*, et satis accurate respondet ejusdem stirpis verbo Latino *tango* vel *tago.* Unde facile patet, non differre a verbo θήγω, quod supra vidimus. Stirpem autem vicinam habet θέω, cujus notio jam alibi patefacta est.

Θὶς *acervus, cumulus.* Haud dubie dicitur a *concitando in unum*, et stirpem habet modo memoratum θίω. [Possis etiam repetere a *reponendo* et *adservando.* E. S.]

Θλάω *contundo.* Oritur a θαλάω, quod a θάλω, et hoc a θάω. Notionem habet a *motu vehementi*, uti facile patebit ex iis, quae notavi ad vocem θάλασσα.

Θλίβω *fremo.* Ortum est a θλίω, quod fere convenit cum θλάω: unde quoque significatio videtur repetenda.

Θνήσκω *morior.* Ortum est a θανάω, quod a θάνω et hoc a θάω: de quo alibi dictum. Videtur autem *moriendi* notio repetenda esse ab illa *extendendi:* quae significatio manifesta est in verbo τείνω. [Conf. ἐκταθῆναι pp. *extendere se*, vel *extendere* pedes, mori, et Iliad.

Iliad. Ν, 654. 655. ὥστε σκώληξ ἐπὶ γαίῃ κεῖτο ταθείς. Porro Iliad. Η, 409. Κ, 343. *Hemsterh.* ad Lucian. T. I, p. 357. *Valcken.* ad Euripid. Phoen. p. 566. Eandem esse indolem verbi מות apud Hebraeos, ex comparatione vicinarum stirpium מתה, מתת &c. attendenti satis apparebit. E. S.]

Θοίνη *epulum.* Proprie ortum est a θόω, quod eximie notat *celeriter accurro ad sedendum.* Unde proxime θοίνη *consessum* notat: hinc autem *epulum.*

Θόλος *sordes turbidae.* Ortum est a θολόω, quod, natum e verbo θόω, a *motu vehementi* et *celeri* videtur accepisse significationem *motu frequenti agitandi in orbem.* Undè θολὸς translatum, cum ad alias res, tum inprimis ad *sordes turbidas* notandas.

Θοὸς *celer.* Ortum a θόω *celeriter ruo*, vel *feror*, vel *erumpo* et *exsilio.* [Notio *celeritatis*, ut in Hebr. מָהִיר, orta videtur ab illa *acuminis* sive *aciei* cuncta obstacula *pervadentis.* Itaque *Hesychius*: θοόν· ὀξὺ, ἰσχυρὸν, ταχινόν. *H. Stephanus* ex Apollon. Rhodio laudat θοὰς γόμφους, *acutos clavos*: et θοαὶ νῆσοι „ inquit „ Homero [Iliad. Β, 619. Κ, 309. 396. Λ, 665. Π, 168.] id est, ὀξεῖαι *acutae*: ob promontoria, quae habent, *in cuspidis morem acuminata.*" E. S.]

Θόρυβος *tumultus.* Ortum a simpliciori θόρος, cujus loco Jonicum θοῦρος superest, et notat *tumultuose insilio.* Stirps autem θόω, de quo modo dictum.

Θόρω, sive θορέω *salio.* Vide, quae modo dicta sunt, ad vocem Θόρυβος.

Θρᾷξ *Thrax.* Nomen proprium est: ortum autem videtur, quasi a verbo θράσσω, quod a simpliciori θρέω; quod, quemadmodum θρέω, notat *sonitum obscurum* & *tumultuantem edo*: de quo ad verbum θρέω dicetur. Inde eximie notat *obscurum murmur edo*, et quidem convenit iis, qui in templis quotidie assidentes *tacito murmure* deos *superstitiose* colant. Inde porro ortum nomen θρῆσκος notat *religiosum*, vel potius *superstitiosum.* Similis jam ratio nominis nostri proprii Θρᾷξ videtur esse. Graeci, nempe, eo nomine usi videntur fuisse ad istum populum designandum: caussa

ejus repetita a cultu *mystico* deorum, ab *Orpheo Thracio* ad Graecos propagato. [Vide infra T. H. ad Θρησκεύω.]

Θραύω *frango*. Dictum videtur ab *impetu*, quo res *rumpatur* & *comminuatur*. Forte a *sono*, ut similia, factum est.

Θρόνος. Ortum a simpliciori θορέω vel θρόω: significatione autem proprie non differt a vicino θρώσκω, quod est *cum impetu salio*, vel *insilio*: unde porro ad *sedendi* notionem transiit. [Haud aliter, atque in Hebr. ישב et Arab. وثب, eadem notio *saliendi* ad *sedendum* translata fuit. E. S.]

Θρέω haud dubie factum est a *sono obscuro* hominum, in unum *congregatorum*, et *murmur edentium*. Inde autem eximie notat *murmur edere instar tumultuantis multitudinis*: unde porro ad *inconditum clamorem* transfertur, vel potius ad *quemcumque susurrum* vel etiam *sonum plorantium*. Ex hac origine nomen θρόος contracte θροῦς eximie *rumorem* notat *hominum tumultuantium*. [Iliad. Δ, 467. ubi vide Schol. & *Hesychium* in voce.] Atque inde ἄθροοι *homines* dicuntur, *qui tumultuarie* in unum locum *confluxerant*, *conferti*.

Θρῆνος *luctus*, *lamentatio*. Proxime ortum est a verbo θρέω, vel θρόω, quod de *sono* vel *voculis plorantium* eximie poni, modo vidimus. [Hinc etiam θρῆνος, tanquam Substantiva vox, pro θρηνῳδῷ ponitur: ut probavit *Toup.* Emend. in Suidam P. II, p. 57. E. S.]

Θρησκεύω *superstitiose* DEUM *colo*. Ortum est a θρῆσκος, quomodo proprie dicitur is, qui in templis *obscuro murmure* DEUM *colit*: nomine orto a θρέω, quod convenit cum θρόω, de quo dictum suo loco; & ad vocem Θρέω. Inde porro notat *superstitiosum*, peperitque verbum θρησκεύω. [Grammatici repetunt originem verbi θρησκεύειν, et vocis θρησκείας, ἀπὸ τῶν Θρᾳκῶν, vel Θρηκῶν: ut *Suidas*, in voce, et *Etymologus*, *Gregorius Nazianzenus* Orat. XXXIX. p. 665. et Orat. II. in Julianum, et *Nonnus*, sive *Maximus*, ad eum locum, p. 150. *Plutarchus* autem in Alexandro, p. 665. proprie docet usurpari τὸ θρησκεύειν de κατοχίμοις,

καὶ

καὶ περιέργους ἱερουργίαις: nec negari potest, Graecos hoc verbum plerumque posuisse de *immodico*, et *superstitioso cultu*. Sic *matris deorum Bacchi*que *domestica sacra*, quae leges ipsae prohibebant, θρησκεύσεις nominat Phynthis Pythagorea, apud *Stobaeum*, p. 445. Princeps itaque vocabuli potestas est, *cerimoniis* quibusdam *sacris*que adhibitis, *numina colere*. Multum tamen abest, ut Etymon, a Grammaticis probatum, certo nitatur pede: quippe quod Analogiae legibus minime congruit. Ad quam propius accedunt haec *Hesychii*, vetusto more per ε scribentis. Θρεσκός· περιττός, δεισιδαίμων. Item Θρεσκή· ἁγνή. πάντα εὐλαβουμένη. Quae, etsi rarissimi sunt usus, originem tamen manifesto ducunt a verbo θρέω, quod usurpavit *Aeschylus*, Septem contra Thebas, vs. 78. et *Hesychius* quoque habet Θρέω· θροῶ *obscura voce murmurare*. Inde et θρηνεῖν *lamentari*, *lugere*, et θρόος *vocis fractae murmur*; unde verbum θροεῖσθαι in Evangelio Matth. XXIV, 6. Hinc igitur Θρεσκός, et, ε in η mutato, θρησκεία. Notum vero est, in superstitiosis sacris, etiam ululatibus et mysticis arcanisque carminibus, *submissa voce admurmuratis*, fuisse locum. Hinc lucem accipit *Jacobus*, Epist. Cap. I, vs. 26. 27. nam primo θρῆσκον vocat *hominem*, qui, vera caritate vacuus, superstitiosis nugis religionem metitur, cujus μάταιον esse θρησκείαν pronuntiat; quemadmodum *Dius* apud Stobaeum p. 408. Θρησκεύειν ἢ καλὰν θρησκείαν. Mox Apostolus, eodem servato vocabulo, sed, adjectis epithetis, correcto, docet, quae sit θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος. Alioquin scriptores sacri, de *cultu verae religionis*, hac voce uti non solent: nam θρησκεία Act. Apost. XXVI, 5. et ad Colossenses II, 18. multoque magis ἐθελοθρησκεία ibidem vs. 23. vitio vertuntur. Hinc ὁμόθρησκοι, vocabulum Lexicis ignotum, *qui eandem haeresin sectantur*, apud *Socratem*, Hist. Eccles. L. V, p. 315. T. H.]

Θριαὶ *calculi sortilegorum*. Nomina haud dubie vicina sunt θριά, θρῖον et θρύον, significatione tamen inter

 se

se distincta. Repetenda autem forte a verbo θρίω et θρύω, quae, ut θράω, θρέω et θρόω, *saliendi*, *exsiliendi*, *insiliendi*que notionem habere possunt. Quaenam tamen in nostris vocabulis translationis ratio sit, non satis perspicio. [Θριὰς *calculos* dici potuisse ab *exsiliendo*, vel *resiliendo*, quatenus in solum durius delapsi *resiliant*, nemo dubitet. Porro θρίον *folium ficulneum* vocari videtur itidem ab *exsiliendo* cum *crepitu* quodam, ubi igni imponitur: unde apud Comicum, in Vespis [vs. 434.] πολλῶν θρίων τὸν ψόφον: de quo vide *H. Stephanum* in voce. Θρύον denique *juncum* vel *ulvam* videtur significare, quia *vento*, vel alia vi illata, proclinatus *juncus* mox *resurgat* et quasi *resiliat*. Sed vide hanc vocem inferius suo loco. E. S.]

Θρίαμβος *triumphus*. Vocabulum hoc a posterioribus scriptoribus Graecis haud dubie usurpatum fuit ad exprimendum Latinorum TRIUMPHUS: neque tamen minus Graecae originis esse videtur eadem vox *triumphus*, et quidem orta a θρίαμβος. Hoc autem, dictum pro θρίαβος, et hoc denique, pro θρίαος, repetendum videtur a θρίω; ut ita θρίαμβος pp. dicatur *multitudo hominum tumultuarie congregatorum*. Confer, quae de formis vicinis verbi θρίω dicta jam sunt superius. [De θριάμβῳ, *versu Iambico*, vide Toup. Cur. Nov. ad Suid. p. 15. E. S.]

Θριγκὸς *pinna murorum*. Proxime dicitur pro θριγκὸς, et hoc a θρῶ, ut θριγκὸς dicatur a *saliendo in altum*. Similem quandam significationem vidimus verbi vicini θράω. Vide quoque ad verbum Θρώσκω.

Θρίδαξ *lactuca*. Videtur ortum a θρίω *salio in altum*. Forte sic dicitur a *celeritate*, qua *exsurgit*.

Θρὶξ *pilus*. Proxime ortum est a θρίγω, et hoc a θρίω. A *saliendo in altum* videtur dici. [Conf. etiam Θριγκός. E. S.]

Θρόμβος *grumus*. Dicitur pro θρόβος, quod a θρέω ortum. Nomen autem habet a *saliendo* vel *surgendo in altum*. [Adi *H. Stephanum*, de hac voce, Thes. Ling. Gr. T. III, col. 1651. „Θρόμβος pp. *rei in unam*

unam masſam concretae fruſtum. Derivatur enim a θρέψαι, ſignificante πῆξαι, teſte *Euſtathio*. Unde θρόμβωσιν in lacte dicunt, quoties a puerperio foeminis lac fluere deſinens in *mammis denſatur*, et in *exigua fruſta excreſcit*" &c. Nimirum a θρέω repeti potuerunt θρέβω, θρέμβω: unde θρόμβος. E. S.]

Θρόνα *flos* vel *venenum*. Quanquam ortum videtur a verbo θρόω (unde quoque nomen θρόνος *thronus*) ratio tamen ſignificationis valde dubia et incerta est. [Quidni et θρόνον *flos* ab *asſurgendo*? a *floris* notione autem illa *veneni*? Vide cel. auctorem, in quatuor vocibus, proxime praegresſis. E. S.]

Θρόνος *Thronus*. Vicina olim fuerunt verba θράω et θρόω. Utrumque ſignificatione *ſedendi* adhibitum: Inde nomina θρᾶνος et θρόνος: quibus generatim *ſedes* ſignificatur. Uſus autem voluit, ut hae voces diſtinguerentur. Et quidem θρόνος ſignificavit *ſedem ſublimiorem*, qualis est *ſolium regis*, θρᾶνος autem *quodvis ſedile*; [in primis tamen *ſedes honoratior*. T. H.] quemadmodum occurrit apud *Ariſtophanem*: ubi etiam reperiuntur Diminutiva θράνιον et θρανίδιον, inde orta, pro *ſella* vel *ſellula*. Idem θρᾶνος, pronuntiatione Jonica, effertur θρῆνος, apud *Homerum*, Il. Ξ, 240. et alibi. Speciatim etiam θρᾶνος dicebatur *locus in nave*, ubi *ſedebant remiges*, propterea dicti a Graecis θρανῖται. [Vide hic *Salmaſii* Obſſ. ad Jus Attic. p. 681. E. S.] Hujus quidem vocis duplex innotuit forma θρόνος et θρᾶνος. —— Verbi quoque forma fuit duplex θράω et θρόω. Verbum Medium θρήσασθαι *ſedere* forte fortuna repererunt Grammatici, in unico loco Philetae Coi. Hinc illud nobis cuſtodivit *Athenaeus* L. V, p. 192. et ex hoc *Euſtath.* ad Odyſſ. p. 148. —— Est autem θράω contractum ex θαράω, hoc a θάρω; quod a ſimpliciori θάω. A τέθακα, Praeterito Perfecto verbi hujus θάω; (pp. *pono*, *depono* corpus, atque adeo *ſedeo*, *me colloco*) est θᾶκος *ſedile*: uti a productiori forma θαάω ſuperest θάακος, et cum F inſerto θάϜακος, θάβακος. A θάω, *ſedendi* virtute, apud Homerum ſuperſunt quoque θάσσω et θάζω, &c. L. C. V.]

Θρυαλλὶς *ellychnium.* Ortum haud dubie est a verbo θρύω, quod idem ac θρόω, quod idem ac θρέω &c. *salio.* Forte dicitur a *radiante* vel *saliente* luce. [Vide et in Θρύλλος.]

Θρυγανάω *scalpo.* Haud dubie oritur a θρύγω, et hoc a θρύω. Significationis autem rationem similem habere videtur, quae est verborum θρύπτω, et θρίβω, de quibus suo loco.

Θρύλλος *susurrus.* Ortum est a verbo θρύω, quod vicinum verbis θρόω et θρέω et, aeque atque illa, factum a *sono*, *obscurum murmur* significavit. Itaque nostrum θρύλλος, proprie admodum, *susurrus* redditur. [Verbum Θρύω, affine aliis θρέω, θρόω, pp. notat *frango.* Hinc θρύλος et θρύλλος pp. *rumor fractus* et *saepe repetitus.* Dicitur aliquis θρύειν τι *quod saepe in ore habet*, unde τὰ θρυλούμενα *quae frequenti sermone hominum teruntur.* T. H.] [An hinc etiam θρύαλλις *verbasci* genus instar lini, a *frangendo*, et dein *ellychnium*, ex eo factum. Vide apud *Hesych.* T. I, col. 1736. E. S.]

Θρύον *juncus.* A θρύω. Porro parum videtur differre a θρίον: dictum forte ab *assiliendo in altum.* [Nisi malis a *frangendo.* E. S.]

Θρύπτω *frango.* Facile accedo iis, qui dici volunt a *sono rerum*, quae cum *vi quadam comminuuntur*: ut ita proprie non multum differant θραύω, θραύω, θρίβω, θρύπτω, et similia. Porro a verbo θρύπτω *comminuo*, *in minutissimas partes contundo*, nomen τρυφὴ in usu passim translate sumitur, pro *luxu*, quo homines veluti *comminuuntur* et *franguntur*: quo posteriori verbo speciatim, in eo negotio, utuntur Latini, ut *frangi deliciis*, *voluptate*, quod respondet etiam verbo translato θρύπτεσθαι. Dicuntur nimirum saepe a Graecis θρύπτεσθαι, cum ii, qui *voluptatibus franguntur*, tum etiam *qui delicatius vivunt*, et *continuo luxu fruuntur.* Inde autem apta translatio verbi in eos fuit, qui *prae luxu* et *nimia rerum adfluentia insolentius se gerunt* et *efferunt*: quod hominibus *fastosis* convenit. [Vide et T. H. apud *Ruhnken.* in

not.

not. ad Timaei Lexic. p. 33. et cel. *Verschuir* Obss. Philol. p. 5. E. S.]

Θρώσκω *salio*, *assilio*. Proxime est a θρώσω, et hoc a θρόω, quod a θορύω, orto a θόρω *insilio*, de quo dictum supra.

Θυγάτηρ *filia*, *gnata*. Eandem formam habet, quae est nominum μήτηρ, πατὴρ similiumque. Ut adeo videri possit ortum ab antiquo verbo θυγάω. Jam vero ex multis exemplis patet, antiquissimos Graecos literas ζ, δ, θ, τ, σ, quadam ratione vicinas omnes, varie nonnumquam, pro variis dialectis, commutasse. Verisimile itaque mihi est, verbum nostrum θυγάω componendum esse cum usitato verbo ζυγέω, quod vicinum verbo ζεύγνυμι. Ut ita θυγάτηρ dicatur veluti a *jugo* sive *jungendo*.

Θύελλα *procella*. Ortum a θύω, simili ratione, ac supra vidimus a verbo ἄω oriri ἄελλα. Inter alia autem θύω tribuitur *fumo* vel *aëri tenebricoso*, subito *erumpenti*, et *cum impetu lato*. Inde sponte fluit notio *tempestatis* et *procellae* nostro verbo adsignata. [Vide *L. Bos* Diss. Etymol. p. 27.]

Θύλακος *saccus*. Ortum est a θύω. Quae tamen caussa sit significationis, non admodum planum est. Videri possit dici ab *inflando* et *tumendo*: nisi mavis, proprie θύλακον dici, ut nomen θυηλὴ, de *vase*, nempe, quo res ad sacrificium pertinens, *suffimentum*, contineatur. Hoc pacto ductum fuerit a *sacrificando*, vel *suffiendo*, quae notio quoque est verbi θύω. [De formis hujus vocis θύλαξ, θυλὶς sive θυλλὶς, et θυλὰξ vide cel. *Ruhnkenium* ad Callim. laudatum *Toupio*, Emend. in Suid. P. III, p. 93. 94. Erat autem θύλακος pp. *saccus scorteus*, in quem farina vel panes condebantur. Vide *T. H.* ad Aristoph. Plut. p. 256. Unde apparet, a *tumendo* perquam commode dici potuisse. E. S.]

Θύμβρον *herbae odoratae genus*. Dictum est pro θύβρον, et hoc a θύω *suffio*, *odores succendo*. [Vide omnino *Salmas.* Exercit. Plinian., locis in Indice allatis, voce Θύμος, et infra in Θυμός. E. S.]

Θυ-

Θυμιάω *suffio.* Stirps θύω. Eximie positum est de *fumo*, vel *vapore denso*, *sursum exsiliente.* Antiquissimis nempe temporibus proprium hoc verbum fuit *sacrificiis*, quae ex frondibus arborum, similibusque rebus constabant, et *fumum densissimum* excitabant. Postea, sensim re mutata, verbum remansit, et de *suffitu* fuit positum. Quo modo tempore Homeri adhuc usurpatum fuit. Tandem vero, magis magisque more victimas *immolandi* increbescente, de *omni genere sacrificiorum* verbum θύειν posuerunt. Tum autem, inde derivatum, θυμιάω eximie adhibuerunt pro *suffire*: ortum, nempe, proxime a nomine θῦμα, quo *suffimen* denotatur, seu idem, quod θύος Lat. THUS: quae proxime oriuntur a θύω *suffio.* [Aeolice pro θύμος scribebatur φύμος, unde Latin. FUMUS. Vide *Salmas.* Exerc. Plinian. p. 355. a. E. E. S.]

Θυμὸς *animus.* Ortum est a θύω *cum impetu feror.* Hinc Graeci θυμὸν proprie dixerunt ratione *adfectuum* in *animo*: quemadmodum Latini eo sensu in primis usurparunt vocem *animus.* [Origo θύω, quod vide. Est autem θυμὸς i. q. φυμος Aeolicum, Lat. FUMUS. Unde θυμὸς pp. *exhalatio gravior*, dein θυμὸς SPIRITUS, πνεῦμα. Conf. *Salmas.* de Trapez. foen. p. 669. et Exerc. Plin. p. 355. a. E. *Valck.* Diatr. ad Fragm. Dram. Euripid. p. 231. cum *Platon.* in Cratyl. p. 419. E. S.]

[Θύμος *Thymus.* Haec vox accentu distinguitur a θυμὸς *animus.* Erat autem θύμος *thymus* frutex, in Attica regione frequens. Multi exponunt *caepas* sive *allium*: sed male. Nam *thymus* ab utroque genere, *alliorum* nempe et *caeparum*, differt. Ab Atticis praecipue colebatur: in aliis tamen regionibus nasci quoque solebat. Unde apud *Plinium*, *Columellam*, aliosque Rei Rusticae scriptores, *thymi* saepe fit mentio. Sed tamen praestantissimum hoc erat *olus*, sive *frutex*, quod in Attica nascebatur. Proferebat quoque *thymus* florem, dulce olentem, quem apes decerpebant, quare saepe videmus, mentionem fieri *thymi Hymettii*, quae nascebatur in monte *Hymetto* &c. Saepe

Saepe interpretes, quum θύμον *thymum* intelligere debebant, intellexerunt θυμὸν *animum*; non attendentes ad accentus differentiam. Sic in *Luciano* ab interpretibus, plus una vice, fuit peccatum. A θύμος est Adjectivum θύμερος, contracte θύμρος, et, β interposita, θύμβρος, quod in Foeminino habet θύμβρα, quae *Thymo* quidem proxima erat, sed tamen nonnihil diversa. Saepe pro *Thymo* ponitur. Vide *Salmas.* l. l. T. H.]

Θύρα *janua*. Videtur ortum a θύω, et dici a *ruendo*: quasi dicas *per quam feraris*. [A θύρα est nomen θυρεὸς *scutum* designans, quia oblonga forma *januam* imitabatur, totumque fere corpus obtegebat. Hoc *clypeorum* genere Macedones potissimum sunt usi. Vocem Chaldaei adoptarunt. Nam, quod in Chaldaeo interprete saepius occurrit, תְּרִים ex Graeco fonte manat: quod *Buxtorfius*, in Lexico Thalmudico, praeteriit: [notavit autem *Edm. Castellus.*] Arabes idem vocabulum adoptarunt in ترس. Homeri aetate θυρεὸς significabat *magnum lapidem*, qui ad *claudendum* admovebatur. Odyss. I, 240. 313. Eo respicit *Hesychius*, in voce. Vide et *Thom. Magistrum*. T. H.]

Θύω. Propria notio jam exposita est superius. [Θυεῖν, nempe, ex origine *ferendi cum impetu* (de qua vide in θυμὸς) pp. est idem ac Lat. *fumare*, ut vel ex derivato θύμος, Aeol. φύμος, Lat. FUMUS apparet. Hinc explicandus *Homeri* Il. Λ, vs. 419. *pavimentum totum* αἵματι θῦεν SANGUINE FUMABAT, ut Belgae dicimus, *rookte van bloed*. Pro Aeol. φύμος dixerunt Latini quoque FIMUS, a *fumando* notione formata; quod magis placebit credo derivatione *Isidori* apud Vossium. Dein θύειν transitive quoque notavit *fumare facere* sive *fumum excitare*. E. S. „ Θύειν pp. significabat *suffire*, unde θύος, THUS: id est *suffimentum*. Ab eodem forte est Adjectivum θυηλὸς, et Foem. θυηλὴ, quod, Substantive positum, pro *suffimento*, *libamento*. Θύω autem formavit Latinorum FIO, SUFFIO, FIMENTUM, SUFFIMENTUM: nam θ ab Aeolibus mutatur in φ. Proprius usus igitur verbi θύειν apud Grae-

Graecos fuit in *suffimentis.* Vetustissimi homines Graeci non utebantur cruentis sacrificiis, sed flores, aliaque id genus diis offerebantur. Hoc dicebant θύειν. Quum haec postea commutabantur et *bestiae* offerebantur; verbum θύειν tamen mansit in *faciendis* sacris et significavit *mactare.* Saepe factum est; ut verba, quae in antiqua ratione usurpabantur, retinerentur postea. — Ceterum antiqua verbi θύειν significandi virtus remansit, in composito ἐπιθύειν *prioribus digitis tribus* (ut liquet ex *Aristophanis* Ranis vs. 915.) *apprehensum thus* vel *suffimen arae*, aut *thuribulo*, *imponere.* Hoc enim apud Romanos etiam proprium huic ritui verbum, ut ἐπιτιθέναι Graecis. Conf. *Porphyr.* Abstin. Anim. L. II, 59. Sic autem τῷ ἐπιθύειν usus est *Aristophanes* in Pluto, vs. 417. In Martyrologiis saepe traduntur Gentiles coëgisse Christianos ἐπιθύειν, *thus diis adolere*; ut hoc facto demonstrarent, se CHRISTO renuntiasse. *Smyrnens.* Epistol. de Martyrio Polycarpi, Art. IV, 8. — Passim in hoc verbo interpretando erratum est. — Porro ex θύος et verbo κοῦν vel κοῶ (quod in veteri Graecorum lingua erat *sentire*, *intelligere*) dicti sunt θυοσκόοι *flammae vigorem spectantes*, qui alias πυρκόοι *ignispices.* Utramque vocem in *Hesychio* reperire licet. T. H.] [Conf. et cel. *Ruhnken.* ad Timaei Lexic. p. 105. Vide quoque ad verbum Θυμιάω. E. S.]

Θῶ inusitatum thema: contractum vel ex θέω, vel ex θάω. Notat *ponere*, idem quod τίθημι. Aliquando notat *ruere* cum impetu, *currere.* [Confer dicta de Θέω, et Θύω.] Modo significat *nutrire:* quo pacto stirps est verborum θάλλω, θηλὴ, θῆλυς, quae vide singula suis locis.

Θωὴ *mulcta.* Ortum a θῶ *pono*, *impono*, quasi dicas *impositam* mulctam. Potest etiam a *mulgendo:* quae quoque notio est verbi θόω. [Eadem certe metaphora est in Ἀμέλγειν, μολγὸς &c. de quibus diximus in *Notatis* nostris ad Genes. IV, 7. p. 88. 89. Sed magis placet prior derivatio cel. auctoris nostri, quam praemonstrare videtur ipse poëta, Od. Β, 192. in verbis

bis Σοὶ δὲ, γέρον, θωὴν ΈΠΙΘΗ'ΣΟΜΕΝ *Tibi vero, senex, poenam* IMPONEMUS. Vide et *Eustathium* p. 953: 41. 1441: 1. qui simul observat, θωὴν esse a θῶ, ut ζωὴν a ζῶ. E. S.]

Θωμίζω *funiculis ligo.* Etiam *verbero.* Et hujus verbi, et sequentis

Θώπτω *assentior*, ut et nominis

Θώραξ *Thorax*, origo haud dubie est memoratum θῶ. Quae tamen significationis cujusque ratio sit, mihi quidem non patet. [Θώραξ omnino videtur esse a θόρω, sive θόρω, id est, *sursum moveo, cum impetu adsulto*, quia *pectus* in ἀναπνοῇ sive *respiratione*, identidem sursum movetur. Notissimum est, formas nominum in αξ, ακος, hanc vim *frequentis* et *repetitae actionis* habere. Talia sunt βῶμαξ, κόμαξ, λάταξ &c. E. S.]

Θωΰσσω *clamo.* Factum est a *sono, qualem* fere *canes edunt.*

[Θὼψ *blandus assentator.* De hac voce legatur *Wesselingius* ad Herodot. p. 238. n. 36. Haud dubie est a θώπτω, quod a θέω, quod, si componamus cum θύω, *impetum* quendam et *concitationem* videtur notasse: eximie autem *alacritatem* et *fervorem*, quo alicui, ad nutum ipsius, obsequaris. E. S.]

* *
*



I.

Ἰαίνω *calefacio.* Oritur ab ἰάω *remitto, mitto:* quod ab ἴω, vel vicino ἄω, praefixo ι, ut ſaepe fit. Itaque, a *remittendo*, verbum ἰαίνω noſtrum pp. notat *diſſolvere liquefaciendo*; unde *calefacio* vel *laetitia perfundo.* [Vide in ſequenti Ἰάομαι et *Foëſii* Oecon. Hippocr. in voce. E. S.]

Ἰάλεμος *lamentum lugubre.* Dici videtur a *ſono flebili lamentantium.* [Vide et *Foëſium* in voce Ἰάλεμοι ἰατροί. E. S.]

Ἰάλλω *mitto; peto, appeto.* Ortum haud dubie est ab ἰάω, quod peperit ἵημι *mitto.* A *mittendo* autem translatum fuit ad *petendi* notionem, quemadmodum factum quoque in βάλλω *facio.* [*Heſychius:* Ἰάλλει· ἐκτείνει, ἐπιβάλλει, nempe, τὴν χεῖρα. E. S.]

Ἴαμβος *Jambus*, pes metricus. Sic dictus haud dubie est, pro ἴαβος, quod ab ἰάω. Notionis ratio forte repetenda est a *dicteriis*; quibus aliquem *petas* et *laedas.* Quo ſenſu componi potest cum verbo ἰάλλω, et ἰάπτω. Jam autem conſtat, antiquisſimis temporibus, *Jambici* verſus naturam fuisſe mordacem. [Aliam derivationem vide in Lexico *Hedericiano.* E. S.]

Ἰάομαι *medeor, ſano.* Ortum ab ἰάω, quod componendum cum ἰάλλω, et *remittendi*, *calefaciendi*que notionem habet. Inde translatum est ad *medendi* notionem, ſimili ratione ac derivata a verbo θέρω. [Verbum ἰάω, in veteri lingua Graeca, ſignificabat *calore liquido*, ſive *vapore*, *foveo* [Belg. *ſtooven.*] Hinc verbum ἰαίνω, quod verbum frequenter apud Graecos, praeſertim apud poëtas, occurrit, ſignificatque *liquefacio*

facio et *liquefaciendo foveo.* Sic dicitur ἰαίνειν τὰ σώματα *corpora liquido tepore fovere*, quia veteres medici adhibebant *liquorem calidum* ad *sanandum.* Unde *sanandi* notionem accepit, idemque est ac θεραπεύειν. T. H.]

Ἰάπτω *mitto.* Forma fere tantum differt ab ἰάλλω, et eandem ſtirpem agnoſcit: verbum nempe ἵω vel ἰάω, praeter *petendi mittendi*que ſignificationem, etiam eam habet *nocendi*: quae notio proxime arcesſenda est ab illa *petendi.* [Neſcio tamen an cognationem habeat cum verbis ἵπω, ἵπτω *premo*; et alibi cum ἴπω *necto*: unde ἰάπτειν ὄρχησιν ab *Euſtathio* (p. 16: 46. et 17: 12.) exponitur per εἰπεῖν καὶ διδάξαι. E. S.]

Ἰάπυξ *Japyx.* Nomen venti flantis ex Apulia: quae regio inde *Japygia* dicta fuit. Videtur autem *Japyx* dici ab ἰάπω vel ἰάπτω *noceo.*

Ἰατταταὶ *Heu!* Factum est a ſono repetito ἀττὰτ, praefixo ι.

Ἰαῦ *Interjectio indignantis.* Factum a ſono.

Ἰαύω *commoror.* Ortum ab ἰάω: niſi mavis, praefixo ι, proxime convenire cum αὔω, de quo verbo dictum ſupra. Forte a *calefaciendo* (quae notio verbi αὔειν est) transiit ad notionem *diverſandi*, quaſi in *ſtabulo.* Inde forte derivanda quoque ſignificatio *dormiendi*, quemadmodum idem verbum αὔειν, hac ratione quoque, *dormiendi* notionem accepit. Id enim ſimplicitati linguae magis convenit eo, quod ſupra diximus in Αὔειν.

Ἰάχω *vociferor, clamo.* Proprie notat *clamorem inconditum edo*, et haud dubie ortum est a *ſono*, nec multum differt natura ſua ab Ἠχῶ.

Ἴβδης *clavus in fundo navis, quo educto effluat aqua.* Neſcio, an ſit repetenda vox a verbo δέω vel δάω, praefixo ι: ut ſit dictum quaſi a *ſugendo.* Vide ſupra ad vicinum verbum, Ἰάλλω.

Ἴδιος *peculiaris, ſpecialis.* Verba ἴδω et εἴδω eadem proprie ſunt, ac ſpeciatim notant *videre.* Inde εἶδος et nomen ἰδέα *ſpecies.* Pro εἶδος etiam dictum ἴδος, unde noſtrum ἴδιος et ἰδικὸς, cujus loco quoque εἰδικὸς di-

dicitur. Proprie adeoque notant *specialem*. Inde porro ἴδιος designavit *privum*, *proprium*, *privatum*: unde reliquae notiones oriuntur.

Ἰδνόω *incurvo*, *inflecto*. Dicitur pro ἰνόω, inserto δ, ut aliquando fit, ante ν. Verbum autem ἰνόω, superstes apud Grammaticos, ortum est a nomine ἶνος, unde Latinum *ina*. [Plur. *inae*, *inarum*. Vide *Salmasii* Exercit. Plin. p. 278. a. D. E. S.] Ἶνος autem ab ἴς est. Graece nempe ἶνες dicuntur eximie *fibrillae* corporis animalis, et inde *nervi* corporis, quibus *vires* et *robur* contineri credebantur. Origo autem verbum est ἴω *moveo*. Sic igitur a nomine ἶνος formatum ἰνόω, et, ejus loco pronuntiatum, ἰδνόω proprie significat *nervis contractis* vel *motis corpus incurvare*: quemadmodum fieri solet in variis morbis, vel quando quis lethali vulnere percussus, animam efflat. Hoc autem sensu verbum ἰδνωθῆναι, ab interpretibus non intellectum, accipiendum esse apud veteres poëtas, ipsa vocis natura et locorum, ubi occurrit, sententia abunde declarat.

Ἶδος *sudor*. Ortum est proxime ab ἴδω, quod idem atque ὕδω, id est *fluo* vel *pluo*, *stillas* vel *guttas emitto*. Oriuntur autem haec ab ἴω et ὕω, de quibus postea dicetur. Inde autem nostrum ἶδος, et Lat. *sudor* (quod a Graeco ὗδος) nomen acceperunt.

Ἱδρύω *sedere facio*. A verbo ἴω, *mitto*, ortum ἴδω, et ἵζω, ut ab ἕω, ἕδω et ἕζω, unde ἕδος *sedes*. Similiter ab ἴδω, ἶδος, et inde ἵδρος, ut ab ἕδος, ἕδρος, unde usitatum ἕδρα *sedes*. Ab isto ἵδρος autem est ἱδρύω, quasi *in sede colloco* adeoque *sedere facio*. [*Constituo* in re sacra, pro *colloco*, et *dedico* statuam. T. H.]

Ἱέραξ *accipiter*. Haud dubie ortum est a nomine ἱερὸς *sacer*. Caussa nominis forte repetenda est ab *auspiciis*, in quibus harum avium ratio habebatur. [*Etymologus* παρὰ τὸ ἵεσθαι, ἤγουν φέρεσθαι &c. repetit. Terminatio in αξ videtur esse *servilis*, ut in Graecis bene multis, et Latinis quoque *rapax*, *sternax* &c. E. S.]

Ἱερὸς

Ἱερὸς *facer*. Nescio, an ortum sit ab ἵω, vel ἵεω *mitto*: ut ita proprie dicta fuerint, cum alia animalia, tum in primis diis dicata; similiter ut eadem dicta fuerunt ἄφετα et ἄνετα a verbis ἀφίημι et ἀνίημι, quasi Latine dicas *in libertatem missa* vel *remissa*. Ita certe ἱερὸς βοῦς dicitur, qui alias ἀφετὸς *facer*. Sic itaque ἱερὸς nomen a *mittendo* vel *remittendo* accepit. [Vox ἱερὸς, ut analogiae lex ostendit, oritur ex ἵω, ἵεω *mitto*. Quod enim, profanis usibus segregatum, *sacratur*, recte dixeris ἵεσθαι τῷ θεῷ *deo mitti*, eique velut *proprium addici*. Quae ratio liquidius etiam firmatur a verbo composito ἀνίεναι, ἀνίεσθαι, nonnunquam et ἀφίεναι. Unde *greges* ἀφετοὶ *qui diis consecrati libero pastu vagantur*: eadem potestas non raro cernitur in verbo πέμπειν. T. H.]

Ἰεῦ *Hui*. Vox facta a sono subsannantis.

Ἵζω *sedere facio*. Convenit cum ἕζω, estque ortum ab ἵω. Vide ad verbum ἱδρύω. Alio loco vir clarissimus: „ Varia apud Graecos sunt verba, origine vicina, quibus *sedendi* notio adest; ut ἕζομαι, καθέζομαι, ἵζομαι, καθίζω, ἧμαι et κάθημαι, quibus omnibus stirps et origo communis est. Verba, nempe, ἕω et ἵω, quae forma tantum diversa, communem notionem habent *mittendi*. Inde verbum ἕω habet Perfectum Pass. ἧμαι, cum adjuncta significatione *demissus sum*: unde porro idem valuit, quod *sedeo*. Eadem ratio est compositi κάθημαι. Praepositio enim κατὰ, in multis compositis, *motum* notat, qui fiat *deorsum*. Praeterea ab ἕω est ἕζω, pp. notans *mitto* aliquem *ad sedendum*, vel *sedere facio*. Medium itaque ἕζομαι notat *memet ipse sedere facio*, adeoque *sedeo*. Similis ratio compositi καθέζομαι. Quum enim ἵω cum verbo ἕω conveniat, facile apparet, ἵζω quoque et ἵζομαι convenire cum verbis ἕζω et ἕζομαι. Porro ab ἵζω compositum καθίζω pp. quidem Activam vim habet *collocandi*, ut in consuetudine loquendi Atticorum quoque cernitur. Idem tamen, significatione neutra *sedendi*, proprium est communis dialecti scriptoribus. Utroque sensu posuerunt interpretes Vet. Test. Alexandrini

&c. [Vide & *A. Schultens* Comm. in Prov. Salomonis, p. 130.]

Ἰὴ *Jo.* Vox facta a fono acclamantis.

Ἴθυμβοι *faltatores ridicularii* vel genus *faltationis ridiculae.* Nefcio, an repetendum fit a verbo θύω *cum impetu feror.* [Uti κόρυμβος dixere pro κόρυβος, ducto a voce κόρυς (de quo vide infra fuo loco) fic noftrum Ἴθυμβος magis analogice repeti posfe videtur ab ἰθὺς *rectus, directus.* Quam derivationem magis adhuc commendabit locus *Euftathii*, laudatus ab *Alberti*, ad Hefychium, in hac voce. E. S.]

Ἰθὺς *rectus.* Ejusdem generis funt nomina ἰθὺς, εὐθὺς et εὖς: pp. autem notant quafi *in longum porrectum, promisfum;* et oriuntur ab ἕω et ἴω *mitto.* Inde notionem acceperunt *rectitudinis:* atque hinc ad alia transierunt.

Ἱκανὸς *idoneus, aptus.* Ortum ab ἵκω *venio:* de quo fuo loco. ἱκανὸς ergo dicitur, quafi, *qui convenit, fufficit, aptus est.* [Ita v. gr. in *Luciani* Νέκρ. 10: 9. ὁ πέλεκυς ἱκανὸς, quafi Belgice dixeris *die bijl* KAN WEL GAAN, *is gefchikt genoeg.* E. S.]

Ἱκέτης *fupplex.* Proxime oritur ab ἱκέω, quod ab ἵκω *venio, advenio, accedo.* Inde ἱκέτης pp. *qui accedit* fupplicandi gratia.

Ἰκμὰς *vapor.* Ab ἵκω *venio.* Forte nomen habet a *motu* vaporis *ruentis.* [Belgice: *waasfem*, die zich *opgeeft.* Vide locum Iliad. P, 392. E. S.]

Ἱκνέομαι *venio.* Ortum est ab ἱκνέω, quod ab ἵκω *venio.* Transfertur quoque ad *fupplicandi* notionem, perinde atque ἱκέτης.

Ἴκρίον *tabulatum.* Haud dubie hoc quoque est ab ἵκω *venio, tendo.* [*Etymologus:* Ἰκρία πάντα τὰ ἁπλῶς μετέωρα ἰκρία λέγεται, διὰ τὸ εἰς ὕψος ἥκειν. Nempe ab ἵκω *tendo* factum ἴκος pp. notat *quod recta tendit*, five *furgit.* Unde ἴκρος, ἴκριος: et apud *Hefychium* Ἰκρία. τὰ ὀρθὰ ξύλα. Conf. *Salmaf.* de Modo Ufur. p. 660. et *Valck.* ad Herod. L. IV, p. 320. E. S.]

Ἴκτερος *morbus regius.* Ortum est ab ἵκω *venio, obvenio.* Inde ἴκταρ Adverbialiter folet poni pro *prope* vel

vel *fubito.* Huic vicinum ἴκτιρ peperit ἴκτερος, quafi dicas *fubito adveniens*, vel *occupans* fcilicet *morbus.* [Unde Hippocrati vocatur ἴκτερος ὁ ὀξὺς *acutus* et *cito interimens.* Vide *Foëfium* in Oeconomia. E. S.]

Ἰκτῖν *milvus.* Haec et fequens vox ἰκτὶς (notans *muftelam filveftrem*) oriuntur haud dubie ab ἴκω. [Ab *impetu*, nempe, quo fertur. Conf. in ἴκτερος. Est nomen formae ἔκτιν, ῖνος, adeoque ductum a tertia perfona Praeteriti Perfecti Pasfivi verbi ἴκω. E. S.]

Ἴκω *venio.* Ortum a fimpliciori ἴω *eo*, vel *mitto*, vel *jacio.*

Ἰλάω *propitius fum.* Non multum videtur differre a verbo ἐλεέω, quod, ut fupra vidimus, de *mifericordia* pofitum, ortum est ab ἔλω *volvo*, *volvendo moveo.* Cum ἔλω autem convenit ἴλω, unde ἰλάω. Videtur itaque proprie notare *commotus fum* atque inde *propitius fum.* [Ἰλᾶν et ἰλᾶσθαι antiquitus notabat *hilarem reddere*, id est *propitium*, unde porro ἱλάσκειν *propitiare* pp. *laetos reddere* et *propitios.* T. H.] [Inde et ἱλάσκω pp. *hilaritate perfundo*, *hilarem reddo.* In Medio ἱλάσκομαι *propitium*, pp. hilarem, *mihi reddo Deum* &c. E. S.]

Ἰλιὰς *Ilias.* Dicitur ab Ἴλιον *Ilium*, nomine proprio urbis. Inde autem *Homeri* ILIAS dicitur. A *calamitatibus* vero, quae in Homeri *Iliade* commemorantur, proverbiali formula dicitur Ἰλιὰς κακῶν, pro *calamitatum magna copia.*

[Ἴλιγγος *vertigo oculorum*, five *capitis*, ex *profpectu ab alto ad inferna*, *nimia rotatione* &c. orta. Stirps haud dubie est ἴλω, cognata aliis ἔλω, ὄλω, ἅλω: de quibus ad vocem fequentem Ἴλλος. Hinc εἴλω, εἰλέω, five ἴλω, ἰλέω &c. Unde promifcue εἴλιγγος et ἴλιγγος, *gyrus*, *vortex*, εἰλιγγιᾷν et ἰλιγγιᾷν id est στροβεῖσθαι, περιφέρεσθαι. Vide *A. Schultens*, Comment. ad Proverb. Salom. p. 236. *Moeridem* Attic. p. 196. et ibi *Pierfonum*, ac cel. *Lennep.* ad Phalarid. Epift. p. 35. 36. E. S.]

Ἴλλος *oculus.* Ortum est a verbo ἴλλω, quod idem atque ἴλω, et hoc convenit cum verbo εἰλεῖν, quod ab

ab εἴλω repetendum est, et notionem habet *volvendi*, *convolvendi*, *torquendi*. Eximie autem *oculus* sic dicitur a *volubilitate*, vel etiam a *torquendo* oculos: ἰλλὸς eximie *strabonem* notat. [Vide omnino de verbis Ἴλω, ἴλλω, εἴλω &c. quae habent *T. Hemst.* apud *Ruhnk.* in Tim. Lex. p. 52. 53. *Valcken.* Adnot. ad Theocr. Adon. p. 247. 248. E. S.]

Ἰλὺς *limus*. Est ab ἴλω, de quo modo dictum. Videtur dici a *volvendo*. [Conferatur et ἰλυσπᾶσθαι *provolvi*, quod eleganter de *sue*, *in coeno se volvente*, in Cratetis Adagio, laud. *Bocharto*, Hieroz. P. I, p. 705. E. S.]

Ἷμα *vestimentum*. Triplex olim Substantivum videtur fuisse εἷμα, ἷμα, et ἧμα, pronuntiatione tantum, leviter diversum. Oriuntur haec tria a verbis cognatis ἕω et ἵω *mitto*. Differt autem in usu εἷμα et ἧμα: quum ἧμα eximie significet *jaculum*, εἷμα vero et ἷμα *vestimentum*. Utrumque a *mittendo*. Nempe ἕω, a generali notione *mittendi*, eximie eam accepit *vestimenta immittendi*, adeoque *induendi*.

Ἱμὰς *lorum*, *funiculus*. Ortum est ab ἵω *mitto*, *emitto*. Unde derivata transferuntur eximie ad *vestimenta*, aliaque, quae corpori *injiciuntur*, sive *tegendi* sive *obstringendi obligandi*que caussa. Inde igitur ἱμὰς *lorum*, quod *corpori injicitur*, vel *vinculum*, quo idem *constringitur*: unde varios usus habet. [Ab ἵω *mitto*, *emitto*, *demitto*, ἱμὰς forte simpliciter vocatur *instrumentum*, *quo quid emittatur*, vel *demittatur*: unde pp. *lorum* notat, porro *habenam equi*, *funem nauticum* &c. Vide *H. Stephani* Thes. T. I, c. 1695. 1696. Ab ἱμὰς est Dativus ἱμάντι, et inde *Diminutivum* ἱμάντιον, ut ab ἷμα *vestimentum* (quod et εἷμα) derivandum est ἱμάτιον, quod etiam εἱμάτιον. E. S.]

Ἱμείρω *desidero*. Oritur ab ἱμὰς (quo proprie denotatur *id quod injectum ligat*) nomen ἵμερος, eximie designans *desiderium*, quo quis *trahatur* tanquam *vinculo amabili*. Hinc porro est verbum nostrum ἱμείρω *desidero*. De nomine ἱμὰς dictum est superius. [Ἵμερος cu-

cupiditas est ab ἵμος, quod a Praeterito Perf. Pass. verbi ἵημι, vel ἵεω: unde Futurum ἥσω, Perfect. εἷκα, Perf. Pass. εἷμαι. Sed quae deducuntur ab isto praeterito perfecto, habent ι. Est autem ἵεσθαι pp. *mittere se*, sive ἐφίεσθαι *mittere se ad* aliquam rem, id est, *concupiscere*. T. H.]

Ἶν *mensurae nomen*. Proprie idem est, quod ἴς, [in Genitivo ἰνός, Latine] *vis*, quod ortum ab ἴω *mitto*. Inde ἴς *fibram*, atque hinc porro *vim*, quae *fibris continetur*, designat. Idem autem nomen componendum forte est cum εἷς, vel ἓν *unum*: atque sic forte ab *unitate* ad *mensuram* translatum fuit: quemadmodum factum videmus in Latinorum AS, ASSIS. [Vocem ἶν memorat *Eustathius*, ad Il. Χ, p. 1282: 5. et Od. Ξ, p. 1753: 7. tanquam μέτρου τι, οὕτω καλούμενον, ὅθεν ἡ μίνα τὸ ἥμισυ τοῦ ἶν. Sed videtur vox esse originis orientalis, nempe Hebr. הִין. Est autem εἷς *unus* manifesto contractum ex ἕεις, Participio verbi ἕεμι, contracte εἶμι, *sum*, *existo*. E. S.]

Ἵνα pp. Adverbium *loci* est, notans *quo*. Unde reliquae notiones, huic voci adsignatae, repetendae sunt. Origo haud dubie est ἴω *mitto*, vel *eo*.

[Ἴνδαλμα *simulacrum*. Ducta vox est a prima Perf. Pass. ἴνδαλμαι, verbi ἰνδάλλω, quod auctum est ex ἰνδάω, ἰνδάλω. Veteres enim non duplicabant literas. Sic ψάλω prius dictum est, quam ψάλλω, et ἄλος prius, quam ἄλλος. Ἰνδάω autem est ab antiquo ἴνδω, quod ab ἴδω. Ab ἴδω, praeposito digammate Aeolico, est Latin. VIDO, VIDEO. Dixerunt non tantum ἴδω, sed etiam εἴδω, ἰδέω, εἰδέω, quod plane convenit cum Lat. *specio*. A *specio* est *species*. Ergo ἴνδαλμα nihil aliud est, quam SPECIES, ut Latine dicitur *species Apollinis*, id est, *simulacrum Apollinis*, et Graece ἰνδάλματα τοῦ νοῦ *ideae mentis* i. e. *species cogitandi*. Est quoque ἰδέα pari modo ab ἴδω, ἰδέω. T. H.]

Ἰνέω ortum est ab ἴς vel ἶν, de quo dictum supra. Ab *inarum* autem vel *fibrillarum motu* vel *evacuatione*, eximie, Medici hanc vocem transtulerunt ad notionem *purgandi*, vel *purgatione evacuandi*, corpus.

Aliam notionem, huic verbo adſignatam, vide ſupra ad verbum Ἰδνόω.

Ἶνος Graece *equuleus*, qui alias ὗννος. Vide infra ſuo loco, et *Bochart*. Hieroz. P. I, p. 232. 233. E. S.]

Ἶξ *vermiculus vites adedens*. Ortum videtur ab ἴχω, quod idem atque ἔχω. [Vide vocem ſequentem.]

Ἰξὸς *viſcum*. Oritur ab ἴχω, quod vicinum verbo ἔχω. Haud dubie notionem accepit a *continendo*, *haerendo*, quae est verbi ἔχεσθαι notio.

Ἰξὺς *lumbus*. Eadem hujus, quae antecedentis, vocis origo eſt, et a *continendo* haud dubie dicitur. [Pleniſſime de hac voce egit *Bochartus*, Hieroz. P. I, p. 507. 508. E. S.]

Ἴονθος *lanugo*. Origine vicina videntur ἴουλος, ἄνθος et ἔνθος. De poſtremo (ἄνθος *flos*) dictum ſupra: quocum forte, ratione ſignificationis, etiam componi noſtrum debet.

Ἰὸς *misſile*. Ductum ab ἴω *mitto*. [Ab ἴω ſive ἵημι, verbo veteri, pro quo poſtea uſurparunt ἵω, ἱέω, ἵημι *mitto*. Olim uſus adſpirationis promiscuus erat. T. H.]

Ἰοὺ *heu*. Factum a *ſono dolentis*.

Ἰπνὸς *Latrina*. De hac voce legendi T. H. ad *Ariſtoph*. Plut. vs. 816. p. 278; et *Toupius*, Emend. in Suid. P. II, p. 36. 37., cujus ſententia ſi omnino vera ſit, ſignificationem *latrinae* ab ἴπω *premo* commodisſime repetas: ut ἰπνὸς pp. ſit *locus*, ubi alvus *premendo* deponatur. E. S.]

Ἵππος *equus*. Dici videtur a *celeritate curſus*, ortumque ab ἴπω, unde ſequens ἵπταμαι *volo*.

Ἵπταμαι *volo*. Origo eſt ἴπω, quod componendum cum formis vicinis πίω, πιέω, *premo*, *premendo moveo*. A πίω ortum πέτω, et Medium πέτομαι, eximie *volandi* notionem accepit. Ab ἴπω eſt ἵπτω, [ἱπτάω, ἵπταμι,] et hujus Medium ἵπταμαι, quod ſimiliter translatum eſt ad *volandi* notionem. [Verbo ἵπταμαι tribuitur Futurum πτήσομαι: id quod magnam ſuſpicio-

cionem praebet, ipsum quoque ἵπταμαι, praefixo ι cum *spiritu aspero*, dictum esse pro πτάμαι ex πέταμαι, forma vicina alteri πέτομαι. Quum autem πετάω pp. sit *pando*, *explico*, πέταμαι, sive plenius πετάομαι, vi formae Mediae, fuerit *expando me*, vel *alas meas*, ad volandum, atque adeo *volo*. E. S.] [A πτάω, πτέω, sunt πτῆμι, ἵπτημι. T. H.]

Ἴπτω *nocco*. Stirpem eandem habet ac praecedens verbum, et forte a *premendo* accepit notionem *nocendi*. [Ἴπτεσθαι opponitur alteri verbo τιμᾷν Il. A, 454. &c. Est autem ἴπτω, ex ἴπω vel εἴπω, *premo*, *comprimo*: unde ἶπος vel εἶπος *muscipula*, qua mures *capti premuntur*, et ἴπτεσθαι *premendo laedere*. Pro ἴπτω etiam legitur ἴσσω, quemadmodum pro πέπτω, πέσσω; pro ὄπτω, ὄσσω. Ex dialecto Aeolica ἴσσειν τινα, *laedere aliquem* re vel dictis. T. H.] [Conferantur quae dedit vir summus ad *Aristoph.* Plut. Schol. p. 278—280. E. S.]

Ἶρις *arcus coelestis*. Videtur dici a *nectendo*. Ortum certe est ab ἴρω, quod idem atque ἔρω vel εἴρω *necto*.

Ἶρος *Irus*. Nomen proprium mendici apud Homerum. Forte ortum est ab ἴρω, quod, ut vicinum ἐρέω, significare potuit *rogare*. Ut adeo Ἶρος idem fere sit, quod προσαίτης, vel ἐπαίτης, *mendicus*. [Aramaei *mendicum* vocant סוחר, quasi *circuitorem* a סְחַר, *circumivit*. An eadem ratione Ἶρος pp. is est, *qui in orbem eat*, *stipem colligens*? Forma vocis Passiva, vel Media, in ος, hanc significationis caussam nonnihil commendat. Conf. vocem εἶρος, et quae dedit auctor in Ἶρις. E. S.]

Ἶς *fibra*. De hoc jam dictum ad Ἴν. Proxime autem huic voci respondet Latinorum INA: unde porro *fibram* notat, dein *nervum*. Hinc (etiam ἴς, Lat.) VIS, sive *robur*, eo designatur. Ortum est ab ἴω. [Conf. *D'Arnaud* Animadv. ad Callim. p. 82. 83. et ἶνας πτερύγων apud *Aristoph.* in Pace vs. 85. cum prolatis superius ad vocem Ἴν. E. S.]

Ἵσημι *scio*. Componendum est cum εἴδω vel ἴδω *video*, quae, etsi ratione *originis* componi possunt cum verbo ἵζω *sedeo*, ratione tamen *significationis*, rectius fortasse componentur cum verbo vicinae originis ἀΐω. Hoc enim ortum est ab ἄω. Ut nostrum primam stirpem habeat ἴω. Quemadmodum autem ἀΐω a notione *sentiendi* transiit ad eam *intelligendi*, ita derivata ab ἴω (ut nostrum ἴσημι) a *sentiendo* translata videntur ad notionem *sciendi*.

Ἰσθμὸς *Isthmus*. A verbo ἴω *vado*, *eo*, est verbum ἴσθω, quemadmodum ab ἔω, ἔσθω. Ab ἴσθω igitur nostrum ἰσθμὸς pp. notat *transitum*: atque inde eximie ἰσθμὸς dicitur *terra angusta*, utrimque *mari* inclusa, per quam ex una regione *transeas* in aliam. [Ἰσθμὸν Graeci vocant quodvis *angustum* et *arctatum iter*, per quod aliquid *trajicitur*: unde et *guttur* cibum *transmittens* ἰσθμὸς νέατος *Nicandro* in Alexiph. vs. 80. et Schol. vs. 505. partesque vicinae παρίσθμια *Poll.* L. II. Segm. 98. et *Hesych.* in voce. *Homerus* etiam *monile* collo circumdatum ἴσθμιον appellat, Od. Σ, 299. ubi vide scholia. *Strabo* saepius *breviter contractas* terrae partes, quibus duo maria *dividuntur*, ἰσθμοὺς vocat. Vide Schol. Apollon. Rhod. ad L. I, 938. Sed usus evicit, ut de *Corinthiacis faucibus angustis* proprie poneretur. T. H.]

Ἴσος *similis*, *aequalis*. Vidimus supra, quemadmodum, in nomine εἰκὸς et verbo εἰκῶ, a *veniendo*, *accedendo*que, significatio transierit ad *similitudinem* et *convenientiam* denotandam. Non dissimilis ratio est nostri ἴσος, quod proxime ortum ab ἴω et in origine convenientiam habet cum εἴκω, et verbo ἐΐσκω. [Conf. *Salmas.* de Trapez. Foen. p. 282—284. *Valcken.* ad Eurip. Phoen. vs. 541. et *Lennep.* ad Phalar. Epist. p. 294. E. S.]

Ἵστημι *statuo*: Non male quidem refertur ad verbum στάω, quod est Latinum STO [pro *stao*, Gr. σάω, σῶ.] Illud autem στάω repetendum est a τάω, quod proprie idem ac τέω, unde τείνω *tendo*. Sic ἵστημι pp. est,

est, quasi, *tendendo in altum statuo* vel *erigo*: quae maxime huic verbo propria potestas est. Inde porro profectae notiones *collocandi*, *sistendi*, *inhibendi*, nec non *ponderandi* et aliae. [Itaque ἵςαμαι, in *Medio*, pp. est *colloco me*. Qua in voce litera *jota* ab initio praefixa est, ut in ἵπταμαι: de quo vide dicta superius. E. S.] Quae in *primo* sunt *robore* ac *vigore*, et *nondum ad senectutem* aut *finem vergunt*, a Graecis dicuntur ἵςαςθαι. Hinc καθεςὼς *firmus*, *florens*, et χρόνος ἱςαμένος. Contra φθίνειν et ἀπιέναι ad ea pertinent, quae *statu deflorescente*, superatoque jam *medio clivo*, *intereunt* atque *emoriuntur*. T. H.] [Vide cel. *Ruhnkenium* ad Timaei Lex. p. 168. 169. Caeterum de verbo ἱςᾶν pp. *constituere* lances, sive *aequato examine lances sustinere* (ut nos dicimus *de schaal, of de balans, stellen*) adi *Valcken.* Diatr. ad Fragm. Dramat. veterum p. 288. E. S.]

Ἱςὸς *malum navis*. Repetunt vulgo a ςῆσαι, quod ab ἵςημι, vel ςάω oritur: vera tamen ratio haec est. A verbo ἴω *moveo*, uti alia derivata, quaedam oriuntur, cum adjecta notione *movendi* vel *promovendi* in *longum* et quasi *rectitudinem*, ita nostrum ἱςὸς pp. nihil aliud est, quam *missus*, atque adeo *protensus in longum* vel *rectus*, *erectus*. Est enim haud dubie derivatum a *tertia persona* Praeteriti Perf. Passivi ἴςαι, quod non potest oriri nisi ab ἴω, unde quoque repetendum est Adjectivum ἰθὺς, quod idem valet ac vicinum εὐθὺς *rectus*. Jam autem, ut verba ἴω, ἔω, et similia, proprie inter se conveniunt, sic quoque, in origine, ab ipso verbo ἵςημι non multum differt ἴω. Nempe conveniunt fere inter se tanquam formae vicinae verborum ἴω, ἴθω, ἴσθω, ἱςάω, ςάω, et similes: ut mirum non sit, in derivatis horum verborum tantam saepe convenientiam conspici. Caeterum, ut ab *erigendo* eximie nostrum ἱςὸς pro *malo* navis ponitur, ita, a *motu* translatum ad *artem textoriam*, COLUM quoque notat. [Simplicius forte dixeris, ἱςὸς, vi formae suae, esse *tensus*, *protensus*, recta *collocatus*. Inde autem, per ellipsin nominis Substantivi, eximie

mic ita vocari *malum* navis *erectum*, *colum* erectum &c. Conf. *Valck.* Adnot. ad Theocr. Adon. p. 334. 335. E. S.]

Ἴϛωρ *sciens.* Et hoc est proxime ab ἴϛαι, tertia sing. Praeteriti Perfecti Pasf. verbi ἴω: cujus significatio componenda est cum ea verbi derivati ἴσημι *scio*, *cognosco*: de quo dictum jam supra. Ἴϛωρ itaque est pp. *cognitor*, quasi, vel *qui sciat.* Inde modo sic dicitur *judex* vel *arbiter*, qui caussam *cognoscat*, modo *testis*, qui eam sciat.

Ἰσχὰς *carica*, *ficus arida.* [Sic dicta est, quod firmissime adhaereat arbori. Ἴσχειν enim notat *adhaerere.* Hinc ἰσχὰς *firmissime adhaerens.* Haec ratio est, cur ἰσχὰς, a Doribus, etiam fuerit positum pro *anchora*, quae, ad fundum demissa, *haereat* valde *firmiter.* Comparentur, quae dedit *Salmasius*, Exercit. Plin. p. 658. 659. E. S.]

Ἴσχις *lumbus.* Componendum est cum ἰξὺς, de quo supra. Oritur autem a vicino ἴσχω *contineo.* Sunt forma tantum diversa ἴσχω, ἴχω, ἔχω, ἔσχω, σχέω, σχημὶ, et similia.

Ἰσχνὸς *macer*, *gracilis.* Ortum est ab ἴσχω *contineo.* Nempe *res exsiccatae* atque ita *condensatae*, ut vehementius cohaerent, ita quoque *attenuantur*: ex quo facile intelligitur, quemadmodum ἰσχνὸς a *continendo* vel *cohaerendo* transierit ad designandas *res graciles*, *tenues*, *siccas*que. De oratione autem positum idem est, quod apud Latinos *sicca* vel *tenuis* oratio, quae a *Cicerone* in laude ponitur.

Ἰσχὺς *robur*, *vires.* Similis fere ratio translationis in hoc nomine est, quae in antecedente. Ortum, nempe, e verbo ἴσχω, a *continendo*, *haerendo*que transiit ad *siccitatem* et *soliditatem*, adeoque *sanitatem* carnis. Inde ad *vires corporis* translatum est: unde porro varie transfertur.

Ἴτης *temerarius.* Est haud dubie ab ἴω *mitto*, vel *eo*, *feror*: unde translatum videtur ad eum, qui *temere rem aggrediatur.*

Ἴτυς *ora* dicitur in *extremo ambitu* rotae. Nomen haud

haud dubie accepit ab *eundo*, *circumeundo*que. Ortum, nempe, a verbo ἴω. [Ἴτυς hinc eximie dicitur *ambitus* clypei: non *umbo* clypei, uti observavit cel. *Wesseling*. ad Herodot. L. VII, p. 546. n. 51. E. S.]

[Ἴυγξ *Illecebrae*, *desiderium*: *motacilla* sive *mottacilla avis*. Vide *Salmas*. Exerc. Plin. p. 622. Fortasse est ab ἰύω JUGO, *jungo*, E. S.]

Ἶφι *valde*. Proprie videtur esse neutrum a Masc. ἶφις, quod, idem ac derivatum ἴφιος, haud dubie repetendum est a verbo ἴπω vel ἴπτω *premo*: de quo dictum supra. Unde nostrum ἶφι, Adverbialiter positum, non male redditur *valde*. Solet enim in primis, in compositis, significationem *intendere*. [Antiqua vox Graeca erat ἶφις, unde in Dativo casu ἶφι, quod Adverbialiter adhibetur, notatque vel *fortiter*, vel *vi*. Sic ἶφι τινα δαμάσσειν *vi aliquem domare*. Hine ἴφιμος, et, ex Aeolica Dialecto, interserto θ, ἴφθιμος, quod ad *formae praestantiam* refertur, et exponitur *formosus*, *forma* et *pulchritudine praestans*, *egregius* &c. T. H.]

Ἰχθὺς *piscis*. Proxime oritur ab ἴχθω, quod ortum ab ἴχω *contineo*: de quo dictum supra. Eximie sic dici *piscis* videtur a *continendo*, ob *viscosam* ejus naturam.

Ἴχνος *vestigium*. Ab ἴχω *contineo*. Unde ad *vestigium* significandum translatum est, simili fere ratione, ut Latini dicunt *vestigia* vel *gressus firmare*.

Ἰχὼρ *sanies*, vel *sanguis nondum praeparatus*, sive *crudus*: qualis quoque, sanguinis loco, diis tribuebatur ab Homero. Dicitur autem hoc quoque a *viscositate*; ortum, nempe, ab ἴχω.

Ἰὼ *Jo*, factum a sono dolentis.

Ἰωγὴ *tegmen*. Forte est ab ἰάγω vel ἰάκω, et hoc ab ἴω: ut διώκω, a δίω. Convenit cum ἰαυθμὸς, quod ab ἰαύω. Et hoc ad ἴω referendum. Significatione autem fere idem est, quod dictum ἰαυθμὸς et verbum ἰαύω. Eximie inde ἰωγὴ *locus* est, in quo diverseris, *tectus* a *vento frigido*: a qua notione reliqui usus repetendi sunt.

Ἰωὴ

Ἰαή *vox*. Ortum haud dubie est a *sono*, variis modis *edito*; unde modo *flatum* notat, quando componendum proxime est cum verbis ἴω, ἔω, ἄω: de quibus suis locis. Proprie magis *clamorem inconditum* vociferantis notat. A verbis autem, supra memoratis, repetitum idem significare potuit quoque *fumum* aut *splendorem*.

Ἴων *Jon*. Est nomen proprium. Praeterquam enim quod *Xythi filius*, in antiquissima historia, hoc nomine dicitur, JONES quoque dicti fuerunt Graeci: in primis ii, qui in Asiam minorem et Atticam, duce Neleo, fuere deducti. Ipsa vox tamen ex Oriente videtur repetenda, Hebr. יָוָן. [JAVANEM (יָוָן) filium *Japhethi*, Genes. X. 2. memoratum, antiquissimum *Jonem* esse, unde et originem et nomen primi duxerint *Jones* Asiatici, multo verisimillimum apparet. Si יָוָן, *Javan*, vel veteri more, vel lenita per dialectum pronuntiatione legas, ipsum est Ἴων &c. T. H. in Antiquit. Graecis MSS. P. I, Cap. I. p. m. 92—101. Conf. et *Gatakeri* Advers. Post. Cap. 35. E. S.]





K.

Καβάλλης *equus clitellarius.* Proprie vox ſcribenda est, per duplex β, καββάλης vel καββάλλης. Est enim haud dubie pro καταβάλλης, vel καταβάλης, a verbo καββάλλω, quod Doricum pro καταβάλλω. Dicitur autem *equus clitellarius* ſic, haud dubie, a *dejiciendo*, ſimili fere ratione, ut, apud Latinos, *clitellae* et *clitellarius* dicuntur a verbo CLINO, cui fere reſpondet Graec. καταβάλλεσθαι.

Κάβος *menſurae genus.* Haud dubie ortum est a κάω, quod ſuperſtes est apud Latinos in verbo *cavo*, *cavare:* hoc enim ortum ex Aeolico κάϝω, quod vulgato κάω reſpondet. A Latino *cavo* est *cavus*, quod est noſtrum κάβος. Est enim literae β eadem fere inter *vocales* natura, quae Digammatis Aeolici: ut in multis vocabulis Laconicis cernitur. Dicitur autem κάβος (unde multa vaſa nomen acceperunt) vel a *capiendi* notione, quae ipſa tamen profecta est ab ea *cavandi.* Verbum enim Latinum *capio*, et Graecum κάπτω, orta a ſimpliciori κάπω, referenda ſunt ad noſtrum κάω. [Vide infra in κάδος et *Salmaſ.* de καβάτορες *cavatores.* Exerc. Plin. p. 33. 138. 736. 775. E. S.]

Καγχάζω *cachinnor.* Factum est a ſono *effuſe ridentium.*

Καγχαίνω *calefacio*, *arefacio.* Factum est per reduplicationem, inſerta ſimul litera ν, a verbo χαίνω, quod idem ac Jonicum καίνω. Oriuntur, nempe, haec a χάω, quod a χάω, cui vicinum κάω· unde uſitatum καίω *uro*, *incendo*; de quo ſuo loco dictum est. Inde,

de, prona translatione, verbum nostrum translatum est ad *calefaciendi*, *arefaciendi*que notionem. [Nescio an proprior derivatio fuerit a χαίνω *hisco*, ut καγχαίνω pp. sit *hiscere facio* prae ariditate nimia, Belgice *doen splijten of bersten wegens al te groote droogte*. Haec certe metaphora notissima est in Hebr. קיץ. E. S.]

Κάδος *cadus*, *vas vinarium*. Ortum a κάω eandem significationis rationem habet quam vox κάβος, de qua dictum supra.

Κάζω *orno*, *exorno*. Ortum est a verbo κάω, quod aeque ac κέω, κόω, et reliqua vicina, eximie notat *motum pono*, vel *dispono*. A *disponendo* nostrum κάζω transiit ad significandum *ornatum* quemcumque *exquisitiorem*, similiter ut, a vicino verbo κόω ortum, κόμη eximie usurpatum fuit de *crinibus concinno* ordine *dispositis* et *comtis*. Latior autem potestas manifesta est in Latino *comis*. Inde verbum κάζω generatim *ornandi exornandi*que notionem habet.

Καθαίρω *purgo*, *mundo*. Composita vox est ex κατὰ et αἴρω *tollo*: de quo verbo supra dictum. Inde καθαίρω notat *plane tollo*, nempe *sordes* adeoque *purgo*, *mundo*.

Καὶ proprie convenit cum Particulis κε et κεν, vel Dorico κα similibusque. Haud dubie orta sunt a verbis simplicissimis κάω, κέω &c. Antiquissimis temporibus non aliter fuerunt inflexae et declinatae ac Pronomina simplicissima με, σε, orta a Nominativis μὶς vel μὲς vel vicinis formis. De ratione significationis philosophentur, qui volent. [Nihil abstrusius in linguis est, quam sunt origines *particularum orationis*: id quod unusquisque, in vernaculo sermone suo, facile poterit experiri. Vel sic tamen audemus conjicere, Graeca καὶ et κὲ, unde Latinorum QUE, proprie esse casus *Dativos* vel *Ablativos*, vocis obsoletae κὰ, quae orta fuerit a κάω, vel κέω. Κάω autem et κέω idem fuisse putem, quod cognatum ejus ἄκω &c. pp. *pungo*, *compungo*: unde ducta notio *pungendo consuendi*, atque adeo *jungendi*, *conjungendi*. Inde porro καὶ et κὲ, (Latin. QUE) uti alterum Lat. AC et EC (in ECQUIS) ab ἄκω, ἔκω: quin etiam ET, AT, ATQUE. Haec

Haec omnia vi originis suae notaverunt *conjunctionem, copulationem.* Hinc orta significatio particulae *copulativae:* ut manifestum admodum est in Hebr. ו, ex וו *copuli*, nemine contradicente, orta. E. S.]

Καιάδας dicebatur *fovea* apud Lacedaemonios, in quam fontes dejici solebant: qualis quoque Athenis fuit, βάραθρον dicta. Nostrum haud dubie ortum a nomine simpliciori καίας similive forma. Et hoc repetendum a κάω, significante *cavo*, ut supra vidimus.

Καικίας *Caecias.* Ventus ab ortu aestivo flans. Oritur a καίω *uro.*

Καινὸς *novus.* Nescio an componendum sit cum iis, quae dicta sunt ad verbum κάζω: ut καινὸν dicatur quod *recens dispositum sit.* Rectius tamen forte significationem repetas ab *adveniendo*, quae notio quoque est verborum κάω, κίω, similiumque. [Καινὸς pp. videtur esse *fissus, effissus*, vel *efformatus* noviter: unde notio *novi*, ut in Hebr. חדש pp. *fissus*, vel *politus*. et in ברא, quod pp. est *effindere* et hinc *noviter efformare, producere.* Stirps igitur est κάω i. q. ἄκω cognatum alteri κέω *pungo, findo* &c. E. S.]

Καίνω *perimo, occido.* Ortum est haud dubie a verbo κάω et κέω: quibus a *motu*, qui fit *stimulando pungendove*, notio adsignata est *stimulandi, pungendi*: ut manifestum est in verbo κέντω. Inde profecta notio *trucidandi, occidendi*; quasi dicas *compungendo perimere.* [A notione *findendi* in κάω, κέω, est illa *perforandi, trucidandi* &c. Vide et in καινὸς E. S.]

Καιρὸς *occasio, tempus opportunum.* A verbo κάω repetendum nomen κὰρ, quomodo eximie *punctum supremum* alicujus rei vocarunt veteres. Cujus significationis ratio facile apparebit, si componatur verbum vicinum originale ἄκω, et inde ortum nomen ἄκρος. A memorato autem κὰρ nomen καρὸς, et inde καιρὸς, pp. notat, quasi *ad extremum punctum pertinens* vel *in summo versans.* Inde autem sic dicitur eximie *summum tempus*, sive *tempus opportunum.* Unde reliquae notiones maxime repetendae. [Ita v. gr. καιρὸς καρπῶν Matth. XXI, 34. est *tempus colligendis fructibus opportunum*;

καιρὸς σύκων *tempus ficuum colligendarum*, Marc. XI, 13. de quo loco adeantur *Hoogeveen.* Doctr. Partic. et *Toup.* Emend. in Suid. P. II, p. 86. De καιρὸς autem universe *Graevii* Lect. Hesiod. p. 79, 137. E. S.] Quando autem inde ortum καίριος, de *vulnere* positum, redditur *lethalis*, ad propriam notionem, qua καῖρ quidquid *summum* et *praecipuum* est notat, recurrendum est.

Καῖρος *licium.* Proprie vox eadem est, quae antecedens: significatione translata tantum distincta. Forte sic dicuntur *licia*: quod veluti *summa* sunt, unde genus *texturae* dependeat.

Καίω *uro.* Ortum est a simpliciori κάω, cujus notio propria quaerenda est in *motu rei impulsae* et *stimulatae*. Unde ad *urendi* significationem translatum est. Porro a notione *urendi* vel *ardendi* verbum hoc cum aliis quibusdam similibus transfertur ad *animum* ejusque *ardorem* seu *aestum*, ex vehementiori *commotione* ortum, et in *amore* frequens est: quo sensu construitur cum Genitivo personae. Ita καίεσθαί τινος est *ardere* amore *alicujus.* De aliis item animi *commotionibus*, sive ex *admiratione*, sive *gaudio*, sive aliunde ortis, veteribus quoque tritum fuit.

Κακκάβα *perdix.* Videtur sic dici a *sono*, a perdicibus edi solito.

Κακκάβη *olla testacea.* Dicitur pro κακάβη, per reduplicationem, pro κάβη: quod proxime convenit cum κάβος, de quo dictum supra, et a *cavitate* vel *capacitate* nomen habet.

Κακκᾶν *Caccare.* Formatum est ad imitationem puerulorum, vocem κάκκη efferentium. Hoc autem, *merdam* notans, antique pronunciatum est pro κακή, quod nihil aliud videtur, quam *foemininum* vocis κακὸς *malus.*

[Κακκείω. Exponitur vulgo *decumbere cupio.* Ita Κακκείοντες Il. A, 606. &c. apud Scholiast. κατακοιμηθησόμενοι, id est, *dormitum ituri.* Notandus est Grammaticorum error, qui, in terminatione verbi κακκείω, significationem esse voluerunt *desiderandi.* Verum qui-

quidem est, terminationem quorundam verborum in *είω eam virtutem* habere: sed tum derivantur semper a *Futuro primo.* Sic ab ὄψω est ὀψείω, *videndi desiderio teneor*; a γελάω, γελάσω, γελασείω &c. Observandum autem est, *Praesens*, in illo κακκείοντες, poni pro *Futuro*, quod patet ex sequenti ἔβαν. Apud veteres multo familiarius fuit, quam apud recentiores, ut *Praesens* vim haberet *Futuri*: ut in ἔπειμι, εἴσειμι &c. ceterisque compositis ab εἶμι, quae *Futuri* significationem fere habent in *Praesenti.* T. H.]

Κακός *malus.* Opponitur proprie voci ἀγαθός. Ut autem hoc pp. in primis *fortem* et *strenuum* notat, sic contra κακός pp. *ignavum* videtur significasse: ortum nempe a κάω, quod vicinum verbis κίω, κέω, significavit, inter alia, vel *secedere* vel *jacere*; unde facile ad hominis *ignavi* vel *fugitivi* in bello significationem transferri nomen κακὸς potuit. A memorata autem notione varie translatum eximie pro quavis *animi vitiositate* vox posita fuit, quam inde Graeci κακίαν vocant.

Κάκτος *cactus*, sive *spinosa planta.* Proxime ortum est, quasi, a verbo κάπτω, cujus origo κάω. Quod si componamus cum vicino verbo κέω, et inde orto κέντω, facile apparebit translationis ratio. A *stimulando* enim et *pungendo* sic eximie dicta est *planta spinosa.*

Κάλαθος *calathus.* Quamquam proxime repetendum est a nomine καλός, vel verbo καλέω, ratione significationis, tamen in primis spectanda origo est: verbum nempe κάω, a cujus notione *cavandi*, quam supra notavimus, nostrum κάλαθος significationem accepit.

Κάλαμος *calamus*, *arundo.* Haud dubie ortum est a καλέω, et forte dicitur a *cavitate:* ita ut κάω stirps ejus prima sit habenda.

Καλέω *voco.* Ortum est et hoc ab origine κέω *stimulando* vel *pungendo moveo.* Inde est κέλω, ut a vicino κέω est κέλω, unde κέλλω et Lat. CELLO. Καλέω igitur pp. non, nisi forma, differt a κέλλω, vel etiam a simplicioribus verbis κίω et κέω. seu Latinis CIO et CEO: unde Latinum *cesso*, cujus compositum *arcesso*, quod accurate propriam notionem verbi nostri καλέω

 ex-

exprimit. Ab isto autem *ciendi* vel *arcessendi*, vel *citandi* (quod proprie eodem redit) notione, porro latius translatum, *vocandi* notionem quoque accepit. [Duplex olim fuit verbi forma κάλω et κέλω, sono tantum diversa: sicuti βάλω et βέλω, *jacio*, χάω et χέω *hisco*, γάλω et γέλω *revelo*. A κάλω productum nomen καλὸς peperit verbum καλέω: nam plurima verba *trisyllaba* in έω, per constantem analogiam, formantur a nominibus *bisyllabis* in ος, qualia sunt v. c. παθέω, μιμέω, πονέω, ἐλεέω &c. a πάθος, μῖμος, πόνος &c. in quibus et similibus *H. Stephanus*, et *Scapula*, perversa ratione, nomina verbis suis subjecerunt. —— Porro verbum καλέω, vulgari sermone, etiam contractum fuit in κλέω, unde formae κλήσω, κέκληκα, &c. quae a Grammaticis male relatae sunt ad καλέω. A κλέω est Medium κλέομαι, Odyss. N, 299. —— Neque tamen existimandum est, plenas formas, ex καλέω derivatas, κεκάλημαι et similia tempora penitus obliteratas fuisse. Reperitur certe a κέκαληται productum καλήτωρ, tanquam nomen hominis ad concionem vocantis, Il. Ω, 577. et nomen itidem proprium filii *Clytii*, quem Ajax vulneraverat, Il. O, 419. licet contracta forma κλήτωρ saepius obvia sit, Barbare *vocator*. L. C. V.] [Conf. Cl. *Segaar*, ad Luc. V, 32. E. S.]

Κᾶλον *lignum*. Proprie in primis significare videtur *baculum ligneum*, ortum nempe a κάω, adjuncta significatione *celeriter movendi*. A materia autem, ex qua missilia fiebant, porro quodvis *lignum* κᾶλον videtur dictum. [A voce hac κᾶλον, sive forma ei vicina, videtur esse altera καλὸς, pp. Adjectivum, quod tamen et Substantive adhibetur, tam in masc. genere (καλὸς) quam in *neutro* (καλὸν) de quibus lege T. H. ad Aristoph. Plut. Schol. p. 134. 135. De voce καλιαὶ autem et καλιοὶ *Graev*. Lect. Hesiod. p. 64. E. S.]

Καλὸς *pulcher*. Et hoc ortum a κάω, ratione significationis, proxime componendum est cum verbo κάζω *orno*, de quo supra. [Alia vide apud *Platon*. in Cratylo, p. 416. E. S.]

Κάλπη *urna*. Proprie notat vas, instar *calycis* aliquid

quid *ambiens* et veluti *obtegens*. Ratione enim originis proxime componenda vox est cum verbis καλύπτω, καλύπω, similive forma. Dictum autem est a *cavitate*, et stirpem habet κάω, de quo alibi.

καλύπτω *tego*, *obtego*. Proprie notat *ambiendo*, quasi vase cavo, *obtego*. [Hinc in καλύπτειν notio orta est *obscurandi*: quam loco *Libanii* erudite reddidit *Toup*. Cur. Noviss. in Suid. p. 116. Est autem a simpliciori καλύπω vel καλύω: unde oriuntur nomina κάλπη, κάλυπη, et similia, quibus vicinum quoque κέλυφος: quae omnia originem habent communem verbum κέω et κάω, de quo jam supra dictum. E. S.]

κάλως *rudens*. Ortum est a simpliciori καλὸς: et forte ratio significationis e veteri re nautica repetenda est.

κάμαξ *palus*. Videtur ortum a κάω: obscurum tamen, quae sit ratio significationis.

[καμάρα pp. *tectum arcuatum*, *fornix*, *testudo*. Legatur de hac voce T. H. ad Aristoph. Plut. p. 369. Stirps est κάω, cujus 3. Praet. Perf. Pass. κέκαμαι, et hinc κάμαρος &c. Recte igitur *Festus*, „ CAMARA et CAMARI boves a *curvatione*." Vid. *Graevii* Lect. Hesiod. p. 57. E. S.]

[καμασῖνες, vel καματῆνες *pisces quidam marini*. E. S.]

[κάμηλος *camelus*. Vox ex oriente in Graeciam, una cum ipso animali, translata. Est Hebr. גָּמָל. Vide *Bochart*. Hieroz. P. I, L. II, Cap. 1. E. S.]

κάμινος *fornax*. Recte Grammatici vocem hanc repetunt a κάω *uro*.

κάμνω *fatigo*. Haud dubie ortum est a κάω, quod supra vidimus proprium esse *motui vehementi*, qui fiat *impellendo*, *agitando*. Inde porro notat *fatigari*, cujus verbi apud Latinos non valde dissimilis est ratio. Est enim proprie *fatigor* nihil aliud, quam *fatim agor*, id est *affatim moveor*, vel *nimium moveor*. [Possis et notionem *fatigandi* repetere ab illa *incurvandi*: ut καμόντες pp. sint *gravi labore oppressi* et quasi *incurvati*. Conf. sequens κάμπτω. E. S.]

κάμπτω *flecto*. Proprie non multum videtur differ-

re a modo memorato κάμνω, ortum quippe a κάω. A *movendo* autem significationem videtur accepisse. Inde nempe translatum ad notionem *ambiendi*, ac porro illam *flectendi*, *incurvandi*: quae denuo varias peperit metaphoras, e Lexicis facile cognoscendas.

Κάναβος *lignum tenue*, cui ceram, gypsum, aliaque circumligant fictores. Haud dubie repetendum est a simpliciori κάνος, quod forte vicinum alteri κενὸς, et Latinorum voci *canna*. Sic autem κάνος repetendum a κάω, ut κενὸς a κέω: de quo suo loco.

[Κάναθρον *crates ex salignis viminibus* contexta, quae currui imponitur. Pertinet ad eandem stirpem, quo κάνη, κάννα *canna* &c. Conf. *Bacch.* in Indice Xenoph. Oecon. E. S.]

Κάνης *canistrum*. Haud dubie a *cavitate* dicitur, ortum a verbo κάω: cujus generis similia nomina *vasorum* jam supra aliquoties vidimus. [Sed vide *Salmas.* de voce *Canna*, inferius. E. S.]

Κάνθαρος *scarabaeus*. Nescio an recte componant cum voce κανθήλιος *asinus*. Videant alii.

[Κανθὸς *oculi angulus*, *hirquus*. An a *cavitate*, quae notio est τῦ κάω, unde κάFω *cavo*. E. S.]

[Κάννα vel κάνη *canna*, *storea*. Cel. *Lennepio* a *cavitate* dicta videbatur. Sed *Salmas.* Exc. Plin. p. 919. originem ex oriente repetit. E. S.]

Κανὼν *norma*. Ortum haud dubie est a κάνω, quod idem ac κέω *stimulo*. Κανὼν itaque proprie est *stimulus*, et dicitur quasi a *trudendo* vel *stimulando*: non valde dissimili ratione, quam vox Latina *trutina*, a verbo *trudo*. Proprie autem κανὼν in usu est *stimulus* iste, qui supra *trutinam aequilibrium facit*: unde porro sic dicitur *index*, *norma*, vel *regula*, a quibus dein ad alia quoque transfertur.

Κάπη *praesepe*. Vide mox in Κάπηλος.]

Κάπηλος *institor*. Proxime ortum est a voce κάπη, qua proprie notatur in usu *praesepe*, unde animalia edunt. Inde transit ad locum designandum, ubi *pascuntur animalia*, tum etiam ubi *esculenta prostant venalia*. Quo sensu apud Latinos voces vicinae *capa*, *cupa*,

ἔυρα, et *caupona* vigent. Inde autem ortum quoque Latinorum CAUPO, quod in uſu plane reſpondet noſtro κάπηλος, cujus vocis translationes reliquae facile e Lexicis cognoſci poterunt. Memoratum autem κάπη deſcendit a verbo κάπω, cujus loco in uſu est κάπτω, de quo infra. [κάπηλος pp. notat *venditorem* mercis *per partes*, Belgice *een winkelier*; cui opponitur ἔμπορος *een grosſier*. Itaque κάπηλος, in genere, de iis dicitur, qui qualescumque *merces* vendunt *per partes*: unde βιβλιοκάπηλος, ἱματιοκάπηλος, σιτοκάπηλος, ὀρνιθοκάπηλος &c. Dein, per ſe ſumtum, univerſe *cauponem* notat, uti καπηλὶς *cauponam*. Jam vero illi *caupones* ſaepe ſolent *merces adulterare*: unde κάπηλοι etiam vocantur, *qui*, ad alios decipiendos, *merces*, ſive *alias res corrumpunt*, et καπηλεύειν τὴν ὄψιν mulier dicitur, quae, illito fuco, faciem corrumpit, et alienum colorem vultui induit. T. H.] [Conf. *Toup.* ad Suid. P. II, p. 67. 68. et eundem in Cur. Noviſſ. p. 140. E. S.]

καπνός *fumus*. Haud dubie repetendum est a κάπω, cujus proximum derivatum κάπος ſignificasſe videtur *ſpiritum, ore hiante emisſum*, ut ſolent canes, ore *inhiantes* avide alicui rei: voce facta a *ſono*, qualis tum editur. A ſpiritu autem, ea ratione emisſo, translatum videtur ad *fumum* deſignandum. Inde derivatum noſtrum καπνός.

κάπρος *aper*. Videtur ortum esſe a verbo κάπω, vel κάπτω: de quo mox dicendum.

κάπτω *comedo avide ingurgitando*. Ortum est a verbo κάω, vel potius a κάπω, quod proprium videtur *ſono* animalium, alicui rei *inhiantium*, atque ſimul cum *impetu* quodam ſpiritum *emittentium*. Hinc κάπτω modo ſignificat *ſpirare*, modo *avide comedere*, *vorare*: quo ſenſu in primis tribuitur animalibus brutis. [„ κάπτειν pp. notat *repetitis identidem interpellatisque morſibus adpetere et vellicatim carpta demittere.*" T. H. ad Schol. Ariſtophan. Plut. p. 314–316. ubi plura; et *Toup.* Cur. Novisſ. in Suid. p. 146. E. S.]

κάπω pp. idem quod πνέω *ſpiro*: unde κᾶπος, a Scholia.

liaste ad Euripidis Phoen. vs. 859. redditur τὸ ἀπὸ τῆς ὁδῦ ἆσθμα γινόμενον, „ ex itinere contracta lassitudo." Sed vide *Valck.* ibid. p. 321. 322. et superius Ἄπος, p. 153. E. S.]

Κάραβος *Carabus*, animal marinum e cancrorum genere. Si vox origine Graeca est, orta videri potest a κάρω *in superficie versor*: de quo verbo postea.

Καρδία *cor.* Ortum est a simpliciori κὰρ, cui formae vicinae sunt κεαρ, κὴρ, κὰρ, et Latinum COR. Descendunt autem a verbis κάω, κέω, &c. quae componenda sunt cum vicinis ἄκω, similibusque. Unde ἄκρος *extremus*, *summus*. Proprie enim κὰρ idem fere valet quod ἄκρον, *punctum* nempe *summum* cujusvis rei. Dicitur inde COR, quod veluti *summum* vitae contineat, ejusque quasi *fons* sit.

Κάρδοπος *mactra.* Forte dicitur a κὰρ et voce δόπος, quae repetenda est a verbo δέπω *mollio*: de quo dictum supra. Κὰρ autem in hoc composito idem fere videtur esse, quod *praecipuum frugum*, vel καρπῶν.

Κάρηνον *cacumen.* Proprie, ex pronuntiatione Jonica, dicitur pro κάρανον, cujus masculinum κάρανος olim, in Asia minore, significavit *principem*, vel idem quod κύριος *dominus.* Ortum autem est a κάρα, quod a simpliciori κάρ. Generatim autem notat *summam* alicujus rei *partem*, vel id quod eo pertineat, atque sic speciatim *caput.*

Καρκαίρω *resono.* Proprium videtur esse *sono* aspero, qui editur *terra* pedibus *attrita.* Unde ab Homero *terrae* tribuitur. [Stirps alioquin posset esse κάρω; unde per reduplicationem factum: ut a μάρω esse μαρμαίρω auctor noster infra observabit. E. S.]

Καρκῖνος *cancer.* Stirpem fortasse eandem habet, quam nomen κάρ: et repetendum est a verbo κάρω, cui vicinum alterum κέρω. Id autem notat *in summitate versor*, vel *depasco*, *decerpo.* Hinc nostrum eximie translatum ad *cancrum* in *superficie* scopulorum *adhaerentem* et veluti *pascentem.* [Ab *asperitate* testae, cum *Salmasio*, potius dictum putem. Stirps κάρω, de quo inferius. Hinc etiam κάρκαρος et κάρχαρος, quod

quod idem notat ac τραχὺς *asper*. Vide infra. E. S.]

κάρος *sopor*, cum *gravedine capitis*. Manifestum est, dici a κὰρ *caput*: de quo supra. [Nescio an sit petita notio ab *aspero* sono, quem edunt altum dormientes. Conf. in καρκῖνος. E. S.]

κάρπαι *vermium genus* sic dici putatur. Quod si verum, ortum videri potest a κάρπω, cui respondet Latinum CARPO. Id autem descendit a κάρω *in superficie depasco*: de quo jam dictum. [Sed vide de hac voce Indicem *II. Stephani*, col. 1141. E. S.]

Καρπαῖα *Saltationis genus*. Si Graecae originis est, repeti potest a κάρπω: de quo modo dictum.

[καρπάλιμος *celer*. Auctum est a κάρπαλος, quod a καρπάω, ex barytono κάρπω, Lat. CARPO. Itaque κάρπαλος pp. notavit *celerem*, quasi dicas *qui carpit*: refertürque ad *opus*, quod aliquis facit. Ejusdem potestatis est nostrum καρπάλιμος. T. H.]

καρπὸς *fructus*. Dicitur a *carpendo* vel *depascendo*: quam notionem vidimus verbi κάρπω esse, unde oritur. Dicitur autem καρπὸς de omni genere *frugum* & *fructuum*.

[κάῤῥων *fortior*, *melior*, *praestantior*. Vox Dorica est. Adfinitatem videtur habere cum voce κράτος *robur*, et similibus: ortumque adeo a κάρω, unde καράω, κράω &c. Vide de hac voce *Valckenarii* Adnotat. in Adoniaz. Theocriti, p. 303. 304. et *Toupium*, ibidem laudatum. E. S.]

κάρσιος *obliquus*. Ortum videtur a κάρω *in superficie versor*, *depasco*. Hinc significare potuit *depascendo* cursum *itentidem flecto in obliquum*: unde nostrum tandem κάρσιος ad significandum *obliquum* translatum videtur. [Nempe a κάρω pp. *tondeo* notio *obliqui* duci potest, quatenus qui *tondet*, manum *in obliquum* flectit. E. S.]

[κάρσις *tonsura*. A κάρω, quod vicinum alteri κέρω, κείρω *tondeo*. E. S.]

καρύα *nux* vel *juglans*. Videtur esse a κάρω, et eandem

dem fere sequi rationem significationis, quam vox κερπὸς, de qua supra.

Καρύκη *intritum*, seu *conditura*. Vix dubium videtur, quin ortum sit a κάρυον, quod, idem fere ac memoratum καρύα, in Lexicis quaeri potest. Inde autem, significatione accepta, ad *condituram* certam designandam transiit. [Vide *H. Steph.* in Thes. T. II, col. 75.]

Κάρφω *sicco*, *arefacio*. Proprie sic dici videtur de *herbis*, similibusque rebus, quae *decerptae arefiant*, et *siccentur*: ut adeo facile pateat, repetendum esse a saepe memorato κάρπω, quod est Lat. CARPO. Inde autem, ut *arefacere*, sic quoque *deflorescere facere* notat. [*Horatius* olim reddebat per *attenuare*. Vide *Graevii* Lect. Hesiod. p. 2. E. S.]

[Κάρχαρος *asper*; pro κάρκαρος, quod *Hesychius* habet. Haud dubie reduplicata vox est, pro κάρος, de quo supra. Stirps adeoque est κάρω, vicinum alteri κέρω cet. Vide *Salmas.* Exerc. Plin. p. 422. 423. E. S.]

Κατάλβη *meretrix*, *scortum*. Ortum videtur a simpliciori nomine κάσα, quod plerumque, per duplex σ, κάσσα scribitur: de qua voce mox.

Κάσις. Sic dicitur *frater*, vel *soror*. Quamquam esse videtur a κάω, rationem tamen notionis non expedio. [Stirps κάω pp. videtur notasse *findo*. An hinc κάσις pp. *fissio*, dein *fissum*? Unde notio *aequalitatis*, quatenus res *fissae*, sive *diffissae* aequalem utrimque formam habere solent. Itaque hinc κάσις pp. fuerit *aequalis* ut *Hesychius* exposuit: a significatione autem *aequalis* ea *fratris*, *sororis*ve. Hoc certum est, eadem translatione usos esse Arabes, in suo شقيق *fissus bifariam*, et metaph. *frater uterinus*, *soror* item, in forma vocis foeminina. E. S.]

Κάσσα *meretrix*. Idem est quod κάσα, ut docent varia derivata. Proprie autem κάσα idem videtur fuisse, quod Lat. CASA, *vile* nempe *tugurium*, quodque, ortum e κάω, dicitur a *cavando*. Quam notionem supra jam satis explicui. A notione autem *vilis tugurii*, seu

seu a *loco*, quem habitant abjectiores *meretrices*, ipsa *meretrix* κάττα aliquando dicta videtur. [Ab *ardore* venereo repetit Lexicographus antiquus apud *Stephanum* in Append. col. 1145. κάω enim et καίω notionem *urendi* habent. Latinorum vero CASA a *cavando* duxit *Festus:* quod ipsum CAVO haud dubie est a Graeco κάω pp. *findo*, *findendo cavo*. Hunc ducem secutus ipsum Graecorum quoque κάσσαν a verbo κάω dictum putem. Quae honeste explicari nequeunt. E. S.]

κασσίτερος *stannum*. Videtur ortum a verbo κασσίω, quod idem ac κασσύω, significans proprie, in primis, *juxta admoveo;* ut mox clarius patebit suo loco. Inde translatum nostrum nomen eo, ut significet id, quo liquefacto *metallo* alia *duriora jungantur*, atque sic eximie *stannum*.

κασσύω *consuo*. Sic pronuntiatur pro κατασύω, ablato *alpha* finali Praepositionis κατὰ, et litera τ in sequentis vocis literam primam mutata. Quod in primis sollenne est in dialecto Dorica. Est autem κατασύω factum ex κατὰ et σύω, quod significat *moveo*, et vicinum est verbis σέω, σίω, &c. *quatio*, *vibro*. Hinc, copulatum cum Praepositione κατὰ, pp. notat *juxta admoveo;* id est *plane admoveo*, *adjungo*. Ut autem Lat. suo eximie notat *filamentis* res *jungere*, et *conjungere*, sic κατασύω, vel κασσύω, et, ejus loco Attice pronunciatum, καττύω idem est quod *consuo*, et speciatim dicitur de iis, qui *detrita calceamenta reficiunt*. [Nempe καττύω, quod mentitur verbum simplex, revera est compositum ex κατὰ et τύω, pro quo Aeoles dicebant σύω, hoc est Lat. suo. Jam illud τύω plures formavit voces Latinas, et significavit pp. *fuere* ut quid *tumeat* Hinc a Praeter. Perf. Pass. τύμος est Lat. TUMUS, cujus Diminutivum est *tumulus*, et inde quoque *tumidus:* ut a κύω, κέκυμαι est κῦμος, Lat. CUMUS, CUMULUS. Porro a Graeco τῦμος, interposito β, factum τύμβος, id est *tumulus sepulchralis*. καττύειν igitur est *consuere*, et παρακαττύειν pp. *circa se consuere*, id est *sibi circumfulcire:* ut:

utque Latini dicunt *fulcire pulvinar*, ita Graeci quoque παρακαττύειν τὸ προσκεφάλαιον. T. H.]

κάστωρ *Castor*. Oritur a κάζω *orno*. Inde κάστωρ *animalis* genus eximie dicitur, quasi dicas *ornatorem*, vel qui *cum ordine* et quodam *ornatu* sollerter exstruit sibi domicilium: quod isti animali proprium esse docent rerum naturalium investigatores.

κατὰ Praepositio est, varia significans. Haud dubie originem habet verbum κάω, quod vicinum verbo κέω et, inde orto, κεῖμαι. Inde κατὰ eximie notat fere idem, quod *juxta* vel *secundum* vel *deorsum*: et, in primis quidem, generatim *quamcumque rationem* et *relationem* notat, quae *diversas* res, quasi, *juxta se positas*, intercedit. [κατὰ pp. videtur esse Dativus Singularis antiquus, pro καταὶ, quod ipsum καταὶ servatum est in καταιβάτης *descensor*, pro quo alioquin dicitur καταβάτης. Jam vero κατὰ Nominativus, unde (καταὶ et κατὰ Dativus) pp. fit a κέκαται, tertia Praeter. Pass. verbo κάω *findo* deorsum, unde notio actionis, quae *deorsum* vel *versus inferiora* instituatur. A foem. κατὰ (quod idem ac κατὴ) est Dat. καταὶ, et a κατὸς forma *masculina*, vel *neutra* est κατῷ, unde Adverbium κάτω. Eleganter ad proprietatem utraque forma usus est *Aristophan.* in Pluto, vs. 228.

Ἐυθὺς ΚΑΤΩ'ρυξέν με ΚΑΤΑ' τῆς γῆς ΚΑ'ΤΩ.
Continuo me DEFODIT *in* IMA *terra* DEORSUM.

Vide etiam *Valcken.* ad Theocr. Idyll. Α, 118. p. 32. et confer. *Lennep.* ad vocem sequentem καταῖτυξ. E. S.]

καταῖτυξ *genus galeae* depressum. Compositum est ex κατὰ, et τὺξ, inserto ι, ut in καταιβάτης pro καταβάτης similibusque fit. Τὺξ autem ortum a verbo τύκω *fabricor*, *conjungo*; quod idem atque τίκτω, τεύχω, et similia, de quibus suo loco dicendum. καταῖτυξ igitur, vi praepositionis κατὰ, qua saepe *depressionem* notat, *galeam* innuit *depressam*, sine crista, nempe. [De priori καταὶ vide modo dicta, in κατὰ. E. S.]

Κα-

Κατῆλιψ *trabs*, *tectum sustinens*, vel etiam *tabulatum*. Haud dubie composita vox est ex κατὰ et ἧλιψ, de cujus vocis stirpe suspicionem meam supra aperui, tametsi ea valde incerta videtur. [Apud *Hesychium* quoque est κατάλιψ, ex dialecto, ut ajunt. Nescio an κατῆλιψ composita vox sit, ex κατὰ et altera ἅλιψ sive ἔλιψ, e stirpe ἕλω *traho*, ut ea voce *trabs* designetur, quae pondere trabium minorum *deorsum trahatur*. E. S.]

Κάτω *infra*. Non multum differt a supra memorato κατὰ: illud autem naturam accepit *Praepositionis*, hoc vero nostrum naturam *Adverbii*. [Vide in κατὰ. E. S.]

[Καυάζω *diffringo* inprimis rem *cavam*, uti navim. Vide *Hesiod.* Ἔργ. vs. 667. et infra in καῦνος. E. S.]

Καύαξ *larus*, seu *avis rapax*. Haud dubie facta vox est a verbo καυάζω, quo expressus *sonus* videtur, quem *larus* edit: ut adeo a *sono* factum sit. [Vide T. H. ad Aristophan. Plut. Schol. p. 312. 313.]

Καυκαλὶς *caucalis*, herbae *genus*: &

Καυκὶς *calceamenti genus*: &

Καυλὸς *caulis*: &

Καῦνος *sors*. Quamquam a simplicioribus καυκαλὶς, καυκὶς, καυλὸς, et καυνὸς, orta videntur, originis tamen obscurae sunt. Forte autem καυλὸς seu καυλὸς componendum est cum κᾶλον, *lignum*, seu *truncus*: καυνὸς autem cum κάνης *canistrum*, de quibus supra. [Nescio an vox καυλὸς, *caulem*, et *ostium uteri muliebris* aliaque significans, a *cavitate* nomen habeat: quo pacto λος erit terminatio Adjectivi, stirps autem κάω, unde καύω CAVO. Etiam καυνὸς ab Hesychio exponitur καλὸς *malus*, sive *pravus*; an a *cavitate*, qua facillime frangatur? E. S.]

[Καῦρος vel καυρὸς *malus*. Confer vocem καῦνος. *Guietus* itidem a κάω, καύω, repetit. Alii ab αὔρα, AURA, καῦρον exponunt *ventosum*, *levem*; literam κ ab initio praefixam esse existimantes. Mihi quidem haec formandi ratio valde incerta videtur, etiamsi haud nesciam, ipsum *Platonem*, in Cratylo, verbum κίω

ab

ab ἴω, hoc modo repetiisse. Sed Philosophi summi auctoritas, ea in re, valde levis est. E. S.]

καυχάομαι *glorior*, praefixo κ, ortum est ab αὐχάω, quod vicinum verbo αὐχέω. Ejus autem maxime significationem sequitur. [καυχάομαι, si repetatur ex stirpe κάω, καύω, καύχω, pp. significare poterit *cavum*, adeoque *ventosum* et *levem me facio*. Quod nescio an veri similius est, quam formatio ejusdem ab αὐχάω, cum κ praeposita. E. S.]

κάχληξ *lapillus*. A verbo κλάω vel κλάζω, quod, ut suo loco videbimus, pp. notat *sonum edere*, qualis oriri solet, re *dura allisa* vel subito *fracta*. Ab isto verbo est reduplicatum καχλάζω, quod in primis tribuitur *undis* maris, cum *strepitu* in *litore*, vel aliter etiam ad *duros cautes fractis*. Inde porro nostrum κάχληξ *calculus* speciatim est, qualis *in litore* maris, a *cautibus abscissus* et undis maris identidem volutus, et rasus reperitur.

κάχρυς *hordeum* in furno *tostum*. Haud dubie est et hoc reduplicatum; ortum, nempe, a χρύω, quod idem atque χράω, χρέω &c. *tractando comminuere*. Inde jam duplex forma nominis reduplicati videtur orta, κάχρυς et κάχρος, quod pronunciatur κέγχρος, suo loco in Lexico reperiundum: usus autem significationes horum nominum videtur distinxisse.

[κάψα CAPSA, *cista*, *arca*. A *cavitate*, qua quid recipi possit, fortasse nomen habet. Stirps hoc pacto fuerit κάω, unde κάπω, et καπίω a Latinis servatum, in suo CAPIO. κάψα igitur a *capacitate* dici potuit. Vide etiam infra, in κάω. E. S.]

κάω propriam potestatem habet *cavandi*, quod ipsum verbum Lat. CAVO non aliud est, nisi Graec. κάω, ad modum Aeolum pronuntiatum. Aeoles enim, ad *hiatum* vocalium effugiendum, interponere solebant literam F, sive *digamma* Aeolicum, quae litera ejusdem potestatis est ac Lat. v vel Graec. β, mollius pronunciata. A κάω porro derivata sunt κάβω, κάπτω, σκάπτω, et σκάπτω pp. *cavando fodio*, *effodio*. [Quodsi jam paullo altius adscendas, conferasque nostrum

κάω

κάω cum cognatis aliis κίω, κίω, facile apparebit, originem remotiorem verbi quaerendam esse in *motu*, quo quid *penetret* in rem aliam, *eam*que *pervadat* ac *findat*. Id quod naturae ignis, ejusque quasi *cuspidi*, cuncta *pervadenti*, esse admodum conveniens, quis non videat? Hebraei haud incommode igni tribuunt לשון *linguam*, cuncta *lambentem* et *mucrone* suo *secantem*. E. S.]

κι ante *consonantem*, et κεν ante *vocalem*, particula est, Poëtis in primis usitata et idem fere valet, quod vicinum γε. Maxime ponitur sensu, quem dicunt, *expletivo*, quemadmodum, in soluta oratione, adhibetur ἂν. Grammatice haud dubie convenit cum pronominibus μὲ, σὲ, et similibus: originemque communem habet cum Conjunctione καὶ: [ubi vide dicta. E. S.]

κέαρ *cor*, *animus*. Conferendum est cum supra memoratis, et expositis nominibus, κὰρ, κῆρ, et similibus: unde tantum productior forma est. [Vide et in καρδία.]

κέδματα. Vox Hippocratica est, morbi genus denotans. [Vide de ea *Foesii* Oeconomiam.] Orta est a κέδω, unde productius verbum κεδάω, et inde κεδάζω, κεδάννω, κεδαννύω, κεδάννυμι, quae, praefixo σ, pronuntiari solent σκεδάζω, σκεδάννυμι, *dissipo*: ut suo loco dicetur latius. Est autem ista *dissipandi* notio, in nostro κέδμα, in primis spectanda. [Si verbum κέω, unde certissime descendere debuit nostrum κέδματα, contuleris cum cognata ejus forma κύω, unde κύδος, videri possit, κέδματα pp. notasse TUMORES, unde eximie designaverit *tumores inguinum*. Vide *Tilleri* Obs. Crit. apud cel. Albertium, ad Hesych. T. II. col. 215. E. S.]

κέδρος *Cedrus*, arbor odoratissima. [Plura dabit *Stephanus* in Append. col. 1186--1188. E. S.]

κέδρωσις *Cedrostis*. Ortum est a simpliciori κέδρος *cedrus*, ut ἄγρωσις ab ἀγρός. Origo latet.

κεῖμαι *jaceo*. Est a κέω, quod idem ac Lat. [vetus CEO, unde *cesso* &c. aliudque] CIO, vel CIEO a

vi-

vicino κίω ortum, idemque notans ac *moveo*. Inde porro κείω, quod redditur *jacere cupio*, quasi dicas *moveo me ad jacendum* vel *cubitum eo*. [Sed vide supra in κακκείω.] Hujus verbi κείω Praeteritum Pass. est κέκειμαι, et sine augmento κεῖμαι. Inde igitur notat *jacere*. [Futurum κείσομαι certissime demonstrat Praesens κείω, quod a κέω ortum. Sed pro κείω, ex perpetua lege verborum in ω et μι, dixerunt etiam κειμί. Itaque, uti τίθημι sive τίθεμι, in *Passivo*, vel *Medio* est τίθεμαι, et ab ἵημι, vel ἵεμι, ἵεμαι, sic a κειμί, κεῖμαι. Potuit etiam κεῖμαι, ex antiqua scriptione, esse pro κῆμαι, hoc autem pro κέαμαι: unde Jonicae formae κέαται, κέατο &c. E. S.]

κείρω *tondeo*. Verbum κερῶ (unde nostrum fluxit κείρω) componendum est cum vocibus κὲρ, sive κὴρ &c. de quibus supra, in primis autem cum Lat. CARPO, unde nostrum *tondendi* notionem accepit: quod ipsum Lat. *tondere*, cum notione *carpendi*, saepe ponitur.

κέλαδος *strepitus*. A κέω *moveo* ortum κέλω peperit verbum κέλλω, quod est Lat. CELLO; unde *percello*: quam etiam notionem verbum κέλω habet. Hinc κέλαδος eximie est *sonus*, qualis editur, quando res aliqua *percellitur* et *percutitur*. [Vide cel. *Lennep*. Animadv. ad Coluth. Cap. V. p. 22. 23. E. S.]

κελαρύζω *murmuro*. Est eadem hujus, quae antecedentis vocabuli κέλαδος, origo. A *percellendo*, nempe, *illidendo*ve, quae notio verbi κέλλειν est, eximie transfertur ad *strepitum* aquarum, in litus *allisarum*, vel cum *murmure fluentium*: et quidem proxime descendit a voce κέλαρος, quae forma potissimum diversa est a κέλαδος. [De ipso verbo lege *Toup*. Emend. in Suid. P. II, p. 90. 91. E. S.]

κελεὸς *avis pernicissima*. A verbo κέλω *celeriter moveo*, vel *impello ad motum*, de quo suo loco. [Nisi malis a productiori κελέω, unde porro κελεύω &c. E. S.]

κέλευθος *via*. Proxime oritur a κελεύθω, quod a simpliciori κέλω, sicuti ἐλεύθω ab ἔλω. Est autem κέλω im-

impello, *impellendo ago*. Unde κέλευθος eximie *via* dicitur, per quam quis *impellatur* et *agatur*. Usu autem patet latissime.

κέλης CELES, vel *equus desultorius*. Est hoc quoque a κέλω *impello*, diciturque a *celeritate*, qua veluti *impulsus* movetur. Ipsi autem Latino CELER ortum dedit. [Plura dabit *Tollius* ad Palaeph. p. 141. ss. et *Ruhnken*. apud *Koenium*, ad Corinth. p. 140. 141. E. S.]

κέλλω *appello*. Est a simpliciori κέλω, et ab *illidendo impellendo*ve notionem accepit *appellendi*.

κέλω *jubeo*, *hortor*. Notionem hanc habet ab *impellendo*, quam propriam hujus verbi vim esse, jam supra dictum est. Ortum, nempe, a *motu*, qui originali ejus verbo κέω designatur. [A κέλω est κέλομαι, quod idem ac κελεύω. Vide *Koen*. ad Corinth. p. 166. E. S.]

κενὸς *vacuus*. Oritur a κέω, et significationem videtur accepisse a *motu*, quo aliquid *impellendo*, vel *percellendo vacuefacimus*. Inde, nempe, *vacuandi inaniendi*ve notio oriri facile potuit. [Compone verbum κάω, quod vicinum alteri κέω. A κάω est κάϝω, CAVO. Notio autem *cavitatis* praebet sponte illam *vacui*. E. S.]

κεντέω *pungo*, *stimulo*. Est a κέω, quod, ut jam diximus, *impellendi*, *percellendi*ve notionem habet. Unde sponte oritur ea *pungendi* et *stimulandi*. A κέω ortum κένω, quod peperit κέντος, et hinc verbum κεντέω.

κέπφος et κέμφος *species avis marinae levissimae*, *quae facile a quovis vento circumagitur*; unde pro *levi stolido*que *homine* adhiberi vox solet. [Vide T. H. ad Aristoph. Plut. vs. 913. p. 311. ss.]

κέραμος, *terra figularis*. Haud dubie oritur a κεράω, quod propriam *subigendi* notionem videtur habuisse: ut mox docebitur. Inde eximie *terra*, quae *subigatur* et *praeparetur* ad vasa fictilia facienda, sic dici potuit. [Stirps κέρω notionem *scindendi* et *secandi* habet. Vide in verbo sequenti. E. S.]

κεράννυμι *misceo*. Propriam videtur habuisse noti-

 onem

onem *ſubigendi*, *domandi*que. Ortum nempe a κέρω: unde cum alia oriuntur, tum κεράω, κερέω, et contracta κράω, κρέω, et nomen κράτος, quibus omnibus *roboris* quaedam vis inest, quaeque in primis de iis ponuntur, qui *viribus ſuperiores* alios *ſubigunt*, et viribus ſuis privant. Inde igitur nata notio *ſubigendi*, *vires adimendi*: unde porro eximie translatum videtur noſtrum κεράω, cum ſuis derivatis, ad *temperationem* vini: quando, aqua *admiſta*, ejus vires *minuuntur* et veluti *ſubiguntur*. Ab ea autem notione *miſcendi* et *temperandi* ad alia quoque transfertur. [Mihi quidem vix dubitandum videtur, quin horum omnium ſtirps κέρω proprie idem ſignificaverit, quod κείρω, id eſt *ſeco*, a qua origine, in derivato κείρειν, fluxit alia ſignificatio *reſecando tondendi*. In primis autem proprie *vinum* dicebatur κεράσθαι, vel κεράννυσθαι, quum, aqua infuſa, quaſi *incideretur*, atque adeo *temperaretur*; quo fere *miſcendi* ſenſu Germani ſuum *ſchneiden* de vino adhibent. E. S.]

Κέρας *cornu*. Vidimus jam alibi, κὰρ dici *quodvis ſummum* vel *extremum* in *acutum* deſinens. Hinc κέρας eximie *cornu* notat: unde porro varie transfertur.

Κέρασος *cerasus*. Neſcio an ſit a κέρω *carpo*.

Κεραυνὸς *fulmen*. Videtur dici a *carpendo ſubigendo*ve: quia quidquid offendit in via, in id *illiſum*, *carpat*, quaſi, et *deſtruat*, et *incendat*.

Κέρδος *lucrum*. A κέρω *tondeo*, *carpo* ortum, primo transfertur ad *fructum*, qui veluti *decarpitur*: hinc ad *lucrum*. Inde porro ad *verſutiam*, quo quis *lucrum* faciat. [Conf. *A. Schult.* Comm. ad Prov. I, 19. p. 7. E. S.]

Κερκὶς *radius textorius*. Dicitur a *radendo*, quae notio eſt verbi κέρω, unde originem habet. Eſt autem κερκὶς proprie *pecten telam percurrens*, et quaſi *radens*.

Κέρκος *cauda*. Proprie non multum differt a κερκὶς, et ejusdem originis eſt. Notionem habere videtur a *radendo*.

Κέρνος vel κέρνον *vas fictile*, *crater*. Haud dubie

can-

eandem originem habet, quam vox κρατὴρ, cujus ſtirps κέρω, κεράω &c. E. S.]

κέρχω *exaſpero.* Ortum est a κέρω *carpo:* unde *radendi exaſperandi*que notio facile profluxit. [A κέρω analogice facta κέρκω, κέρχω. E. S.]

[Κέρω verbum obſoletum, pro quo in uſu est κείρω. Hinc ſuperſtes Aoriſtus Infinitivi κέρσαι, quod ab *Heſychio* exponitur κόψαι, τεμεῖν, κεῖραι &c. Proprie igitur ſignificavit *tundere*, unde notio *ſcindendi*, *ſecandi* et aliae. E. S.]

κέστρα *mallei ferrei genus* est. Dicitur haud dubie a verbo κέω, quod habet inter alia *findendi* notionem.

κέστρον *ceſtrum.* Herbae genus. Eadem origo est vocis hujus, quae antecedentis.

Κεύθω *occulto.* Ortum est κέω *findo.* Unde verbum κεύθειν pp. ſignificavit, quaſi *in fisſuris caverniſ*que *occultare.*

κεφαλὴ pp. dici videtur *ſuperior* alicujus rei *pars*, qua illa tegatur, *inſtar operculi.* Quo ſenſu etiam κεφαλὴ, pro *operculo vaſis*, nonnunquam uſurpatur. Inde latius ſumtum quodvis ſignificat, quod, alicui rei *impoſitum*, ejus *ſummum* et *caput* est. Oritur autem a verbo κέπω, unde uſitatum σκέπω *tego:* de quo ſuo loco. Illud autem κέπω, ſive κέφω, componi poteſt cum κάπω, κόπω et ſimilibus, de quibus jam dictum alibi.

κέω *findo.* Vidimus jam ſupra, propriam hujus verbi notionem poſitam esſe in *motu*, qui fit *impellendo*, *allidendo*ve. Inde autem nata ea ſignificatio, qua quid, *percusſum alliſum*que, *findi* intelligatur: unde porro variae notiones, in derivatis conſpicuae.

κῆδος *cura.* Neſcio an ſit a κάω *uro.* Tum autem κῆδος pp. ſignificaverit *ardorem animi*, qui ex magna *ſollicitudine* oritur. Hoc adſpectu modo reddi poteſt *cura*, modo *ſollicitudo*, modo *moleſtia*, ex qua *ſollicitudo*, et ſimilia.

κηθίον *vaſculum*, in quod calculi conjiciuntur *ad ſortiendum.* Forte, origine ſua, non multum differt a voce κεῦθος, ut ſit dictum a *cavitate*, quae est iſtius *vaſcu-*

sculi. Vide ſimiles translationes a *cavitate* ad *vaſa*, variis locis, ſupra.

κηλάςραι. Sic quoque *vaſa* quaedam dicuntur, et haud dubie eadem hujus, quae antecedentis, ſimiliumque vocabulorum, ratio est. Vox nempe κηλὸς, unde hoc noſtrum oritur, mihi quidem, forma tantum, videtur differre ab uſitata voce κοῖλος *cavus*.

κηλέω *mulceo*. Dici videtur proxime hoc verbum a κήλη, vel vicina quadam forma. Hoc autem *tumorem* in partibus corporis ſignificat, eumque, ut videtur, proprie ortum ex *inflatione* vel *inflammatione* partium. Stirps κάω, ea notione, qua hoc ſignificat *uro*, *incendo*. Inde jam κηλέω ſignificat quaſi *inflammare*, et *cupiditate replere*. Eximie vero inde ponitur de iis, qui oratione animum alicujus *deliniunt* et *demulcent*.

κήλη *tumor* in parte corporis. De hoc modo dictum ad verbum κηλέω.

κηλὶς *macula*. Modo vidimus, vocem κήλη proprie ſignificare *tumorem* ex *inflammatione*, ſimilive vitio ortum. Hujus autem vicinum ſine dubio est κηλὶς, denotans eximie *maculam*, quae in cute, ſive ex *vulnere*, ſive alio malo orta, *cutem* deformat.

κημὸς *camus* vel *fiscella*. Sive hoc a *cavitate* dictum ſit, ſive aliunde, certum est dici pro καμὸς, et oriri a verbo κάω.

κὴξ *larus*. Forma tantum differt a voce κηύαξ, de qua dictum ſupra. Utrumque formatum est ad imitationem ſoni, quem avis iſta edit.

κῆπος *hortus*. Videtur dici a κάπος, quod, ut ſupra vidimus, ſignificat *flatum*, *ſpiritum*. Inde autem noſtrum κῆπος eximie dicitur locus, arboribus conſitus, quem ventus *refrigerat*. [Si contuleris Hebr. גן *hortus* a גנן *texit*, *protexit*, in primis *ſepiendo*, veriſimile videri poſſit, κῆπος *hortus* itidem eſſe a κέπω, cui cognatum σκέπω *protego*.

κὴρ *ſors*, *fatum*. Idem proprie est, quod κὰρ, κὲρ, et ſimilia, de quibus ſupra dictum. Inde autem ad *fati* neceſſitatem *ſummam*, ipſumque *fatum* deſignandum transfertur. [An a κείρω *ſeco*, *reſeco*? E. S.]

Κη-

κηρὸς *cera.* Forte est a κέρω, vel κάρφω *carpo carpendo fruor.*

κήρυξ *praeco.* Vox derivata est a κηρύσσω, hoc autem ortum videtur a nomine κηρὸς, cui vicinum γῆρυς, de qua voce dictum supra. Κ enim et Γ literas vicinas esse; atque adeo voces, iis literis tantum differentes, origine quoque cognatas esse, supra jam dictum est aliquoties.

κῆτος *cetus.* Oriri videtur a κάω, et quidem sic dici a *capacitate* quasi.

κίβδηλος *adulterinus:* quod proprie dicitur de re *vili*, metallis admixta. Ortum videri potest a κίω *moveo;* et quidem nomen habere a *levitate* et *vanitate*, materiae metallis admixtae.

[κίβισις et κίβυσις *pera*, *sacculus.* Vox Cypria est. Ejusdem, ut videtur, originis ac sequens κιβωτὸς, non sane, quod in illam feratur βόσις, id est τροφὴ, ut Etymologus auctor est, laudatus *Graevio* ad Hesiod. Asp. vs. 224. Haec enim etymologia a simplicitate linguae abhorret. E. S.]

κιβωτὸς *arca*, *cista.* Quanquam derivari potest a κίω, quod vicinum verbi κάω, κύω &c. atque ita dictum existimari a *cavitate*, ut alia nomina *vasorum*, nihil tamen definio.

κίγκλος *cinclus.* Genus avis est. Nomen accepisse videtur a κίω, unde κινέω *moveo.* Dicitur autem a *motu pennarum* in cauda: [a quo *motu* Latini similiter *motacillam* dixerunt. E. S.]

κίκιννος *cincinnus.* Reduplicatum videtur ex κίννος, et hoc forte ortum a κίνω, quod a κίω *moveo*, *in gyrum intorqueo.* Quidquid est, κίκιννον dici *crinem intortum*, certum est.

κικκαβαῦ est *vox noctuarum*, a sono facta.

κίκυς *vis.* Haud dubie ortum est a κίω *moveo:* unde ad *vires* et *robur* transfertur.

[κινάβρα *foetor*, quem alae caprarum reddunt, i. q. κιναύρα. Ex κινέω et αὔρα. E. S.]

κίναδος *vulpes.* A κίνω, *moveo*, dici videtur hoc animal, ob *versutiam.*

κίνδυνος *periculum.* Forte a κίνω *moveo*, quaſi dicatur a *pereundo:* unde quoque *periculum.*

κινέω *moveo.* Est a ſimpliciori κίνω, quod a κίω, conveniente cum κάω, κέω. &c. Graecorum κίω ſuperſtes est, in Latino cio: unde facile de ipſius ſignificatione judicari potest. [De κινεῖν pp. *excitare* praedam e cubili conf. *Schult.* ad Proverb. 12: 27. p. 119. E. S.]

κινύρομαι *lamentor.* Oritur a nomine κινυρὸς *querulus*, voce facta a ſono, qui editur *lamentantium.* Est autem ejusdem formae nomen, cujus alia ſunt, *ſonum* denotantia, λιγυρὸς, μινυρὸς, κακυρὸς, et ſimilia. [De ipſo verbo vide *D'Arnaud*, Animadv. Crit. p. 191. E. S.]

κίρκος *circus.* Ortum est a κίω, quod vicinum verbo κείρω. Communis autem origo est κέω, κίω. Et κίρω quidem vicinum videtur verbo γύρω, cujus origo γύω. Eadem autem ratione, ut a γύρω ortum γῦρος ſignificat *motum* rei in ſe *redeuntis*, ſic noſtrum κίρκος *circum* ſignificare videtur. [Pro κίρκος, per trajectionem literarum, dixerunt etiam κρίκος. Vide omnino *Koen.* ad Corinth. p. 165. 166. E. S.]

κὶς *vermis*, *in frumento naſcens.* Dici videtur a κίω, *ea* nempe *notione*, quae conſpicua est in κείρω *carpo*, *abrado.*

κίσσα *pica.* Haud dubie nomen accepit a verbo κίω. Neſcio tamen, quae ſit ratio ſignificationis, niſi repetere velis a *cupiditate, qua* quaevis *appetat.* [„ A κίω est κίνεω *moveo.* Ab eodem est κίσσα *pica*, κίχλη *turdus*, et κίγκλος *motacilla:* propter *motum* frequentem caudae et totius corporis earum avium." *Menagius*, Jur. Civ. Amoen. p. 339. E. S.]

κισσὸς *hedera.* Et hoc ortum haud dubie a κίω, forte ab *ambiendo* dicitur. [„ Est et κισσὸς *hedera* a κίω, ut ἕρπυλλον, *ſerpyllum* ἀπὸ τοῦ ἕρπειν, a *ſerpendo.* Sunt enim *hederae* SEQUACES, ut loquitur Perſius, et ut Catullus et Virgilius, ERRANTES." *Menag.* Amoen. p. 339. E. S.]

κίϛη *ciſta.* Dicitur a *cavitate*, qua veluti *turget*, no-

nomine orto a κίω *moveo in ambitum.* Vide quae alibi, de similibus *vaſorum* nominibus, dicta ſunt.

Κιχέω *asſequor*, *invenio.* Verbum reduplicatum est a χέω *capio*, *accipio.* Χέω autem, vicinum verbo χάω, unde ortum χανδάνω, itidem notans *capio.* Sunt autem haec, ipſa vicinitate literarum κ et χ, verbis κέω, κίω, ſimilibusque cognata. [Verbum κίω pp. ſignificat *venio*, vel *veniendo abeundove*, *me moveo.* A κίω est κίχω, κιχέω: ut in κιχεῖν φεύγοντα *asſequi fugientem.* A κίχω etiam κιχάω, κιχάνω. Apud *Apollonium Rhodium* Nemeſis dicitur κιχάνειν *hominem*, qui ſcelera commiſit, adeoque *nocentem.* T. H.]

Κίχλη *turdus.* Forte ortum est a verbo κίχω, unde κιχέω, de quo modo dictum.

Κίω *vado*, *eo.* Verbum originale ipſum est, quod notione ſua convenit cum vicinis κάω, κέω &c. ut et cum χάω, χέω &c. praeterea cum verbis ἄκω, ἕκω, ἴκω, et ſimilibus. [Lege ſis *Platonem* de hoc verbo, in Cratylo, p. 426. et confer ſupra in κιχέω: porro, quae cel. *Lennepius* dedit, Prooem. ad Anal. p. 10. E. S.]

Κίων *columna.* Proprie participium est verbi κίω, ſignificantis inter alia *tendo in altum:* quae notio manifeſta in verbo vicino κηκίω, quod est *in altum exſilio.* Inde κίων eximie *columna in altum exſurgens.*

[Κλάγγω CLANGO. Grammatici dicunt, verbum hoc esſe factum a ſono. Verum productum est ex καλάγγω, oriturque a καλέω, καλάω &c. Notat autem *vocem ſonitumque edere.* Haec enim frequens est verborum productiorum ratio, ut verbi primitivi vim virtutemque cumulent. T. H.]

Κλάδος *ramus.* Ortum est a κλάω *infringo.* Videtur ſic dici a *flectendo.* De verbo autem κλάω postea dicetur.

Κλάζω *clango.* Factum a ſono videtur, ut alia ſimilia. [Sed vide T. H. ad κλάγγω. Proprie dicitur de *aquilis.* Conf. *Valck.* Animadv. ad Ammon. L. III. p. 238. E. S.]

κλαίω *lacrymor*, *ploro*. A simpliciori κλάω, quod, a sono factum, non multum differt a verbo καλέω, vel καλάω, et forte hinc per contractionem formatum est.

κλαμβὸς redditur *mutilatum*. Forte oritur a κλάω *frango*, *infringo*. Inde nempe factum κλαβὸς producere κλαμβὸς potuit.

[κλᾶξ, κλακὸς *clavis*. Vox Dorica, respondens communi κλεὶς, legitimo more ducta est a κλαξῶ. *Hesychius* habet κλᾶξαι, κλεῖσαι. Vide plura ad *Valcken*. Adnotat. ad Adon. Theocr. vs. 33. p. 334. 335. E. S.]

[κλαυσιᾶν *stridere*. Hoc verbo pp. indicatur *januae gementis* strepitus λεῖος καὶ ῥοιζος. T. H. ad Aristoph. Plut. p. 415.]

κλάω *frango*. Ortum est ex κελάω, quod a κέλω, unde κέλλω *allido*. Inde ad *duritiem siccitatem*que transfertur: a qua notione dein illa *frangendi* nata videtur. [A Graecorum κλάω, contracto ex καλάω, haud dubie sunt Latina *calamus*, *calamitas*, *clades* pp. de *ramis* arborum *fractis*, quin et *clamo*, pp. de voce *fracta* et *interrupta*. &c. E. S.]

κλείω *claudo*. Vidimus supra, verbum καλύπτω, ejusque originem κάω, vel κάλω, a *motu* transiisse ad *ambiendi obtegendi*que notionem. Similiter nostrum κλείω, per varias formas inde ortum, ab ea *ambiendi* notione videtur accepisse eam *claudendi*, *obserandi*. Idem autem verbum κλείω, quando significat *dico*, *praedico*, *celebro*, convenire fere videtur proprie cum verbo, supra memorato, κλάω, quod factum vidimus ex καλάω, cui vicinum καλέω, significans *voco*. Hinc, uti κλάω, peperit κλητὸς *vocatus*, sic a nostro κλείω est κλητὸς, pp. quidem etiam *vocatum* notans; inde tamen, ut ipsum κλείω. ad *celebritatem* nominis transfertur, notatque *celebrem*, *clarum*.

κλέπτω *furor*. Videtur dici a *tegendo*, quod *clam* fit et *tecte*, verbo orto a κλέω, de quo modo dictum ad κλείω. Inde nempe κλέπω peperit κλέπτω. [κλέπτω contractum est ex καλέπτω, quod idem ac καλύπτω.

Vi-

Vide *Ariſtophanem* in Pluto, vs. 17. ibique *Berglerum*, et conf. omnino *Periz.* ad Aelian. V. H. L. III. p. 47. E. S.]

κλεωνία *herbae genus est.* Proprie autem nomen est foemininum a maſc. κλεώνιος, quod a nomine κλέων: hoc autem, forma tantum, diverſum ab uſitato κλών, quod notat *ramulum:* ut ſuo loco dicetur.

κλῆμα *palmes.* Derivatum est a verbo κλάω *infringo.* Dicitur autem a *flexilitate* [ſive *fragilitate.*]

κλῆρος *ſors.* Ortum a verbo κλάω, κλῆρος, ut a χάω, χῆρος. Ceterum pp. ſignificat *fragile*, atque inde *durum:* quae notio viget in derivato σκληρὸς *durus.* Inde κλῆρος *calculum* eximie *durum* notat. Unde porro transfertur ad *ſortes*, in quibus *calculorum* uſus. Hinc autem denuo ad *haereditatem*, quod, in ea *erciſcunda*, *ſorte* utebantur veteres. [Conf. *Graev.* ad Heſiod. ἐργ. vs. 339. E. S.]

κλίβανος *clibanus:* et quidem eximie, in quo *hordeum* coquitur. Antiqua forma hujus vocis, Atticis uſitata, κρίβανος est. *Lambda* nempe, in quibusdam vocabulis, loco *Rho* adhibita fuit ad imitationem *blaeſorum.* κρίβανος autem compoſitum videtur ex antiquo κρὶς, cujus loco uſitatum κριθὴ *hordeum* et nomine βάνος, quod peperit vocem βαῦνος, nec non βάναυσος, *caminus*, de quibus ſupra dictum.

κλίμαξ *ſcala.* Proxime derivatum videtur quaſi a verbo κλιμάσσω, ſignificante *per declive tendo* vel *deſcendo.* Ortum nempe est a κλίμα, quomodo dicitur *quidquid declinatum* est et *declive.* Unde porro generatim notat *inclinationem*, *declivitatem.* Hoc autem a verbo κλίνω est, cui reſpondet Lat. CLINO. [Vide mox in ipſo hoc verbo.] Ejus ſimplicior ſtirps ſpectanda cernitur in ſupra memorato verbo κλείω, quod quaſi *inclinando claudo* est.

κλίνω, CLINO. Generatim ſignificat *inclinare*, *deflectere.* Speciatim autem *coelo*, vel potius *ſoli* et *ſideribus* tribui potest: unde κλίματα *certae regiones* coeli vocantur. De *ſole* uſurpatum plene dici ſolet:

v. gr. τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν ἑσπέραν κλίνοντος *sole ad occasum inclinante*. Confer modo dicta in κλίμαξ. [Ceterum dubitari vix potest, quin κλίνω sit a κλίω, contracto verbo ex κελίω, a stirpe κέλω *impello*. E. S.]

κλόνος *motus hominum tumultuantium*, et quidem, proprie, in *varias vias* se *flectentium* et *inclinantium*. Proxime enim hoc descendit a κλόνω, sive mavis κλένω, cui vicinum κλίνω *inclino*. [Ceterum a κλόνος est κλονέω, quod perquam eleganter adhibuit *Hesiodus*, in Asp. vs. 317. de piscibus *lascivientibus*. Vide ibidem *Guyetum*. E. S.]

κλύζω *abluo*. Proprie dicitur de *vasis*, quae aqua immersa *abluuntur*; et factum est a *sono*, qui editur *vasis*, in aquam *injectis*. [De κλύζεσθαι vide Auctorem, in Animadv. ad Coluth. vs. 205. p. 110. 111. et *A. Schultens* de Def. Ling. Hebr. p. 189. collatis, quae habet *Valck.* ad Theocr. Idyll. I. 140. p. 37. E. S.]

κλύω *audio*. Videtur notionem hanc accepisse ab *inclinatione* capitis, quod est *auscultantium*: ut ita sit vicinum verbo κλίω, unde κλίνω *clino* ortum.

κλώζω factum est a sono *graculorum*, quorum voci proprium est.

κλώθω *neo*, *glomero*. Ortum est a verbo κλόω, quod, vicinum verbo κλίω et κλίνω, notionem habet ab *inclinando*, *inflectendo*ve.

κλὼν *ramulus*, *surculus*. Proprie vox Participialis est a verbo κλῶ, quod vicinum verbo κλέω et κλάω, de quo dictum supra ad vocem κλάδος. Dicitur, nempe, a *flexilitate* vel ab *infringendo*.

κνάπτω *vellicando expolio*, *carmino*. Ortum est a simpliciori κνάω: quod vide suo loco. Illud autem notat *rado*: unde nostrum κνάπτω eximie tribuitur *fullonibus*, qui pannum *radendo* expoliunt. [Conf. omnino *Stephan.* Append. col. 1239. et mox infra in κνάω. E. S.]

Κνάω *rado*. Oritur a κινάω, quod a κίνω. Hoc autem ortum vidimus a κίω. A *movendi*, *impellendi*, *pungendi*ve notione ea *radendi* potestas verbo nostro adjuncta est. Inde autem ad *pruritum* quoque trans-

fer-

fertur. Idem vir celeberrimus alio loco. A verbo *κάω*, unde *κινέω moveo*, vel a vicino *κένω*, significante *pungo* (unde *κέντρον stimulus*) verbum est contractum *κνάω*, et inde *κναίω*, aliaque forma *κνήθω*. Notat autem *κνάω* pp. *rado*, *scalpo*: unde ejus derivata ad *fullones* translata fuerunt. A derivato, nimirum, *κνάπτω* nomen *κναφεὺς fullonem* notat, peperitque alia derivata, in ea arte propria. Porro a *radendi* notione verbum *κνάω*, vel *κναίω*, non raro transfertur ad *prurientes prae amore*, quemadmodum etiam compositum *προσκνᾶσθαι*. Alia ratione res aliqua dicitur *κναίειν*, vel *ἀποκναίειν*, eodem modo, ut apud Latinos *pungere*, quando intelligitur *aliquem*, quocumque modo, *excruciare*, eique *dolorem adferre*.

Κνέφας *caligo*, *tenebrae*. Origine sua convenit cum *νέφος*, quod Latinorum est *nubes*. A verbo nempe *νέφω*, vel *νέπω*, *obtego*, (ut alibi dicetur) duplex nomen est *νέφας* et *νέφος*. Prius peperit *κνέφας*, praefixo *κ*, ut in multis fieri solet. [Vide Analog.]

Κνῆκος *cnecus*, seminis cujusdam genus. Ortum videtur a *κνάω rado*: de quo verbo dictum est supra.

Κνήμη *tibia*, *crus*. Oritur a verbo *κνάω rado*: de quo dictum supra. Inde Κνήμη pp. dici potest *quicquid radendo politum est*: unde eximie *os cruris* sive *tibia* sic vocatur; ob *glabritiem*, nempe. Inde, propter similitudinem quandam, translatum quoque fuit ad *radios rotarum* designandos. [Κνῆμος pp. significat *durum* et *rasile*, a verbo *κνάω rado*. Hinc *κνήμη* pp. dicitur *durum os* tibiae. Porro nomina *ossium* corporis humani ad alia quaevis *artificia* transferuntur. Itaque et nostrum *κνήμη* pro *tibicine* sive *fulcro* quovis positum. Etiam *columna*, tectum sustinens, vocatur *κνήμη*: *κνῆμαι* vero *rotundi* illi *pali*, qui ad *rotam* in axe sustentandam extenduntur. A *κνήμη* est *κνημὶς*, quae vox notat *integumentum tibiae*: quare *ocreae*, quibus, vel *crus integrum*, vel *anteriorem partem*, id est, *tibiam* tegebant, vel velabant, *κνημῖδες* appellantur. T. H.]

[Κνίζω pp. *vellico*. Vide *Schult.* Orig. Hebr. T. II. p. 27. et confer mox infra in *κνίσσα*. E. S.]

Κνίσσα *nidor*. Verba vicina sunt *κνάω*, *κνέω*, *κνίω*, *κνύω*,

κνύω, κνήθω, κνίζω, κνύζω, et ſimilia. A verbo κνίζω, vel vicina forma κνίσσω, derivatum nomen noſtrum κνίσσα, id pp. dicit, quod, quaſi *radendo*, nares *faciat prurire*, adeoque id etiam, quod *nares odore perſtringat*, et *pruritum* veluti *excitet*; unde eximie noſtrum κνίσσα de *nidore* ponitur. [Κνίσσαι apud *Heſychium*, inter alia gloſſemata, est λυπῆσαι *moleſtiam creare*; ut κνίζει idem quod λυπεῖ, et κνίζων, λυπῶν qui *moleſtia afficit*, vel *moleſtia afficiens*. [An inde κνίσσα *nidor*, quaſi *moleſtiam creans*, *moleſtia* et *ſenſu doloris* oculos in primis *afficiens*? E. S.] Verba κνάω, κνέω, κνίω contracta ſunt ex κενάω, κενέω, κενίω: nam, inter κ et ν, ſaepe eliditur vocalis brevis ε. Jam vero primitivum κένω, in tertia Praeteriti perfecti paſſivi, habet κέκενται: hinc κεντὸς, et inde verbum κεντέω *pungo*. Ergo κνάω, κνέω, κνίω, notant *pungendo rado*: estque in tribus his verbis talis *radendi* ſignificatio ſita, ut aliquis *ſimul pungat*. Inde adeo κνίζειν *pungere*, *pungendo radere*. Ponitur duplici modo. Primum dicitur κνίζειν ἐρῶντα vel ἐραστὴν, qui amatorem *pungit*, id est, levibus offenſiunculis et rixis ad majorem amorem *incitat*: dein κνίζεσθαι pro *amore compungi*, et *captum eſſe*, ut ait Plautus. T. H.]

Κνώδαλον *beſtia*, *animans*. Neſcio an ſit repetendum ab ὀδὸς, cujus loco in uſu est ὀδοὺς *dens*: de quo vocabulo infra dicetur. Inde nempe est ὀδὸς, et praefixo ν, νωδὸς, ſignificans vel *dentibus privatum* (quo ſenſu *ſenum* epitheton est) vel notans *dentatum*, ſive *dentibus multis inſtructum*. Litera ν, vocabulis ita praefixa, habet vim vel *privandi*, vel intendit *ſignificationem*. Hac ratione a νωδὸς derivatum νώδαλος, ſcilicet θὴρ, *feram* notaret, *dentibus multis inſtructam*, vel *validisſimis praeditam dentibus*. Jam vero praefixa Κ, neutrum κνώδαλον, ſcil. θηρίον, ſubſtantive poſitum, eximie videtur uſurpatum fuiſſe de *beſtia* quavis, praeſertim *marina*, *rapaci*, et *voraci*, a multitudine dentium *validisſimorum*. [Magis placent, quae de hoc vocabulo dederat *Bochartus*, Hierozoici P. I. Libr. III. p. 979. et in Indice ſubjuncto (laudata etiam a ſummo *Schroedero* in Obſſ. ad Orig. Hebr. p. 216.) breviter hic a nobis ex-

excerpenda. „ Hebraeo נד, inquit, respondet Gr. κνώδαλον, etiam a *motu* factum, pro κινώδαλον—ἀπὸ τῦ κινεῖσθαι. Nec de terminatione laborandum, quum ad formam nominis pertineat, quod vox definit in δαλον. Ita enim a δαίειν fit δαίδαλος — a σκάζειν, σκάνδαλον" &c. Plura vide apud ipsum *Bochartum*, l. l. E. S.]

κοάλεμος *stolidus*. Est ejusdem formae nomen, atque ἰάλεμος, et Graecae quoque originis videtur esse: caussam tamen ejus non satis perspicio. [Conf. infra in κόβαλος.]

κοὰξ *coax*. Vox ficta ad similitudinem soni ranarum.

[κοάω *intelligo*. A *celeritate* arripiendi, atque adeo *percipiendi* dici potuit: ut stirps sit κόω. De quo mox, in voce sequenti. E. S.]

[κόβαλος *vafer*, *malefious*. Videtur vox esse ejusdem originis ac praecedens κοάλεμός, inserto nempe β, factum a κόαλος, unde productius κοάλεμος. Stirps κόω, quod verbum cel. *Lennep.* infra in κόπτω, et alibi, notionem *movendi celerius* &c. habuisse, suspicatur. A *motu* isto *celeri* notio *versutiae*, et *stoliditatis* facile desumi potuit. E. S.]

κόγχη *concha*. Dici videtur ab *adhaerendo* in scopulis, voce derivata a verbo ἔχεσθαι *adhaerere*. Inde, nempe, ὄχη, et inserto ν, ut saepe fieri solet, ante literas palatinas, ὄγχη: hinc autem, praefixo κ, κόγχη, quasi dicas, *quae adhaereat*. [κόγχη est foem. forma a masc. κόγχος, quod pp. videtur notasse *cavus*, vel *cavatus*. Stirps κόω, cognata alteri κάω, unde κάϝω, CAVO. Hoc certum est, κόγχυς dictas fuisse *cavitates* illas, in quibus *oculi latent*: etiam *hemicranium* seu *calvam capitis*, et *umbonem* clypei, κόγχον appellari, in quibus omnibus notio *cavitatis* satis conspicua. E. S.]

κοῖ. Vox ficta ad imitationem *soni porcellorum*: unde quoque verbum κοΐζειν *vocem porcorum imitari*, *grunnire*.

κοιλία *venter*. Dicitur a *cavitate*, quod nempe *cibi* et *intestinorum receptaculum* est. Ortum est a κοῖλος *cavus*, quod vide.

κοῖλος *cavus*. Proxime oritur a κοίω, vel κόω, quod a *motu* (quemadmodum alia vicina) ad notionem *ambien-*

biendi, *obtegendi*, *tumendi*, *cavandi*que transiit. Inde nostrum κοῖλος eximie *cavum* significat, quod veluti *turget* et *septo ambitur*: atque sic generatim *cavum* est. [Κοῖλος pp. notat eam *cavitatem*, quae in *rotunda* quacumque *re* invenitur. Contrahiturque illud ex κόϊλος, quod a primitivo κόος. Nec tantum antiquitus dicebatur κόος, sed et κάος, de *cavitate profunda*. A κάος, interposito digammate Aeolico, fit κάϝος, CAVUS. Veteres Latini itidem dixerunt COELUS: unde *coelum* etiam a *cavitate* nomen habet. Est autem κοῖλος frequens navium epitheton. T. H.]

Κοιμάω *dormire facio*. Proxime est a κοῖμα, quod non, nisi forma proprie, differt ab usitata voce κῶμα, qua *somnus profundus* notatur. Utriusque origo est κόω, quod convenit cum κέω, unde oriri vidimus verbum κεῖμαι. Inde κοιμάω est *somnum facio*, *ad somnum compono*, *dormire facio*. [Tanquam diversae originis vocabula in Lexicis prostant κῶμα *sopor altus*, κώμη *pagus*, κῶμος *comessatio*. Formari debuerunt haec omnia a κέκωμαι, prima Praeteriti perf. pass. verbi κόω, quod nusquam invenitur; nomen autem κόος formari debuit a κέκοα, Praeterito medio verbi veteris κέω: unde κέομαι *jaceo* superest apud *Homerum*, Il. Χ, 510. Odyss. Λ, 340. Jam vero in κέομαι filum reperitur, cujus ope se quis expediat, ex Grammaticorum labyrintho. Κέομαι est *jaceo*. Activum itaque κέω; in veteri lingua, significare debuit *jacere* vel *cubare facio*, *reclino* alterum: quin imo, a κέω ductum, κείω reperitur apud Homerum. Hinc κεῖμι ortum et κεῖμαι, quod, reliquis obsoletis, in usu remansit. Porro a κείω Praeteritum Medium fluxit κέκοια, et contractum κέκῳα. Hinc descendit vox κῷος, superstes in voce Homerica ὀρεσκῷος, qua fera dicitur, *in monte cubans*. Il. Α, 268. Od. Ι, 155. Pari ratione, *vinculum collare*, sive quo *collum* captivorum *includebatur*, Graecis dicitur κλῳὸς a κέκλῳα, vel κέκλοια, verbi κλείω *claudo*. A forma κοίω, vel κώω, in Praeter. pass. κέκοιμαι, vel κεκοῖμαι, in tertia pers. κέκοιται, orta est vox usitatissima κοίτη *cubile*. A *prima* Praeteriti hujus pass. formatum κοίμη, quod pe-

pe-

perit tamen verbum usitatissimum *κοιμάομαι dormio*, pp. *jaceo*, vel *recubo*, somni capiendi gratia. Activum *κοιμᾷν* significat alterum *consopire* sive *reclinare*. Denique a *κεκόιμαι* contracta forma fluxit *κέκωμαι*: hinc nomina orta sunt *κῶμα*, *κώμη*, *κῶμος*, quibus, quum jota non amplius subscriberetur, origo fuit obscurata. Κῶμα est *sopor altus*: quam vocem adfirmavit *Georg. Arnaldus*, in Miscell. Obss. Vol. V, p. 291. —— Κῶμος *comessatio* proprie *sopor* est *altus*, sive is *status*, quo quis, *vino gravatus*, *somno prostratus jacet*: *κώμη* vero est in usu *vicus* vel *pagus*. In antiqua Graecia, quum omnes essent agricolae, vel pastores, sic locus dicebatur, quo pastores sub noctem *cubitum* se recipiebant, postquam diem in agris cum armentis contrivissent. J. C. V.]

Κοινὸς *communis*. Nescio an sit repetendum a *jacendo*, et quasi *omnibus expositum esse*. Ut ut est, certum videtur, oriri a *κόω*, quod vicinum verbo *κέω*, et similibus.

Κοίρανος *princeps*. Haud dubie est pro *κόρανος*: hoc autem a *κὸρ*, ut *κάρανος*, a *κὰρ*, quae vox posterior, in dialecto Jonica, olim idem significavit, quod *κοίρανος princeps*. De voce autem *κὸρ* et *κὰρ* alibi dictum.

Κοίτη *cubile*. Eandem stirpem habet, quam *κοῖμαι*, de qua dictum supra ad *κοιμάω*: et quidem proxime descendit a verbo *κοιμὶ*, quod repetendum a *κόω*, cui vicinum *κέω*, unde *κεῖμαι*.

[Κοίτη *cubile*, a *κοίω*. Stirps *κόω*. Vide in *κοιμάω*. E. S.]

Κόκκος *granum*. Olim generatim significabat *granum rotundum*; eximie vero tale, quo utebantur ad lanam pulcro colore inficiendam. [Originem forte habet a verbo *κόω*, quod cognatum *κάω*, unde *κάϜω* CAVO. Vide supra in *κόγχη* &c. Itaque primum, per unum *κ*, dictum fuisse putem *κόκος*, ab *ἔκοκα*, prima Praeteriti Act. verbi *κόω*, dein *κόκκος*, litera geminata, ut in *κόλλα* pro *κόλα*, *λάκκος* pro *λάκος* LACUS, et similibus. De ipso autem *κόκκος* vide *Salmas.* Exc. Plin. p. 194. 195. E. S.]

κόκκυξ *coccyx*, *cuculus*. Proxime formatum est a κοκκύζω, quo verbo *vox istius avis* significatur.

κολάζω, *punio*. A verbo κόλω (quod idem ac κέλω vel κέλλω *tundendo percutio*) ortum κολάω peperit κολάζω, cum *puniendi castigandi*que notione.

κόλαξ. Origo haud dubie est verbum κόλω. De notione minus conveniunt Grammatici. Videtur autem ea repetenda a notione *castigandi*, vel *vehementius tractandi*, quae, ab ista *percellendi* nata, tum in verbo κολάζω cernitur quodammodo, tum in primis superstes est in Latino verbo COLO. Id enim proprie notat *cum cura tractare*, et quidem ita, ut ex eo, quod tractes, fructum percipias et utilitatem. Inde jam κόλαξ pp. dici potuit is, qui *diligenter* aliquem *colat*. Usus autem voluit, ut, in deteriorem acceptum *partem*, significaret *adulatorem*, *assentatorem*. Alio loco cel. *Lennep*. „ Videtur vox κόλαξ orta a κολάπτω, vel forma vicina κολάσσω, significante *allido*, *allidendo adhaereo*. Cernitur, nimirum, notio ista *adhaerendi* in simpliciori κόλω; unde, geminato λ, nomen κόλλα *gluten*, et inde formatum verbum κολλᾶσθαι, id est, tanquam *glutine adfixum adhaerere*."

Κολάπτω *tundo*, *excavo*, *incido*. Ortum est a κόλω, ratione significationis manifesta, quae est a *percellendo*, *percutiendo*ve. [Hinc porro κόλαφος *colaphus*, *alapa*, quae *infligitur*. E. S.]

Κόλαρις *genus animalis*. Nomen videtur ortum a κόλω, de quo jam dictum.

Κολεὸς *vagina*. Componi vox potest cum nomine κοῖλος *cavus*. Notionem enim habet ab *excavando*: quae significatio quoque conspicua est in κολάπτω, et aliis in locis jam est explicita. Origo κόλω, vicina forma alteri κέλω, similibusque. [Etiam, Hesychio teste, κολεὸς, idem notat, quod λάρναξ, ὑδρία f. *loculum*, *hydriam*: in quibus notio *cavitatis* clare deprehenditur. E. S.]

κολεράι, *sc.* ὄϊες, *glabrae* oves. Est a masc. κολερὸς, hoc autem a κολὸς *decurtatus*, *mutilatus*: quod a κόλω *percello*, *percutio*; unde ortum verbum κολούω, de quo vi-

vide suo loco. Hinc igitur *κολεροὶ oves* eximie dicuntur, quae *brevem* habent *lanam*, et quasi *decurtatam*.

κολετράω *proculco*. Proxime descendit ab antiqua voce κολετρὸν, qua significari debuit *instrumentum tundendo mutilandove aptum*. Hinc igitur verbi nostri explicanda notio, de qua dissentiunt Grammatici. Origo est κόλω, unde oriuntur κολέω, κολούω, κολάπτω, κολάζω, et similia.

κολίας *genus piscis*. Forte a *cavitate* nomen habet.

Κόλλα *gluten*. Oritur a κόλω, vel κόλλω, quod idem ac κέλλω, *cello*, *allido*: unde *glutinandi* notio. Itaque κόλλα pp. significaverit *rem*, *qua* quid *allidendo* alteri *adjungas*, unde in usu idem sonat, quod *gluten*. Porro a κόλλα factum est κολλάω *adglutino*, et hujus Medium κολλᾶσθαι pp. *adglutinare* vel *adglutinando se adjungere*. Usus hujus verbi Medii frequens est de *hominibus*, quocumque modo ad alios *se adjungentibus*, eosque studiose *sectantibus*. Ita v. gr. discipuli, studiose *praeceptorem sectantes*, ei dicuntur προσκολλᾶσθαι &c.

Κόλλοψ. Proprie sic dicitur *clavicula*, qua *impacta* res *continetur*, voce orta a κολόπτω. Utrumque enim dicitur, κόλοψ et κόλλοψ. Verbum κολόπτω autem, forma tantum, diversum est a κολάπτω, et communem habet originem κόλω. Ratio significationis manifesta est; a *tundendo*, nempe, repetenda. Latius autem patet vox κόλλοψ, quumque notet *id quo res contineantur*, eximie quoque sumtum videtur pro *glutine*, et inde pro *corio duriore*, quod est in *cervicibus* bovum, unde *gluten* fit.

Κόλλυβος *species numismatis* est. Origo haud dubie eadem, quae vocis κόλλοψ, unde forte non multum differt proprie. [Plura de hac voce et aliquot vicinis dedit *Salmas.* in libro de Usuris p. 494. ff. E. S.]

κολλύρα *panis genus*. Dici quoque id videtur a *conglutinando*; ut adeo eandem habeat originem, quam vox κόλλα similesve.

κολλύριον, sive κολλούριον, *Collyrium*. Medicamenti genus est. Vox composita est ex κόλλα et οὔριον, quod a nomine οὐρὰ *cauda*, et proprie dicitur sic *medicamen-*

 tum

tum in longum, caudae instar, ex rebus *glutinosis productum.* [Vide plura in *Stephani* Append. col. 1257. 1258. Nescio tamen an vox κολλύριον, (sive paullo densius pronuntiatum κολλύριον) potius sit formae diminutivae, ductae a simpliciori voce κόλλυς sive κόλλυρ, quemadmodum literae finales ς et ρ permutari solebant. Vocem autem κόλλυς servavit nobis *Etymologus*, col. 120: 28. ubi *comam* dicitur notare, *quam relinquerent intonsam, diis consecrandam,* hoc est, *comam* illam *densiorem* et quasi *conglutinatam.* Itaque ex hoc fonte κολλύριος videtur denotare potuisse *densulum, compactulum,* et neutro genere, subintellecta voce substantiva, φάρμακον, sive alia quadam, MEDICAMENTUM (ut *Henr. Stephani* descriptione utar) *oblongum et teres, ex liquoribus, succis, seminibus et metallicis, ad varios usus compositum,* COMPACTUM COHAERENSQUE. &c. E. S.]

[Κολλυρίων COLLYRION, *Avis quaedam.* Videtur vox esse ejusdem originis ac praecedens. Fortasse nomen habet a plumarum copia *densa* et *compacta.* E. S.]

Κολοιὸς *graculus.* Dicitur a *tundendo,* similive notione. Stirps κόλω, de quo verbo superius diximus. [Nisi vox ducta sit a *sono* harum avium. Conf. Eustath. p. 205. 6. E. S.]

Κόλον *cibus.* Proprie dici videtur *frustum* panis *contusum*; nomine orto a κόλω, vel vicino κέλω. [Nempe pp. est adjectivum neutr. generis, substantive positum, a masc. κόλος pp. *impulsus, percussus,* hinc *fractus, mutilatus.* Vide Iliad. Π, 117. coll. 115. 116. ubi *Schol.* κόλον exponit per κολοβὸν, quae forma illi vicina est ac repetenda a productiori κολόω, unde κολοὸς, et, inserto β, κολοβός. E. S.]

Κολοσσὸς *Colossus*, statua magnitudinis ingentis. Sic dici videtur a verbo κολόσσω, similive forma, quod idem fere ac κολάπτω *tundo:* de quo dictum supra.

Κολυτέα *Colutea*, arboris genus. Proprie foem. est a masc. κολύτεος, hoc autem nomen verbale, a κολύω. Itaque a notione *mutilandi, decurtandique,* quae in

hoc

hoc verbo est, significat *amputandam* [sive *amputatu facilem*] arborem. Conf. infra κολυτέα.]

Κολύω *amputo*, *trunco*, *decurto*. Forma praesertim differt a κολάπτω, et *truncandi* notionem habet ab illa *incidendi*, *tundendive*. [Vide de hoc verbo *D'Arnaud* Animadv. Crit. p. 60. 61. E. S.]

Κολοφὼν *Colophon*. Nomen proprium civitatis, cujus equitatus, fortitudinis nomine celebris, occasionem praebuit proverbio κολοφῶνα ἐπιτιθέναι *Colophonem imponere*. [Ita *Strabo*. L. XIV, p. 643. Quandoquidem vero *Hesychius* nostrum κολοφῶνα simpliciter interpretatur per ὑψηλὸν, ἀκρωτήριον *apicem*, sive *fastigium*, longe verisimilius videri queat, κολοφῶνα ἐπιτιθέναι ad literam esse, *apicem*, sive *fastigium imponere*, ut fieri solet in *aedificiis*, *turribus* &c. E. S.] Nomen ipsum videtur natum a *glutine* picis, qua celeberrima fuit ista civitas: et quidem ortum est a κόλω, unde κόλλοψ. Vide supra in hac voce.

Κόλπος *sinus*. Dicitur a *cavitate*, nec pp. multum differt a κάλπη, similibusque vocabulis. Proxime ortum est a κόλος, unde κοῖλος *cavus*.

Κολυμβάω *nato*. Videtur nomen habere a *motu* aquae *impulsae*. Dicitur, nempe, pro κολυβάω, quod a καλύβω, similive forma. Stirps est κόλω.

Κολυτέα *Colytea* arbor. Vide in κολυτέα.

[Κόλω. Stirps ipsa est, unde tot derivata jam commemoravit cel. *Lennepius*: quem vide in κολάζω, κόλαξ &c. Verbum hoc integrum fere nobis servavit lingua Latina in suo COLO, *colui*, *cultum*, *colere*: ubi unum tantum hoc observandum est, Praeteritum perf. COLUI, pro *colevi*, esse a forma propagata *coleo*; ut *monui* est pro *monevi* a *moneo*, *dolui* a *doleo* &c. Jam vero si conferas κέλω, κέλλω (quod, nostro quidem judicio, ex cognatione literarum κ et π, respondet Latinorum PELLO) facile apparebit, verbum obsol. κέλειν pp. idem fuisse, quod κέλλειν, id est, *pellere*, *impellere*, *impellendo agere*. (Vide supra in κέλευθος, et κέλλω.) Haec proprietas *impellendi*, vel *impellendo* AGENDI aliquatenus deprehenditur, in phrasi *Lucre*-

tiana (L. V. 1144.) *colere* aevum, et *Plautina* (Rud. I, 5. 24.) *colere* vitam, id est *agere* aevum, *agere* vitam: sed multo fortius sentitur vis illa primigenia *pellendi*, dicam, an *cellendi*, in Praeterito et Supino verbi compositi *percello*, *per*CULI, *per*CULSUM: ubi jam manifeste illud CULI et CULSUM desumtum est a *culo* sive *colo* nostro, quae, etsi vocalibus *o* et *u* diversa, tamen eadem verba fuisse oportet, ut in *tolo* (*tollo*) *tuli* cet. Quorsum egregie quoque faciunt, quae cel. *Lennepius* alio loco observabat, „ vocem Βυκόλος compositam esse ex βῦς *bos*, et κόλος, quod a verbo κέλω, vel κέλλω, Lat. *pello*, *impello*. Itaque βυκέλον esse dictum, quasi *agitatorem boum* &c." Porro a κέλω vidimus supra esse κελεύω, quod proprie est *impello*, atque adeo *jubeo* aliquem. Atqui hoc ipsum COLO fortasse idem quoque est, quod κελεύω *jubeo* vel *volo*, in loco vexatissimo *Plauti* (Amph. 1, 1, 51.) *Hem! nunc jam ergo:* SIC COLO, ubi *Lambinus*, ex conjectura, restitui cupiebat, SIC VOLO. Ceterum praecepit auctor noster, in verbis κολάζω, κόλαξ, κολάπτω &c., stirpem κόλω habuisse notionem *vehementius tractandi*, *tundendi*que, quae, ab ista *percellendi* nata, cernatur in primis in Lat. COLO, COLERE," nempe, quando dicunt, COLERE agrum &c. Itaque ne nimii simus, hic puto desinendum. E. S.]

Κολωνὸς *tumulus*. Dicitur a κόλος, cujus origo κόλω est. Forte a *tumore*, quo terra veluti *turgeat*: ut sic nomen habeat a *turgendo*. [Etiam in forma foem. κολώνη absolute dicitur, ut Il. B, 811. Δ, 710. ubi ἀντεῖα κολώνη. Conf. *Hesychius*, in voce, et *Eust*. p. 351: 2. 4. 880: 28. E. S.]

Κόμαρος *Arbuti genus*. Ortum est a κόμα sive κόμη *coma:* quasi dicas *semper comam habens*, *semper virens*.

Κομέω *curo*. Ortum videtur a κόμω, quod a κόω: hoc autem a notione *ornandi* (de qua jam supra dictum alibi) idem significat, quod Lat. COMO, tum etiam, a notione *curvandi*, idem quod *porto*, *gesto:* quae vis conspicua est in derivato κομίζω. Inde, ad *curam* translatum, est nostrum κομέω. [Ipsum Latin. CURVO pp. est

est Gr. κύπω, hoc autem, Digammate Aeolico inserto, factum a κύω et κύρω, cum pp. vi *tumendi*. κύρω dein dedit κυρέω, κυρῶ Lat. CURO, *curare*. Κόω vero et κύω, quum stirpes cognatae sint, facillime hinc elucet mira adfinitas inter Gr. καμέω, et Latina CURO, CURVO. Vide omnino T. H. infra in κορωνίς. E. S.]

Κόμη COMA, vel *comta caesaries*. Stirpem vide ad verbum κομέω. [κόμη, nempe a 1. Praeter. pass. verbi κόω pp. *tumeo*, vel *turgeo*, pp. notat *densos* et *turgentes* capillos, ut Odyss. Ψ, 158. quare etiam de *frondibus densis* olivae adhibetur ibid. vs. 195. E. S.]

Κόμμα *segmen*, *fragmentum*. Ductum est a κέκομμαι, prima Praet. perf. Pass. verbi κόπτω, sive potius, a simpliciori ejus forma κόπω, ut a τύπω pp. est τέτυμμαι, pro τέτυπμαι. E. S.]

Κομμὸς *ornatus nimius*, praesertim *adscititius*. Ortum haud dubie est a κόω, vel κόμω *orno*, [quo pacto κομμὸς hocce foret, per *reduplicationem* literae μ, pro κομὸς, qualem reduplicationem Grammatici Hebraei dicerent *dagesch forte emphaticum*:] ubi autem κομμὸς *planctum* notat, recte repetitur a κόπτω *tundo*. [De κομμῶν, et Lexicographis ignoto ἐπικομμῶν, vide *Hemst.* ad Aristoph. Plut. p. 398. E. S.]

Κόμπος *crepitus*. Dicitur pro κόπος, quod a κόπω, vel κόπτω: de quo suo loco. [*Aprorum dentibus* tribuitur ab Homero, Il. Λ, 417. Μ, 149. tum etiam hominibus *saltantibus*, *humumque pede pulsantibus*, Od. Θ, 380. ex quo posteriori usu proprietas et origo verbi magis elucent. Vide etiam Il. Μ, 151. E. S.]

Κομψὸς *scitus*, *elegans*. Ortum est a κόμπτω, quod a κόμω, Lat. COMO. [Itaque κομψὸς pp. erit Lat. COMPTUS, ἄκομψος autem INCOMPTUS. E. S.]

Κόναβος *sonitus*, et quidem proprie earum rerum, quae *allisae* cum *fragore rumpuntur*: a quo *sono* vox facta est. [Vide omnino Od. Κ, 121. 122. Itaque κοναβίζειν pp. notat sonum *fractum*, et identidem *interruptum*, *edere*, Od. Κ, 399. Etiam dicitur de *aere resonante*, ut Belg. *Kraaken*. Il. Φ, 255. E. S.]

κόνδυλος *tuber in articulis digitorum.* Videtur dici a *turgendo*, et quidem proxime oriri a nomine obsoleto κόνδος, quod ortum a κόω, vel κόνω: unde quoque Lat. CONDO. [A κόνδυς isto obsoleto videtur superesse neutrum κόνδυ, *poculum* notans *decem cotylarum.* E. S.]

κονέω *festino*, *curro.* Proxime est a κόνος. In compositis, ut διακονεῖν &c. dicitur is, *qui festinat*, *sedulus est:* nomine orto a κόνω, vel κένω, *celeriter moveo*, *stimulo*, ut alibi dictum. Alio loco vir celeberr. „ Διάκονος *Diaconus.* Vox composita est ex διὰ et κόνος: quod repetendum ab obsoleto Praeter. Medio κέκονα, verbi κένω. A verbo autem κένω supersunt nomen κέντρον, *stimulus*, et verbum κεντέω *stimulo:* quae notio *stimulandi* in primitivo κένω etiam spectanda est. Inde jam διάκονος, vi praepositionis διὰ, pp. notat eum, qui *usque se stimulet*, sc. ad opus, unde eximie *ministrum* notat *sedulum* in opere; et latius *quemcumque ministrum.*"

κόνις *pulvis.* Forte sic dicitur a *levitate*, qua *movetur*, nomine orto a κόω *moveo.* [Notandus hac occasione error librariorum, in Proverbio, quod efferunt, Πάντα ἡμῖν μία κόνις „ *uno pulvere omnia perficimus:*" pro quo legendum esse, Πάντα μία Μύκονος, probavit T. H. ad Luciani Νεκρ. 1, 3. p. 334. 335. E. S.] A κόνις hocce repetendum est compos. κονιορτὸς *pulvis.* „ Vi suae compositionis *pulverem* notat *pedibus excitatum.* Alludit Homerus ad Originem, in Iliad. Δ, 151. Ὑπὸ δέ σφισιν ὤρτο κονίη, Ἐκ πεδίου ἐπεὶ ὦρσαν ἐρίγδουποι πόδες ἵππων *Sub ipsis autem* excitatus *est* pulvis, *E campo, quem* excitabant *grave-strepentes pedes equorum.* Formata est vox ex κόνις et ὄρτος: hoc Latinum est ORTUS, ut Lat. ORIOR a Graeco est ὄρω. L. C. V.]

[Κῶνος sive κόνος. Proprie idem est, quod Lat. CONUS. „ Significat autem quidquid *fastigiatum* sit, aut in *acutum* exeat. Hinc *ornamentum muliebre*, quod auribus appendebatur, a forma ita dictum, quia *conum* sive κῶνον referebat." Vide *Toup.* Emend. in Suid.

Suid. P. II. 106. & conf. mox in κοντὸς, et infra in κῶνος. E. S.]

Κοντὸς CONTUS. Ortum haud dubie a κόνω *ſtimulo*; [adeoque vicino alteri κένω, unde κέντρον &c. E. S.] Unde facile apparet ſignificationis ratio.

Κόπρος *ſtercus*, *fimus*. Proprie dicitur a nomine κόπος, vel κοπὴ: quo vocabulo (ut alibi vidimus) deſignatur *ſtabulum*. κόπρος igitur [pro κόπειρος] est, quaſi, *ad ſtabulum pertinens*.

Κόπτω *tundo*, *ſcindo*. Oritur a κόπω, quod ortum a κόω, cui vicina ſunt κέω, κάω, quibus, cum *movendi*, tum *cellendi*, *percellendi*, ſimilesque ſignificationes ſunt. His autem vicina *tundendi*, *ſcindendi*que notio.

Κοράλλιον *corallium*. Dicitur pro κοράλιον, et hoc a κόραλος, quod videtur compoſitum ex κόρος et ἁλὸς, ſignificatque, quaſi, *ſurculum maris*: ut est *corallum*. De vocibus autem κόρος, et ἅλς, ἁλὸς videndum ſuis locis.

Κόραξ *corvus*. Dicitur a ſono *rauco*, quem edere ſolet iſta avis. Formatum, nempe, vocabulum est a verbo κοράζω, quod non multum differt a κράζω, factum quoque a *ſono*. Peperit autem noſtra vox verbum κορακίζω, iſti avi proprium. [Vide aliam etymologiam vocis CORVUS infra, in voce κορωνίς.]

Κόρδαξ *cordax*. Est genus *ſaltationis*. Haud dubie orta vox est ab obſoleto verbo κορδάζω, quod non niſi forma videtur differre a κραδαίνω *vibro*. Est, nempe, utrumque compoſitum: et quidem κορδάζω ex nomine κὸρ, quod ſupra jam aliquoties vidimus, et verbo δάζω: alterum vero κραδαίνω ex κρὰ, et δαίνω. Vidimus autem jam alibi, vocabula κὸρ et κρὰ vicina eſſe, et utrumque ſignificare *ſummum* alicujus *rei* et quaſi *apicem*. Δαίνω vero et δάζω communem habent ſtirpem δάω, cui vicina ſunt verba δίω, δόνω, δονέω, et ſimilia, *motus vehementioris* ſignificationem habentia. Hinc κραδαίνω quaſi *apicem movendo vibrare* notat: κόρδαξ autem eximie genus *ſaltationis* est, quod *varias* habet *geſticulationes*. [Diſplicet mihi quidem nonnihil

resolutio ista vocis nostrae κόρδαξ in duas partes. Quid, si syllaba αξ terminationem meram nobis sistat, qualis Graecis aeque familiaris est, ac Latinis in DICAX, FUGAX, MORDAX et plurimis ejusdem formae vocibus? Hoc pacto κόρδαξ nostrum fuerit a κόρδω verbo obsoleto; quod a κόρω, ut χορδὴ a χόρδω. Ad veram autem originem inveniendam, adjumento erit observatio *Hemsterh.* in voce κορωνίς. E. S.]

Κορδύλη *involucrum capitis.* A Cypriis sic vocatur, nomine deducto a voce κὰρ, de qua modo dictum, et verbo δύω, significante *subeo.* [Etiam *pedum pastorale* sic dicitur, quod alias κορύνα audit. An itidem compos. ex κὰρ et δύω? Vid. *Lenn.* de hac voce Anim. ad Coluth. p. 70. 71. Rectius tamen vocem nostram habueris pro voce simplici, atque adeo pp. adjectiva f. g. a masc. κορδύλος, quod a κορδὺς, ut μικκύλος a μικκὺς sive μικκὸς &c. *Hesychius:* κορδύλη· κορύνη κ. τ. λ. Quod quidem glossema satis verisimile efficit, voces κορύνην et κορδύλην unam eandemque stirpem agnoscere κόρω, et solis formis ac terminatione leviter differre. E. S.]

Κορέω *verro, purgo.* Dicitur a κόρος *scopae.* Vocis autem κόρος variae et discrepantes valde notiones repetendae sunt a verborum, unde oritur, κέρω et κόρω significatione. Notat autem κέρω s. κόρω pp. *in summitate verso* vel *emineo.* Unde orta Latina verba CREO, CRESCO. Inde jam κόρος eximie notat *surculum:* unde, commoda translatione, modo significat *juvenculum,* modo *scopas,* ex *surculis fruticum* factas: porro, a *repletione,* veluti *ad summum,* idem translatum videtur ad *societatem* designandam.

[Κόρη pp. *pupa, puella,* hinc *imaguncula,* qua puellae ludunt, quin et *pupilla* sive *pupula* (forma diminutiva) id est, *imaguncula* in medio oculo apparens. Est forma foem. a κόρος, quod a Praeter. Medio verbi κέρω sive κείρω, et pp. notat *germen novellum,* Belg. *eene spruit.* De origine vide ad vocem superiorem. Conf. cel. *Ruhnk.* ad Tim. p. 120. et *Albert.* ad Hesych. V. κόρη. E. S.]

Κόρδυς *acervus*. Proxime quidem oritur a κόρδω: hoc autem a κόρω, quasi dicas ad *fummum compleo*.

Κόρις *cimex*. Videtur dici a verbo κόρω, quasi dicas *verfari in fumma* cute vel *pascere*. [Stirps κόρω certissime cognata fuit alteri κέρω *feco*, unde κείρω, pp. *tondeo*, et meton. *infatiabili cum voracitate edo*. An hinc κόρις ab *infatiabili cupiditate*, qua *cutim* quasi *fecat*, et *fanguinem fugit*? E. S.]

Κορύβας *Sacerdos Rheae*. Varias hujus vocis origines tradunt veteres. Mihi videtur dici a *furore*, quo correpti ferebantur Corybantes: voce orta a κόρυς, et inde deducto verbo κόρυω, quasi dicas *laboro capite*: quod ab antiquo κὰρ repetendum.

Κόρυζα *gravedo*, *capitis morbus*. Oritur a κορύζω, quasi dicas, *capite laboro*: hoc autem a κόρυς, significante *verticem*, *caput*, *fummum* alicujus *rei*, vel simile.

Κώρυκος *facculus*, *marfupium*. Nefcio an fit repetendum a κόρυς *galea*.

Κόρυμβος. In primis fic vocatur *cacumen* vel *vertex* montis. Dicitur autem pro κόρυβος, quod a κόρυς *vertex*, vel *id quod in vertice tegat*.

Κορύνη *clava nodofa*. Est quoque a κόρυς *vertex*, *fummum* cujusque *rei*: unde κορύνη eximie *clava*, in qua *multa* veluti *capita* vel *nodi* funt.

Κόρυς *galea*, *casfis*. Est a κὰρ, *caput*, *vertex*: ut alibi dictum. Inde κόρυς eximie id dicitur, quo *vertex* tegitur, *galea*.

Κορυφὴ *vertex*. Proxime oritur a κορύπτω, quod notat *verticem moveo*, *vertice*, vel *cornibus peto*. [Atqui haec significatio *verticem movendi*, fi quidem vera fit, manifesto ducta est a κορυφὴ *vertex*. Itaque κορύπτω vel κορύφω (unde Adject. κορυφὸς, κορυφὴ) pp. videtur notasfe idem, quod ejusdem verbi forma contracta, κρύπτω *tego*, *obtego*. Unde κορυφὴ pp. *quae*, vel *quod tegitur*, *vertex*. A forma mafcul. κορυφὸς est novum verbum κορυφόω *in verticem attollo*. E. S.]

Κορώνη *cornix*. Dicitur a κὸρ, vel vicino quodam vocabulo: et pp. notat quasi *in fummitate* vel *vertice verfans*, unde multiplices huic voci notiones tribuuntur,

tur, quae ex Lexicis possunt cognosci. [Vide ad vocem seq.]

Κορωνὶς *navis* epitheton, „ cujus Epitheti rationem veteres diversimode interpretati sunt. Scholiastes (Homeri ad Iliad. Α, 170.) dupliciter exponit. Primo ἐπικαμπεῖς τὰς ἄκρας ἐχούσας, ὅ ἐςι τὰς πρύμνας, *quae habent proras inflexas:* altera est ἢ μελαίνας· κόρον γὰρ τὸ μέλαν, *aut nigris*, pice indutis navibus &c. Prior explicatio tenenda est, convenitque magis cum vocis origine. Apud veteres Graecos fuit verbum κέρω *curvo*, et *in obliquum flecto*. Ab ea potestate descendit vox κέρας *cornu*. Κέρω facit in Praet. Med. κέκορα, unde κόρος, κόρκος, κόρανος, κοράνος, κόρνος. Hoc Adject. notavit *curvum*, *inflexum*: unde ab isto κόρος etiam oritur, ex dialecto Aeol. κόρϝος, Lat. *corvus*, cujus *inflexum* oris *cornu* notum est. Pari modo atque *cornix* vocatur κορώνη ob eandem *inflexionem* τῦ ῥάμφυ s. *rostri*. Κορώνη in f. g. formabat CORONAM, a κόρωνος. Etiam verbum est κορωνάω, et κορωνιάω de *equo*, *flexo collo superbiente*. —— Qua de caussa hoc ipsum κορωνιῶν ab antiquis exponitur per γαυριῶν. Ex his facile intelligitur, κορωνίδα *navem* dici, *proram* habentem *inflexam*, et *curvam*, quod etiam ex monumentis antiquis constat. Κορώνη praeterea et κορωνὶς dicebatur *circulus* ille *inferior teli*, qui aptari solebat ad nervum, ne scil. aberraret. Hinc Graeci veteres petiverunt proverbialem locutionem, qua κορώνη et κορωνὶς pro *fine* usurpatur. T. H.]

Κόσκινον *cribrum*. Haud dubie dicitur a *movendo*, quae notio est verborum κίω, κόω, κόνω, et similium. Inde facta reduplicatione, et σ ante κ posito, fit κόσκινον. [Nescio an a κόω, κόσω, κόσκω sit κόσκινος? Quo pacto notio eadem *movendi* poterit pro primaria haberi: nisi praeplaceat illa *foraminum cavatorum*, ut sane κόω cognatum est alteri κάω, et κάνης *canistrum* simili quadam gaudet origine. Vide supra in κάνης, κάω &c. E. S.]

Κοσκυλμάτια *coriorum* et *pellium minuta praesegmina*. Vox, nempe, σκύλον notat *corium*, a verbo σκύλω, pp.

pp. *excorio.* Ab eodem verbo est σκύλμα itidem *corium* notans, seu id *quod* excoriando *detrahitur.* Inde σκυλμάτιον diminutivum, quasi dicas, *parvum corium*, vel *frustulum corii*: facta autem reduplicatione fit κοσκυλμάτιον. Litera enim σ, quum originalis non sit, haud repetitur. De vocis autem σκύλω origine dicetur loco suo.

Κόσμος *ordo.* Oritur a κόω vel κόζω, quod vicinum verbo κάζω *orno.* Κόσμος autem ab *ornatu* translatum est ad *ordinem.* Ab utroque autem transfertur dein ad designandum *coelum* vel *mundum. Alio* loco vir celeb. „ Κόσμος pp. nihil aliud significat, quam *ornatum:* ortum, nempe, ab antiquo κόω *orno* (unde Lat. COMO, COMTUS et sim.) atque ita κόσμος tum de *alio* quocumque *ornatu*, tum eximie de *ornatu* muliebri, a Graecis ponitur; quem Latini quoque *mundum muliebrem* vocant. Pythagoras autem, quum *mundum* et *coelum* universum mirifice *ornatum* videret, partibusque suis omnibus *apto* cohaerens *ordine*, primus hoc *coelum* et totum *universum* (quod antea vocaverant τὸ ὅλον) κόσμον appellavit. Hoc deinceps imitati sunt reliqui Graeci, ut et Latini *mundum* vocantes. —— Eadem ex origine verbi etiam οἶκον σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον, in Euang. Lucae XI. 25. convertas licet, *aedes sordibus purgatas*, et *supellectili* necessaria beneque *ordinata instructas.*" [Vide omnino cel. *Lennep.* ad Phalar. Ep. p. 275. coll. ibid. p. 68. et *Alb.* ad Hesych. V. κόσμος. Apud Homerum quoque, Il. κ, 470. phrasin εὖ κατὰ κόσμον vertendam esse *scite et* COMPOSITE, Clarkius obseruavit, non autem *decore* et *decenter*, quod rem non attingat." Æ. S.] Nempe „ κόσμος pp. est *ordo.* Sic *exercitus* dicitur εἶναι ἐν κόσμῳ *in ordine stare.* Jam vero *ordo* est fundamentum *ornatus*; nihil enim ornatur, quod non] recte ante est *ordinatum.* Hinc igitur κόσμος sumitur pro *ornatu.* Porro κόσμος τοῦ βίου *ordo* et *elegantia vitae*; κόσμιος *qui est ornatae* et *elegantis vitae.* Sed propria quadam ratione *cives* dicuntur κόσμιοι, qui *ordine vivunt* in civitate, id est, *cives boni.* T. H.]

Κό-

Κότος *ira vetus* et *latens*. Latini *simultatem* vocant. Videtur dici a κόω, unde nomen κῶμα *somnus* et sim. Hinc κότος est quasi *sopitus*, quod apprime convenit in notionem, huic voci subjectam.

Κότταβος dicebatur olim eximie, apud Siculos, *genus lusus inter potandum*. Videtur autem dici a verbo κόττω, quod dialecto tantum differt a κόπτω, tum etiam a vicinis simplicioribus κόω aliisque. Videtur autem proxime κότταβος oriri a Dorico κόττα, respondente voci Jonicae κόττη, quod est *caput*, nec multum abit a voce κοτύλη, qua generatim notatur *cavitas*; unde *patella* sic dicitur. Hinc κότταβος dici potest *lusus*, qui *patella* vel *lamina* peragebatur; quemadmodum in isto genere lusus locum habebat. Ἀποκοτταβίζω *defundo cum vi* quadam, ut *sonum edat*. Dicitur a κότταβος, in quo genere *lusus* verbum proprium erat.

Κόττη *caput*. Oritur haud dubie a κόττω, de quo modo dictum. Hoc autem, ut modo dixi, idem quod κόπτω, quocum convenit κέπω, unde ortum κεφαλὴ *caput*.

Κοτύλη *cavitas*. Proxime oritur a κοτὺς, quod idem ac κοτὶς, et pp. diminutiva vox est, terminatione Dorica praedita. Haud dubie oritur a κόω *cavo*: a *cavitate* autem varias habet notiones, quae in Lexicis quaeri possunt. [κοτύλη apud Graecos idem est, quod Latinis *acetabulum*, vel *sextarius*. E. S.]

Κυρὰ *tonsura*. Haud dubie est a κύρω pro κόρω, cognato alteri κέρω et κείρω *tondeo*. Hinc et Metaphorice Latinis CURA dictum, censet *A. Schultensius*, Orig. Hebr. T. I, p. 137. quod cor quasi *attondeat*, *depascat*, *exedat*; quorsum retulit illud Virgilii: *Quando haec te cura remordet*. Quodsi tamen conferas observationem T. H. (in voce κορωνὶς) supr. p. 326. ex qua κόρω pp. sit *curvo*, CURA Latinis dici quoque potuit ab *onere gravi*, dorsum *incurvante*. Ceterum vocem κύριμας, de *coma*, notare *detonsam*, non vero *juvenilem*, observavit *Ez. Spanhem.* ad Callimachi Hymn. in Dian. vs. 126. E. S.]

Κῦφος *levis*. More Jonico sic pronuntiatur pro κόφος,

φος, et hoc repetendum a κόω, vel κόπω, pp. convenit cum Lat. *cavus*. Inde ad levitatem fuit translatum.

Κόφινος *corbis*. Oritur a κόφος *cavus*, de quo modo dictum est. [Vir celeb. *L. Bos* in Dissert. de Etymol. Graeca, p. 37. repetebat ab Hebr. כף *cavitas*, *vas concavum*: sed ratio ista, nominum Graecorum origines ex Oriente repetendi, nostro quidem judicio, inimica est linguae Graecae. E. S.]

Κόχλαξ *lapillus*, qualis in litore solet inveniri. Proxime oritur a κοχλάζω, quod non nisi forma differt a καχλάζω: unde sunt κάχλαξ vel κάχληξ, de quo supra.

Κόχλω *gyro instar conchae*. Est enim a κόχλος, quod forte dicitur pro ὄχλος ab ἔχεσθαι *adhaerere*. Vide supra ad κόγχη: nisi utrumque sit a κόω CAVO; [quemadmodum nos quoque, hujus observationis *Lennepianae* immemores, supra jam notaveramus. E. S.]

Κόχος *humor copiose fluens*. Hinc deductum κοχύειν probabile facit, originem esse verbum χύω *fundo*: ut sic per reduplicationem dicatur. [A κοχύω propagatum κοχυίσκω, vel κοχυδίσκω, Belg. *gutzen*, de *aqua* copiosius *erumpente*. Conf. Theoc. Id. II, 107. et ibid. p. 60. *Valck.* E. S.]

Κοχώνη *commissura partium coxendicis*. Vox reduplicata est ex χώνη, quod originem habet χάω vel χόω *capio*, *ambio*.

Κόψιμος *genus arboris*. Hoc nomen, et sequens κόψιχος, significans *genus avis*, ortum videtur a κόπτω.

Κράβατος, vel κράββατος, *grabbatus*. Vox composita est ex κρά, et βάτος. Βάτος autem ortum a βάω *nitor*. Κράβατος itaque est, quo *nititur caput*: quare *grabbatum* vel *lectulum* notat. [Vox κράβατος, vel κράββατος, etsi damnetur ab Atticistis (qui ejus loco σκίμποδα dixerunt, ut *Aristoph.* in Nubibus, vs. 253. &c.) est tamen antiquissima: quod patet ex *Polluce*, qui Cap. X, segm. 35. tradidit, eam a Rhintone Comico fuisse in Telepho usurpatam. — Est vox

Do-

Dorica, in Dialecto *Macedonica* et *Alexandrina* conservata, et hinc ad Judaeos Graecienses propagata. L. C. V.]

κράδη *ramus ficulnus*. Videtur ortum a κρὰ, de quo dictum alibi. Ratio significationis obscurior est.

κράζω *clamo*. Verbum fictum est a sono *rauco*, quem edunt corvi; inde autem translatum, et latius sumtum, hominibus etiam tribuitur, vehementius clamantibus: estque idem fere quod *clamare* Latinorum.

Κραίνω *efficio*. Origo est κέω: unde κέρω, κεράω, κερέω, hinc κράω, et κρέω, quod est Lat. CREO. A κράω autem κραίω, et nostrum κραίνω, quod significatione convenit cum CREO Latinorum. Unde valet *efficere*.

Κραιπάλη *crapula*. Vox composita est ex κρὰ et πάλη, quorum posterius *luctam* notat, vel *vibrationem*, *palpitationem*que; nomine orto a verbo πάλω, vel πάλλω, *vibro*, vel *quatio*. Hinc κραπάλη, vel, ejus loco pronuntiatum, κραιπάλη, proprie notat *vibrationem*, vel *palpitationem capitis*. Hinc *morbi genus* notat, quod oritur ex *hesterna ebrietate*. [Ratio additae vocalis ι, in κραιπάλη, pro κραπάλη, ea mihi videtur esse, quod κρὰ pp. ortum sit, per contractionem, ex Dat. κάραι, a Nominat. κάρα, quod nomen olim aeque fuerit *primae* declinationis atque nunc est *tertiae*; nisi statuere malis, κάραϊ esse pro κάρατι, ut κέραϊ, pro κέρατι. Porro ex ante dictis satis apparet, Latinum CRAPULAM esse ejusdem originis vocem, variatis tantum leviter vocalibus α et υ; si quidem ipsum quoque πάλω et πύλω verba sunt, forma tantum, diversa. E. S.]

κραιπνὸς *celer*, *velox*. Vox videtur composita ex κρὰ, et πνὸς, quod repetendum est a verbo ἴπω *premo*; unde ortum ἴπταμαι *volo*: de quo suo loco dictum est. Κρὰ autem [pro κάρα] *extremitatem* notat, atque ita κραιπνὸς, quasi *suspensis vestigiis volans* est. [Si compositio foret facta ex κρὰ, et ἴπω, unde vir cel. repetit verbum ἴπταμαι) nostro quidem judicio, dixissent Graeci κραιπτὸς, vel κραιπτηνὸς, non vero κραι-

κρατευτής. Itaque malim illud ευς pro mera *terminatione* accipere. Conf. etiam supra in ἵσταμαι. E. S.]

κραῖρα *caput*. Vox tantum productior est a nomine κρὰ, quod saepe jam commemoratum.

κράμβη *crambe*, *brassica*. Foemininum est a Masc. κράμβος: de quo mox. Dicitur autem sic forte *brassica* a *tactu arido*, et quasi *rigido*.

κράμβος *aridus*. Dicitur pro κράβος; hoc autem a κράω, quod, inter alia, videtur significasse *induresco*, vel *arefacio*. Unde κράμβος eximie de iis *rebus* ponitur, quae in *superficie*, vel ad *solem*, vel ad *ignem*, *indurescunt*.

κρανεία *cornus*. Dicitur a κράνον, de quo alibi dictum. Habet autem nostrum eandem significationis rationem, quam Lat. *cornus*, haud dubie ortum a *cornu*, quod in origine convenit cum nostro κράνον, et κρανεία. Sunt, nempe, vicina (ut alibi vidimus) κὰρ, κάρ, κὰρ, κρὰ, κέρα, et similia: quibus omnibus *summitas* alicujus rei notatur.

κράστις *gramen*, *foenum*. Haud dubie ortum est a κράω. Nescio tamen, utrum dicatur a *carpendo*, an vero ab *arefaciendo*: quam notionem vidimus ad vocem κράμβος.

κράταιγος *Crataegus*, arboris genus. Est vox composita ex κράτος, et αἰγός. Prius est a nomine κρὰς *caput*; posterius a verbo ἀΐσσω, unde ἀΐξ, αἰγὸς, oritur. Significat itaque κράταιγος, eximie, quasi *caput quatiens*, vel *in altum subito erigens*, vel simile quid.

κράτος *robur*. Vox orta est a κράω *superior sum*. Hinc κράτος ad *robur* translatum, quo quis *altero plus valeat*. Differt autem, in usu, leviter a κάρτος, quod ortum a κέκαρται, tertia Praeter. perf. Pass. verbi κάρω, unde καράω, et inde κράω, quod peperit nostrum κράτος. Nempe, κράτος ponitur de *viribus corporis* et *robore*, quae etiam maxime propria notio est vocis κάρτος: in usu tamen hoc in primis ad *animi firmitatem* et *robur* respicit.

κραῦρος *siccus*, *rigidus*, *aridus*. Ejusdem est originis ac vox κράμβος, ortumque a κεράω. Nescio autem,

tem, an ad *rigiditatem tactus* translatum ſit vocabulum noſtrum, ratione habita ſignificationis, quae est vocis κρὰ, et ſimilium: ut proprie κραῦρος dicatur id *quod habeat* plures *ſummitates*, atque inde ortum *aſperitatem*, *rigiditatem*que? Ut ut est, opponitur certe voci γλίσχρος *glaber*.

Κράω. Fuerunt variae verborum formae, quibus notio *miſcendi* ſubjecta, ortae ab obſoletis verbis κέρω et κίρω; ut ſunt κεράω, κεραύω, et inde κεραννύω, et κεράννυμι. Porro ex κεράω factum est κράω, unde nomen κρᾶμα, id ipſum notans, quod *mixtum* est, et κρατὴρ, pp. eum notans, *qui miſceat*, et inde eximie *vas*, *in quo* vinum *miſcetur* cum aqua: de qua re etiam κεράννυσθαι eximie ponitur. Praeter haec verba memorata, a κράω fluxit reduplicatum κικράω, et contractum κικρῶ. Porro memoratum κίρω peperit verbum κίρνω, et inde κιρνάω. Uti autem a βάω oritur βαίνω, ſic itidem a κεράω fluxit κεραίνω, etiam *miſcendi* notione poſitum. A κεράννυσθαι ortum συγκεράννυσθαι proprie poni ſolet de *duabus rebus diverſis*, et in primis quidem *liquoribus*, quae ita *miſceantur* et *intime permiſceantur*, ut *ex iſta commixtione* unum aliquod fiat. Differt autem hoc συγκεράννυσθαι ab altero συγκρίνεσθαι, hoc modo, ut συγκρίνεσθαι de iis ponatur, quae Latine dicuntur *concreta*, cui oppoſitum est διακρίνεσθαι, quod ponitur de rebus, quae *concretae* deinceps *diſſolvuntur*: atque ita σύγκρισις et διάκρισις a Philoſophis eximie tribui ſolent corporum *concretioni* et *diſſolutioni*. Ex quibus facile jam patet, quomodo a συγκρίνεσθαι differat συγκεράννυσθαι, quod a ſupra memorata notione tranſiit ad *commixtionem* cibi, qui, *in ſuccum converſus*, *corpori* humano dici potest συγκεράννυσθαι vel *admiſceri*.

Κρείσσων, vel κρείττων *melior*. Recte, ſi uſum ſpectemus, Comparativis adnumeratur; ſin vero vocis naturam conſideres, proprie est Adjectivum Participiale, ortum a verbo κρείσσω, vel κρείττω: quod, a Futuro κρείσω, primitivum habet κρείω vel κρέω. Hoc autem, in antiqua lingua Graeca (ut vicinum verbum

bum κρέω) ſignificavit *imperare*, vel, proprie magis, *validum esſe*, et *ſuperiorem esſe viribus*; unde ductum nomen κράτος, *robur* ſignificans; et verbum inde deductum κρατεῖν *viribus valere* et *ſuperiorem esſe*. Ex dictis facile apparet, ut verbum κρατεῖν, et participium κρατῶν, ſic quoque κρείσσων et κρείττων, natura ſua, ſignificationem *comparandi* habere: qua propter etiam promiſcue conſtruuntur verbum κρατεῖν, et κρείττονα εἶναι. Sic locutiones obviae ſunt κρατεῖν ἡδονῶν, et κρείττονα εἶναι ἡδονῶν; et κρατεῖν, vel κρείττονα εἶναι λύπης, γαστρὸς, Ἀφροδισίων &c. [Conferantur quae dedit *Valckenaer.* ad *Euripid.* Phoeniſſ. vs. 896. p. 333. et Adnot. ad *Eurip.* Hippolyt. p. 294. 295. E. S.]

Κρέκω *pectine pulſo.* Proprie poni videtur de *ſono*, qui editur, primis hujus verbi literis in gutture pronuntiandis. Hinc transfertur ad *ſonum*, qui editur *pectine pulſando fides*: unde ipſam porro *actionem* notat *pulſandi pectine*. [Literas Π et Κ, saepius, inter pronuntiandum permutari, res est nota ſatis, et a *Voſſio*, in Tractatu de *Permutatione literarum*, exemplis comprobata. Itaque veriſimile videtur, Graecorum κρέκειν esſe Lat. CREPARE. Quod verbum Latini, non tantum ſenſu *intranſitivo*, adhibuerunt (quemadmodum Graecis quoque κρέκειν interdum esſe „ idem atque ἠχεῖν, et quidem *edere ſonum moleſtum*, *inſuaviter crepetum*"; obſervavit *H. Steph.* in Append. col. 1290.) verum etiam ſenſu *tranſitivo*, ſive *activo*; unde apud *Statium* Theb. VI, vs. 687. *Aera crepant*, id est, *pulſant*, et *reſonare faciunt*. Vide plura apud *Forcellinum*, in Lexico totius Latin. voce CREPO. Ex qua quidem convenientia verbi Graeci κρέκειν, cum Lat. CREPO, facile quoque reſolvi posſe autumem dubium, ſitne *crepo* etiam *tertiae* conjugationis apud Latinos, quod tradidit *Eutychius* Grammaticus, p. 2188. *Putſchii.* E. S.]

Κρεμάω *ſuſpendo.* Ortum est a verbo κρέω, quod est quaſi *in altum erigo*, verbo, ut alibi vidimus, orto a κάω vel ſimili forma: unde translatum est ad *ſuſpendendi* notionem. Idem vir cel. alibi: „ Verba ſimi-

quisſima ſunt κρέω et κράω, quae proprie ſignificarunt *princeps ſum*, *primus ſum*, vel *caput ſum*. Nomina, nimirum, antiqua (unde verba haec oriuntur) κρὰς, κρὴς, conveniunt cum κέρας, κάρα, κὰρ, κὴρ, Lat. COR, ſimilibusque: quae, partim ipſa ſuperſtitia, partim in compoſitis ſervata, proprie ſignificant *rei* cujusvis *extremum* vel *ſummum*: unde ſpeciatim de *capite*, *cacumine*, aliave *ſummitate* ponuntur. Hinc facilis ratio, quare verbum, inde derivatum, κρεμάω ſignificet *ſuſpendo*, quaſi dicas, *in ſummum elevatum ſuſpendo*. Cernitur autem iſta poteſtas, non tantum in hoc noſtro verbo, ſed etiam in derivato Participiali κρημνὸς, quod proprie contractum ex κρημένὸς, pro κεκρημένος. Hoc vero, analogice retrocedendo, apparet eſſe a verbo κράω, vel κρέω: ut κρημνὸς proprie ſit, quaſi, *in ſummitate ſuſpenſus*: a qua notione facilis tranſitus est in eam *praecipitii*, quae voci huic adjungi ſolet. [Diverſa nonnihil ratio eſt verbi Latini CREMO, *cremare*: etſi in origine idem haud dubie ſit, quod Graecum κρεμᾷν. Nempe a κέρω *ſeco*, eſt κέρμα, pp. *ſegmen*, ſive *fruſtum reſectum*, notans, peculiariter, *fruſtum monetae minutulum*. Huic voci κέρμα, per metatheſin κρέμα, adfinis videtur fuiſſe alia obſoleta κρέμιον, unde ſupereſt Latinorum Plurale CREMIA, *ſegmenta* ſive *fragmenta* ligni notans, quibus fornacem incendebant. *Heſych.* κέρματα θραύσματα. Jam vero, ex hoc fonte ductum, Lat. CREMARE nihil aliud videtur fuiſſe, quam *cremiis* ejusmodi, ſive κέρμασιν, *ſuccendere*: ut *cremare* Lat. ſit verbum *denominativum*. E. S.]

Κρέμβαλον *crembalum*. Dicitur pro κρέβαλον, quod formatum ad imitationem ejus *ſoni*, qui editur inſtrumento Muſico, quale eximie noſtro vocabulo deſignatur. [Ejusdem quoque originis vox eſt Latina *crepitaculum*. Conf. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* Hymn. in Dian. vs. 247. E. S.]

Κρήγυος *jucundus*, *gratus*. Vox videtur compoſita ex κρὴ, et γύος. Κρὴ autem, ut ſupra vidimus, vicinum eſt voci κὴρ, et COR Latinorum: γύος porro a ver-

verbo γύω *insinuo*, vel *capio*. Itaque κρηγυὸς pp. fuerit *quod cor oblectat*. [Vide interpretes ad Iliad. Α, 106. E. S.]

Κρήδεμνον *capitis ligamentum*. Compositum est ex κρῆ [pro κάρη *caput*] de quo supra, et δέμνον, quod contractum ex δέμενον, a verbo δέω *ligo*. [Vide cel. auctorem in Animadvers. ad Coluth. L. I, Cap. II. p. 8. 9. E. S.]

Κρημνὸς *praecipitium*, vel *locus pendens*. Oritur a κρημένος, pro κεκρημένος, Participio verbi κράω, vel κρέω, quod cum κρεμάω *pendo* componendum. [Vide supra in κρεμάω.]

Κρήνη *fons*. Haud dubie in origine convenit cum verbis κράω, κεράω, et Lat. CREO, vel CRESCO: ac fortasse dicitur a *saliendo in altum*; ut ita significationem acceperit a nomine κάρ, vel vicinis. [Si contuleris Lat. CRENA, sive Plurale hujus CRENAE, quod, in Onomastico veteri, exponitur γλυφίδες, id est, *incisurae*, verisimilius videri queat, κρήνην pp. esse *incisuram*, atque adeo *aperturam*, *foramen*, unde aqua exsiliat. E. S.]

Κρηπὶς *basis*, *fundamentum*. Repetendum est a κράω, significante, inter alia, *validum esse*. [Etiam *crepidam* notat, id est *calceamentum* subaeratum. Stirps κέρω *seco*. A qua notione *secandi* facillima denominatio *calcei* secti ad pedem; et duci quoque potest illa *baseos*, in qua *columnae*, sive *columnarum pedes*, firmantur, nempe, ope *incisurae* vel *foraminis*, ut κρηπὶς pp. sit *basis*, incisuram habens. E. S.]

Κρίζω *strido*, *stridorem edo*. Factum est a sono. [Tribuitur huic verbo *Futurum secundum* κριγῶ, unde repetunt illud κρίγε, quod est apud EUSTATHIUM, et in editione Clarkiana Homeri, Il. Π, 470. Sed videtur illud κρίγε sive κρίκε proprie esse *Imperfectum* verbi κρίγω, vel κρίκω, de quo mox in κρίκος. E. S.]

Κριθὴ *hordeum*. Videtur ortum a verbo κρίνω, vel κρίω, *secerno*. [Nisi malis ab *aculeis*, quibus κείρει, id est, *pungat*, vel *secet*. E. S.]

Κρίκος *annulus*, *circulus*. Per metathesin dicitur pro κίρ-

κίρκος, Lat. CIRCUS: quod a κέκορκα, Praeterit. perf. Activo verbi κίρω, pp. *ſeco*, pec. manu in orbem converſa. Eadem origo eſt Hebr. סָבִיב a סָבַב, Arab. سَبَّ, *Secuit in orbem*. Aliud autem verbum eſt κρίκω *crepo*, a ſono factum. Conf. de hoc *Erneſt.* ad Il. Π, 470. et ſupra in κρίζω. E. S.]

Κρίνω *cerno*, *ſecerno*. Ortum videtur a κέρω, unde κείρω *depaſco*: de quo verbo ſupra vidimus. Inde igitur eſt κερίω, κρίω, κρίνω. [Confer dicta ſuperius in κρέω, et quae de verbo Latino *cerno* eruditiſſime diſputata ſunt inter *L. Kuſterum* et *Jac. Perizonium* ad *Sanctii* Minervam, p. 769—792. &c. Vide et *Erneſt.* ad Odyſſ. Σ, 262. et *Weſſelingium*, ad Diod. Sicul. XII, 534. ibidem laudatum.] —— „ Κρίνειν *judicare*. Prima poteſtas eſt *cernere*: quod ipſum Latinorum *cerno* eſt a κρίνω. Hoc enim pacto procedit Analogia: κρίνω, κερίνω, et, literis transpoſitis, κέρνω, unde Lat. CERNO. Jam vero CERNO maxime uſurpatur de *cribro*; quod nomen inde itidem derivatur. Hinc ergo κρίνειν eſt *bonum* a malo *ſeparare*, unde ad *judicium* transfertur. Egregie ponitur [apud *Ariſtophanem*, in Pluto, vs. 48.] Τῷ τῦτο κρίνεις; Uſurpatur enim de *explicandis* oraculis: diciturque eodem modo κρίνειν χρησμὸν *explicare*, exponere, *oraculum*. Non alia ratione [*Euripid.* Hec. vs. 89. &c.] dicitur κρίνειν ὀνείρους *interpretari*, exponere, *ſomnia*: unde etiam *ſomniorum interpres* vocatur ὀνειροκρίτης. Apud *Diodorum Siculum* habemus τῶν χρησμῶν κρίτην *judicem* et *interpretem oraculorum*. Τῷ τῦτο κρίνεις; ergo eſt: *unde*, ex qua re, *hoc colligis*"? T. H. „ Eſt in eodem gloſſario veteri gloſſa haec, notatu digniſſima: Σινίασον, *cerne*. Ponitur ibi verbum CERNO propria ſua vi; ex qua reliquae ejus virtutes manarunt. *Cernere* enim (ut Graecum κρίνειν) proprie notat *cernere cribro*: qua vi etiam verbum Latinum adhiberi, docuit *L. Kuſterus*, in *Diatribe* de verbo *cerno*." [*Sanctii* Minervae editioni, a *Perizonio*, Diatribe haec eſt ſubjuncta. Si altius adſcendamus, verbum κέρω pp. videtur poſitum fuiſ-

fuisse de *motu in obliquum dato*. Unde in κείρειν orta est notio *tondendi*, sed ita ut *manum in obliquum convertas*. A κέρω porro productum est κερίω, κερίνω. Pro κερίω dixerunt κρίω: pro κερίνω autem, vel (*priori* vocali, per contractionem, ejecta) κρίνω, vel (neglecta vocali *posteriori*) κέρνω: unde Lat. CERNO, Graeca itidem κέρνος, κέρνα, κέρνεα, apud *Hesychium* aliosque obvia, profluxerunt. E. S.]

Κριὸς *aries*. Originem forte non aliam habet, ac nomen κὲρ, quod a κέρω. Componendum autem videtur cum κορύπτω, quasi, *cornibus peto*.

Κρόκη *subtegmen*. Videtur esse a κρόω, quod componendum cum κρέω, et κρίνω *secerno*: quibuscum ejusdem originis est. [Pro κρόκη dixerunt etiam κροκίς, quin et κρὸξ, cujus Accusativus κρόκα (quod male creditur per syncopen factum esse ex κροκίδα) superest apud *Hesiodum*, Ἐργ. v. 538. Stirps videtur esse κέρω *seco*, *reseco*, *tondeo*. Unde κερόω, et, ex hujus Praeter. perfecto κεκέροκα, κέκροκα, factum κρόκος, η, ον, pp. *tonsus*, vel *qui*, *quae*, *quod tondetur*, aut *tondendo resecatur*. Hinc *subtegmen* villosum (cujus extrema identidem *resecantur* et *praetondentur*) in *forma foeminina*, (usu Substantivo) vocatur κρόκη, subaudito per ellipsin nomine λάγχνη, vel simili. Latini etiam TOMENTUM ex eadem origine dixerunt. Ceterum, et *masculina forma*, κρόκος similiter in usu est, et Latinis quoque usurpata, κρόκος, nempe, CROCUS, ut Iliad. Ξ, 343. &c. appellationis ratione haud dubie petita a *similitudine*, quam habet cum *villis textoriis*. Unde satis apparet, quam inepte ducatur haec vox ex Hebr. כַּרְכֹּם (quod Codices nonnulli exhibent, Cant. Canticor. IV, 14. pro כַּרְכֹּם) quum contra Hebr. כַּרְכֹּם, si quidem ea lectio vera sit, quod parum verisimile, potius repetendum videretur a Graeco κρόκος. Conf. *Salmas.* Exerc. Plin. p. 277. a. C. 748. b. C. &c. *Bochart*. Hieroz. P. I, L. II. col. 288. *Spanhem.* ad Callim. Hymn. in Apoll. vs. 83. E. S.]

Κρόνος *Saturnus*, *temporis deus*. Idem antiquitus pro-

 prie

prie fuit, quod χρόνος *tempus*: de quo ſuo loco. Originem habet κράω. Ratio ſignificationis obſcurior. [Confer infra obſervationem cel. *Lennepii* ad vocem κρουνὸς *ſcatebra*, *fons*: unde veriſimile videri queat, *deum temporis* κρόνον eſſe dictum, tanquam *fontem* et *ſcatebram* rerum omnium. E. S.]

Κρασπὲς *fimbria*. Qui compoſuerit vocem κράσπεδον, *fimbriam* notantem, non dubitabit, quin (ut hoc a κρὰς, ſic noſtrum) a vicino κρὸς ſit repetendum: cujus utriusque originem ſupra vidimus eſſe κέρω et nomen κὰρ, vel κάρ. [Itaque ejusdem originis fuerit, ac ſupra explicitum κρόκη. Vide *Salmaſ.* ad Jul. Capitol. p. 128. laudatum a T. H. ad *Ariſtoph.* Plut. p. 251. E. S.]

Κρόταφος *tempus*, capitis pars. Videtur dici a *pulſu* in ea parte capitis, nempe a nomine κρότος.

Κρότος *pulſus*. Ortum eſt a κρόω, quod idem ac κρούω: de quo ſuo loco.

Κρουνὸς *ſcatebra*. Proprie non differt a nomine κρόνος, et originem habet verbum κέρω. Videtur autem eandem rationem ſequi, quam vox κρήνη.

Κρούω *pulſo*. Dicitur pro κρόω unde κρότος: niſi ſit factum a *ſono*, ut multis placet. [Conf. *Valck.* adnot. ad Adoniaz. Theocr. p. 357. 358.] Componi poteſt cum κορύπτω.

Κρύος *rigor*. *frigus*. Dubium videri poteſt, utrum κ, hac in voce, litera ſit originalis, nec ne. Videtur enim convenire, in origine, cum Latinis RIGOR, et FRIGUS; et quidem repetendum eſſe a ῥύω, quod vicinum verbo ῥίω et ῥέω, unde porro REGO, RIGO, RICTUS, et ſimilia. [Graecorum κρύος Aeoles pronunciabant κρύορ, quod haud dubie idem eſt ac Lat. CRUOR, *ſanguinem* notans *frigefactum*. De litera κ, praefixa ab initio, vide Analog. p. 213. et infra in κρυπτέω. E. S.]

Κρύπτω *abſcondo*. Stirps dubia valde. Haud ſatis ſcio, an κ hic ſit litera originalis. [Fortaſſe, literis λ et ρ permutatis, ut alibi ſaepiſſime, Graeci κρύπτω dixerunt pro κλύπτω; hoc vero pro καλύπτω: niſi magis placeat, eſſe pro καρύπτω, de quo diximus in κορυφή. E. S.]

Κρά-

κράζω *crocito.* A *sono* factum verbum est. [Proprie notat *rauca voce clamare*, diciturque de *animalibus*, ac praesertim de *avibus*, *rauca* voce *clamitantibus*. Porro in genere de eo ponitur, qui *alta*, sed *rauca* et *aspera*, *voce clamat*. Hinc compositum ἐγκράζειν duplicem habet potestatem, apud Atticos: nam, vel notat *alicui* e longinquo *acclamare*, sive *inclamare*; nempe, ut *magna voce* illum *revoces*, vel significat *adversus* aliquem *magna voce altercari*, et *convitiis* ipsum *impetere* &c. T. H.]

κράμαξ *acervus lapidum.* Videtur ortum a κάρω, quod repetendum a κάρω vel κάρ: ut κράμαξ proprie sit *acervus rerum*, multas *eminentias* habentium. [Pro κράμαξ etiam dicebant κλάμαξ: notabatque hoc (*Eustathio* teste, ad Iliad. Β, 729. col. 330: 37.) pp. *asperum*, et *confragosum*, cet. Vide *Steph.* App. col. 1303. Unde verisimile, est, stirpem ejus esse κλάω, *frango*, ex quo κλῆρος, &c. E. S.]

κρωσσὸς *vas aquarium.* Forte recte Etymologus repetit a verbo κρῶ *effundo*, quod a κερῶ repetendum. [Vide ipsum, col. 541: 30.]

κτάομαι *acquiro.* Est ab Activo κτάω, cui vicinum κτίω, et inde ortum κτίζω. Forte, origine prima, convenit cum verbis κίω, ἵκω, ἔχω, de quibus dictum supra. [κτάομαι, ex virtute verborum Mediorum, proprie significat *mihi comparo*, et dein *mihi comparatum possideo*; quare κέκτημαι, pp. *comparavi mihi*, ponitur pro *possideo* &c. T. H.]

κτείνω *interficio.* Conveniunt inter se, ut varia docent tempora, κτένω, (unde nostrum κτείνω) κτάνω, κτάω et κτᾶμι. Quibuscum si quis composuerit verba κάω (unde καίνω, καίνω *occido*, *caedo*) et similia, vix dubitabit, quin ab eadem stirpe sit quoque ductum nostrum. [Potuit etiam, adscita, ab initio vocis, litera κ, κτείνω dici pro τείνω, pp. *tendo*, *extendo*; *porrigo*. Quod speciatim dixerunt de *mortuo*, *extentis* pedibus, manibusque, humi *jacente*: unde illud κεῖτο ταθεὶς, Il. Ν, 655. Φ, 119. Itaque κτείνειν, hoc ex fonte, idem fere fuerit, quod Belgarum *nederleggen*, *iemand neerleggen*; *eene neerlaag doen*. Stirps τείω, cui vi-

vicina τέω, τύω, quod posterius fortasse dedit quoque Gallicum *tuer*. E. S.]

κτεὶς *pecten*. Origine convenit haud dubie cum κτείνω: ortum, nempe, a verbo simpliciori κτέμι; et dici videtur a *caedendo*, *dividendo*que. [Nisi malis a τέω, praefixa κ, repetere κτέω pp. *extendo*, *porrigo*. Vide in κτείνω. E. S.]

κτέρεα *justa*, *exsequiae*. Videtur ortum esse a κτέω, cui vicina sunt κτάω, et similia: quae vide. [Solebant veteres, quando justa alicui solvebant, res pretiosissimas, et quidquid defuncto fuerat in deliciis, rogo tradere. Vide *Plutarch*. T. II, p. 1104. Heroicis temporibus eum morem jam obtinuisse, ex *Homero* satis constat. Veteres appellabant κτέρεα, quae recte *Hesychius* interpretatur πάντα τὰ εἰς τιμὴν τοῖς κατοιχομένοις ἐκφερόμενα. Vide Il. Ω, 37. Od. Λ, 291. &c. Vocabantur autem κτέρεα quia erant, quasi, *possessiones* mortuorum. κτέρας enim, vel κτέρος, est a κτάω *possideo*. — κτέρεα, apud Jones, idem, quod κτήματα: sed usus voluit, ut illud proprie diceretur de iis *rebus*, quae, velut *possidendae*, *in monumentum* ponebantur. T. H.]

κτῆνος *jumentum*, *pecus*. Haud dubie originem habet verbum κτάω, unde κτάομαι. [Simili ratione Hebraeis מקנה *pecus* dicitur a קנה, id est, ab *acquirendo*. E. S.] Alio loco vir celeberr. „ A verbo κτάομαι, vel vicino κτέομαι" inquit „ nomen factum est κτέανος, notans *possessionem*: nam, a verbo κτᾶσθαι *acquirere*, Aoristus κτήσασθαι significat *possidere*. [Vide T. H. ad κτάομαι.] Istud autem κτέανος, a poëtis usurpatum, peperit contractum κτῆνος: quod recentioribus Graecis usurpare placuit pro *jumento*, et in primis pro *bove*. Cujus translationis ratio repetenda est a veterum *possessionibus*, quae potissimum constabant in *pecudibus* et *jumentis*. Sequuntur autem hanc significationem maxime derivata a nomine κτῆνος, ut ἐπικτηνίτης *jumentarius*, et alia similia.

κτίζω *condo*. De hoc dictum jam est ad verbum κτάομαι. [Comparationem verbi nostri κτίζω cum altero κτάομαι valde commendare videri possit *Hesychius*, vocem

cem κτήτορες, hoc modo exponens: κτήτορες· οἰκοδεσπόται· κτίςαι. Sed audiamus *Valckenarium*, in lectionibus ad Act. Apost. IV, 34. „ κτήτορες, forma vocis rarissima" inquit „ ex hoc Lucae loco, in *Hesychii* Lexicon fuit recepta: ubi editur: κτήτορες· οἰκοδεσπόται· κτίςαι. Hic vero neutri, neque *Scaligero*, nec *Guyeto*, auscultandum est. Ultima vox κτίςαι non pertinet ad κτήτορες, sed ad κτίτορες, quod, ante κτίςαι, est restituendum. κτίτωρ enim est *conditor*, a veteri verbo κτίω *condo*; cujus forma productior κτίζω tantum in Lexicis invenitur. Altera tamen antiquitus obtinuit: nam *vicini*, vel *circa* aliquem *habitantes*, Homero dicuntur περικτίονες. Istius vocis occasione, *Eustathius* ad Iliad. Τ, 104. 109. p. 1175: 13. δοκεῖ, inquit, προϋπάρχειν αὐτοῦ ῥῆμα τὸ κτίω· ἐξ οὗ καὶ οἱ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ κτίται, ὅπερ ἐςὶ κτίτορες. Sed et, in isto Eustathii loco, hodie mendose legitur κτήτορες, quod significat *possessores*. —— Id vero ab illis, qui scriptores Graecos legere cupiant, in primis observandum est, vocales η et ι eodem sono fuisse a librorum descriptoribus pronuntiatas. Hic fons multarum correctionum, in auctoribus detegendarum. Quod si quis exemplis confirmatum desideret, legat is Miscell. Obss. Vol. IV, p. 285. 288. Vol. VI, p. 348. Vol. X, p. 208. *Bergler*. ad Alciphr. p. 211. *Wesseling*. Probabil. p. 312. *Heinf.* ad Theophr. p. 14. n. 4. *Arnald.* in Animadv. p. 68. et in Lect. Graec. p. 40. 57. 95. *Hemsterh.* ad Aristoph. Plut. p. 240. 372." L. C. V.]

κτίλος *aries*. Nescio an sit a κίω, ut multi volunt. [Vide omnino Etymologum M. col. 542: 33. ubi plures hujus vocabuli derivationes habentur. Atqui, ut κτύπεω manifesto est a τυπέω, et κτάνω videtur esse a τείνω, (litera κ praemissa;) ita longe verisimilius est, κτίλον *arietem* esse item a κτίλω, hoc vero pp. idem esse quod τίλω, unde τίλλω *vello*, *vellico*. Vide infra in τίλλω, suo loco. E. S.]

[κτυπέω *sono*, *resono*. Manifeste et hoc verbum ab initio habet κ servile. Formatum namque est a

τυπέω, quod a τύπω, *pulso*, *verbero*. Itaque, uti Belgae dicunt *donderslagen*, ita Graeci videntur dixisse κτυπήματα: κτυπεῖν autem et κτυπέειν Jupiter dicitur, quando *tonat*. Il. Θ, 170. Η, 479. Ν, 140. Conf. infra in τύπτω. E. S.]

κύαθος *cyathus*, genus poculi. Stirps est κύω *turgeo*.

κύαμος *faba*. [Item *testiculus*, et *papilla extumescens* in pubescentibus. T. H.] Et hoc a κύω *turgeo* est.

κύανος *caeruleus*. A κύω *turgeo* nomen est κῦμα *fluctus*, *tumor maris*, *unda*. Ab hujus autem *colore* nostrum κύανος dicitur. [Malim repetere ab obsol. κύω, cujus vicina forma κύος videtur reliquisse nomen κύος, quod *Hesychius* per κύημα, id est, *tumorem*, explicat. E. S.]

κύαρ *foramen acus*. Ortum est a κύω, videturque dictum a *turgedine*. [A *cavitate* repetit *Iz. Vossius*, quem vide ad *Hesych*. Alb. T. II, col. 303. E. S.]

κυβερνάω *guberno*. Est vox compos. ex κύβος vel κύβη, et ἐρνάω, quod, pro ἐρινάω, repetendum est ab ἐρέω, de quo supra.] Notat autem ἐρέω *frequenter moveo*: κύβος porro (de qua voce mox dicetur) *caput* est. Κυβερνάω igitur pp. est *caput agito*, quod est *guberno*. [Lat. GUBERNO est ipsum hoc Graecum κυβερνάω, ῶ, literis κ et G, ut saepe alibi, permutatis. Ceterum Aeoles, pro κυβερνήτης, GUBERNATOR, dixerunt κυμερνήτης: quod magnam nobis suspicionem movet, vocem compositam esse ex κῦμα *fluctus* et ἐρέω *moveo*: ut κυμερνήτης proprie sit quasi *qui fluctus moveat*, *motor fluctuum*, quem deinceps vero, literis μ et β permutatis, vocaverint κυβερνήτην. Confer *Etymol*. M. col. 543. Aliam originem vocis suppeditare posse videri queat locus *Homeri*, Od. Μ, 217, 218. Sed *Lennepiana* illa, vel nostra, videtur esse vera. Inspice hic omnino Il. Ψ, 316. Od. Ι, 78. Λ, 10. &c. E. S.]

κύβη *caput*. Dicitur a *cavitate* vel *turgedine*: quae notio est verbi κύω, unde oritur.

κύβηλις *securis*. Haud dubie est compositum ex

κύ-

κύβος, vel κύβη, et ἧλις, quod idem ac ἧλος *clavus*, de quo supra. Est itaque κύβηλος pp. *instrumentum*, *cujus* veluti *caput clavum habeat*. [A forma *incurva* dici, *Guyetus* conjiciebat. Vide ipsum ad *Hesych.* in voce. E. S.]

κύβος *tessera*. Ejusdem est originis ac κύβη (a verbo, nempe, κύω *turgeo*) et illi quidem voci vicinum. κύβος pp. est *figura* a sex partibus *quadrata*, quod Latini vocant *quadrantal*. Quia autem *alea* eam habet figuram, dicitur κύβος. Hinc quoque est κυβικὸς *figura cubica praeditus*. κύβος etiam ponitur pro *statu firmo* (aleae enim, quocumque moventur, *firmae* jacent) et homo *constans* dicitur κυβικός. T. H. [Plura vide apud *Hesych.* in voce, et ibidem apud viros doctos. E. S.]

κύβιτον *os cubiti*, seu *os in cubito eminens*. Est a κύβος, de quo modo dictum.

κυδοιμὸς *tumultus*, vel *turba tumultuantium*. Vox composita est ex κῦδος, et οἶμος: quorum hoc *viam* notat; ut suo loco dicetur. κῦδος autem, dictum a κύω, vel *turgedinem*, vel *motum excitatum*, significare potest. Convenit, nempe, verbum κύω (unde oritur) cum κίω, similibusque. Κυδοιμὸς itaque pp. *turbam* et *tumultum*, *in via excitatum*, notat. [Veteres Grammatici vocem nostrum simpliciter τάραχον, θόρυβον, i. e. *conturbationem*, TUMULTUM, exponunt: cui interpretationi usus linguae ad amussim respondet, Il. Κ. 533. Λ, 52. 164. 538. Σ, 218. *Hesiod.* Ἀσπ. vs. 156. &c. Itaque, uti TUMULTUS Lat. est a TUMO, vel, forma ejus productiori, TUMEO, quidni etiam nostrum κυδοιμὸς, a forma Graeca productiori κυδοίω, et quidem ab hujus prima praeterit. perf. Pass. persona, κεκύδοιμαι, derives? Quod si displiceat, vide, num κυδοιμὸς sit a *Dativo* κύδῳ, veteribus κύδοι, eadem fere ratione, qua ἕτοιμος pp. est ab ἕτοι, sive ἕτῳ, Dativo obsoletae vocis ἕτος. E. S.]

κῦδος *gloria*. Dicitur ab *excitando* et *turgendo*: quae notio est verbi κύω, unde oritur. Ab eadem vir-

virtute transfertur etiam ad *convitium*, ex *ira* profectum. [Distinguunt, nempe, Grammatici inter κῦδος, et κύδος: quorum illud, *decus, gloriam*, hoc vero *maledicentiam*, *convitium* notat. Vide *Hesych.* in voce, et ibidem viros doctos. „ Κῦδος *gloriam* significat, ducto nomine a *tumore:* et plerumque sumitur in *bonam* partem. κῦδος igitur est omne id, quo quis *supra* alios *excellit*. Sic βασιλεία vocatur κῦδος, i. e. *dignitas, quo quis supra alios eminet.* Hinc et pro *victoria* sumitur, in phrasi κῦδος αἱρεῖσθαι, *victoriam reportare*. Dii a poëtis dicuntur κῦδος τινι διδόναι *victoriam alicui dare*, et dein etiam *regnum* alicui *tribuere*. Hoc igitur modo intelligendus est Homerus, Il. A, 279. Σκηπτοῦχος βασιλεύς, ᾧ τε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν *Sceptriger rex, cui Jupiter hanc honoris praerogativam*, gloriam, *dedit.*" T. H.]

κυκάω *misceo*. Ortum est a κύω, et conveniunt κυκάω, et κυκέω cum κάω, κέω, κίω: ut adeo parum referat, sive statuas reduplicatam esse verbi formam, sive formatam a κύκω et sic a κυω. Dicitur autem a *motu*, quo res *turbantur*, et proprium est *liquoribus miscendis*. „ [κύκος, apud veteres Graecos, significavit *tumidus*. Jam vero quodcumque *miscetur*, *addito fermento*, *tumescit*. Hinc κύκος quamcumque *farinam subactam*, et *fermento tumescentem*, significavit. Hinc κυκάω *misceo*, et *miscendo subigo:* quare, in re *coquinaria*, usurpatur pro *multas* partes *inter sese mixtas subigere*. Inde translatio fit egregia, et ponitur simpliciter pro *inter se commiscere*. Sic v. gr. apud *Polybium*, aliquis dicitur, κυκᾷν τὰ πράγματα, τὴν πολιτείαν, *res*, vel *rempublicam*, *miscere*. Ἀνακυκᾷν porro *convertendo* inter se *sursum deorsum miscere*, ut ἀνακυκᾷν τὰ φάρμακα *venenum miscere*. In significatione metaphorica, *Philemon* Comicus dixit, τὴν τυχὴν ἀνακυκᾷν, καὶ ἀναστρέφειν πάντα." T. H.]

κύκλος *cyclus*, *circus*. Videri potest ortum a κύκυλος, vel κύκελος, quando, per reduplicationem, repetendum est a κυλίω, vel forma quadam vicina. Id au-

autem est *volvo*. Ut ut est, originem habet κύω *turgeo*. [Formam κύκυλος diminutivam a κύκος servavit nobis lingua Latina, in CUCULLUS. Vide omnino *Vossii* Etymol. in voce. E. S.] „ κύκλος in origine notat *figuram tumentem*. Est enim a verbo κύω, significante *tumeo*, *turgeo*. Firmat originem, a κέκυμαι ductum, κῦμα *fluctus*, pp. *fluctus tumens*. De Volsca bellatrice, *Virgilius*, in Aeneid. VII. sub finem,

Vel mare per medium, FLUCTU *suspensa* TUMENTI,
Ferret iter.

Πόντιον οἶδμα, *maris tumorem*, vocavit *Moschus*, Idyll. II, 150. Est et κῦμα, interprete *Hesychio*, τὸ ἔτι ὂν ἐν τῇ κοιλίᾳ *foetus latens in matris utero*, atque illam tumefaciens." L. C. V.]

κύλα *cavitates oculorum*. Dicitur a κύω, vel κύλω *turgeo*. Quod ipsum κύω, inter alia, respondet Latino CAVO. [Est, nempe, neutrum Plurale a Sing. κύλος, η, ον. Masculina forma κύλος a Latinis servata est in suo *culus*: videturque vicinum hoc nomen fuisse alteri κυλεὸς [CULEUS], de quo legatur *Scaliger* apud *Vossium*, in Etymol. E. S.]

κυλίω *volvo*. Et hoc repetendum est a κύω. Proficiscitur, nempe, ista notio a *rotunditate* rei *turgentis*. Nam κύω apud Graecos idem est, quod *turgeo*: quae notio in derivatis omnibus locum habet. [A κυλίω *volvo* descendit quoque vox κύλιξ, apud Graecos notans *calicem*, dictum haud dubie a *forma*, quam habet, *rotunda*. Vide omnino loca scriptorum, in *Stephani* Thes. T. II, col. 496. Quin etiam Latinis CULICEM (in Nomin. CULEX) a *rotunda* potius *forma* dici, quam a Gr. κώνωψ, vel quod sit, quasi, *cutilex* (id est *cutim laciens*, *cutim rodens*) satis verisimile efficiat illud *Adriani* Imperatoris, apud *Spartianum* in ejus vita, Cap. XVI. „ CULICES *pati* ROTUNDOS." E. S.]

κυλλός *claudus*. Est pro κυλὸς, et dicitur a *curvatura*. Stirps κύω *turgeo*. [Vide omnino *Hesych*. in vo-

voce, nisi nomen habeat a *gresfibus* ambiguis; quibus quasi *volvitur*: ut κυλλὸς pp. fit *volubilis*. E. S.]

κῦμα *fluctus*, *unda*. Dicitur a verbo κύω, *moveo*, *turgeo*. [Vide cel. *Valcken.* ad vocem κύκλος.]

Κύμβος *cavus recesfus*. Dicitur pro κύβος: et hoc a *cavitate*. Stirps κύω, de qua jam saepe. [Forma hujus vocis foem. est κύμβη, Lat. CYMBA, pp. *cavatam*, pecul. *alnum* ejusmodi, atque adeo *navigium*, notans: porro *genus poculi rotundi*, *acetabulum* femoris &c. E. S.]

Κύμινδις *avis nocturna* [de qua *Homerus*, Il. Ξ, 291: Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν. Ubi vide *Clarkium*.]

κύμινον *cuminum*, herba, et semen ipsius:

κυπάρισσος CUPRESSUS [Lat. pro *cuparesfus*:]

κύπαιρος *vas concavum*, et *valde capax*.

Κυπὰς *pallium*, *lecti stragulum* [si sana lectio sit hujus vocabuli apud *Lycophronem*, unde affertur;]

κυπασσὶς *supparum*, species tunicae;

κύπειρος *cypeirus*, juncus angulosus;

κύπελλον *genus poculi*: partim originis incertae sunt, partim sunt orta a verbo κύω, et κύπω: de quo jam vidimus. [Postremum hoc κύπελλον dubitare vix licet, quin sit Diminutivum nomen, ductum a primitivo κύπος, cujus foemininum κύπη apud *Hesychium* superest et apud Latinos in CUPA; unde et Diminutivum Latinum CUPELLA. Recte vero videtur originem ejus tradidisse *Eustathius*, p. 158: 41. et seqq. ubi exponit ποτηρίου εἶδος ἐπὶ τὰ ἔσω κύπτον. Vid. Iliad. A, 596. Δ, 345. &c. E. S.]

κύπτω *pronus inclino* vel *incurvo me*. Dicitur pro κύπω, quod convenit fere cum κάπω, unde Latinum *capio*. Stirpem autem habet κύω *turgeo*. Itaque κύπτω pp. significat *curvo* et *curvando inclino*: quod speciatim iis tribuitur, qui *corpus inclinant* et *curvant*. [„ Ab hoc κύπτειν, sive κύπειν, etiam CUPERE et CONCUPISCERE, apud Latinos, dimanarunt: ut אָבָה *voluit*, apud Hebraeos, pp. est *inclinatus*, *propensus fuit*."

Conf.

Conf. *Schultens.* Comment. ad Proverb. Salom. p. 300. E. S.]

Κῦρος *auctoritas.* Origo haud dubie est verbum κύρω, vel remotius κύω. Dubium autem videri potest, unde significaverit *auctoritatem.* Videntur mihi quidem vicina fuisse nomina κὰρ, κὴρ, κὸρ, κὺρ, uti probabile faciunt ejusdem significationis derivata κάρανος, κοίρανος, (pro κύρανος.) quibus omnibus designatur *princeps*, quasi *caput populi.* A κὺρ itaque *caput*, *principium*, nomen κῦρος videtur translatum ad *auctoritatem.* —— Idem vir cel. alio loco": „ A Graecis κύρειν dicitur proprie quidquid *accidit*, quasi, *opportune*, et veluti in *summo articulo* temporis. Quod enim ad originem attinet, verbum componendum est cum nomine καιρός. Inde nomen est κῦρος, significans in usu *auctoritatem*: quod peperit Adjectivum κύριος. Et hoc quidem pp. notat *privum* vel *proprium*, quasi dicas, *ejus*, qui habeat *auctoritatem*, vel id, *in quod* habeas *auctoritatem*, tanquam *dominus*. Ita, Adjective, πρᾶγμα dicitur κύριον εἶναι τινος. Non dissimili ratione *Epicurus* olim *sua placita* κυρίας δόξας vocavit, quasi *privas* sibi *opiniones*. Substantive κύριος dicitur is, qui *dominium habet in alium*, atque adeo *dominus*: unde *reges* saepe etiam κύριοι dicuntur." &c. Hactenus *Lennepius.* [*Auctoritas* Graecis est κῦρος: hinc verbum κυροῦν pp. *vim* vel *auctoritatem indere.* — Ab eadem voce κῦρος ductum κύριος, *dominus*, erat *dominus auctoritatis.* Respectu vero *possessionis*, *dominus*, vel *herus*, audiebat δεσπότης. Dici nolebant se Graeci *subjectos* δεσπόταις, sed *reges in* Oriente δεσπότας appellabant: quorum *subditi* essent *servi.* Nusquam etiam Graeci *deos* suos dixisse deprehenduntur δεσπότας. Metuebant quidem *deos* suos, non tamen *servili* metu, qui dedecet *ingenuos*, sed *metu*, quo parentes *veneramur.* In foro Attico *pater* filii κύριος dicebatur: *maritus uxoris* erat κύριος. *Demosthenes* ista duo accurate discernit, *populum Atheniensem aliquando fuisse* scribens δεσπότην, καὶ κύριον ἁπάντων. L. C. V. Vide omnino *Jo. Jac. Reiske*, in *Indice* Grae-cl-

citatis Demosthenéae, vocibus *κύριος* et *κυρίως*. Ceterum, ut Hebraei בַּעַל, pp. *dominum*, *maritum* &c, dixerunt a בָּעַל *tursit*, eadem fere ratione, apparet, Graecos appellasse *κύριον*, a *κύω*, *turgeo*. Usus tamen secundarii horum vocabulorum nonnihil differunt. Conf. huc *Schultens*. Comm. ad Prov. Salom. p. 475. ff. E. S.]

Κυρτὸς *curvus*. Ortum est a *κέκυρται*, tertia Praeter. perf. Pass. verbi *κύρω*: cujus propria potestas cernitur in Latino derivato CURVO. [Vide dicta ad vocem *κυρά*, et sequens *κύρω*. Origo est *κύω* *tumeo*: Itaque *κυρτὸς* ad proprietatem reddi potest *tumidus*, *convexus*, uti fecit *Clarkius*, ad Il. Λ, 426. Κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται TUMIDUS *existens* fluctus maris *fastigiatur*. Vide ejusdem observata in notis, loco Hom. ibidem subjectis, et confer omnino Il. N, 799. B, 218. Intelligetur ex his etiam nonnihil accuratius, quam vulgo, quid sint „ *dolia* CURTA," apud *Lucret.* IV, 1022. „ *Tegula* CURTA," *Propert.* IV, 7, 22. et alia similia, a *Forcellino* laudata. E. S.]

Κύρω *incido*, *impingo*. Videtur sic dici a *κῦρ*, [de quo in *κῦρος* dictum,] vel etiam a verbo *κύω*, quod est *turgeo*, sive *inflectendo curvando*que *facio*, ut quid *turgeat*. Inde *inflecto*, atque sic *incido*, significare potuit. [Itaque nostrum *κύρω* pp. idem est, quod Lat. CURVO: quae verbi proprietas facile perspicietur ex illis *Homeri*, Il. Ω, 530. Ubi, quum praecessisset, *Jovi duo dolia in limine jacere*, *ex quibus mortalibus dona proferat*, addit poëta Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε ΚΥΡΕΤΑΙ, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ, quod vertunt, „ *Interdum quidem in malum* dolium *ille incidit*, *interdum et in bonum*." Haec tamen proprie, ex vi verbi Medii, sic sonant: *Interdum quidem in malum* dolium SE INCURVAT, (nimirum, ut solemus, e dolio, humi jacente, aliquid depromturi, nosmet *incurvare*, *pronoque* corpore inde *haurire*:) *interdum et in bonum*. De leone Il. Γ, 23. *ut leo gaudet*, μεγάλῳ ἐπὶ σώματι ΚΥΡΣΑΣ, *qui magnum in corpus inciderit*, pp. *qui se incurvaverit*, quod *Virgilius* Aen. L. X. 723. reddebat:

bat: *Visceribus super accumbens*, et Hebraei item dixerunt כרע, *incurvare*, Gen. XLIX. 9. A notione autem *incurvandi* est illa *secure recumbendi*, et dein *habitandi*, in loco: quae vis sentiri potest, ex illo Num. XXIV; 9. כרע שכב INCURVAVIT SE, DECUBUIT, *instar leonis, quis jubebit eum assurgere?* Hinc est, quod permutentur fere κύπτειν et νάιειν. Vide *Valcken.* Adnot. ad Euripid. Hippol. p. 244. 2. Porro eadem indoles est verbi derivati κυρέω, κυρῶ. Conf. *Theocr.* Id. III. vs. 51. et ibid. *Valcken.* p. 76. E. S.]

κύςις *vesica.* Dicitur a κύω *turgeo:* a *cavitate*, nempe, et, cum ea conveniente, *turgedine.*

κύτος *cavitas.* Et hoc est a κύω *turgeo.* [Conf. huc quoque observata *Clarkii*, ad Il. Δ, 426. de voce κυρτὸς *tumidus*, et Lat. CONVEXUS. E. S.]

[κυφὸς *curvus, gibbosus*, „ A κύβω. κύπτω, κύφω, pro quo dicitur κύπτω. Triplex haec forma apud veteres in usu est. A κύβω fit κύβος, a κύπω κυπὸς (unde κύπελος, κύπελλον &c.) sed a κύφω est κυφός. Proprie autem haec omnia sunt a primitivo κύω *tumeo;* eademque potestas etiam in derivatis est. Jam vero, quae *tument*, CURVANTUR: unde κυφὸς dicitur *de senibus*, qui prae senio *curvatum* habent *corpus*. Κύφων autem in carceribus dicebatur *lignum*, quod collo circumdabatur" &c. T. H.] [Conf. quae vir summus dedit ad Schol. in *Aristoph.* Plut. p. 134. E. S.]

κύω *gravida sum, in utero gesto.* Propria potestas repetenda est a verbis vicinis κάω, κέω, κίω, κόω, κύω· γάω &c. χάω &c. ἵκω, ἴκω, et simil. quae omnia cognata sunt, et vicina. Hinc proprie *motum* significat, qui conspicuus est in Graeco κίω. ἴκω, et aliis. Dein significat *ambio, capio*, aut similia, quae cernuntur in derivatis verborum χάω, κάω, &c. ut et in CAPIO Latinorum, et Graeco χαίνω. Porro ad *cavitatem*, et quasi *capacitatem*. transfertur: cujusmodi notiones cernuntur in verbis κάω (quod est Lat. CAVO) κόω, unde κοῖλος CAVUS, similibusque; inde porro ad *turgedinem* rei capacis, atque sic ad *graviditatem*. [Aliud κύω, *osculor*, in Futuro κύσω vel κύσσω, videtur a so-

ſono factum, et origine idem plane esſe ac Belgarum *Kusſen*. Vide Il. Ζ, 474. Ω, 478. Od. Π, 15. Ω, 235. et alibi. Paullo aliter tamen cel. *Lennep.*, quem vide in κύω. E. S.]

Κύων *canis*. Proprie nihil aliud est, quam Participium verbi κύω, Subſtantive uſurpatum. Notat autem κύειν pp. *turgere*. Inde κύων *turgens*: quae Participii vis praeſertim cernitur in compoſitis, ut ἐγκύων: quod (uti aliud derivatum ἐγκύμων) mulieribus *gravidis* tribuitur. A *turgedine* autem κύων eximie ſignificavit *canem*, quia facile in iram *intumeſcit*, [niſi a *turgore* in libidinem dictum malis. E. S.] —— A *turgedine* praeterea verbum κύω ad *oſcula* amatoria transfertur: atque ita Infinitiv. κύσαι, pro *oſculari* poſitum, invenitur apud *Theocritum*: ubi κύσαι ςόμα τινὸς pp. est *oſculo laſciviore premere os alicujus*. Porro ab *oſculandi* notione, quae verbo derivato κυνεῖν quoque tribuitur, profecta est notio *adorandi*, verbo compoſito προσκυνεῖν adjuncta: in quo praepoſitionis πρὸς eadem ratio est, quae praepoſitionis AD, in Latino ADORARE. Significat nempe, προσκυνεῖν proprie, quaſi, *manu ori admota* (quod proprie est ADORARE) *propinare* alicui *oſcula*, in ſignum venerationis, &c.

Κωβιὸς *Gobius* ſive *Gobio* piſcis, κώδεια *caput papaveris*, κώδων *tintinnabulum*, κώθων *genus poculi Laconici, ejusdemque capacioris*, κωκαλία *animalia carnem ſub teſta habentia*, partim peregrina videntur, partim orta a κύω *cavo*.

[Κώδιον *pellis*. Proprie uſurpatur de *ovibus*, earumve *pelle*. Ὄϊς enim est *ovis*, pro quo Attici dicunt οἶς. Hoc Aeoles contrahunt in ὦς. Jam vero praeponitur litera κ quibusdam vocibus. Hinc ergo κῶς pp. *vellus ovinum*. De his plura vide apud *Iſaac. Voſſium* &c. Obſervandum autem est, voci huic κώδιον non ſubſcribi *jota*: quod tamen proprie fieri debebat. T. H.]

Κωκύω *fleo*, *ploro*. Verbum factum a *ſono* incondite *lugentium*, et veluti gula *fletus cientium*.

Κῶλον *membrum*. In primis *crura* et *lacerti* ſic dicuntur. Dici videtur pro κόλον, quod a κόλω, unde

κόλ-

κέλλω CELLO, *tundo:* de quo supra. [In pecoribus *pedes*, *aures*, et interdum *caput*, κῶλα vocantur. A κῶλον ductum fuit olim Adjectivum κώλεος, cujus foeminina forma, κωλέη, vel κωλέα superest in nomine subst. κωλῆ, pp. *pars extima* corporis *animalis caesi*, et hinc *perna*. Eadem contractio est in συκῆ, pro συκέη, vel συκέα. T. H.]

Καλύω *impedio*. Haud dubie factum a κῶλον *membrum*. Itaque proprie significat, quasi, *membrum*, *pedem*ve *pono*, vel *figo:* quod est ipsum fere Latinum IMPEDIO, ortum a nomine *pes*. [Conf. simile verbum Graecum Ἐμποδίζω. E. S.]

Κῶμα *somnus*. Ortum a κόω, unde κοιμάω, de quo suo loco.

Κώμη *pagus*. Ortum est a κόω, cui vicina κέω, κεῖμαι *jaceo*. [Κώμη apud Graecos significat *vicum*, nempe, vel συνοικίαν in *urbibus*, *pluresque adeo domos*, communi quadam *societate junctas*, quae a Latinis dicuntur *insulae*, vel pp. *vicum*, quem Latini vocant, *in agris*. Utraque potestas frequens est apud scriptores; posterior tamen crebrior. Hinc derivantur κωμήτης, et foem. κωμῆτις. (Alterum *vicarium*, alterum *vicariam* significat.) Itidemque κωμῳδός, et κωμικός. Vox igitur κωμῳδός, si quidem est ex κώμη *vicus*, significabit *eum*, qui *in vicis*, vel *per vicos canit*. Sed alia ratio longeque diversa est eorum, qui vocem hanc compositam dicunt ex κῶμος, et ἀοιδή, vel ᾠδή. Κῶμος significat *canticum hilare* et *protervius* ad *laetitiam compositum:* qualia *cantica* olim, in festis diebus, cani solebant, tam in honorem deorum, quam laetitiae excitandae caussa. Hinc propagata est ejus vocis potestas, ad denotanda *cantica liberiora* et *lasciva*; unde etiam illa *cantica*, quae *juvenes* ad *puellas comessantes* canere solebant, κῶμοι dicuntur; et κωμάζειν *petulantius decantatis canticis per urbes peragrare* et *vagari*, ut et *canticis liberioribus* et *petulantioribus puellas adire:* adeoque κωμῳδὸς significabit *hilarioris cantici*, quod κῶμος dicebatur, *cantatorem*. Ex his Etymologiis posterior magis rationi et genio linguae Graecae accommo-

modata est: quamquam plures auctores prior habeat. Nam, si analogiam linguae Graecae exquiramus, videbimus, priorem compositionem ei repugnare. κώμη, nempe, *locum* significaret. At apud Graecos nullum datur exemplum, ubi *locus* conjungitur cum ista voce. Ex. gr. *qui in scena canit*, nunquam vocatur a Graecis σκηνῳδὸς: *qui in theatro canit*, nunquam Graece dicitur θεατρῳδὸς. Itaque in κωμῳδὸς prior pars *locum* significare nequit: sed recta haec vox in eam compositionem intrat, quae *cantationem* notat. Sic Graeci dicunt ὑμνῳδὸς, θρηνῳδὸς, χρησμῳδὸς &c. et non tantum hujusmodi voces conjunguntur cum ἀοιδὸς, sed etiam vocabula *instrumentorum*, ut λυρῳδὸς, κιθαρῳδὸς &c. Itaque κωμῳδὸς significat *eum*, *qui cantica hilariora publice canit*. Differunt vero κωμικοὶ, et κωμῳδοὶ. Priores notant *poëtas comi*, posteriores *cantatores comi*. A κωμῳδὸς est κωμῳδία, quam Latini *comoediam* vocant &c. T. H.]

Κῶμος *comissatio*. Ortum a κόω, cui vicinum κίω cio, *vado*. Itaque κῶμος quasi *conventus*, *concio*, et in primis *hominum ebriorum*, noctu *vagantium* cum *cantu*. [Alia vide in κοιμάω. Alibi vir celeberrimus: „ κῶμος a Graecis dicebatur *coetus*, vel *multitudo* hominum *ebriosorum*, nocturno tempore *per vias* vagantium, et postes amicarum obsidentium, easque *cantilenis* amatoriis *oblectantium*. Unde deinceps ejusmodi *cantilenae* ipsae κῶμοι fuerunt dictae. Sequebantur plerumque istiusmodi κῶμοι *coenas* veterum *lautiores*, postquam in multam noctem *saltando*, *bibendo*, et *cantando*, sese oblectassent. Quum autem, in iis plerumque, prae *ebrietate*, *petulantius* et *lascivius* se gererent homines; apte, tanquam vicina vitia, ab Apostolo, (ad Rom. XIII, 13. et Gal. V, 21.) junguntur μέθαι et κῶμοι [ut 1 Petr. IV, 3. κῶμοι et πότοι.] A nomine κῶμος verbum ortum κωμάζω respondet Lat. COMISSOR, quod haud dubie sic dicitur, quasi formatum a Gr. κωμίζω. A Lat. COMISSO factum nomen COMISSATIO respondet Gr. κῶμος: in cujus quidem nominis Latini scriptura, etymologia prava decepti, saepe errant, qui

qui hodie Latine ſcribunt. A Graeco κωμάζω nomen κωμαστὴς est: quomodo dicitur *is, qui comisſationi interest*, COMISSATOR adeoque. [Conf. omnino *L. Bos* Exerc. in Epiſt. ad Rom. L. I. p. 117—120. E. S.]

κῶμυς *faſciculus foeni*. Et hoc est a κόω: notionis autem ratio forte repetenda a derivato κομίζω *porto, geſto*.

Κῶνος *conus*, corpus mathematicum *e lato in acutum* deſinens. Ortum est a κόω, vel propius a κόνω, quod vicinum verbo κένω, unde κέντω, a quo nominis noſtri ratio repetenda est. [Vide in κόνος.]

Κώνωψ *culex*. Vox compoſita ex κῶνος et ὤψ: quorum illud vidimus; hoc ab ὄπτομαι *video* (de quo ſuo loco dicetur) repetendum est. κώνωψ itaque dicitur *qui oculos conicos habet*, ut ſunt *culices*. [κώνωψ dicitur ex eo, quia habet *coni figuram* vel *faciem*. T. H.]

κώπη *remus*. Ortum est a κόπτω *tundo*, de quo ſupra. [„ Κώπη proprie notat *eam* inſtrumenti cujuslibet *partem*, qua *tenetur*. Hoc pacto *remus* a Graecis vocatur κώπη. Proprie est *manubrium remi*: ut κώπη ὀβελίσκυ *manubrium*, quo *tenetur* et *verſatur veru* in igne, κώπη φύσης *manubrium*, quo *follis extollitur*, ξίφεος κώπη *manubrium enſis*" &c. T. H.] [Conferendum est Lat. CAPULUS, quae pp. diminutiva vox est obſoleti CAPUS, a verbo κάπω CAPO, ſive productiori CAPIO, quod cognatum est Graeco κάπω. E. S.]

Κώρυκος *ſacculus*. Dubium videri pôtest, utrum ſit repetendum a κόρυς (de quo ſupra) an vero a κῶς *pellis*. [Adfuit eadem vox, ſcripta per ο, κόρυκος. E. S.]

Κῶς *pellis*. Ortum eſt a κόως, vel κόας, et hoc a κόω, unde κώμη COMA. Niſi malis a *dormiendi* notione, quae in derivato κοιμάω cernitur, nomen hoc repetere. [Vide T. H. ſupra in κώδιον. E. S.]

Κωτίλλω *fabulor, garrio*. Neſcio, an repetendum ſit a κῶς *pellis*: ut κωτίλλω pp. ſit *una in pelle jaceo otioſus* et *blande garriens*. [Videtur hinc derivationi nonnihil repugnare locus, ex *Athenaei* L. X, ab *H. Stephano* laudatus, Ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν.

Voce κωτίλλη Graecis dicitur *hirundo*. Itaque inde nostrum κωτίλλω repetebat Etymologus, in κωτίλλων. Sed rectius fortasse dixeris a κωτίλλω, *garrio*, *hirundinem* Graece appellatam esse. Origo est incertior. E. S.]

Κωφὸς *surdus*. Dicitur a κόπτω *tundo*. Est itaque κωφὸς quasi *obtusus*. [Antequam litera ω in usum esset recepta, scribebant κοφὸς, quod a κέκοφα, verbi κόπτω vel κόπω, significantis *caedo* sive *caedendo* et *tundendo stringo*. Est ex ista origine κωφὸς *constrictus*, *obtusus*, *hebes*. In sermone quotidiano κωφὸς *illum* significabat, cujus *organa* sensuum essent *corrupta*. *Mutum* et *surdum* eadem voce significatum fuisse, mirum non est: quum ii, qui *surdi* nati sunt, etiam semper esse soleant *muti*, quia *sonos* audire non potuerint, quos imitando exprimerent. A Grammaticis nostrum κωφὸς redditur ὁ μήτε φθεγγόμενος, μήτε ἀκούων, id est, *qui sonum non edit*, *neque audit*. Aurium *surditatem*, ὤτων κώφωσιν, dixit *Pempelus* Philosophus, in *Stobaei* Florilegio, p. 461. *Caecitatem* κώφωσιν ὀφθαλμῶν dixisse Hippocratem, testis est *Erotianus*, in Lexico Hippocratico." L. C. V.] [Vide omnino virum summum, in Animadv. ad *Ammon*. L. II, Cap. XIV, p. 133–138. et adde *Schultens*. ad Prov. Salom. III, 30. p. 25. E. S.]



Δ.



Λ.

Λὰ Particula est, quae in *compositis* significationem *intendit*. Proprie repetenda est ab obsoleto λὰ, quod idem esse ac λαὸς, et λεὸς, sive λεὼς, similiaque, manifesto docent composita: ut Ἀγησίλαος, et, ejus loco ab Jonibus pronuntiatum, Ἀγησιλεὼς, Λεώκριτος, et, ejus loco, Λάκριτος &c. Sunt autem haec a λάω et λέω: quae, primam notionem *motus vehementioris* habentia, forte vicina sunt verbi νάω, νέω, ex vicinitate literarum λ et ν, quae in aliis quoque vocabulis, pro varia dialecto, permisceri interdum solent. Ut ut est, a verbo λάω, (in quo *vehementiae* quandam inesse significationem, inter alia, docet vicinum λίω, unde λίαν) a λάω, inquam, ortum λὰς et λὰ significationem nominis, cui praefigitur, *intendit*, et *in deterius* quodammodo *vertit*. Ita λάκριτος pp. est, *qui facile nimis judicat*, quasi *temerarie judicans*. Proxime autem notio videtur repetenda a *capiendo*, quasi *temere suscipiendo*. Est, nempe, verbo λάω *capiendi* notio in primis familiaris et propria. [Sed errorem Grammaticorum, in voculis λα et λι confingendis, pluribus refutavit vir summus *D. Ruhnkenius*, in Epist. Crit. I, p. 86—89. E. S.]

Λᾶας *lapis*. Haud dubie repetendum est a λάω *capio*, et *captum tracto*, atque sic *levigo*, *polio:* quae notiones manifestae sunt in vicinis verbis λέω et λίω: unde λεῖος *levis*, et λίθος *lapis*. Ex his facile apparet, eandem quoque esse originem vocis Latinae LAPIS. Vide omnino *G. J.* et *Is. Voss.* in Etymologico. E. S.]

Λάβρος *vorax.* Est quasi λάβερος, ortum a λάβω, cui vicinum λαύω *fruor.* Λάβω autem a simpliciori λάω *capio*, de quo infra dicetur, in verbo λαμβάνω. [Dari cognationem quandam inter Gr. λάβω, unde λάβερος, λάβος, et Lat. LABOR, LAPSUS SUM, LABI, inter alia suadet λάβρον κῦμα, Il. O, 625. id est, in *Hesych.* προπετὲς, ταχὺ, μαινόμενον, „ *fluctus celerrimo* CUM IMPETU LABENS, *furens*que." ποταμὸς λάβρος, Il. Φ, 271. *fluvius* LABENS, id est, *praeceps*, *rapidus*, *vehemens* &c. Itaque, hoc ex fonte, λάβρος fortasse pp. fuerit *vehemens*, pecul. *in vorando*, δεινὸς κατὰ κοιλίαν, *Aelian.* V. H. L. I, 1. ubi vid. *Perizon.* Eadem ex origine etiam λαβρεύεσθαι *garrire* pp. fuerit *effundere verba*, quasi *fluxu labente* et *praecipiti.* Vide omnino Iliad Ψ, 474—479. Potuit tamen aliunde quoque duci, ut, nempe, a λάβω *capio*, *accipio* cibum, pp. sint LABIUM, LABRUM &c., a LABRO vero notio *garriendi*, in λαβρεύεσθαι. E. S.]

Λαβύρινθος *Labyrinthus.* Locus viarum ambagibus ad CAPIENDUM aptus. Ortum est a λάβω, quod a λάω *capio.*

Λάγνης et λάγνος *libidinosus.* Forte non male derivatur a λάγνος, ut sit ex λα et γόνος, quasi dicas, *semine abundans.* Rectius tamen derivari videtur a verbo antiquo λάγω, de quo in nomine λαγὼν, cuique vicinum est verbum λήγω *desino*: quod dicitur a *solvendo*, *dissolvendo*, quae notio manifesta est in λύω, vicino nostro λάω, unde ortum λάγω. Hac ratione λάγνης et λάγνος non multum differrent a λελυμένος, quod notat *dissolutum*, et ad *mores* transfertur.

Λαγχάνω *sortior.* Ortum est a simpliciori λάγω, unde nomen obsol. λάγος *sors*: hoc autem a λάω *capio*, *fruor*, aut simili. Est igitur λαχεῖν vel λαγχάνειν pp. *sorte obtinere*, et hinc generatim magis *obtinere*; spec. de *magistratibus* aliisque *ministeriis*, quae quis *sorte* potissimum *obtinet.* Unde phrasis κυάμῳ λαχὼν *per fabam electus*, quod est in *Aristophanis* Avibus, vs. 1053. &c. [Vide *H. Stephan.* in λαγχάνω. „ Verbum a Lexicographis ponitur λαγχάνειν. Vetus verbum

bum fuit λάγω, cujus tempora quoque derivata quaedam supersunt. Ex. gr. Praeter. perf. Pass. λέλαγχμαι, λέλαξαι, unde orta sunt λαχμός, λάξις *actio sortiendi.* Proximum verbi veteris derivatum adhibetur a *Platone* λάχος, et ab *Aeschylo* in Comoed. Septem contra Thebas, vs. 920. A verbo λάχω, per varios casus, manavit λαγχάνω, sicut a λάβω fit λαμβάνω, a λάθω, λανθάνω. a δάκω, δαγκάνω, a μάθω, μανθάνω" &c. L. C. V.]

Λαγὼν *lateris cavitas.* Forte ortum est a λάω, quod componendum cum λίω, et λύω. Posterius hoc notat *solvo.* Dicitur autem in primis λαγὼν a LAXITATE: quae vox Latina ejusdem originis est.

Λαγωὸς *Lepus.* Dicitur a simpliciori λαγὼς vel λαγῶς [apud Jonas Atticosque usitatis] nomenque habet a *laxitate.*

Λάζομαι *capio.* Est a λάω *capio.* [,, Origo verbi Grammaticos latuit. Λάζεσθαι scribi debuisset cum *Jota* subscripto. Est enim ex λαΐζεσθαι, cujus loco Jonice pronuntiabatur ληΐζεσθαι. *Praeda* bello *capta* ab *Homero* ληῒς dicitur. A ληΐζω, λελήϊσμαι, λελήϊσαι, descendit nomen ληϊστὴς, et contractum ληστὴς, LATRO: quae vox Latina est ejusdem originis. Porro ληΐζω, Dorice λαΐζω, contracte λάζω, in tertia Praeter. Perfect. Pass. dedit λέλασται, et λέλασαι. Hinc nomen Gr. λάστης, illinc Latinum, LATRO, idem significans. Erant autem in Oriente LATRONES praedae abactores, Latinis etiam simpliciter dicti *abactores* et *abigei:* quae vocabula reperiuntur in Glossariis antiquis Graeco-Latinis, primum editis ab *H. Stephano*, dein a *Vulcanio*, et *C. Labbaeo.*" L. C. V.]

Λαιδρὸς *imprudens.* Nescio an sit a λάω *capio.* Videri potest etiam esse ab ἀδρὸς, de quo suo loco. Λ enim non paucis vocibus praefigitur: quod saepe nomina, a Λ incipientia, obscurae originis facit. [An ab obsol. Λαίδω, Lat. LAEDO? E. S.]

Λαίλαψ *turbo.* Dicitur pro λάλαψ, quod per reduplicationem pro λὰψ, et hoc a λάβω vel λάπτω, similive forma. Dicitur autem a *capiendo.* [,, Λαί-

λαῖψ ἀνέμου, id est *turbo*, five addatur vox ἀνέμου, five omittatur, *ventus* fignificatur *procellofus*, etiam *Homero* Il. I, 747. Recte *Hefychius*: Λαίλαψ ἀνέμου· συστροφὴ μετὰ ὑετοῦ. Optime auctor Etymologici παρὰ τὸ λάπτω, λάψω, λαῖψ, καὶ, κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν, λαίλαψ. Quae tum addit, non funt unius asfis. Quam vero putat ille fyllabam ortam *ex reduplicatione*, ea faepe praefigitur vocibus ad *vim intendendam;* aeque ac λα, fic λαι: ut in λαίμαργος, fignificante *valde gulofum*. Ita et λαίγυος est *valde hirfutus*. Apud Leucadios *grandis puer* (Graecis βούπαις) vulgo λαίσπαις dicebatur: quod ex *Hefychio* conftat. *Gulofa* et *vorax* λαίσιτος fuit dicta." L. C. V.] [Conf. iterum huc cel. *Ruhnkenii* Epift. Crit. I, p. 87. E. S.]

Λαιμὸς *guttur*. Videtur dici a λάω, cui vicinum λαύω *confumo*, *fruor*. [Nifi malis a *laevitate* fic dici: Conf. in λαιός. E. S.]

Λαιὸς *laevus*, *finifter:*

Λαῖφος *veftis attrita et lacera:*

Λακάθη *Lacatha*, *arbor campeftris:* et

Λάκαφθον *fpecies aromatis*, quamquam repeti posfint a λάω, tamen incertioris funt originis. [Priora illa λαιὸς et λαῖφος haud dubie funt a λαίω, cognato alteri λείω: unde λαιὸς ipfum est Lat. LAEVUS, quod inde, interpofito digammate Aeolico, formatum; λαῖφος vero, origine exinde nihil diverfum, fiquidem pro λαιϝὸς paullo fortius dixerunt λαιφὸς, five λαῖφος. De duobus pofterioribus vocabulis, videant Botanici. E. S.]

Λακέρυζα *loquax*, *garrula*. Dicitur a verbo λακέω, quod videtur factum a *fono rerum fisfarum*. [Proprie videtur esfe Particip. foem. fingul. verbi obfoleti λακέρω, quod Latini fervarunt in fuo LACERO. Inde, nempe, est λακέρων, λακέρουσα: quod lenius enuntiatum λακέρυζα. Ab *Hefychio* vox noftra exponitur μεγάλα κράζουσα, id est, *magnopere vociferans:* pp. *magna rumpens* vel *crepans*. Adfcribamus verba fummi. T. H. „ λάκειν, apud Graecos, pp. fignificat CRE- „ PARE, five *fonitum crepando edere*, adeoque per

„ con-

„ consequens *cum strepitu dissilire.* — Porro λάκειν „ apud Poëtas, et praecipue Tragicos, ponitur pro „ *magno sonitu vocem* vaticinantem *rumpere.*" Unde servus apud *Aristophanem*, in Plut. vs. 39 Τί δῆθ' ὁ Φοῖβος ἔΛΑΚΕΝ ἐκ τῶν στεμμάτων; *Quid ergo Phoebus profatus est* (pp. CREPUIT) *ex coronis?* Plura vide infra sub λακέω. E. S.]

[Λακέω, sive λήκεω *sono*, *resono*. „ Antiquum verbum λάκω, et λήκω, significat *rumpo cum sonitu.* Proximum hujus verbi derivatum λάκος conservatum est ab *Hesychio*. Λάκος" inquit „ ἦχος, ψόφος, *sonitus*, *crepitus*. Etiam λακὶς in libris veterum superest, *rupturam* significans, *quae fiat cum sonitu*, vel *scissuram*. A λάκος verbum factum λακέω, a λακὶς vero λακίζω: quae vel, *neutra* virtute, notant *sonitum edere* cum *crepitu*, vel, active, *lacerare cum fragore.* Quod verbo attigit Cl. *Schultens.*, Comment. in Job. p. 353. *Pannos* vestis *detritae* λακίδας dixit *Aristophanes* in Acharn. vs. 422. Antiquum verbum λάκω, in *Homero*, frequens est de *sonitu* armorum *fractorum*. Apud *Theocritum*, Id. II, 24. *laurus in igne* λακεῖ, id est, CREPAT. Non male nostrum ἐλάκησε (Act. Apost. c. I, 18.) ex *Gloss. Philoxeni* reddi posset *dissiluit.* — Compositum διαλακέω, *discrepo cum fragore*, sensu foedissimo adhibuit *Aristophanes*, in Nubib., vs. 409., ubi Scholiast. λακὶς, inquit, τὸ σχίσμα *scissura.* Quod vero in Lexicis fuit praetermissum, verbum διαληκᾶσθαι, id, ex Lexico *Aelii Dionysii*, protulit Eustathius, ad Iliad. E, p. 1208: 41. *Sonitus scissurae* significabatur nomine λάκος. Inde ortum Adjectivum λακερὸς, quod, itidem in Lexicis praetermissum, *Hesychius* adservavit: estque ipsum Lat. LACER vel LACERUS. LACERA *vestis* est λακερὸν ἱμάτιον. Hinc ratio petenda, cur *Hesychius* interpretetur λακαῖον *vulgare.* A LACER Latinis est *lacero*, *lacerare.*" &c. L. C. V.] [Conf. supra in Λακέρυζα. E. S.]

Λάκκος *fovea.* Forte repetendum est a verbo λάω *capio.* [Malim a λάκω *crepo*, *cum crepitu dissilio*: dis-

diffindor. Hinc λάκος, et (media litera geminata) λάκκος, proprie *fissura.* Simplicem scriptionem servavit *Hesychius*, et Latini habent in suo LACUS. Proprietatem vocis deprehendas in illo *Lucilii*, poëtae veteris, apud *Servium*, ad Aeneid. I, 730. *resultant aedesque* LACUS*que*, „ id est, tignorum trabiumque." Vide *Forcellin.* in voce. E. S.]

Λαλέω *loquor.* Est a λάλω, hoc autem a λάω, quod a sono λά. Differt autem λαλεῖν significatione ab altero λέγειν, uti jam recte observavit *Ammonius*, de Adfinium vocabulorum Different. p. 87. Est, nempe, λαλεῖν, in consuetudine loquentium simpliciter, *loquor*, λέγειν vero semper respicit aliquid, *quod dicatur*, q. d. *hoc illudve loqui.* Proprie etiam λέγειν valet *verba colligere*, *eaque collecta efferre*: quae notio *colligendi* superstes quoque est in Lat. verbo LEGERE, apud poëtas obvio. Unde λόγος proprie est *comprehensio* verborum, adeoque *sermo.* [Λέγειν esse a λέω, adeoque, per adfinitatem cum λάω, verbum huic cognatum, infra suo loco docebitur. E. S.]

Λαμβάνω *capio.* Est a simpliciori λάβω, quod a λάω. Exstitisse autem istud verbum λάβω, in antiqua lingua Graeca, cum analogia docet, tum derivata, quae ab eo verbo proxime descendunt, ut λαβὴ *ansa*, λαβὶς idem &c. Stirps est λάω *accipio:* quod verbum ab antiquis Grammaticis servatum est. [Ex εὖ *bene* et λαβὴ *ansa* facta vox εὐλαβὴς pp. ponitur de illis, qui *vasa vitrea*, aut alia *fragilia*, prehendunt, et, dum metuunt, ne frangantur, *magna* id faciunt *cum circumspectione.* Tot vocibus *Latinis* indigemus, ad unius *Graecae* vim exprimendam. Inde aestimetur linguae praestantia. *Is. Casaubonus* veram vim nominis indicavit, occasione verbi εὐλαβεῖσθαι, occurrentis in Equitibus *Aristophanis*, vs. 253. Not. Casaub. p. 79. Εὐλαβὴς, ut alia adjectiva plurima, significatu viguit *duplici*, vel *activo* vel *passivo.* Active pp. significavit *eum*, qui *ansam sollicite comprehendit*, Passive denotat *eum*, *qui facile capi potest* et *prehendi*, atque adeo *hominem meticulosum*, vel *animal*

mal meticulosum. Hoc sensu *columba* vocatur εὐλαβὴς ὄρνις, ab *Eustathio*, ad Odyss. M, p. 1712:47. „ *avis, quae facile potest prehendi*": contra *anguilla*, quia *sua lubricitate facile elabitur manu*, dicitur ζῶον ἀλαβὲς &c. L. C. V.]

Λάμπω *luceo.* Dicitur pro λέπω, quod cum vicino λέπω componendum. Utriusque origo est λάω et λέω *solvo.* Inde λέπω, inter alia, significavit *detego*, unde videtur translatum ad *lumen* et *splendorem.*

Λαμυρὸς *loquax.* Ejusdem formae nomen est, cujus καθαρὸς, et similia. Ortum haud dubie a λάω *loquor:* de quo supra. [Vide in λαλέω.]

Λὰξ *calx.* Forte dicitur a verbo λήγω, unde et λήγω *desino:* de quo suo loco. [Videtur dictum a *prehendendo.* Stirps in λάω, unde Praeter. perf. λέλακα, hinc vero nomen λακὸς, contracte λὰκς, sive λὰξ. A λάκω ductum est λακίω, Latine LACIO, *decipio*, pp. *apprehendo:* quae vis primaria facile sentiri potest in illo *Lucretii*, L. IV, 1200. *Quae* LACERE *in fraudem possint, victosque tenere.* Hinc porro sunt composita *allicere*, *pellicere.* Caeterum a Graeco λὰξ pro λὰκς vix videtur differre Lat. CALX, *pars posterior imi pedis;* quippe quod, per metathesin literarum, dici potuit pro LACX: nisi mavis, diversa nonnihil ratione, dixisse veteres CALX, pro κὰλς, ex λὰκς; uti *Ajax* dicitur pro Αἴας, et vicissim FLOS pro φλὸξ. Longe aliud est. Lat. CALX, *calcis*, pro *lapide minuto excoctoque*, quo in structuris utebantur; cujusque diminutivum CALCULUS pro *lapillo* notissimum est. Monuit magnus *Vossius*, CALX hoc esse pro χάλιξ, id quod, χ in *c* emollito, factaque contractione, facile fieri potuit. Sed propior fortasse commodiorque datur derivandi ratio. Pro κλάω *frango* (unde κλῆρος item pp. *lapillus fractus*) dixerunt fortasse λάκω. A κλάω, κέκλακα, est κλακὸς, quod dare potuit contractum κλὰξ, unde κὰλξ CALX, et καλκὸς CALCUS, unde Diminut: *calculus* prona admodum analogia. E. S.]

Λαὸς *turba.* Haud dubie dicitur a λάω significatio-

ne

ne tamen quodammodo dubia. A λάω, cui cognatum λέω, *capio*, *colligo*, videtur factum λαὸς, pp. *qui capitur*, sive *colligitur*, aut *collectus*, nempe, *manipulus*; ut a λέω est λεὼς, sive λεῶς. In primis autem λαοὶ dicuntur COPIAE militares, Iliad. A, 10. 382. B, 25. 86. &c. ut ipsum quoque Lat. *copiae* est ab obsol. *copio*, cognato alteri CAPIO. E. S.]

Λαπάζω *inanio*. Dicitur a λάπω, cui vicinum λέπω, et quidem ab *attenuando dissolvendove*: quae notiones sunt verbi λάω et λέω. [Λαπάζειν pp. significat *vacuum* et *inanem reddere*. Propria hac virtute Medici verbum nostrum adhibent, quum dicunt λαπάζειν τὴν γαστέρα *evacuare ventrem medicamento purgatorio*. Vide *Foësium*, in Oeconom. Hippocr. voce λαπάζειν. T. H.]

Λαπίζω idem pp. est, quod cognatum λαπάζω.

Λάπτω *lambo*. Proprie *canum* est: verbum factum a sono *lambentium*. [Simplicior forma est λάπω, quod cum litera *media* β, loco tenuis π, pronuntiatum LABO, et, inserta ν, *lanbo*, dedit Lat. LAMBO. A λάπω factum est λαπέω: ex qua forma apud *Hesychium* superest λαπῆσαι. E. S.]

[Λάρος LARUS, *gavia*. Vide pluribus, hac de voce disserentem, T. H. ad *Aristophan.* Plut. p. 312. ss. E. S.]

Λάρυγξ *caput asperae arteriae*, *guttur*. Nescio, anne sit a stirpe λάω *capio*, *fruor*. [Fortasse vox est facta a *sono*, per *guttur reciprocato*. E. S.]

[Λάσιος. Vox haec plane respondet Lat. *densus*. Dupliciter usurpatur, notatque vel *densum* et *horrentem*, vel *condensatum* et *compactum*. Priori ratione ex. gr. λάσιος dicitur *ager* arboribus *densus*, vel multis arboribus *consitus*, et neutro genere, τὰ λάσια significant *partes* agrorum *fructibus densas*. Hinc etiam de *crinium capillorumque densitate* ponitur. Sic κάρα λάσιον *caput crinibus densum*. Eodem modo usurpant medici, quum ea corporis membra λάσια vocant, quae *pilos habent*. Haec prima potestas est. Altera potestate sumitur pro πυκνὸς, et contracto πυκνὸς. Ut v. gr.

gr. λάσιον σῶμα, *corpus compactum*, et per consequens, *robustum*, opponiturque *corpori levi*. &c. &c. T. H.] [Stirps videtur esse λάω *capio*: ut λάσιος pp. sit *qui capi*, apprehendi, *manu possit*, *hirsutus*. Conf. hoc sensu οἷς λάσιος, Il. Ω, 125. de *barba* item positum a *Luciano*, Νεκρ. X, 9. E. S.]

Λάσκειν *dicere*. Origo a verbo λάω *loquor*.

Λάταξ dicitur *strepitus* liquoris *delabentis*, quasi ductum a λατάζειν, cujus loco usitatum λαταγεῖν. Videtur factum a sono. [Eadem vox Latinis dicitur LATEX, *laticis*. Si vera est doctissimorum Grammaticorum sententia, voces quasdam ab initio praemissam sibi habere voculam λα, (quae *intendat* significationem, et *frequentiam* actionis denotet) valde verisimile videri queat, nomen hoc esse compositum ex λα, et τὰξ, sive τὲξ, quae vox *sonum* exprimit *liquoris delabentis*. E. S.]

Λάτρις *servus*, vel *serva*. Dicitur haud dubie a λάω *capio*. Designabatur olim, voce λάτρις, *homo ingenuus*, sive *bello* CAPTUS, sive alia ratione *in servitutem redactus*. Quia tamen factum est, ut aliquando de *quovis ministerio* poneretur, hanc ob causam, ab *Hesychio* redditur μισθωργός: quomodo dicitur is, qui *mercede opus facit*, vel etiam λειτουργός, qui pp. vocatur *minister publicus*. Jam vero ab isto vocabulo ortae sunt voces λατρεία et λατρεύειν: quae, origine sua, in primis respiciunt *ministerium* aliquod *honestius*, et ea ratione differunt a vocibus δουλεία, et δουλεύειν. Consuli potest *Valcken.* in Animadv. ad *Ammon.* p. 99. 100. E. S.]

Λαυκανία *guttur*. Ortum videtur a λαύω *fruor*. [Dicitur etiam, Jonice, λευκανίη. An igitur potius a λευκὸς et λαυκὸς, pp. *laevis?* Stirps λέω cognatum λάω, unde λεῖος LAEVIS &c. E. S.]

Λαῦρος *copiosus*. Idem proprie est, quod λάβρος: de quo supra.

Λαύω obsol. Unde compositum ἀπολαύω &c. Stirps verbi est λάω, *capio*, *accipio*. Inde duplex verbum: nempe λάβω, quod peperit usitatum λαμβάνω, sensu ac-

accipiendi, et λαύω, cujus compositum ἀπολαύω, sensu *fruendi*, vel *fructum percipiendi* usurpant, et cum *Genitivo rei* construunt, vel etiam cum ἀπὸ et *Genitivo*. Differt autem, ut ex dictis patet, verbum ἀπολαύειν ab altero ἀπολαμβάνειν. Hoc significat tantum *recipere id, quod datum erat*, hoc vero (ut diximus) *frui* sive *abunde fructum percipere ex aliquo*. [Notandum tamen est, hoc posterius sumi *in utramque partem*. Nam dicitur quoque aliquis ἀπολαύειν, quando *malum percipit*. Sic ex. gr. si quis *oculorum vitio laborantem adspiciat*, is dicitur ἀπολαύειν τῆς ὀφθαλμίας, id est, *malum* vel *dolorem oculorum percipere ex alterius oculorum morbo*. Sic quoque qui *versatur cum improbis*, dicitur ἀπολαύειν αὐτῶν *capere malum ex eorum moribus*. T. H.]

Λαφύσσω *avide deglutio*. Ortum videri potest ab ἀφύω *haurio*, de quo supra. [Conf. Il. Λ, 176. Ρ, 64. Σ, 583. quibus locis de *leone*, viscera et sanguinem *hauriente*, adhibetur. Formatum videtur, praemissa litera λ, ab ἀφύω. Vide p. 179. E. S.]

Λαχαίνω *fodio*. Haud dubie est a λάχω *fortior*, *divido in partes*: quod cum λύω componendum. [Vide ad vocem sequentem.]

Λάχανον *olus*. [Proprie est Adjectivum a λάχανος, quod a λαχαίνω, pro quo dicitur λαχαίνω *terram rastro effodio*. Ergo λάχανος dicitur, quidquid *oleris* in *terra fossa* ponitur, et λάχανον *olus*, quod plantatur in *terra effossa et versa*. T. H.] [Origo est verbum χάω unde χαίνω, et praefixa vocula λα, significationem *intendente*, λαχαίνειν. Proprie notat *facere*, *ut quid valde hiscat*, vel *pateat*. Hinc nata vis *fodiendi*, *effodiendi*. *Olera* quaevis, in usus humanos e terra *effossa*, proprie dicta sunt λάχανα. Verbum λαχαίνειν adhibet *Apollonius Rhodius*, L. IV, 1532. L. C. V.] [Conf. porro *Albert*. ad Hes. T. II. col. 432. voce λαχαίνειν. E. S.]

Λάχνη *lanugo*. Videtur dici pro ἄχνη: de quo supra. [Conf. Ἄχνα. Praemissa igitur fuerit litera λ, ut in λαφύσσω, &c. Quodsi vero propius con-

consideres voces Lat. LANA, LANUGO, valde verisimile accidet, stirpem statuendam esse λάω *capio*, *apprehendo*; unde Gr. λάσιος *hirsutus*, pp. qui prehendi potest, quasi dicas *prehensibilis*: ut hoc pacto λάχνη dictum sit pro λάχινη, vel λάκινη, a λάω, λέλακα, vel λέλαχα: unde apud *Hesych.* λελάχασι, quod exponitur τετεύχασι. Etiam λελάχωσι *sortiti fuerint*, quod refertur ad λαγχάνω, hac ex origine pp. erit *traxerint*, ut et nos dicimus *loten trekken*, et absolute *trekken*, pro *sortiri*. E. S.]

Λάω *video*. Forte dicitur a *capiendo*. [Vetus verbum λάω occurrit apud *Theocritum*, Idyll. I, 12. Hinc λαύω, ἀπολαύω: cujus verbi significatus hac ratione sunt ordinandi, ut *primo* significet *volo*, secundo *desidero*, tertio *fruor re desiderata*. Unde productum superest nomen λῆμα, primo *voluntatem*, dein *desiderium*, notans. Conf. *L. Bos* Anim. Crit. p. 48. et Animadv. nostrae ad *Ammonium*, p. 141. L. C. V.] [„ *Aristarchus* olim censebat, *Homerum* usum fuisse simplici hoc verbo λάω, in Odyss. B, 126. 227." referente *H. Stephano*, in Thes. L. Gr. voce λαύω: ubi vide plura. Locus est in Odyss. T, in nostris edd. vs. 229. ubi plura dabunt *Clark.*, *Ernest.*, quibus adde *Hesych.* in vocibus λάε, λάεττ, λάνται, λάων &c. Simplicissima notio videtur fuisse *capere*, et *capiendo prehendere*, *apprehendere*: hinc significatio *volendi*, quasi dicas *attrahere* ad se aliquid, ut ipsum Lat. *velle*, pro *velere*, est a *velo*, quod Gr. ἕλω. Vide supra in Θέλγω. An vero illuc pertinet, quod *sua* quemque *voluptas* TRAHERE dicitur? Porro λάειν *trahere* metaphorice est i. q. βλέπειν *videre*, q. d. *attrahere oculis ad se*, uti et i. q. λάπτειν *lambere* (quod ipsum fortasse est a λάω *traho*) notans, *attracta* identidem *lingua*, *ducere*: denique i. q. φαγεῖν *comedere*, quatenus leo, verbi gratia, *hinnulo inhians*, *hunc reluctantem ad se* TRAHIT, ut in loco *Homeri* laudato, Od. T, 229. 230. Reliqua jam facile poterunt expediri. E. S.]

Λεβηρίς *exuviae*, et λέβης LEBES, nisi originis pere-

 gri-

grinae sint, videntur repetenda a λέω, cum notione *attenuandi*, forte. [Ab *extrahendo* notio *exuviarum* facillime repeti potest. Vide in λάω, cui vicinum λέω. De voce λέβηρις adi *Salm.* Exc. Plin. p. 28., de λέβης *H. Stephanum*, in λέβης et χέρνιψ. E. S.]

λέγνον *fimbria.* Componendum forte cum λήγω *desino.* [Nisi malis repetere a λέω *traho*, ut שׁוּל *fimbria*, sive *lacinia*, Hebraeis dicitur, „ *quod per terram trahatur*," observante Cl. *Simonis*, qui opportune monuit, eadem ratione Gr. σύρμα dici a σύρω *traho.* Possis et referre ad λέγω *colligo*, ut λέγνον sit pro λέγινον. Conf. porro *Spanh.* ad Call. Del. vs. 566. E. S.]

λέγω *colligo*, *dico.* Ortum a λέω *capio.* Alio loco vir celeberrimus: „ verbum simplex λέγω pp. idem fere valet, quod Latinum compositum *colligo.* Unde ad orationem eximie transfertur, notatque *dicere*, quasi *verba* in sententiam *aptam colligere.*" [Plura de originaria hac virtute, occasione vocis שׂכל, diximus in Schediasmatibus Philologicis, p. 62, 63. E. S.] „ A λέγω factum est λόγος, quod inter alia speciatim significat *rationem*, et in *computatione*, [q. d. *conjunctione* et *additione*] *calculorum* usurpatur. Inde factum λογίζεσθαι, quod pp. est *rationes inire*, *calculos subducere.* Hoc sensu cum alibi saepe apud Graecos positum invenitur, tum in *Aristophanis* Vespis [vs. 654.] λογίζεσθαι ψήφοις valet *rationes calculis inire.* Inde frequens verbi translatio fuit ad *animum*, quando significat *secum reputare*, *censere*, *cogitare* et similia. Neque alia ratio est nominis λογισμός, nec non compositi verbi διαλογισμός &c. [Ab eodem λέγω est διαλέγω, et hinc vox διάλεκτος: cujus vocis videamus significationem et usum. Vox διάλεκτος longe aliud significat apud Philosophos Graecos, quam apud Grammaticos. Διαλέγεσθαι vulgo notat *confabulari*, *colloqui.* Inde orta διάλεξις et διάλογος *sermocinatio*, aut *familiare colloquium.* Eodem sensu aliquoties usurpatur διάλεκτος a *Platone* et *Aristotele.* —— Apud Grammaticos autem haec vox longe diversam in-

induit virtutem. Nimirum διαλέγω significat *eligo*, *dirimo*, *discerno*. Hinc διάλεκτος *diversus*, *discretus*: γλῶσσαι διάλεκτοι *linguae discretae* et *differentes*. Postea vero, cum populi *diversi*, qui una utebantur lingua, *loquendi modo*, *flexu vocis* et *pronuntiatione* a se invicem *dissonabant* et *discrepabant*, factum est, ut *lingua Graeca* eximie diceretur γλῶσσα Ἑλληνική; populi autem diversi, qui unam istam linguam, diversis modis singuli, inflectebant, dicerentur uti διαλέκτοις. Hoc sensu in lingua Gr. vulgo statui solent *quatuor dialecti*, nimirum *majores*: nam singulae istae, *Attica*, *Jonica*, *Dorica*, et *Aeolica*, in *suas dialectos* iterum subdividebantur. Singulae enim nationes Graecae suam habebant διάλεκτον: quin imo singulae civitates (ut hodiedum habent in nostris linguis, ita) olim habebant in lingua Gr. quaedam sibi peculiaria. In uno HESYCHII lexico *Dialecti Graecae*, supra CL. enumerantur, sive, ut clarius dicam, in egregio isto dictionario voces recensentur, huic illive populo vel civitati Graeciae peculiares &c. L. C. V.]

Λεία *praeda*. Oritur a λέω *attenuo radendo*, vel etiam *capio*. Itaque λεία proprie magis est *captura*. Verbo λέω vicinum est λάω, unde λαμβάνω, &c.

Λείβω *libo*. Ortum est a λέω, unde λείω, quasi dicas, *diffundo attenuando* humorem. [De Lat. LIBO, nostro λείβω respondenti, fuse egit *Schultens*. Orig. Hebr. T. I, p. 154—160. E. S.]

Λειμὼν *pratum*. Proprie *locus* est, ubi *diffunditur* multa *aqua*: quale *pratum irriguum* est. Ortum est a λείω, unde λείβω. [Λειμὼν pp. est a λεῖμος, quod a λείβω *libo* sive *liquorem fundo*. Ponitur autem λείβεσθαι pp. de *fontibus*, quando *leniter fluunt*. Ita ὄρος dicitur λείβεσθαι ὕδατος *effundere aquas leniter fluentes* &c. Hinc λειμάς, λειμὼν pp. *pratum*, quod *secatur* multis rivulis. T. H.] [Obsoletum Gr. λεῖμος videtur dedisse Lat. LIMUS, id est, coenum mollius et aquosum. Conf. in λεῖος. E. S.]

Λεῖος *levis*. Oritur a λέω, diciturque ab *attenuando*. [Notat *molle*, *glabrum*. Quando de *viis* et *cam*-

pis adhibetur, opponi solet *saxosis*, et *scopulosis*: atque inde talia quoque *mollia* interdum Latinis dicuntur. —— Oritur autem λεῖος a verbo λείω, cujus loco antiquiores dixerunt λέω et λίω. Λεῖος Aeolice λεῖφος, Lat. LAEVIS. A λέω, λείω *laevigo*. Pro triplici forma, antiqua triplex etiam forma productior fuit, λεαίνω, λειαίνω, et λιαίνω. Hoc postremum a λίω, unde λίστρον, significans *instrumentum*, quo *laevigabant*. A λίω fluxit Lat. *lino*, *livi*, *litum*, *linere*, id est, *mollire*. A *livi* est *livisco*, unde compositum *oblivisco*, *obliviscor*, pp. significans *oblinere* et *delere*, quod cerae erat impressum. *Oblitus* hoc sensu frequentatur Ovidio. L. C. V.]

Λείπω *linquo*. Oritur a λέω *solvo*, *attenuo*, *separo*. [Lat. LINQUO pp. est ab eodem verbo λείπω, sive λίπω, unde *Aoristus*, sive potius *Imperfectum*, ἔλιπον &c. litera π in *qu* conversa: de qua sive mutatione, sive pronunciatione diversa literae Π, vide *Vossium* et *Maittaire*. E. S.]

Λείχω *lambo*. Ortum est a λέω vel λίω, diciturque ab *attenuando*, quum quid *radas*. [Adfine est Lat. LIGURIO, quod a λίω, λίγω &c., quin et Lat. LAMBO, ortum a λάω, hac ratione cognatum esse potest eidem λείχω. E. S.]

Λεκάνη *pelvis*. Forte est a λέω, nomenque habet a *poliendo*, *attenuandove*.

Λέκιθος et λέμβος. Oriuntur fortasse haec etiam a λέω. [Λέκιθος est a λέκος, quod a λέκω, idem significante proprie ac λέπω *decortico*, *putamen detraho*. Stirps λέω, idem quod λάω *traho*, *detraho*. Hinc λέκιθος *lens*, cui cortex *detractus*: *vitellus* ovi, *fracto cortice eductus* &c. Λέμβος autem Lat. LEMBUS, pp. *parvum navigium*, sive *scapha* dicitur, item a *trahendo*. Nempe a λέω factum λέβω, ut a λάω, λάβω &c. *Lembi* olim *trahebantur*, ut hodienum *scaphae* nostrae solent. Inde apud *Plautum* non semel est *lembo advehi*. E. S.]

Λεπρός *scaber*. Derivatur a λέπος *cortex*, vel *squama*. Stirps λέπω *attenuo*, vel *attenuando separo*. [A λε-

λεπρὸς est λέπρα LEPRA, quam foedam esse scabiei speciem, cum cutis *asperitate* et *squamis*, docet *Foësius*, in Oeconom. p. 321. Λέπος, unde vox oritur, *squamam* denotat. Verbum λέπειν significat *squamam detrahere*. Ex ista origine λεπρὸς *tenuis* pp. *is*, vel *id* cui squama *detracta* est, *desquamatus*, *decorticatus*. L. C. V.] [Vide eundem virum cel. ad *Ammonium*, p. 138. et *Salmas*. Exc. Plin. p. 568. 759. 768. E. S.]

Λέπω *decortico*. Dicitur ab *attenuando*, quod fit *separando*, *radendo*. [Λέπειν notat *corticem detrahere* vel *abrumpere*. Hinc λέπος *cortex*, ut v. gr. *cortex ovi* [qui et λέμμα, pro λέπμα, dicitur. [Vid. *Aelian*. V. H. X, 2. *Aristoph*. E. S.] [Porro — Ἐκλέπειν et simplex λέπειν *corticem*, sive *librum deradere*. Aeoles dicebant λέπος et λέπορ, λίπος et λίπορ, unde LIBER Latinorum. T. H.] [Conf. et *Menagii* Amoen. p. 279. *Salmas*. de Mod. Usur. p. 406. E. S.]

Λεσβιάζειν. Proprie notat *imitari Lesbias mulieres* &c. Ductum a nomine proprio λέσβιος vel λέσβια, quod a λέσβος *Lesbus*. [Vide *Toup*. in *Suidam*, P. III, 134. 135. E. S.]

Λέσχη pp. *conciliabulum confabulantium*. Dictum est pro λέχη. Σ enim, in similibus, interponi interdum solet, ut in ἴσχω, pro ἔχω. Λέχη autem quasi *cubiculum* est, a λέχω *cubo*; de quo vide infra. [Λέσχαι apud veteres vocabantur loca *publica*, in quae, *confabulandi* causa, homines cujuscumque ordinis conveniebant: eaque potestate hoc vocabulum, in *Homero* et *Hesiodo*, invenitur. T. H.] [Vide omnino *Hesych*. in voce λέσχη, et ib. *Albert*. Porro *Graevii* Lect. Hesiod. p. 62. *Perizon*. ad Aelian. V. H. II, 34. E. S.]

Λευκὸς *albus*. Haud dubie dicitur a *poliendo*, *nitendove*: ut oriatur a λέω vel λύω. [Plura dabunt *Salmas*. Exc. Plin. p. 181. et *Spanh*. ad Callimachi Hymn. in Jov. vs. 19. in Cerer. vs. 123. E. S.]

Λεύσσω *video*. Ortum a λεύω, seu λέω: quod idem ac λάω, de quo supra. Forte dicitur utrumque a *capiendo*: nisi malis a *nitendo* repetere. [Est, nem-

pe, λεύσσω pp. factum verbum a Futuro λεύσω, verbi λεύω, e ftirpe λέω pp. *trahe.* Vide fupra in λάω. E. S.]

[λεύω *lapido, lapidibus obruo.* *H. Stephanus* dici exiftimat, quafi λαεύω, a λᾶς vel λᾶας *lapis.* Vid. *D'Arnaud*, Lect. Graec. p. 175. Stirps vocis λᾶας haud dubie est λάω, quorfum noftrum λεύω etiam referri potest, uti σεύω *quatio* pp. pertinet ad σέω: et ῥεύσω *fluam*, pp. Futurum est verbi ῥεύω, e ftirpe ῥέω. Videtur autem λᾶας *lapis*, a *laevitate* five *laevi* fuperficie, denominatum. E. S.]

λέχριος *obliquus.* Proxime est a λέχος *lectus*, quod a λέχω *cubo.*

[λέχω vel λέχομαι *cubo.* Stirps videtur esfe λέω *capio, comprehendo, colligo.* A λέω est λέγω pp. *colligo, in unum conjungo* &c. Hinc LECTUS pp. *colligatus torus.* A notione *lecti* autem asfumta est illa *cubandi* in λέγω et λέχω. E. S.]

λέων *leo.* Videtur ortum a λέω, et dicitur vel a *capiendo*, vel a *videndo.* [Proprie Participium esfe, ut κείων, κρέοντος et alia, obfervavit *L. Bos* in Disfert. de Etymol. Gr. conjicitque fimul, λέων, per metathefin, dici pro ἑλὼν *rapiens, raptor.* *Gatakerus*, Opp. p. 17. 28. malebat a *vifu* dici, quia *leo* animal est ὀξυδερκέστατον, uti docuerat jam *Etymologus* magnus, in voce λεοντοκόμος. Cui junge *Euftath.* p. 857: 42. E. S.]

λήγω *cesfo*, et *cesfare facio.* Dicitur pro λάγω, a *laxando*, et hoc a *folvendo, attenuando*: quae notiones funt in ftirpe λάω, λέω, λύω. [Optime quadrat haec obfervatio in Il. N, 424. Ἰδομενεὺς δ᾽ οὐ λῆγε μένος μέγα, ubi λῆγε fatis apte verti potest *laxabat, remittebat.* Et fic intranfitive λῆγ᾽ ἔριδος, i. e. ἀπὸ ἔριδος, *relaxa te a contentione.* Il. A, 210. Conf. ib. vs. 224. Γ, 394. I, 257. Κ, 164. E. S.]

λῆδον *ledon*, five *ladon*, cifti genus; et

λῆδος *veftis panni rari et detriti.* Utrumque dici videtur a λάω *attenuo.* [Pofteriori huic voci fubfcribi debet *iota*, h. m. λῇδος: quia orta est ex λήϊδος, Jonice λήϊδος, λῇδος. Theocritus, Idyll. XXI, 10. neutro

tro genere, φυκιόεντα λῆδα, pro *retibus* posuit. Patet ergo, *vestem exteriorem* et tanquam *velamentum* aliquod *expansum* significare. λήδιον *Hesychius* habet, et *Macho*; apud Athenaeum, L. XIII, p. 590. Κορινθίᾳ παρὰ τῇ χ᾽ υ καινὸν λήδιον. Contrahenda vox, versus gratia, in λῇδιον. ληδάριον est apud *Aristophanem*, in Avibus, vs. 716. ubi vide Schol. et vs. 916. T. H.]

λήθω *lateo.* Dicitur, quasi, *tenuitate oculos fugio.* Ortum a λέω *attenuo.*

λήϊον *seges.* Est pro λεῖον: quod componendum est cum λεία, de quo supra. Origo est verbum λάω *capio*, vel *radendo attenuo*, *aufero.*

ληκέω *sono.* Dicitur pro λακέω, de quo supra.

λήκυθος *lecythus*, vel *vas olearium.* Videtur compositum esse ex λη, quod, pro ἐλη dictum, componendum est cum nomine ἐλαία *oliva*, s. *olea*: posterior autem pars κύθος orta a κύθω, cui vicinum κεύθω *occulto.* Originem habet κύω, de quo supra.

λῆμα *animi praesentia.* Dicitur a λάω *capio*, *volo.* [Vide in λάω. De differentia autem inter λῆμμα, pro λῆψις, pp. *sumtum*, *sumtio*, ac λῆμα *animi impetus*, sive *raptus*, vide *Valck.* in animadv. ad Ammonium, p. 141. E. S.]

λήμη *gramia*, *sordes oculorum.* Ortum est a λάω *solvo*: unde eximie transfertur ad *humorem* et *sordes oculorum*; similiter ut, a vicino verbo λύω *solvo*, nomen λύμη *sordes* generatim notat.

Λημνίσκος *lemniscus* seu *fascia.* Vox diminutiva est (ut νεανίσκος, παιδίσκος et similia) a nomine λῆμνος obsoleto, quod ortum a Participio λημένος verbi λάω *capio*, *colligo.*

Ληνὸς *lacus torcularis.* Videtur dici a verbo λάω *capio.* [Verisimilior fortasse est derivatio Etymologi M. Παρὰ τὸ λεαίνω, τὸ λεπτύνω, λεανὸς, λεανὸς, καὶ κράσει ληνὸς κ. τ. λ. Aliud longe est λῆνος *lana*, a λάω *traho.* Conf. supra in λάχνη et infra in ληβός. E. S.]

Λῆρος *nugae.* Ortum est a λάω *loquor* sive *nugor*, *verbosus sum*: quae notio cernitur quoque in λαλέω, unde λάλος *loquax.* [Vocem Graecam λῆρος *Plautus* trans-

transsumsit in Comoediam Latinam Poenuli, Act. I, 1. 8. *Tuae blanditiae sunt gerrae germanae, atque aedepol* LIRAE, LIRAE. Inde formatum verbum Latinum *lirare*, in composito *delirare* servatum. Nonnunquam λῆρος *rem fictam* significabat: qua vi adhibetur apud *Athenaeum*, p. 117. L. C. V. λῆροι pp. *penularum sive tunicarum ornamentum*. Vide *Toup*. Cur. Noviss. p. 46. E. S.]

Λιάζω agito, jacto &c. Ortum est a simpliciori λίω *movendo attero, attenuo*. [In Medio λιάζομαι *separo me, secedo*. Certa est significatio hujus verbi magis ex usu, quam ex origine. Notat autem *separare, seorsum ire*. Ita *Homerus* saepe usurpat pro *abire*. λιάζεσθαι νόσφι τινὸς *separare se ab aliquo*. T. H.] Vide Il. A, 349. Δ, 80. &c. *Hesychio* indice, λιάζει idem significat ac ῥίπτει, ταράσσει, id est, *jactat, commovet*, et, sensu Medio, λιαζόμενοι exponitur σκιρτῶντες *salientes*. Quae glossae proprietatem verbi nostri satis videntur demonstrare, in *motu agili* et identidem *repetito* positum. Unde porro λιάζομαι pp. notat *agili cum motu et jactatione me expedio*, atque ita *separo me, secedo*. De *fluctibus*, a se invicem, *cum motu* quodam, *recedentibus*, adhibetur, Il. Ω, 96. De Polydoro, ad terram excusso, Il. Υ, 418. 420. &c. Stirps est λίω: de qua dicendum pluribus ad voc. seq. E. S.]

Λίαν valde. Ortum est a λίω: de quo dictum modo fuit ad λιάζω. [Jonice pro λίαν dicebatur λίην. Proprie videtur esse casus *Accusativus*, ut alia ejusdem generis, Adverbialiter positus; a Nomin. λία. Hoc ab Adject. λίος, λία vel λίη, λίον: λίος autem idem quod λεῖος. Sic devolvimur ad obsoletum λείω, unde λεῖος, λειόω, λειαίνω *polio, laevigo*, nempe *manu* identidem *reciprocata commotaque*. Verbum Graecum servavit nobis lingua Latina, in *Tertulliani* libro de Idololatr. cap. 8. p. 89. *Sicut albarius*, inquit, *tector et tecta sarcire, et tectoria inducere, et cisternam* LIARE, h. e. *tectorio polire*, ut Forcellinus, post alios, exponit. Male vir doctissimus, pro *liare*, apud Tertullianum reponebat *ligare*. λεῖος igitur et λίος pp. notant *repetito mo-*

motu levigatum: sed alio quoque flexu videntur significasse *agiliter motum*, et *vehemens*. Conf. λίαν. Eo fortasse pertinet alia *Hesychii* glossa λίας· ἄγαν, σφόδρα. Ut λίαν pro κατὰ λίαν pp. sit *per vehementiam*, *vehementer* adeoque. Ceterum vocula λίαν, sive λίην, nullibi usus est *Homerus*, aut *Hesiodus*: sed ea recentioris est aevi. E. S.]

Λίβανος *thus*. Oritur proxime a verbo λίβω, seu nomine inde orto λίβας. Λίβω autem vicinum est verbo λείβω, et superstes in Lat. LIBO. *Thure* autem in *libationibus* et *sacrificiis* usos fuisse veteres, notum est. Hinc translationis ratio. [Ex Hebr. לבונה repetebat *Bochart*. Geogr. Sacr. P. I. L. II, col. 104. et P. II, L. I. col. 678. E. S.]

Λίγγω *strideo*. Videtur sic dici a *sono*, qui fit aliquid *radendo*, *atterendo*, *poliendo*: atque sic *attenuando*; ut origo sit λίω. [Proprio usu pulchre adhibuit Homerus, Il. Δ, 125. λίγξε βιὸς STRIDUIT *arcus*: de quo loco videatur *Quinctilianus*, L. I, laudatus a *Clarkio*. Latin. LINGO paullo diversam habet indolem, quippe a λείχω ductum, ut observavit jam *Varro*. E. S.]

Λίγδην *strictim*, quasi dicas *superficiem radendo*. Componendum est cum λείγω, de quo supra. Proxime autem oritur a λίγγω, quod superstes apud Latinos. Origo est λίω, de quo supra. [Vide *Hesychium*, hac in voce, et ibidem, ab *Albertio* laudatos, viros doctos. E. S.]

Λίγδος *pila*, mortarium,

Λιγνὺς *fuligo*, seu *fumus*,

Λιγνωτὸς *pingui similis*,

Λίγυς *Ligur*: videntur repetenda a λίω, unde λίγω, λίγγω et similia.

Λίθος *lapis*. Oritur a λίω *polio*, *rado*. Componendum autem λίθος est cum nomine vicinae notionis λιτὸς: de quo infra.

Λικμὸς *ventilabrum*. Ortum est a λίχω, quod idem ac λείχω, de quo supra. Λικμὸς igitur *instrumentum* est, quo, veluti *radendo* et *separando*, frumentum *purgatur* a paleis. [Λικμᾷν pp. notat *ventilabro pur-*

gare. *Ventilator* Homero est λικμητὴρ, Il. N, 590. Quo spectanti *Hesychio* λικμητὴρ redditur ἀποχωρίζων τὰς καρπὸς καὶ τὰ ἄχυρα *separans frumentum et paleas.* Quo illud fiebat, *instrumentum* dicebatur etiam λικμητήριον. L. C. V.]

[Λίκνον *vannus.* Etiam *cunae*, quibus recens natos infantes imponere solebant veteres. Vide cel. *Lennep.* Anim. ad Coluth. p. 67. *Spanhem.* ad Callim. Cerer. vs. 127. Jov. vs. 48. et *Bocharti* Hieroz. P. I. col. 975. Etiam λείκνον per diphthongum scribi, monet *Suidas*, in voce. Stirps igitur λίω vel λείω, pp. *moveo huc illuc*, de quo verbo dictum ad λίαν. E. S.]

Λιλαίομαι *desidero.* Poëticum est, et quidem idem, quod γλίχομαι, quo fit, ut fere suspicer, verbum illud γλίχομαι (quod, supra, composui cum γλὶξ) rectius repeti a λίχομαι, ut hoc fit pro λείχομαι. Notum enim est, literam γ multis praefigi vocabulis. Λείχομαι autem, virtute Media, significat quasi *memet lingo:* unde translatum videtur ad *appetitum* et *desiderium.* Quod si ita est, λιλαίομαι similem rationem sequi videri potest. Est, nempe, haud dubie ortum a λάω, unde λαίω, et reduplicatum λιλαίω: cujus Medium λιλαίομαι. Jam autem vidimus, λείχω originem habere λίω. Huic vicinum λάω est: atque sic λιλαίομαι, et γλίχομαι convenire potuerunt. [Λιλαίομαι a λιλαίω, quod factum, per reduplicationem, ex λαίω. Hoc autem idem, quod λάω *volo*, *gratum habeo*; unde forma adjectiva est λαρὸς *suavis.* Ita Latini veteres *volupis*, *volupe*, dixere a *volendo.* A *volupi* vero est *volupitas*, et contracte *voluptas.* T. H.] [A λάω *volo*, *cupio*, cl. *L. Bos*, in Anim. p. 48. repetebat etiam λῆμα, quod vide superius. E. S.]

Λιμὴν *portus.* Ortum haud dubie est a λίω sive *ligandi*, sive *solvendi* notione. [Longiuscule petita est derivatio cel. *L. Bos*, in Diss. de Etymol. Gr. p. 31. sic existimantis, „ ab ἀλιζόμενος, per aphaeresin lite„ rae primae, factum esse λιζόμενος, inde vero, per „ syncopen, λίμενος, et hinc denique λιμὴν; ut a ποιό„ μενος fit ποίμενος, ποιμὴν *pastor.* Recte autem (sic „ per-

„ pergit) *portum* ἀπὸ τοῦ ἁλίζεσθαι nomen accepisse „ Graece: esse enim *portum* locum, quo *congregantur* naves" &c. Hactenus ille. Quanto simplicius *Salmasius* (in Obss. ad Jus Attic. p. 569.) de Latinorum voce LIMEN agens, *limen*, inquit, est a verbo LIO, quod est *levigo*: quia nulla pars domus *limine tritior* aut *terendo levigatior*." Cum *Salmasio* facit *Menagius*, in Amoenit. p. 330. 331. His vero *Salmasii* observatis addere liceat, Graecum λιμὴν, λιμένος, haud dubie eandem esse vocem, quam Lat. LIMEN, LIMINIS: sed diversa nonnihil metaphora deflexum. *Limen*, nempe Latini dixerunt (auctore *Salmasio*) quia *terendo levigatur*, adeoque *plana levique superficie* redditur. At ab eadem *superficie plana* Graecis λιμὴν *portus* audit, quia *fluctus maritimi* ibidem *conquiescunt*, et *aequaliter sternuntur*. Confer omnino *Homeri* loca, Il. N, 69–98. Od. Z, 263. I, 136, &c. Adde et *Valcken*. in voce seq. λίμνη. E. S.]

λίμνη *lacus*. Ortum ex λιμένη, ut similia multa a Participiis oriuntur: λιμένη autem a λίω. Ratio significationis minus plana videtur. Forte componendum est cum λύω *solvo*, unde λύμη *sordes*: ut λίμνη sit *lacus* seu *stagnum*, in quod aquae *confluunt* et *sordescunt*. [*Lacum*, (quem vulgo Graeci dicebant στατὸν ὕδωρ *aquam* velut *stantem*, sive *stagnantem*, atque adeo *stagnum*) veteres quoque vocabant λίμνην. *Portus* dicebatur λιμὴν, *lacus* λίμνη: ob eandem rationem, ab eadem origine. Verbum vetus fuit λίω, significans *laevigo*, *mollio*. Hinc Participium pass. erat λελίμενος, unde λίμενος, λιμένη, λίμνη et λιμήν. Quid jam est λιμὴν *portus*? *Statio fida carinis*, ubi *naves non agitantur fluctibus tumentibus*, sed *placide conquiescunt*. Ob eandem rationem *aqua stagnans* dicta fuit λίμνη. Vel hinc cuivis apparebit, absurdam esse originem, qua vox repeti solet ex duabus, λίαν μένειν. Hoc genere, procul hinc amendando, nihil est magis nugax. L. C. V.] [Homerum imitatos Tragicos ipsum *mare* [*tranquillum* nempe, *placidum*que] quoque λίμνην vocasse, mo-

monuit idem vir ſummus, in Adnot. ad Euripid. Hippolyt. vs. 141. E. S.]

Λιμὸς fames. Haud dubie est a λίω. Ratione ſignificationis forte componendum est cum verbo λιμαίομαι, quod a λάω oriri vidimus, cui vicinum λίω, ut ita a *deſiderio* dicatur. [Auctor Etymologici magni, p. 566. veram, credo, dedit originem, a λείπω *deficio* repetendam. Ab hujus Praeterito paſſ. λέλειμαι, primum λειμὸς factum, quod, pronunciatione emollita, transiit in λιμός. Latinisſime dicimus *corpus fame defectum.* Praeterea obſervandum est, ſaepe a librariis confundi voces ejusdem originis λιμὸς et λοιμός: ut vix diſcernas, utrum ſcriptores dederint λοιμὸς, an λιμός. *Fames* enim et *peſtis* ſaepe ſimul regiones infeſtavere, et e *fame peſtis* fuit nata. Hinc λιμὸς καὶ λοιμὸς junguntur, ut apud *Lucam*, Act. Apoſt. 21: 11. ita apud *Apollodor.* Bibl. L. III, p. 205. in Schol. ad *Sophocl.* Oedip. p. 583. Comparari poterit *Hemſterh.* in Schol. ad Plut. *Ariſtoph.* p. 207. 208. *Alberti* in Not. ad Heſych. Vol. I, p. 632. L. C. V.]

Λίνον linum. Ortum videtur a λίω *ſolvo, ligo.* [Pluribus de ſignificationibus vocis λίνον egit *Salmaſ.* Exerc. Plin. p. 538. b. D. 824. a. F. cet. idemque in Specim. Confut. Animadv. Herald. p. 111. 112. *Etymologus* M. col. 566. ἀπὸ τῆς λειότητος dictum conjicit. Fortasſe vere. E. S.]

Λιπαρὴς asſiduus, prolixus. Ortum est a λίπος *pinguedo.* Estque vicinum voci λιπαρὸς *pinguis.* [Πίων οἶκος *opima domus* et λιπαρὴς *pinguis* pro *beato* ac *divite* poni, obſervat *A. Schultenſ.*, Orig. Hebr. T. II, p. 63. De ſtirpe autem λίπω, λίω, vide infra in λίπος. E. S.]

[*Λιπαρὸς pinguis, unctus* &c. „ Graeci, quidquid „ *nitet* et *ſplendet*, λιπαρὸν vocant, ab *olei* vel *unguinis* „ *nitore.* *Heſychius* λιπαρὸν· σίλβον" &c. *Salmaſ.* Exerc. Plinian. p. 589. Adde cel. *Lennepii* Anim. ad Coluth. L. I, c. 3. p. 11. [Λιπαρὸς est a λιπάω, unde et λιπαίνω. Raro autem uſurpatur λιπάζω: licet apud poëtas aliquando occurrat. Est vero λιπάω a λίπος,

λίπος, et in foem. λίπη, *pinguedo*. A *pinguedine* oleum dicitur λίπος, quia, scilicet, *pingue* est, et λιπαίνω notat *oleo inunguere*, et λιπαρὸς est *oleo nitidus* in genere. Qui autem se palaestra exercebant, etiam *oleo inunguebantur*. Hinc saepe λιπαρὰ παλαίστρα, et apud Latinos *palaestra nitere*, id est *colore splendido* et *nitido* &c. T. H.] — A λίπος ductum λιπέω videtur dedisse Latinorum LIQUEO, ut simplicius λίπω Latinis fuit LIQUO. Proprietatem sentias in illo *Plauti*, Pseud. II, 4, 69. *Quidquid incerti mihi in animo prius aut ambiguum fuit, Nunc* LIQUET, *nunc defaecatum est*, et in illo *Horatii*, Carm. I, 11, 6. *Sapias, vina* LIQUES. Plura dabit *Forcellinus*, cui indicium horum locorum debeo. E. S.]

Λίπος *pinguedo*. Ortum est a λίπω, et hoc a λίω. Nescio autem, utrum ratio significationis repetenda sit a *poliendo*, *glabrum faciendo* (quod *pinguedine* fit) an vero cum nomine λέπας sit componendum: quod quidem λέπας a vicino λέπω et λέω oritur. Tum autem λίπος erit quasi *extrema squama*, seu *cortex*: quod etiam in *pinguedinem* quadrat.

Λίπτω *cupio*. Idem proprie est, quod λίσσω, unde λίσσομαι: de quo suo loco. Componi etiam debet cum λιλαίομαι, quod a λάω: nostrum autem λίπτω est a λίω.

Λῖς Dat. λιτί, Accus. λῖτα *Subtile linteum*. Ortum est a λίω *attenuo*. [Aliud λῖς, in Accus. λῖν, est *Leo*: quam vocem *Bochartus* et *Gatakerus* repetunt ab Hebr. ליש. Sed nimis vicina videntur esse verba λέω et λίω, quam ut existimemus, a λέω factum esse λέων *leo*, a λῖω vero, cujus Futurum λίσω, vocem λῖς, cum notione *leonis*, fieri non potuisse. E. S.]

[Λίσγος Lat. LIGO. Productior forma est λισγάριον. Vide de his *Salmasium*, in Exc. Plin. p. 365. B. Graeci etiam μάῤῥον vocarunt: cujus forma foemin. MARRA a Latinis, eodem sensu, adhibetur. Sunt autem μάῤῥον et MARRA, repetenda a μάῤω, cognata forma alteri μείρω, pp. *divido*, *disseco*. LIGONEM Latinis dictum, *Varro* existimabat, quia *eo quod sub terra* [est] *fa-*

facilius legitur. Rectius fortasse ab *acie attenuata* acescas. E. S.]

Λίσπη *animalculum tenue.* Haud dubie est a λίω, vel λίπω *attenuo.* [Rectius λίσπη, et forma mascul. λίσπος *talus*, dicitur *in medio incisus et usu detritus:* qua de voce plura dedit cel. *Ruhnken.* ad Timaeum, p. 126. Unde simul apparebit, verissime thema ejus statui λίω sive λείω *attero, detero, attenuo.* E. S.]

Λίσσομαι *precor.* Oritur a λίω. Dubium autem videri potest, utrum significatione proxime conveniat cum vicinae originis verbo λιλαίομαι, an vero componendum sit cum λιτὸς *tenuis:* ut λίσσομαι, ortum a λίω, proprie significaverit *memet attenuo*, inde autem *precor.* [Verbum λίσσομαι, vel λίττομαι, utrisque consonantibus duplicatis, etiam unica litera τ efferebatur λίτομαι, unde λιτὴ et λιταὶ *precationes, vota.* —— Proprie quidem in eo verbo significatio est *mollis.* Hinc λίσσεσθαι dicitur *is, qui se mollem facit* et *supplicando se submittit.* —— A λέλισαι tertia Praeter. Perf. Pass. est λιςὸς, unde πολύλισος dicitur *is, quem multis supplicationibus precibusque adeunt* &c. T. H.]

Λισσὸς *laevis.* Ortum est a λίω *attenuo, laevem facio.* [Lat. LAEVIS eandem originem habere, superius jam est observatum, in λεῖος. E. S.]

Λίσιον *scaphula*, seu *instrumentum, quo res laevigantur.* Ortum est a λίω *rado, attenuo.* [Vide L. C. V. ad λεῖος. E. S.]

Λιτὸς *tenuis.* Proxime oritur a λίω *attenuo.* [Adjectivum λιτὸς reliquit formam foemininam λίτη, et neutram λιτὸν, quae substantive usurpantur. Porro λιτὸς sive, cum reduplicata litera τ, λιττὸς, ἡ, ὸν, haud dubie origine idem est ac λισσὸς ἡ, ὸν, pp. *tenuis*, sive *attritus, laevis, glaber.* Latini etiam servarunt vocem LITUS, LITORIS, quod *Isidorus* dici putabat, „ *quia fluctu eliditur.*" *Scaliger*, *Cujacius*, et alii, apud *Vossium*, repetere maluerunt a λιτὸς *tenuis.* Apud *Hesychium* reperitur λιτά· λευκά, καθαρά *alba, pura.* An igitur LITUS dictum ab *albicantibus lapillis*, pu-

*puro*que *fabulo*? Sed malim inde dictum, quod *fluctibus atteratur*. E. S.]

λίτρα *libra*. Ortum est a λίω, videturque sequi notionem *solvendi*, quae manifesta est in verbo λύω, unde λύτρον, *pretium solutionis*, seu *id*, proprie, *quo solvas*: atque eadem forte ratio nostri nominis LIBRA, cujus usus in *ponderibus*. Pretia autem rerum *pondere* solebant *aestimari* et *appendi*. [Pluribus locis de hac voce egit *Cl. Salmasius*, quem vide, *de Usuris*, p. 577. seqq. *de Modo Usurar.* p. 241. seqq. *Exercit. Plinian.* p. 458. b. B. „ Vocem *librae*, τῆς λίτρας a Siculis acceptam, iidem Romani" inquit „ posterioribus Graecis tradiderunt. Siculi *obolum* λίτρον vocabant; Romani, qui Aborigines suos Aeolas sequebantur, τ in π mutantes, primo dixerunt *lipram* deinde *libram*" &c. Vide etiam *Menagii* Amoen. p. 386. et *Voss.* Etymol. voce LIBRA. Ceterum λίτρον „ pp. dictam fuisse de numo argenteo *minuto*, *non* de *gravi* et *aereo*," probavit idem *Salmas.* de Modo Usur. l. c. Quod ipsum nos ducit, ad originem vocis, e stirpe λίω pp. *attero*, dein *minuo*, *imminuo*, repetendam. E. S.]

λιχανὸς *digitus index*. Ortum est haud dubie a verbo λίχω, quod idem ac λείχω: de quo supra. λιχανὸς itaque eximie est *digitus*, quo *radas*, *lambas* rem. [Verisimilior mihi videtur *H. Stephani* derivatio, Thes. L. Gr. P. II, col. 673. λιχανὸς" inquit „ *index digitus* dictus, quoniam eum in obsonia immissum *lingimus*, ad condimentum explorandum." Confirmat quodammodo hoc etymon, quod λίχνος (ex λιχανὸς fortasse contractum) „ *is* dicatur, *qui cupediis ita deditus est*, *ut lingat digitos*, *seu catinos*, *Catillo*," quae est interpretatio ejusdem *H. Stephani*. E. S.]

[λίω ipsa stirps est, unde tot propagines, supra jam aliquatenus expositae, origines suas repetunt. Fuit autem λίω pp. idem quod λείω, pp. *tero*, *polio*, *manu* identidem *commota*. Verbum ipsum λίω LIO, a Graecis deperditum, servavit nobis lingua Latina. Vide supra in voce λίαν, et adi *Salmas.* Exercit. Plinian.

nian. p. 142. b. 868. b. porro eundem, ad Jus Attic. p. 570. E. S.]

Λοβὸς *ima auris pars*, seu, proprie, *pars* ejus *extrema*, qua, nempe, *eam prehendas*. Oritur a λάω, cui vicinum λάω, unde λάβω, quod peperit nomen λαβὴ *ansa*: quod, ratione significationis et vicinae originis, cum nostro λοβὸς componendum est. [Eandem derivationem tradidit *S. Bochartus*, Hieroz. P. I, col. 494. Addit vir summus, Graecum λοβὸν, Latinis etiam LANAM, LANNAM dici: cujus vocabuli ratio se lateat. Ea vero in promtu fuerit, dummodo concedas, verba λάω et λάω origine esse cognata. Itaque, uti λοβὸς a λάβω, λάω, sic *lana* s. *lanna*, a λάω *capio*, *prehendo*. Conf. quae de *lana*, *lanugo* dedimus, sub λάχνη. E. S.]

Λόγχη *lancea*, quam vocem, Graecae illi adfinem esse, *Festus* jam vidit. [Vox λόγχη propriam habet *aereae cuspidis* significationem. *Xenophon*: λόγχαι, ὑπλαστῆς, καὶ ξυήλαι. Et ἀκόντια πλατυλόγχια, apud *Pollucem*, L. VII, § 157. Hinc λογχοῦν, rarius, Lexicisque ignotum, verbum, et ἔγχεα λογχωτὰ *hastae cuspide armatae*, *Bacchylides* apud Stobaeum, p. 369. Vide *Hesych.* in Ἄλογχον δόρυ. Hac de re notavit *Yvo Villiomarus*, vero nomine *Jos. Scaliger*, Animadv. in locos contr. Rob. Titi, L. I, art. 11. T. H.] [Fortasse hoc ipsum λόγχη (Adject. f. g. a masc. λόγχος) nihil aliud est, quam Lat. LONGA, a LONGUS. Sane ad *longitudinem hastae* suae videtur respicere Lysimachus, ubi dicit, se τῇ λόγχῃ ἅπτεσθαι τοῦ οὐρανοῦ. E. S.]

Λοιγὸς *pernicies*. Nescio, an componendum sit cum verbo λήγω: de quo supra. Videtur certe oriri a λέγω, cui vicinum λέγω, et hoc vicinum verbo λήγω. [Si quis ad analogiam attendat, facile videbit, voces λοιγὸς et λοιμὸς eandem habere originem. Λοιμὸς enim de *pestilentia* proprie usurpatur, λοιγὸς vero, in genere, significat *quamcumque perniciem*, a diis immissam. Oritur autem a primitivo λέω, λείω, λοίω, e significatione *perdendi*. T. H.]

Λοίσθιος *ultimus*. Haud dubie est a λοίω, et hoc a λόω. Ratio significationis minus aperta est. Conferri posſunt dicta ad nomen λοβὸς et λοιγὸς. [Stirps λόω, unde λοίω, λοῖσθος et λοίσθιος, videtur cognationem habuiſſe cum altero λίω, unde λίπω, λείπω *linquo*: adeo quidem, ut λοῖσθος pp. ſit *relictus*; unde notio *ultimi*. Conf. omnino Il. Ψ, 536. λοῖσθος ἀνὴρ ἄριστος, cum vs. 529. 523. Vide etiam *Etymolog.* M. in voce. E. S.]

Λοξός *obliquus*. Proxime est a λόχω *cubo*: quod vide in Λόχος, et ſub verbo λέχω [A λοξὸς est λοξίας, Apollinis Epitheton. „ λοξίας, frequentatum Apollinis cognomen, unde ſit dictum, et, quam habeat rationem, veteres ipſi valde disſentiunt. — Analogiae legi maxime congruit, λοξίας repeti ab Adjectivo λοξός. Est enim haec forma ſolennis et uſitata. Simili modo a δέλυφος exſtitit δελυφίας, a λευκὸς λευκίας, a κλεινὸς κλεινίας, a νικὴ νικίας, a ξανθὸς ξανθίας, a πυῤῥὸς πυῤῥίας, a σκότος, σκοτίας, apud *Heſychium*: quae pleraque etiam nominum propriorum vicem gerunt. Est autem λοξὸς idem fere, quod πλάγιος *obliquus*, *transverſus* itidemque *diſtortus*: unde fluxit Lat. LUXUS, LUXA MEMBRA, et LUXATA; ut monitum est *Johanni Rhodio*, in Lexico Scriboniano. Hinc λοξαὶ ἀκτῖνες *radii*, quos ſol *obliquos* in terram mittit, λοξοὶ κύκλοι *obliqui* coelorum *orbes*, ὀφθαλμὸς λοξὸς *oculus obliquus* et *limus*, qualis est *invidorum*; λοξοβάμων et λοξοβάτης *qui obliquo greſſu procedit*, cancri epitheton in Batrachom. vs. 286. et apud *Heſychium*. Nunc, quo ſenſu λοξίας ab hac voce derivetur, ambiguum est. Qui ſcientiae naturalis et coeleſtis elementa, fabulis involuta, putant, *Apollinem*, quippe *Solem*, λοξίαν fuiſſe dictum, idcirco arbitrantur, quia *obliquo* per Zodiacum, (cujus λόξωσιν primus deprehendiſſe fertur Pythagoras) *curſu* terras ambit. Hanc, Oenopidae Chii, vetuſtiſſimi Aſtronomi, ſententiam, propoſuit *Macrobius*, Saturnal. I, 17. eamque vulgo probant illius diſciplinae cultores: nec praeteriit *Cornutus* de Natura Deor. Cap. XXXII. p. 226. Momentum addit *Zodiaci* circuli nomen apud veteres λοξίας, teſte *Achille Tatio*

in Isagoge, p. 169. Alii rationem a *radiis transversis*, ad nos septentrionales, a merediano sole, jactis, petunt. Haec etsi probabiliter dicuntur, et ad normam Graecae linguae satis apte respondent: verior tamen eorum, et nostro judicio, probanda est opinio, qui *Apollini*, ut vati, et oraculorum (quorum *ambage nexa Delphico mos est deo Arcana tegere*, quemadmodum ait *Seneca* in Oedipo, vs. 214.) auctori hoc cognomentum obtigisse statuunt, ὅτι λοξὰ καὶ διπλᾶς νοήματα ἐμαντεύετο, Schol. Euripid. ad Orest. vs. 165. vel, ut *Cornutus* ait, l. l. λοξῶν δὲ καὶ περισκελῶν ὄντων τῶν χρησμῶν, ὧς δίδωσι, λοξίας ὠνόμασαι. Consentit *Hieronymus* ad Jesaiae Cap. 41. Ergo λοξίας nomen habuit ab *implicitis*, et *obliquis*, quae fundebat, *obscuris vera involvens* oraculorum effatis. Est autem is quoque vocis illius, apud Graecos, intellectus, ut, quae non *apte* ac *dilucide*, sed, per *flexas ambages*, *oblique* proferuntur, λοξὰ vocent &c. &c. T. H.]

Λορδὸς *curvus*, *incurvus*, *cernuus*. [Dubium ad quam stirpem sit referendum, utrum ad ὅρω (unde ὁράω *video*, *cerno*) quod dare potuit ὅρδω, et praeposita λ, λόρδω; ut λορδὸς pp. respondeat Lat. *cernuus*: an vero verbum priscum statuendum sit λόρω, unde λόρδω, et λορδός. Verbum istud λόρω videtur reliquisse vocem Lat. *lorum*: porro idem cognatum fuisse oportet alteri λάρω, unde λαρὸς, *larus*, quod dedit *laridus*, *lardus*, *lardum*. Fuit et alterum illi adfine λύρω, unde λύρα, *lyra*, et Lat. LURIDUS. Conjiciamus ergo, λόω fuisse idem, quod λύω *solvo*, *dissolvo*: ex λόω autem *lorum* Latinis dici, a forma *soluta* et *laxa*; λορδὸν vero Graecis esse *curvum*, *incurvum*, pp. *luxum*, sive *luxatum*, spina dorsi, atque ita *cernuum*. Plura de hac voce dabunt *Stephanus*, in Thesauri Append. p. 390. et *Foësius*, in Oeconom. Hippocratis. E. S.]

[Λυκᾶς *Lucas*. Quidquid est nominum propriorum in ας, id omne contractum est. Exemplorum vim, eam in rem, affatim dederunt *Hugo Grotius*, in initio commentar. in *Lucam*, et *Rich. Bentlejus*, in Epistol. ad Joh. Millium, subjecta *Malelae* Chronico, p. 82. et 83.

83. Quando autem viri docti plenum *Lucae* nomen fuisse suspicantur *Lucinum*, errant procul dubio. Ut *Silae* verum nomen fuit *Silvanus*, sic *Lucae*, *Lucanus*. Plenum quin imo *Lucani* nomen, Evangelio praefixum, in Codicibus aliquot, invenisse se testatur *Mabillonius*, in Musaeo Italico. L. C. V.]

Λύω *lavo*. Ortum est a λύω, cui vicinum λέω, nec non λίω, quae *poliendi*, *fricandi*, notionem habent. Inde orta ea *lavandi* corpus in balneis; quae propria verbi λούεσθαι notio. [Observandum autem est, veteres, priusquam mensae accumberent, solitos fuisse *sese lavare*: unde λούεσθαι saepe ponitur pro *delicate vivere*, ut, contra, ἄλουτοι (pp. *illi qui sese* ante epulas *non lavabant*) ponuntur pro hominibus *sordidis* ac *minus honestis*. T. H.] [Vide *Albert.* ad Hesych. v. Ἀλουσία. E. S.]

Λόφος *cervix*. Est quasi *asperitas eminens*, *instar squamae obtegens*. Ortum a λέπω *decortico*. [In voce λόφος *altitudinis* et *fastigii* propria est significatio. Hinc et *colles* et *collum* eodem nomine appellantur. T. H.] [Verisimillima est derivatio hujus vocis, apud *Etymologum*, col. 569: 57. Παρὰ τὸ λέπω, τὸ λεπίζω, λέπος καὶ λόφος. Ἀπὸ τούτου γὰρ τοῦ μέρους ἄρχονται ἐκδέρειν τὰ ζῶα. Hinc jam elucet, CERVICEM Latinis similiter dici potuisse a κέρω *seco*, *incido*, unde κερίω, κείρω. Vide supra in κεράννυμι. Id sane melius placiturum puto, quam derivationem *Vossii*, ab Hebraeo עֹרֶף, *Oreph*, vocem nostram CERVIX repetentis: etsi ipsum illud Hebr. עֹרֶף fluxerit a verbo עָרַף, item pp. *secuit*, *incidit*, adeoque analogia linguarum in eo conveniat, quod λόφος, CERVIX, et ערף, cuncta ex eadem notione *incidendi* aut *excoriandi* sint ducta, quia *ab ea parte* (ut Etymologus modo docebat) *excoriare incipiebant animalia*. E. S.]

Λόχος *cohors*. Ortum est a λέχω *cubo*: de quo vide sub verbo λέχω. [Λόχος antiquissima vox, et ab iis usque temporibus transmissa, quum *latrocinia* magis quam *bella* gerebant. Pro *insidiis* Homerus usurpat. Unde λόχονδ' ἰέναι, Il. A, 227. *locum insidiis aptum ca-*

pere. Oritur ab antiquo verbo λέχω *cubo, decumbo*: unde λέχος, et Lat. LECTUS, LECTICA. Solebant enim in *insidiis*, ut melius laterent, *stratis* in terram *corporibus subsidere.* Hinc λοχᾷν, ἐλλοχᾷν, rariorque forma λοχεύειν, *insidiari.* Tetigit *Salmasius*, de re militari Roman. Cap. II, p. 122. Λόχος igitur pp. est *hominum turma*, ad *ponendas insidias* apta: deinde transiit ad significandum *militarem ordinem*, qui certo numero non fuit circumscriptus, &c. T. H.] [Confer. huc *Salmas.* ad Jus Attic. et Rom. p. 136. 137. De λοχὼς *puerpera* [itidem haud dubie a *cubando* dicta] lege eundem in Exerc. Plinian. p. 504. 505. Quid, quod Lat. LOCUS eadem proprie vox est, ac Gr. λόχος: id quod jam suspicatus est *Vossius.* Unde LOCUM saepe dixerunt veteres pro *sepulchro*, in quo quis *situs est*, ac, veluti placide, *recumbit.* Vide porro, de λοχᾷν, cel. *Lennep.* ad Phalarid. p. 23. de λοχεύειν vero *D'Arnaud*, Animadv. Critic. p. 99. E. S.]

Λύγη *Obscuritas.* Oritur a verbo λύγω *vincio, constringo*: quod ortum est a λύω. [Verbum λύγω, cui cel. *Lennep.* significationem *vinciendi* tribuit, deperditum est: sed ex eo sunt λύγος *vimen*, λυγόω *vincio, ligo* &c. fuitque adeo verbum hoc λύγω vicina forma alteri LIGO, *ligare.* Jam vero ut *constrictae densaeque tenebrae* vulgo dicuntur, ita vir cel. λύγην *tenebras* a *constringendo vinciendo*ve dictas fuisse, fortasse est suspicatus. Ceterum longe ab hoc themate diversum est Lat. LUGEO, *lugere*, a sono *lugentium*, ut videtur, desumtum, cui respondet Gr. λύζειν *singultire.* E. S.]

Λύγξ *Lynx, fera.* Videtur dici a *flexibilitate* membrorum; quasi a λύγγω, quod est pro λύγω *vincio*: unde λύγος *vimen*, quo res *vinciuntur.* Hinc ad *flexibilitatem* translatum est. [Nimirum λύγξ scripsere pro λύγκς vel λύγγς, quod originem a λύγγω propius indicat. E. S.]

Λύγος *vitex.* Proprie est *vimen*, a *vinciendo.* Dicitur a λύγω, *vincio*: quod a λύω. [Vide *Salmas.* Exc. Plin. p. 174. a. D. Diversum autem est λυγὶς, quod,

quod, *Hesychio* indice, *instrumentum* notat, quo *in torquendo* utuntur. Stirps autem λύγω pp. *flecto*, et *flectendo vincio* vel *torqueo*. Eadem vis est in derivato verbo λυγίζω. E. S.] [Λυγίζειν pp. est *molliter*, et, *viminis lenti* modo, *flectere:* nam *vimen* Graecis est λύγος, *Athenaei* L. XV, p. 671. Unde λυγίζεσθαι *Luciano* in Lexiph. p. 959. et λυγισμοὶ &c. T. H.] [Conf. cel. *Lennep.* ad Phalar. p. 72. et ibi laudatum *Spanhem.* ad Aristoph. Ranas, vs. 787. E. S.]

Λυγρὸς *gravis*, *tristis*. Proprie dicitur, quasi, *constringendi*, *angendi*, *vim habens;* a nomine λύγος, quod a λύγω: unde quoque Lat. LECTUS. Stirps autem est λύω *solvo*. [Vide ad λύγη, et sequens λύζω. E. S.]

Λύζω *singultio*. Haud dubie factum est a *sono singultientium*. [Vide T. H. ad *Luciani* Somn. p. 7. E. S.]

Λύθρον *cruor pulverulentus*. Ortum est a λύω, unde λύγω, quod peperit Lat. LUCTA. Inde porro λύθω, atque hinc λύθρον, eximie, ut videtur, notans *cruorem pulverulentum luctantium*. [Etiam λύθρος, masc. forma, dicitur a *M. Antonino*, L. II, 2. II, 3. ubi vid. *Gataker*. p. 37. et laudatum ab hoc *Eustath.* ad Il. Ψ, p. 1309: 36. E. S.]

Λυκάβας *annus*. Vox composita ex λύκος, et βὰς, quorum hoc est a βάω *vado*, *nitor*. Λύκος autem antiquitus quoque notavit *solem*, ductum, ut videtur, a λύω *solvo*, *aperio*. Unde ad *lucem* translatum est. Nempe ipsum LUX Latinum ejusdem originis est, cujus Gr. λύκος. Λυκάβας itaque *annum solarem* eximie notat. [Loca veterum, quibus λυκάβας, de *sole*, occurrit, vide indicata ab *Albert.* ad *Hesych.* in voce. A λύκῳ autem, id est *sole*, dici λυκάβαντα, *Stephanus* docuit, ex *Macrobii* Saturn. L. I, c. 17. Unde vero λύκος epitheton *solis* sit, atque adeo pro ipso *sole* accipiatur, statim elucescet, ubi observaveris, vocem λύκος pp. idem notasse ac λευκὸς, id est, *albus*, *candidus*. Inde etiam λύκος, LUPUS, dictus videtur, sive a *candore oculorum*, quemadmodum auctor est *Plinius* L. XI, 37. *oculos lupo splendere et* lu-

lucem jaculari: ſive a *colore candido*, unde παλιὸν λύκον dixit *Theocrit.* Idyll. XI, 24. E. S.]

Λῦμα *ſordes.* Oritur a λύω *ſolvo*: unde porro ad *ſordes*, quae *lavando* auferuntur, translatum est, Conf. dicta ad verbum λύεσθαι. [Syllaba prior in λῦμα, et omnibus inde deductis, ſemper est *longa.* Itaque λύω, unde λῦμα, aliud est quam λύω, quod *ſolvo* notat. Λύειν *lavando purgare*: unde λῦμα *purgamentum.* Hoc quidem in genere de omnibus *ſordibus* ponitur, quae *purgando deterguntur*, ſpecialiter autem de iis *ſordibus*, quae *ſanctitati* rerum ſacrarum ſunt contrariae. Quam ob cauſſam, ut ſatisfieret religioni, ſordes impuras et inominatas ſolebant veteres *luſtratione adimere et eluere.* Λυμαίνειν est a λέλυμαι, λῦμα, ut a κεκάθαρμαι, κάθαρμα cet. T. H.] [De quantitate ſyllabae prioris, in voce λῦμα, adi *Clark.* ad Iliad. A, 314. Ceterum λύειν *ſolvere*, et λύειν *lavare*, etſi tam uſu, quam quantitate, nonnihil ſint diverſa, nihilominus, in ipſa origine, eadem videntur fuiſſe verba. Quid enim, quaeſo, *lavare* aliud est, quam *ſordes* corpori *concretas* et *appactas ſolvere*, *ſolutasque abſtergere?* Repetebat quidem cel. *Lennepius* τὸ λύειν *lavare* a λέω, quod idem ac λῶ *polio*: ſed τὸ λύειν etiam fuiſſe idem, quod *lavare*, vel ſola probat lingua Latina, quae in verbo *lavo* adſcivit Supinum *lotum*, unde *lotio*, *lotus*, *lotura* &c. ut contra, a cognata forma λύω, Latini retinuerunt *abluo*, *colluo*, *diluo*, *eluo* et alia. E. S.]

Λύμη *lues.* Proprie magis ſignificat *commaculationem*, atque inde *labem*, *noxam* quamcumque. Oritur autem, ut antecedens λῦμα, a verbo λύω, eadem ratione translationis. [*Labem* notat, quae alicui *infertur*, item *damnum*, quod alicui nocet: quo damno *res ſolvitur*, vel *perſona laeditur.* Hinc verbum λυμαίνειν *damnum* alicui *offerre*, et διαλυμαίνειν τινὰ *plane*, *omnino*, aliquem *laedere*, vel *ei nocere.* Διὰ, in compoſitis, ſignificat idem, quod Belgar. *door en door.* T. H.]

Λύπη *dolor.* Oritur a λύω *ſolvo*, unde ad *dolorem* trans-

translatum est. [λύπη pp. quidem *dolorem* significat, sed etiam *molestiam*, et tam de *rebus inanimatis*, quam *animatis*, usurpari solet. Hinc λυπέω *dolore afficio*. Sic τὸ ὑπόδημα λυπεῖ τὸν πόδα *calceus urit* (ut Latini in hac loquendi formula dicere solent) *pedem*. T. H.] [„ *Chrysippum* apud *Ciceronem* (Tuscul. III, 25.) λύπην *aegritudinem*, *quasi* SOLUTIONEM (λύσιν) *totius hominis appellatam putasse*, quin et ipsum Socratem, apud *Platonem*, in Cratylo, (T. I, p. 419.) vocem λύπην repetiisse ἀπὸ τῆς διαλύσεως τοῦ σώματος," admonuit jam *Stephanus*, in hac voce. Nescio, an a *solutis capillis*, quos in summo luctu *disjectos* habere mortales solent, statum *tristitiae molestiae*que ac *taedii* dixerint λύπην. E. S.]

Λύσσα *rabies*. Est quasi a λύσσω, quod idem ac λύπτω, et hoc convenit cum λύπω: ut adeo a *tristitia* et *angore* animi dici videatur. [Etymon captatum in illo *Theocriti*, Idyll. IV, 11. τὼς λύκος ἀντίκα λύσσειν. Vide dicta ad λύπη, et, de voce ipsa, *Valckenarii* Animadv. ad Ammon. L. II, c. 17. E. S.]

Λύχνος *lucerna*. Oritur a λύκω *luceo*, quae notio supra ad λυκάβας explicita est. [Contractum est ex λύκινος a λύκω, quod idem ac Lat. LUCEO. Λύκω autem facit λύκος, λύκινος, λύχινος, contracte λύχνος: ut ab ἄκω est ἄκος, ἄκιμος, ἄχιμος, contracte ἄχμος, unde ἀχμή, et, addita ι, αἰχμή *cuspis*. Sic τέκω formavit τέκος, τέκινος, τέκνος, τέχνος, et Substantive τέχνη *ars*. E. S.]

Λύω *solvo*. Propriam vim habet *separandi*, quasi dicas *corticem detrahendi*: atque ita convenit cum λάω, λέω, λίω &c. Inde porro modo notat *separando dissolvere*, modo *separatum ab alio constringere*, et *in unum collectum vincire*. Idem vir celeb. alio loco: „ a verbo λύω, ἐκλύειν pp. significat *dissolvere* id, *quod* antea *erat ligatum*. Inde modo ad *corpus*, modo ad *animum*, transfertur: non dissimili fere ratione ac Lat. *dissolutus*. Dicitur autem *corpus* ἐκλύεσθαι, quod quocumque modo *dissolvitur* veluti, atque sic *debilitatur*: Unde in Epist. ad Galat. c. VI, 9.

accipiendum est de *messoribus*, labore *defatigatis*, atque sic *negligentius* opus suum perficientibus. Ad animum autem translatum, ἐκλελυμένως ζῆν de eo ponitur, qui vitam agit *dissolutam*." [Pluribus verbi hujus propriam vim exposuit *H. Stephanus:* quem vide. Etiam „ λύεσθαι *solvi*, h. e. *mori*, Philosophorum Platonicorum verbum est, cujus ratio inde intelligi potest, quia dicebant, *corpus* esse animae *carcerem*. Hinc λύσις, apud Platonicos, saepe ponitur pro *morte*, quae etiam plenius dicitur λύσις τῆς ψυχῆς." T. H.]

Λῶ, λῇς, λῇ *volo*, *vis*, *vult*. Male derivant a θέλω. Est enim a λάω contractum: quod est *capio*, ut supra vidimus. Inde ad *animum* et *voluntatem* transfertur. [Vide omnino supra in λάω, et conf. *G. Koen.* ad Gregor. Corinth. de Diall. p. 115. *Pierson.* Verisim. p. 12. et, quos laudavit *Albert.* ad *Hesych.* in voce λῶμι. E. S.]

Λώβη *injuria*, *noxa*. Proprie videtur significare *truncationem* aurium, vel *partium extremarum* corporis, et quidem ortum esse a nomine λοβὸς, quod, ut supra vidimus, eximie notat *extremam partem* auris. Inde autem translatum nomen est ad *injuriam*, *contumeliam*, *noxam*, similiaque. [Λώβη non tantum dicitur in foem. genere, sed etiam in masc. est ὁ λῶβος, itidemque, licet rarius, τὸ λῶβος. Λώβη autem pp. significat *noxam*, *quae corpori infertur*, vel *illata est*. Quare λωβᾶσθαι τινὰ notat *mutilare aliquem*, *noxam corpori inferre* &c. Haec ratio est, cur λώβη et λῶβος de *morbis gravissimis* ponantur. Ita *lepra*, ab antiquis et recentioribus, vocatur λώβη, vel λῶβος. Verum praeterea etiam notat *noxam* verbis, vel *injuriam* factis alicui *illatam*. Unde etiam λοβᾶσθαι est *contumeliose alicui nocere*. T. H.]

[Λωΐων, et contracte λῴων, in Gen. ονος, *melior*, *H. Stephanus*, Thes. L. Gr. T. I, col. 1096. refert ad Θέλω *volo:* unde, per abjectionem, ut ait, syllabae initialis, primum factum sit λῶ, item *volo*. Hinc ve-

vero λώϊον q. d. *quem magis volumus, qui a voluntate nostra magis expetitur*. Sed observavit jam supra cel. *Lennepius*, verbum λῶ *volo*, potius contractum esse ex λάω, contracte λῶ, a quo descendisse primo videtur forma Adjectiva λωΐς, unde primum Comparativus factus λωΐστερος, et dein, σ pro more eliso, λωΐτερος, Superlativus item λώϊστος, contracte λῷστος. Ab eodem λωΐς, abjecto similiter σ, et, accedente terminatione ων, ortum λωΐων, ut, ab obsoleto βελτὶς, est βελτίων, a ταχὺς, sive ταχὶς, ταχίων &c. E. S.]

Λῶμα *fimbria*. Videtur ortum a λάω, ut sit quasi λάωμα: nisi mavis a vicino verbo λόω repetere. Notionem autem habet a *prehendendo*, *capiendo*.

[Λώπη *pallium*. „ Λῶπος et λώπη utrumque a veteribus usurpatur; notatque non tantum *exteriorem*, sed etiam *interiorem vestem*. Quare *tunica interior* passim vocatur λώπη. Apud veteres in *balneis* deponebantur *vestes*, ut balneo uti possent. Unde saepe homines maligni observabant, an aliquid depositarum vestium *furari* possent. Hi *fures* proprie dicebantur λωποδύται, Latine *balnearii*, et verbum λωποδυτεῖν proprie de iis adhiberi solet. T. H.] [Nimirum λωποδύται pp. dicti videntur, *qui* aliorum, balneis utentium, *vestimentis sese induerent*. Δύειν enim, unde ἐνδύω INDUO &c. et λῶπος *vestimentum*, secum composita, dederunt nostrum λωποδυτέω. Stirps autem vocis λώπος, et foem. formae λώπη, non alia est, quam λέπω, unde λέπος &c. aut certe λάπω, forma, illi λέπω cognata: de qua *Lennep*. in λαφάω. Hoc igitur ex fonte λῶπος, sive λώπη, pp. est *quod decorticatur*, sive quod *corticis*, vel *tegumenti*, *instar exuitur*. Vide viros doctos, laudatos ab *Albert*. ad Hesych. in voce λωποδύται. E. S.]

[Λῶρον LORUM. Vox Latina esse dicitur, a recentioribus Graecis usurpata. Potest etiam analogice ex ipsa lingua Graeca (quae Latinae sive mater, sive dialectus est) derivari. Vide supra in λορδὸς. Apud *Hesych*. habetur λωρὸν, πικρὸν. Sed ibi, pro λωρὸν, re-

rescribendum esse ἄωρον, dudum monuit cel. *Ruhnkenius.* Est autem ἄωρον pp. *intempestivum*, adeoque, ubi de *fructibus* dicitur, *acerbum.* E. S.]

Λωφάω *respiro*, *interquiesco.* Videtur ortum esse a λωφὸς, et hoc a λώπω, quod componendum cum λέπω, λείπω *relinquo.* Unde notionem habere videtur *interquiescendi.* Vide *Valcken.* in Diatr. ad Euripid. reliq. p. 125. Alia datur hujus vocis derivatio, Grammaticorum veterum calculis approbata, quae sancit, λωφᾷν pp. ductum esse a λόφος *cervix:* ., adeoque aptissime dici posse a jumentis, (quae, depositis e collo oneribus, quiescunt) translatum ad *remissionem laborum*, et *quietem.* Vide laudatos ab *Albert.* ad Hesych. in λωφᾷν, et λωφῆσαι. E. S.]



M.

M.

Μὰ, componendum cum μὴ, proprie ejusdem naturae videtur esse, cujus pronomen μὲ &c. [Vir eruditissimus, *H. Hoogeveen*, Doctr. Particul. L. Gr. Cap. XXV. p. 630. docte suspicatus est, voculam hanc μὰ ortam esse ex ἄμα, quemadmodum ex ἄρα factum ῥα: stirpem vero ejus primitivam esse ἀμάω, unde μάω, quod *vehemens desiderium* significet &c. Hujus clarissimi Philologi vestigiis insistenti suspicari mihi liceat, μὰ, et μὴ, proprie contracta esse ex μάε et μέε, esseque pp. formas secundae personae Singul. Imperativi Activi verborum μάω vel μέω, pp. *desidero*, vel potius *quaero* et *interrogo*; ut μὰ et μὴ pp. significent *quaere* vel *interroga*, et μὰ τὸν Ἀπόλλωνα pp. sit *interroga Apollinem* &c.; nempe, *utrum res ita se habeat, an vero mentiar?* &c. Conf. Rudimenta L. Gr. Struchtmeyer., p. 265. Μὰ Δία plerumque *negat*, raro *adfirmat*. In *adfirmatione* enim adhibetur νὴ Δία. Ex. gr. si quis roget, *an tu hoc fecisti*, respondetur νὴ Δία: sed, si quis *neget*, et dicat, *non feci*, tum dicitur Μὰ Δία. Vide *Thom. Magistr.* in voce Μὰ Δία (p. 590. 591.) T. H.] [Adde *Valcken.* ad Euripid. Phoeniss. p. 366. E. S.]

Μάγγανον *venenum*, *praestigiae*, a μάγγανον, quod forte a μάγος: de quo suo loco. *Hesych.* μάγγανα· Φάρμακα: ubi vide viros doctos. „ Μάγγανον proprie est μάγανον: nam oritur a μάγω, unde μάσσω. Ex origine satis patet, significari *instrumentum*, quod *subigendae farinae*, aliisque rebus *miscendis* usurpatur; un-

unde quoque patet pertinere ad *veneficas*. Sed μάγγανον, in genere, ſignificat etiam *inſtrumentum*, *ad* aliquid vel capiendum vel *efficiendum* aptum. Hinc μάγγανα *retia*, *machinae* ad aliquem capiendum, et fallendum. Unde μαγγανεύειν, quod de *praeſtigiis* et *artibus Magicis* antiqui poſuere, ut *Ariſtoph*. Plut. vs. 310. Pro *Machinis bellicis*, quarum uſum Homerus ignorat, vide Heſych. in voce κρόσσαι. Vetuſtior certe vox μηχαναὶ et πολεμικὰ ὄργανα. Recentiores dein μάγγανα dixerunt, ad Latinos etiam vocabuli uſu translato; quod ſatis explorate conſtat ex *Du Cangii* utrisque Gloſſariis, *Lipſii* Poliorcetic. L. I, 3. III, 3. quibus ſane quatuor libris accurate perſecutus eſt, quae ad *Machinas*, in urbibus oppugnandis uſurpatas, pertinent. Nonnulla ſupplevere *Rigaltius* ad Onoſandrum, et *Stewechius* ad Vegetium. T. H.]

Μάγειρος *coquus*. Videtur eſſe pro μάγερος, quod a μάγις, ſimilive forma. Hoc a μάττω, vel μάζω, vel μάγω *pinſo*, *mollio*. Cetera vide ſuo loco. [A μάγω, μαγέω, μαγείω, μαγείρω. Μάγω autem, pro quo dicitur μάσσω, vel μάττω, pp. notat *ſubigo*, *ſubigendo* aliquid *ad rem coquinariam paro*. Hinc μάγειρος *coquus*. T. H.]

Μάγνης MAGNES; *lapis ferrum attrahens*. Forte a μάω *deſidero*, *quaero*, et, inde orto, μάγω. [A patria Magneſia lapidem hunc dictum fuiſſe, docet *Salmaſ*. Exerc. Plinian. p. 776., ubi vide plura. E. S.]

Μάγος *Magus*. Perſicum nomen eſſe volunt. Vide viros doctos ad Heſych. in voce μάγον. [Si Graecum ſit, repetendum eſt a μάγω, et hoc a μάω *quaero*: ut μάγος pp. ſit *exquiſitor* rerum divinarum et humanarum. Conf. et *Guyet*. ad Heſych. in voce. E. S.]

Μαδὸς *laevis*, *glaber*. Proprie idem, quod *madidus*, a μάδω, quod a μάω. Hoc forte componendum cum Lat. *meo*. A μάω eſt μάζω *pinſo*: cui vicinum μάδω. [A μαδὸς eſt μαδάω, quod proprie ſignificat *fluxu capillorum glaber* ſive *calvus fio*. Hinc Participium μαδῶν, et Adjectiv. μαδαρὸς pp. *cujus defluxerunt crines*.

Apud

Apud *Hippocratem*, homines *senes*, qui sunt ἀραιότριχες, sive *raros habentes capillos*, vocantur μαδαροὶ, i. e. quibus *prae senio pili defluxere*. A μαδὸς etiam formatur μαδίζειν *pilos adurere*, vel *adustos demere*. Sic μαδίζειν τὰς χοίρους *porcellos madentes pilis nudare*. Hinc ἀπομαδίζειν χοῖρον *porcum depilare*. Aliud autem est μυδάω *ex humore putresco*. Quare de *cadavere* dicitur μυδᾷν *madore et putrescendo eo pervenire*, ut fiat σαπρὸν &c. T. H.]

Μάζα MAZA, *offa*. A μάζω, quod vicinum verbo μάσσω *pinso*. [Est a μάζω, vel μάσσω, in Futuro secundo μαγῶ. Unde patet, vetus verbum esse μάγω. Μάζω autem pp. significat *subigo*, et μάζα pp. est *subacta farina*. T. H.] [Vide porro *Salmas.* Exc. Plin. p. 537. b. de μάζα, pro quo et μάδδα Aeolice, ibid. p. 903. b. F. et *Graevii* Lect. Hesiod. p. 73. E. S.]

Μαζὸς *mamma*. Haud dubie est idem proprie, quod μᾶζα (sive μάζα) a μάζω. [Potius a μάω. Est igitur pp. forma Adjectiva masculina, cujus foeminina est μάζα. Appellationis rationem praebebit cel. L. C. V. infra in μαστὸς. E. S.]

Μαῖα *obstetrix*. Oritur a μάω, *inquiro*: de quo suo loco. [Etiam *nutrix*, a *cura sedula*. Conf. infra in μάω. E. S.]

Μαίανδρος *Maeander*: nomen fluvii. Ortum videtur a μάω, quod respondet Lat. MEO. [Conf. *Salmas.* Exc. Plin. p. 587.]

Μαίνομαι *furo*. Est a μάνω, quod forte repetendum est a μάω *desidero*. [Conf. infra in μῆνις, et locum *Theocriti*, Idyll. II, 48. 49. ibique, *Valckenario* laudatum, *Salmas.* Exerc. Plinian. p. 659. E. S.]

Μάκαρ *beatus*. Proprie *dii* dicti videntur μάκαρες a *longaevitate*. μάκαρ componendum cum μῆκος *longitudo*, et μακρὸς *longus*. [Vox μάκαρ, a poëtis Graecis adhibita, Graecae tamen non videtur originis, peregrinum quid sonans. Dii, *alta pace beati*, saepe dicuntur Homero μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες. Illinc duplex orta fuit Adjectivi forma, μακάριος, et μακαρίτης: prior de

de *vivis* adhibetur, de mortuis altera. Μακάριος notabat *quacumque re beatum* vel *fortunatum*. Quoniam autem, in *ſumma* parte felicitatis, *opes* collocantur ab hominibus, *divites* et *opulenti*, ut a Latinis *beati*, ſic a Graecis ſaepisſime dicuntur μακάριοι. Μακαρίτης autem, et μακαρῖτις feminine, ponebantur de *fato functis*, quos et nos vulgo *beatos* vocamus. Hoc ſenſu accipi debet in *Perſii* Satyr. III, 103. *Beatulus alto compoſitus lecto. &c.* L. C. V.] [A μακαρ, quam maxime analogice, factum μακάρτερος. μακάρτατος, quod recte *Euſtath.* p. 1540: 30. 32. inde ortum exiſtimabat, i. q. μακαριώτατος. E. S.]

[Μάκελλον, Lat. MACELLUM. A μᾶκος, „ Dorice pro μῆκος, est Adjectivum μακερὸς, per ſyncopen μακρός. A μακερὸς autem, MACER, *macellum*, μάκελλον" &c. *L. Bos*, Obſerv. Critic. Cap. XLII, p. 171. et Disſ. de Etymol. Gr. p. 30. 31. Adde *Salmaſ.* de Uſur. p. 349. et virum eruditisſ. in nota voce μακέλη, in Lexico Hedericiano, ſubjecta. E. S.]

Μακκοᾷν *deſipere*. Forte a ſono *inani* hominum *delirantium*.

Μάλα *valde*. Forte ab obſoleto μάλος: unde Lat. MALUS. Notio autem repetenda a μαλάσσω *mollio*, quod non multum differt a μάσσω *pinſo*, *ſubigo*. Origo videtur esſe μάω *moveo*, *movendo comminuo*. [Haec ita videntur accipienda; ut ex notione *ſubigendi* (quam vir celeberr. modo dixit) illam *vehementiae* acceperit noſtrum μάλα: quod quidem pp. videtur esſe Accuſ. plural. Adverbialiter poſitus, a nom. adject. μαλὸς, de quo inferius. Jam vero, ſi contuleris formam verbi cognatam μέλω, (unde μῶλος *labor*, et μόλις *aegre*, q. d. *cum labore*; Latina item MOLIOR, id est, „ *cum conatu et viribus ago*," MOLIMEN, et alia) ratio ſignificationis, in noſtro μάλα, erit evidentior. Simul etiam apparebit, ex collata iſta vocula μόλις, qua lege a μάλα dictum ſit μάλιστα: nempe μάλιστα pp. a μάλις, unde μαλίω, μεμάλισται, μάλιστος. Denique quod Latinum MALUS eandem habeat indolem, quae est in verbo μαλάσσω *mollio*, facile po-

potest confirmari ex collatione usus Latini, in phrasi *mala aetas*, h. e. aetas imbecillior, senectus: tum vero etiam ex eo, quod *malus* (Gr. pp. μαλὸς) veniat pro κακῷ, id est, MOLLI, *ignavo* homine. Confer infra in μαλακὸς. μαλλὸς &c. comparatis quoque, quae dedit summus *Vossius*, in Etymologico, vocibus MALUS, et VIRTUS. E. S.]

[Μαλακὸς *mollis*. „ Talem *mollitiem* complectitur, qualis est *lanae*: nam μαλὸς, sive μαλλὸς, *lanam* quoque notat. Hinc μαλακὸς, pp. notans *id, quod instar lanae molliter fluit*, tam in *bonam*, quam in *malam* partem sumitur; et refertur ad mores. Itaque notat *mollem* et *effeminatum*. Sed in *bonam* quoque partem notat *eum*, *qui alteri cedit*, nec *pertinax* est: sed se praebet mollem. Hinc λόγοι μαλακοὶ sunt *sermones supplices*, et *mollibus* verbis aliquid *petentes*. Hac potestate in *Euripide* saepe occurrit." &c. T. H.]

Μαλάσσω *mollio*. A μάλω. Vide ad vocem μάλα, [Μαλακὸς, et infra in μαλλὸς, μαλὸς &c. E. S.]

Μάλη *axilla*. Videtur a *mollitie* dictum. [Nempe pp. est foem. a masc. μαλὸς. E. S.] Vide μάλα. [Nisi idem sit ac μασχάλη: quod vide. E. S.]

Μάλκη *stupor ex frigore*. Forte pro μαλακὴ: quod a μάλασσω. [Observavit jam *Salmasius*, Exerc. Plin. p. 637. Aeoles dixisse μολκὸς, pro μαλκὸς, unde MURCUS et MURCIDUS &c. Ut μαλκὸς pp. sit *mollis*, hinc *imbecillis*, *ignavus*, et μαλκὴ, Substantive, pro *imbecillitate*, *stupore*. Ejusdem formae et indolis vox est ναρκὴ. Vide *Stephan.* Append. coll. 1411. 1412. E. S.]

Μαλλὸς quasi *mollis* a μάλω: de quo dictum. [Apud *Hesychium* μαλλὸς exponitur τὸ ἔριον, καὶ ἡ καθειμένη κόμη κ. τ. λ. *lana et coma promissa*. Plura dabit *Stephan.* in Append. col. 1412. Vide porro sequens μαλὸς. E. S.]

Μαλὸς *tener*. A μάλα, quod vide. [Per Aphaeresin literae primae, pro ἁμαλὸς, dictum volunt Grammatici. Sed ratio ista parum tuta est. Potius ἁμαλὸς di-

dictum fuisse pro μαλὸς auctor est cel. *Lennep.*, quem vide in Ἀμαλός. E. S.]

[Μάλω obsoletum. Idem videtur notasse ac vicinum μέλω, quod, litera λ geminata, pronuntiarunt μόλλω; unde propagatum Lat. MOLLIO. Vide, quae habet auctor in Ἀμαλός. Ex μάλω hoc supersunt *Adj.* μαλὸς, ἡ, ὸν, *Subst.* μάλη, itemque Lat. MALUM, Dorice μᾶλον, i. q. μῆλον, pp. *mite* (hinc *mite pomum*) porro μαλὶς, μάλιον, aliaque apud *Hesychium.* Latinorum MALO, MALIM, MALLEM, quippe contracta ex *mavolo*, *mavelim*, *mavellem*, pro *mavelerem*, huc non pertinent. E. S.]

Μάμμα, μάμμη, μαμμαία. Facta ex repetita syllaba prima vocis μάτηρ [quod vulgo μήτηρ, MATER] nempe μά. [Vide *Valcken.* ad Herod. L. IV, 59. p. 307. E. S.]

Μαμμᾶν *vox pueruli, panem flagitantis.* Est a praecedenti μάμμα.

Μανδαλωτὸν *osculi genus immodestum.* Est a μάνδαλον, quod pro μάδαλον. Hoc vero a μάζω, cui vicinum μάσσω *subigo*, et Lat. MANDO, MANDERE. [Usus est hac voce, inter alios, *Aristophanes* in Acharn. vs. 1200. et Thesmoph. vs. 139. E. S.]

Μάνδρα *stabulum*, *caula*, et μανδραγόρας, „ *Mandragoras*, *planta*, *cui vis inest obstupefaciendi sensus et soporandi homines.*" Forte a μαδαρὸς repetenda sunt. Litera enim ν inserta est. Μαδαρὸς autem a μάδω: unde Lat. MANDO, Gr. μάσσομαι.

Μανθάνω *disco.* A μάθω, quod a μάω *inquiro.* [Ejusdem formae verbum est, ac sunt θιγγάνω, ἁνδάνω, λανθάνω &c. de quibus vide *Etymolog.* in Θιγγάνειν, col. 450. E. S.]

Μανὸς *rarus*, *mollis.* A μάνω, quod a μάω, cui vicinum Lat. MEO, unde *meatus.* [Μανὸς, cum accentu in ultima, est *ornamentum collare*, quod alioquin μανιάκης, vox formae ἀκινάκης. Plura de eo habet *Stephan.* in Append. col. 1415. Utrumque forte μάνος et μανὸς, a *mobilitate* nomen habet. Hinc et, ni fallor, Lat. MANUS, MANNUS, MANES, qui a notio-

ne

ne *mobilitatis*, et *recursus levissimi*, Hebr. etiam נוע dicti. Itaque stirps fuerit μάω, cui cognatum μέω, MOVEO &c. E. S.]

Μάντις *vates*. A μάνω *furo*, de quo in μαίνομαι. Alio loco vir celeberr." *Vates* a Graecis dicebatur μάντις, q. d. *furibundus*, vel *furore percitus*, a μαίνεσθαι *furere*. Inde autem in *vatem* apte translata vox μάντις, quia *vates*, oracula reddituri, *furore*, quem divinum vocabant, *perciti* id faciebant. *Furor* nimirum in iis instinctus divini indicium habebatur. Eo saepe respiciunt scriptores veteres, quum vates, oracula edituros, inducunt.

Μάραγδος *gemma*. A μαράγω, quod nescio, an ab ἄγω, praefixa μ, sit repetendum. [Μαράγω vicinam formam habet μαράσσω *luceo*, *splendeo*: quod verbum, si porro contuleris cum alio μαρμαίρω, facile apparebit, stirpem utriusque esse μάρω, unde μαρίλη &c. At dubia res est, unde istud μάρω descenderit. Cel. *Lennepius* stirpem facit ἄρω. Mihi quidem vicinae formae μάρω, μέρω, μόρω videntur omnes vim primariam *secandi* et *dividendi* habuisse. Unde vero μάραγδος (pro quo, praefixa σ, etiam σμάραγδος dictum) significationem *gemmae rutilantis* acceperit, haud satis liquet: nisi sit a *divisis* radiis. Conf. *Bochart.* Hier. II, 690: 32. et *Gron.* ad Herod. § 873, 106: 1. E. S.]

Μάραθρον *herbae genus*. Forte a μαραίνω, unde sequens μαραίνω *macero*, *flaccidum reddo*.

Μαραίνω *marcescere facio*, *flaccidum reddo*. Forte ab ἄρω: de quo vide suo loco. [Dubitari omnino nequit, an μαραίνω, et *marceo*, *marcesco* &c. sint verba, ab eadem stirpe μάρω ducta. Vis earum propria maxime elucet ex Lat. *marcere*. Vide *Salmas.* Exc. Plin. p. 637. a. C. E. S.]

Μάργαρον *unio*. Forte ab ἀργὸς *candidus*, *albus*, quod vide suo loco. [Peregrinam vocem esse *Bērbēr* vel μάργαρι (unde manaverit Gr. ὁ μαργαρίτης λίθος) docent *Salmas.* Exc. Plin. p. 790. b. coll. *Boch.* Hier. II, 690. Addit ille, vocem Graeciae veteris esse

μάργαρον pro *lance*. Quam quidem ſignificationem a *μάρω* *divido* repetere, haud difficile foret. E. S.]

[Μάργος, vel *μαργὸς* *inſanus*, *amens*. „ Proprie notat *furore correptum*, *furibundum*: unde a Grammaticis exponitur per *μαινόμενος*. Maxime ponitur de *cupiditatibus* et *libidinibus furibundis*, atque ad omnem *immoderatam libidinem* applicatur. Sic *θυμὸς μάργος animus furens*, *ἔρως*, *στόμα* &c. *μάργον*: *γαστὴρ μάργος* *qui* omnia, quae apponuntur, quaſi *furore correptus comedit*. Ex hac, apud Homerum, locutione compoſita est vox *γαστρίμαργος* *homo edendi cupiditate flagrans*. T. H.] [Adde *Valcken*. ad Euripid. Phoen. vs. 1252. p. 422. 423. Stirps videtur eſſe *μάω*, unde *μαίνω*, *μαίνομαι furor* &c. E. S.]

Μάρη, Plur. *μάραι* *manus*. Forte a *μάρω* *prehendo*: unde *μάρπτω*.

Μάρις *menſura liquidorum*. Forte a *μάρω* *capio* vel *divido*, cui vicinum *μείρω*.

Μαρμαίρω *rutilo*. Ab *ἄρω* forte est *μάρω*, et reduplicatum *μαρμαίρω*. [Vide ſupra in *μάραγδος*, et conferatur *Bocharti* Hieroz. P. II, p. 690: 31. ubi obſervatum, *μαίρειν* et *μαρμαίρειν* pp. eſſe *ſplendere* et *μαρμαρυγὴ* *ſplendorem*. Unde, ut *μάρμαρον* et *μάραγδος*, vel cum prostheſi *σμάραγδος*, ita etiam *μαργαρίτης* &c. E. S.]

Μάρναμαι *pugno*, *praelio decerno*. Videtur repetendum a *μάρω* *capio*, vel *divido*. [Est a *μάρνημι*: hoc vero a *μάρνα*. pp. *furor*, quo quis corripitur. Dicitur de *furore bellico*, atque adeo verbum hoc ſaepe notat *pugnare*, et *μαρνάμενοι* de iis dicitur, *qui* verbis *altercando inter ſe certant*. T. H.]

Μάρπτω *prehendo*. A *μάω* ſunt *μάρω* et *μάπω*. Hinc *μαπέειν comprehendere*: illinc *μαρέω*, *μαρέπω*, *μάρπω*, *μάρπτω*. [Comparentur, quae vir cel. dedit in Ἁμαρτάνω, ſupra. E. S.]

Μάρσιπος et *μάρσυπος* *Marſupium*. Neſcio, an ſit compoſitum ex *ἵπος*, de quo ſupra, et *μάρω*, unde *μάρη*, cujus derivata compone.

Μάρ-

μάρτυρ *testis*. Est a μάρπω *prehendo*. [Originem esse repetendam a μέμαρται, saepius diximus, atque adeo a verbo μείρω *divido*, *discerno*, *dirimo*. Hic observandum (quod, in studio linguarum, usus est multiplicis) vocabuli Graeci, quod *testem* notat, praeter alias, duplicem exstare formam, μάρτυς et μάρτυρ. Istarum formarum illa, in ς desinens, vetustior est altera, desinente in ρ. In lingua Graeca et Latina veteri, in centenis vocabulis, σ primum pronuntiabatur, in quibus posteri, ejus literae loco, adhibuerunt *caninam* ρ, quae, utpote difficilior pronuntiatu, in istarum linguarum infantia, vix pronuntiabatur. Vulgo tradunt Grammatici, recentiores Atticos, in multis vocabulis, σ usurpasse pro litera ρ. Ista ratio erat invertenda. Veteres Graeci *masculum* ex. gr. dixerunt ἄρσενα: recentiores Attici, σ in ρ mutata, ἄῤῥενα. *Fortitudinem* veteres dixerunt θάρσος, recentiores Attici θάῤῥος: et ad eandem normam alia pronuntiarunt. Haec accepta refero Grammaticorum doctissimo *Heraclidae Alexandrino*, ad *Eustath.* super talibus notanti, ad Iliad. Μ, p. 877. et ad Odyss. Ι, p. 352. Hujus observatis usus est *Henr. Stephanus*, de Dial. Attica p. 16. 55. et 191. Prae aliis autem Graecis, Spartani, in fine vocabulorum, in quibus reliqui Graeci literam ς pronunciabant, posuerant ρ. Libri, Spartana dialecto conscripti, omnes perierunt: sed exstat tamen Senatusconsultum Laconicum, quod, conservatum a Boëthio, L. I, c. 1. *de Musico*, emaculavit *Jos. Scaliger*, Comment. ad Manilium, p. 426. In eo reperiuntur Τιμόθεορ, ὁ Μιλήσιορ, Παραγινόμενορ, et paullo post, τὰρ ἀκοὰρ, pro τὰς ἀκοὰς, τὼρ νέωρ, pro τὺς νέυς. Similiter Eretrienses, pro σκληρότης, dicebant σκληρότηρ, observante *Platone*, p. 297. Pro Πελασγὸς ab iisdem dictum fuisse Πελαργὸρ, *Phrynichus* monuit, p. 40. Qui vulgo Graece παῖς dicebatur, apud Lacedaemonios vocatus fuit πάϊρ, et πόϊρ: unde Lat. PUER. Veteres Romani dixerunt POR, quod remansit in *Marcipor*, [*Publipor*, *Lucipor*] pro *servus Marci* &c. similibusque. Ad eandem rationem, in infantia

 La-

Latini sermonis, *s* pronunciarunt pro *r*. „*S*" inquit *Festus* „ pro *r* saepe antiqui posuerunt: ut *majosibus*, *meliosibus*" &c. Ex dictis patebit nonnullorum Adjectivorum, apud Latinos, ratio Analogica. Pro *angor* veteres dixerunt *angos* et *angus*: qualia in libris nostris supersunt *honos*, *labos*, *arbos*. Non ab *angor*, sed a veteri forma *angus*, natum *angustus*. Pro *augur* veteres dixerunt *augus*: hinc *augustus*. Adjectivum *vetus* antiquitus flectebatur *vetesis*, *vetesi*, et *vetusis*, *vetusi*: hinc *vetusitus*, contracte *vetustus*. *Funus* olim *funesis*, *funesi*: hinc *funestus*. *Honos*, *honus*: hinc *honesis*, *honesi*, *honesitus*, *honestus*. *Arbos* et *arbus*, *arbusitus*, *arbustus*. L. C. V.]

Μασάομαι *mando*, a μασέω, quod a μάσω, Futuro verbi μάω *movendo minuo*, *mollio*. Inde μάσσω, μάζω, μάδω: unde Lat. MANDO. [Huc etiam pertinet forma ματέω, unde μάσημα, vox rarior, quam *Toupius*, in Epist. Crit. p. 25. commemoravit. E. S.] [Μασᾶσθαι pp. *dentibus subigere*; id est, *comedere*, est a μάσσω, vel μάττω *macerando subigo*; respondetque plane Latino *mandere*. Μασᾶσθαι igitur notat *cibos* ita *manducare*, ut *non deglutias*, sed *gustum bene sentias*: dein significat *ita manducare*, *ut succum deglutias*, reliqua *exspuas* et *rejicias*. Sic refertur ad *nutrices*, quae *manducare* solent *cibos*, ut *manducatos ori* pueri *inserant*. Hinc μασητὴρ *manducator*, et μύες μασητῆρες, apud Medicos, dicuntur *musculi*, qui, ut dentes moveantur, efficiunt. T. H.]

[Μασθαλὶς *Poculum mammae figuram habens*. Vocem hanc Graeciae restituit cel. *Valcken*. in Digressione IV. a Theocriteis, p. 294. Facta est a μασθὸς, quod vide. E. S.]

Μάσθλη *lorum emollitum*, quasi a μάσθω, quod a μάσω vel μάσσω. [Pro eodem etiam, in tertia Declinatione, μάσθλητος adhibetur. Vide viros doctos ad *Hesych*. in voce Μάσθλη, ab *Albert*. laudatos, et in primis *Berglerum*, ad Aristophanis Nubes, vs. 448. et Equites, vs. 269. ubi ex Scholiaste observatur, improprie μάσθλητα dici τῶν μεμαλαγμ[illegible] ταννείᾳ. E. S.]

[Μα-

[Μαθὸς *mamma*, *mammilla*. Est forma tantum diversum a μαζὸς, pro quo Dores scripsere μασθὸς, literis σθ, pro recentiori ζ, adhibitis. Stirps μάω. Vide in μαζός. E. S.]

Μάσσω *pinso*. Est a μάσω, quod a μάω, *moveo tractando*, *comminuendo*. Alio loco vir celeb. „ Verbum μάω, a generali, qua pollet, notione *tractandi*, vel *minuendi*, eam accipit *molliendi*, quae in variis derivatis cernitur, ut in μαλάσσω, &c. Itaque a μάσω, Futuro verbi μάω, factum μάσσω itidem *tractandi*, *comminuendi* et *subigendi* significationem habet: unde speciatim *pistoribus* tribuitur, et idem est, quod Lat. *pinso*. Idem autem, in compositis, ἀπομάσσειν, ἐκμάσσειν et similibus, *abstergendi* notione usurpatur. Unde ἐκμαγεῖον aliquando dicitur *id*, *quo quis se abstergit*." Μάσσω, pro quo veteres dixerunt μάγω, notat *subigere* et *subigendo abstergere*. Hinc μάσσειν χεῖρας *abstergere manus*. Ab hujus tertia Praeter. perf. Pass. μέμακται est μάκτρα *instrumentum ad subigendum*: sed μάκτρον, in neutro genere, notat *instrumentum*, *quo absterguntur* manus. Sic *mappa* dicitur μάκτρον: adeoque multum differt a μάκτρα, quod v. gr. apud *Aristophan.* in Pluto, vs. 545. ponitur pro *alveo*, in quo *panis*, *farina massa* &c. *subigitur*." T. H. Idem vir summus alio loco: „ Μασσειν *subigere*. Proprie de *farina* dicitur. Eleganter etiam usurpatur de *veneficiis*: nam *veneficae* dicuntur non tantum κυκᾷν, et ἀνακυκᾷν, sed etiam μάττειν: unde μακτρία *veneficam* significat, proprie, *subactricem*."

Μαστύω *quaero*. Est a μαςεὺς, quasi *investigator*: quod a μάω *inquiro*.

Μάςιξ *flagellum*. Quasi a μαςίζω, quod a μάςις, [servato apud *Hesychium*: unde in Dativo μάςι, Il. Ψ, 500. ex edit. Clarkii, et Accus. μάςιν, Odyss. O, 187. E. S.] Similive forma, e verbo μάσσω, de quo supra. Alio loco vir celeberr. „ Nomen μάςιξ, significans *flagrum*, vel *flagellum*, proxime oritur a verbo μαςίζω: hoc vero ab obsoleto μάςις, quod a μάω, cui inter alia adest notio *urendi*. Sicut autem hoc ab *urendo*

do ad notionem *caedendi flagris* transfertur, ita ipsum Lat. *flagrum* et *flagellum* repetendum a verbo *flagro*, quod in origine convenit cum Graeco φλέγω."

[Μαςὸς *mamma*. ,, Μαςοὶ *ubera* sive *mammae*. Inter alias deteriores veram quoque notionem praebet auctor Etymologici magni, dum, hac voce proprie, scribit, significari τὸ τοῖς βρέφεσι ζητούμενον, *id quod pueri infantes*, duce natura, *quaerunt*. Est enim ab origine, saepius indicata, μάω *ardenter quaero*. Quam Grammatici statuunt differentiam inter μαζὸς, et μαςὸς, illa tantum pendet a dialecto. Quadruplex enim fuit, in diversis dialectis, vocis unius scriptio, μαςὸς, μασθὸς, μαζὸς, et μαστὸς: quarum ultima fuit proprie Doriensium, adhibita *Theocrito*, Carm. III, 16. &c. L. C. V.]

Μαςρωπὸς *lena*. Videtur idem quod ματρωπὸς: et hoc componendum cum ματρύλλη *lena*; quod Diminutivum est a μάτηρ, de quo suo loco. [Vir doctissimus, in Lexico Hedericiano, repetit a μάςωρ *indagator* et *index capturarum venerearum*. Cui derivationi favet, quod Graeci *investigatorem* dixerunt μαςῆρα et ματῆρα. Jam vero μαςρωπὸς, in Genitivo μαςρωποῦ, ejusdem formae nomen videtur esse ac ἀγριωπὸς, ἐῤῥινωπὸς, αὐλωπὸς, βλοσυρωπὸς, κοιλωπὸς, μορμορωπὸς, οἰνωπὸς, παρθενωπὸς &c. Quae quum manifesto composita sint cum voce ὢψ, ὠπὸς, *oculus* vel *adspectus*: dubitari vix potest, quin nostrum μαςρωπὸς sit ejusdem generis, et proprie *eum* vel *eam* significet, qui, vel quae *investigatoris investigatricis*ve *speciem* demonstret, *lenonem* adeoque vel *lenam*. E. S.]

Μασχάλη *axilla*. Est pro μαχάλη, a μάχομαι *pugno*. [Nescio, an sit potius repetendum a μάω *moveo*, unde ipsum quoque μάχεσθαι notionem invenit: ut μασχάλη, sive μαχάλη pp. sit *quae valde et crebro moveatur*. Conf. Homericum illud χεῖρας ἀνίσχοντες, vel χεῖρας ἀνασχόμενοι, quod *Stephanus* laudat, in voce nostra, Append. col. 1422. E. S.]

Μάτην *frustra*, *temere*. A μάω, μέω, unde Lat. *meatus*. [A μάτη, quod a μάτος; hoc vero a μέμαται, ter-

tertia Praeter. perf. Paſſ. verbi *μάω quaero*. *Quaerimus* vero, quod non habemus, et ſaepe operam perdimus. Hinc *ματὸς fruſtra quaeſitus*, et *μάτην fruſtra*. T. H.] [Est igitur *μάτην* pp. Accuſat. Singul. f. g. a memorato *μάτος*. Unde, per ellipſin nominis Subſtantivi, et praepoſitionis *κατὰ*, vel ſimilis, Adverbialiter ponitur. E. S.]

Ματρύλλη *lena*. Vide dicta ad vocem *μαστρωπός*.

Μάχλος *incontinens*, *libidinoſus*, *laſcivus*. Neſcio, an a *μάχομαι* ſit repetendum. [Stirps est *μάω*, unde *μέμακα*, *μέμαχα*, *μάχω*; et hinc Adjectivum *μάχελος*, contracte *μάχλος*. Tribuitur potiſſimum *mulieribus*, virum *appetentibus*. Vide Heſiod. Ἔργ. vs. 586. Conf. porro *μάω*. E. S.]

Μάχομαι *pugno*. Videri poteſt nomen *μάχη* ortum eſſe a *μάσσω tango*, et inde ad *pugnam* translatum. [A *μάω* est *μάχω*, ut dictum ad vocem *μάχλος*. Est autem pp. *μάχομαι*, vi terminationis Mediae, *cum ardenti ſtudio infero me* &c. Unde nonnunquam additur vox *χερσὶ manibus*: ut Iliad. A, 298. *χερσί μὲν οὔτι ἔγωγε μαχήσομαι*, pp. *manibus quidem ego me non inferam*, et *μάχεσθαι* nonnumquam est *ardenter invehi in aliquem*, Il. Z, 329. E. S.]

Μὰψ *fruſtra*, *incasſum*. Est a *μάπω*, quod a *μάω*, unde *μάτην* idem: de quo ſupra. [Uti ὢψ contracte dictum pro ὠπὸς, ὄψ, pro ὀπὸς, δὰψ, Lat. DAPS, pro δαπὸς: ſic *μὰψ* videtur contractum ex *μαπὸς*, quod a *μάπω*, unde *μαπέω prehendo*. An igitur *μὰψ* pp. eſt *prehenſione*, vel *prehenſu*: quae *prehenſio* cum ſaepe ſit *difficilis* et *fruſtranea*, vocula *μὰψ* pro *fruſtra*, *incasſum* adhiberi potuit. Conf. Iliad. B, 120. 214. &c. E. S.].

Μάω *vehementer cupio*. A *motu* videtur translatum ad *tactum*, *tranſitum*, aliave. Inde notat *quaero*, *cupio vehementer* &c. [Μάω ſignificat *magno cum impetu feror*, vel *quaero*, vel *inveſtigo*. &c. T. H.] [Conferantur, quae cel. *Lennepius* ſupra jam dederat, in *μάγος*, *μαίομαι* et ſeqq. Fuerunt autem haud dubie cognata verba *μάω*, *μέω*, *μόω* &c. Ex his Latina lingua no-

bis

bis integrum servavit MEO, *meare*, quod verbum saepe ponitur de iis, *quae ultro citroque eunt* vel *eunt redeunt*que, ut in illo *Lucani*, L. III, 640. *Discursusque animae diversa in membra meantis*. Porro de verbo μάω, apud eosdem Latinos, superest Praeteritum MOVI et Supinum MOTUM, quae verbo MOVEO, a μόω derivato, tribuuntur. Videtur igitur et ipsum Gr. μάειν pp. notasse *motum* sive *meatum*, qui ultro citroque fiat, et quidem *cum* insigni *fervore* et *impetu*. Hinc μάω exponitur *quaero*, huc illuc, nempe, discursans, μαίνομαι *furo*, *furore agitor*, *commovear vehementius* &c. E. S.]

Μεγαίρω *invideo*, *curo*. Forte a μάγω repetendum: unde μέγας &c. [Conf. μοχθέω *laboro invidia*; in quo similis translationis ratio, et sequens μέγαρον. E. S.]

[Μέγαρον *domus*. „ Μέγαρον, et μάγαρον, a veteribus dictum fuit *penetrale*. In templis μέγαρα dicebantur, *ubi res sacrae recondebantur*. Hinc τὰ μέγαρα, in Plurali, ponuntur pro *templo integro*. A *Pausania* commutantur μέγαρον et ἄδυτον, hoc est, iste templi locus, quem nemini, nisi sacerdoti vel pontifici, adire licet. T. H.] [Vide *Albert.* ad Hesych. v. μέγαρα. Est a verbo μέγω (cujus stirps μέω) a quo μέγας, μεγάρω, μεγαίρω. E. S.]

Μέγας *magnus*. A μέγω, quod idem ac μέζω, unde μέζων Jonicum, idem quod μείζων. Convenit haud dubie cum μέδω, de quo suo loco. [Stirps est μέω, Lat. MEO: de quo vide supra in μάω. Hoc ipsum μάω dedit μάγω, unde Latini veteres fecerunt *magus*, ex quo superest Adverbium MAGIS. A *magis* porro factum est *maginus*, et contracte *magnus*. Pro *magus* etiam dixerunt *majus*, *a*, *um*: unde Comparativus *major* pro *maiior*, et *deus* MAJUS ac MAJA, et vox *majestas*. Vide *Macrob.* L. I, 12. laud. a *Vossio* in MAGNUS. Comparativi autem forma neutra *majus* videtur esse pro *maiius*. A μέω factum μέσων, μέσσων, quomodo Jones extulerunt Aeolicum μέζων. Porro a μέω factum μέγω. ut a μάω, μάγω. A μέγω, μέγας, μέγαλος, unde foem. forma μεγάλη, Genit. item μεγάλα &c.

&c. Ex quibus omnibus satis apparet, proprietatem verborum μάω et μέω, in *motu vehementiori* positam, transiisse ad *intensiorem granditatem* significandam. E. S.] [Μείζων contractum est ex μεγίζων, a verbo μέγω. Antea usitata fuere μέγος, μεγίων, μέγιςος, ut φίλος, φιλίων, φίλιςος, quorum haec reperiuntur in unico *Homeri*, et unico *Sophoclis* loco. —— A μέγα fluxit μέγαλος; hinc vero est μεγαλεῖος, significans non tantum *magnificum*, sed et *summa laude dignum*. Quod satis liquet ex *Xenophonte*, qui p. 460. *homines egregios* μεγαλείυς dixit, et p. 471. Καλὸν, καὶ μεγαλεῖον νομίζεις εἶναι *pulchrum et laude dignum putas esse*. Adverbium μεγαλείως eidem *Xenophonti*, bis terve, adhibitum. Deos *sumtuosis sacrificiis honestare* dixit, μεγαλείως τιμᾶν, p. 495. L. C. V.]

Μέδιμνος, MEDIMNUS, *mensura aridorum*. Est pro μεδίμενος, quod Participium verbi μεδίω: hoc a μέδω, unde MODUS Latinorum, et MEDIUS. [Μέδιμνος et μόδιος inter se differunt. Interpretes tamen μέδιμνον *modium* exponunt. Non accurate. Vide hic Commentar. [nostrum ad *Aristophan*. Plut. p. 345.] Verum tamen est, μέδιμνον et μόδιον ab eadem origine esse ducta, nempe a μέδω. Hinc μεδίμενος fit, et contracte μέδιμνος. Μέδω in Praeter. Medio habet μέμοδα. Hinc μόδος (unde Lat. MODUS) id est *mensura*. A μέδω etiam Lat. METIOR descendit: quare ex hac potestate patet, μέδιμνον et μόδιον significare *mensuras*, ad *quantitatem* rerum *metiendam*. T. H.]

Μέδω *impero*. Ortum videtur a μέω, quod, vicinum verbo μάω &c. superest in Lat. MEO: unde μέδω, μέσος, Lat. MODUS, MODEROR et similia. [Μέδομαι ad amussim respondet Lat. MEDITOR, in illo Il. Θ, 458. de *Minerva* et *Junone*, κακὰ δὲ Τρώεσσι ΜΕΔΕΣΘΗΝ *mala Trojanis* MEDITABANTUR &c. Vide etiam virum doctissimum, ad *Hederici* Lexicon, in verbo μέδω. E. S.]

[Μέθυ *vinum*, *temetum*. „ Οἶνος quodvis *vinum* dicebatur, seu *merum* seu *mixtum*. Μέθυ *vinum* erat *merum*, aquae liquore *non debilitatum*: quale *vinum* Varro vocat *purum putum*. A voce μέθυ, μεθύω *ebrius*

 sum.

ſum. Illinc ductum μεθύσκειν (ſecundum vim verborum in σκω) est *inchoativum.*" Ergo μεθύσκεσθαι *inebriari.* L. C. V.] [Stirps μέω, cognata alteri μάω. Notio *ebrietatis* videtur ducta ab illa *commotionis vehementioris.* Conf. imago Jeſ. 24: 20. 29: 9. E. S.]

Μειδάω *ſubrideo.* Forte ab εἰδάω, vel εἴδω *video, adſpicio blande.* [Ponitur paullo alio modo, quam γελᾷν. Hoc enim refertur ad *riſum*, proprie dictum; verum μειδᾷν ad *vultum renidentem*, *lenemque riſum prae ſe ferentem*, *et indicantem.* Hoc non tantum valet μείδησις et μείδημα, ſed et μειδὴς in compoſitis: unde Φιλομειδὴς, quod epitheton est Veneris, id est, venus *renidente vultu, quae amat vultum renidentem*, et ἀμειδὴς epitheton Orci, quo orcus dicitur *is, a quo nitor, tranquillitas* et *laetitia* aliena ſunt. T. H.] [Adde cel. *Lennep.* Anim. ad Coluth. p. 91. De etymo verbi μειδάω lege *Stephanum* in Adjiciendis Tomo II. Theſauri, col. 1607. Stirps mihi est μάω. E. S.]

Μειλίσσω *mulceo.* Repetendum a μέλι *mel.* [Etymologus M, p. 82: 33. et 582: 36. παρὰ τὸ μέλι, μελίσσω, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ι, μειλίσσω. A *Stephano* exponitur *Dulcedinem quandam melleam indo, mellitum reddo.* Sed recte idem addit, „ uſurpari metaphorice pro *blandis verbis* et *veluti mellitis demulcere*, aut etiam *delinire.*" Nempe comparatio Latini MULCEO, cum noſtro μειλίσσω, vix patitur dubitare, quin, uti ſtirpes utriusque verbi, nempe, μύλω, μέλω, ſunt cognatae, ita et ipſae proprietate ſua conveniant: ut μειλίσσειν pp. ſit *mulcere, demulcere.* Conf. loca Il. H, 410. Od. Γ, 96. Orpheï Argonaut. vs. 788. 936. &c. E. S.]

Μεῖραξ *adoleſcens.* Haud dubie est a μέρω, μείρω. [Mos apud Atticos frequens est, ut μεῖραξ ponatur de *puella*, ſed Diminutivum ejus μειράκιον de *juvene*, et alterum Diminutivum μειρακίδιον de *aetate juvenili.* Jam vero μειρακίδιον ſequitur post παῖδα, ſive *puerum.* Quando quis παῖς esſe deſiit, et attigit annos XIV aut XVI, dicitur μειράκιον. T. H.] [Etymologus M. col. 583: 1. Ἀπὸ

Ἀπὸ τῦ ἱμείρω, ἵμειραξ, καὶ μείραξ, ἡ τοιαύτη χρόνε ἔσα, ὥςε καὶ ἐπιθυμεῖσθαι. E. S.]

Μείρω *divido.* A μέρω, quod a μέω repetendum videtur, quasi, *medium sejungo*, *divido.* [Vide infra in μέρος. E. S.]

Μείων *minor.* Est a μείω, cui convenit μέω, μάω, unde MINUO, quod componendum cum μάω, μάσσω *subigo.* [Vide T. H. infra ad μισύλλω. E. S.]

Μέλαθρον *domus.* Videtur repetendum a μέλω, et hoc proprie esse idem, quod μέω, μάω *tango*, *divido*, MEO. Rationem tamen significationis non satis perspicio. Convenit autem μέλω etiam cum μέρω. [Est ejusdem formae, et vicinae fortasse originis nomen, ac μέλεθρον *funis.* Stirps utriusque est μέλω, unde μέλλω pp. *moror*, *cunctor* &c. An hinc μέλαθρον pp. *locus morandi*, *commorandi*, μέλεθρον vero *instrumentum morandi*, sive *quod moretur abire cupientem*, adeoque *funis* vel *pedica?* E. S.]

Μέλας *niger.* A μέλω, translatione incerta: [uti nihil fere incertius est in linguis, quam ratio denominationis *colorum.* E. S.]

[Μέλγω. Vide cel. *Lennep.* ad ἀμέλγω.]

Μέλδω *liquefacio.* A μέλω *divido* &c. Hinc vicinum est μέρω. [Contractum videri queat ex μελέδω. Convenit quodammodo cum Belgarum SMELTEN. E. S.]

Μελεδαίνω *curo.* A μελέδη *cura*, quod a μέλω, vel μέλει. [Notio *curarum* et *sollicitudinis*, in μελεδαίνειν, videtur ducta ab illa *liquefaciendi* ac *tabefaciendi*, in verbo μέλδω, contracto ex μελέδω. Eadem translatio longe tritissima est in Arab. هم, itemque in τήκεσθαι, quemadmodum et Belgice dicimus, *zich verteeren door zorgen* &c. E. S.]

Μέλεθρον *pedica*, *funis.* A μέλω, vel μέλει. [Vide dicta ad μέλαθρον. E. S.]

Μέλει *curae est.* A μέλω, de quo vide ad μέλαθρον. [Μέλει est tertia Singul. verbi μέλω, cujus proprietas nondum satis est explorata. Fortasse idem pp. notat,

cat, ac μελίδω, de quo vide in μέλδω. Conf. etiam infra in μόλω. E. S.]

Μέλεος *vanus*, *ſtultus*, *inanis*. A μέλος *membrum*, et hoc a μέλω, de quo in μόλω. [Vir ſummus, *J. A. Erneſti*, ad locum Il. κ, 480. ex Scholiaſte Lipſ. exponit: „ μελλητὴν, ἐκλελυμένον τὰ μέλη." E. S.]

Μέλι MEL. Videtur eſſe a μέλω, quod a μέω, vicino alteri μάω *moveo*, *tango*: unde MOLLIS, MULCEO, &c. Et ſic ad *ſaporem dulcem* tranſitum forte. [Vide in μέλω. E. S.]

Μέλισσα vel μέλιττα *apis*. A μέλι. [Μέλισσαι etiam olim *ſacerdotes Cereris* vocatae: cujus in nominis locum poſtea ſucceſſit μητροπόλοι, ut oſtendit *Heſychius*, ubi vide *Sopingium*. Meminit hujus rei Scholiaſt. *Euripid.* ad Hippol. vs. 17. et Schol. *Theocriti*, ad Idyll. XV, 94. ubi, pro ἑταίρας, recte legit ἱερείας *Tanaq. Faber*, teſte *Anna* filia, ad Callimach. in Apoll. vs. 110. Sed etiam, latiore ambitu, pro cujusvis dei deaeve *ſacerdotibus foeminis*, μέλισσαι fuerunt poſitae. A *Pindaro* certe Pyth. IV, 106. μέλισσα Δελφικὴ Pythica ſacerdos appellatur: cui proprium alioquin nomen erat προφῆτις. Hujus autem rei ratio ab *apium* eſt natura repetenda, quae, quum caſtiſſimae ſint et eleganti munditie delectentur, (*Aelian.* de Animal. L. V, 11. βίον καθαρὸν ζῇ μέλιττα) ſuum nomen cum *virginibus ſacris* communicarunt. Quin myſtica quadam ratione, in ſacrorum arcanis, *animae*, ob puriſſimam naturam, dicebantur non tantum νύμφαι, ſed et μέλισσαι, ut docet *Porphyr.* de *Antro Nymph.* p. 261. cui adjungendus eſt Scholiaſt. ad dictum locum *Pindari*. Non diſſimili modo *Lunam* (quae τῆς γενέσεως προστάτις habebatur) μέλισσαν vocarunt. Si quis hujus nominis fabuloſam originem cognoſcere cupiat, illi adeundus eſt *Servius*, ad Aeneid. L. I, 434. &c. T. H.]

Μέλλω a μέλω eſt, quod vide ſupra. Alio loco vir celeberrimus. „ Verbum hoc μέλλω ſaepe, *temporis Futuri* notione poſitum, poſt ſe *Infinitivum* habet,

bet, ita ut, per *simplex Futurum*, Latine reddendum sit. Ita Graecum μέλλω ποιεῖν, vel etiam ποιήσειν, vel denique, per Aoristum, μέλλω ποιῆσαι ἄν, simpliciter Latine significat *faciam* vel *facturus sum*: atque sic in aliis quam plurimis. Orta autem, in hoc verbo, *Futuri* significatio a notione *cessandi*, *tergiversandi*, vel *moras nectendi*, quae verbo μέλλειν, per se posito, apud scriptores Graecos, fere propria est. Ita Graece dicas, τί μέλλεις; i. e. *quid cessas?* vel *quid tergiversaris?* Haec autem potestas ab ea *curandi* nata est, quasi dicas, *usque curando tergiversari*. Oritur, nimirum, μέλλω (geminato λ) a μέλω, quod, rarissime, licet *transitive* positum, significat *curare*. Ita dicitur aliquis μέλειν τὶ *curare aliquid*. Longe vero frequentius, tanquam verbum Impersonale, dici solet, v. gr. μέλει μοὶ τῦτυ, vel, mutata constructione, τῦτο μέλει μοὶ. [Latini verbo μέλλειν simile quid videntur habere in suo MOLIOR, MOLIRI, quod, sua quoque origine, fere idem esse, facile apparet. Est enim *molior*, prona analogia, a μέλω, μέμολα, μόλος. Conf. omnino Iliad. Κ, 454. 455. Λ, 22. *Hesiod.* Ἀσπ. vs. 126. 127. *Aristoph.* Plut. vs. 1103. Stirps μέω, vel μόω, pp. *moveo*: unde μέλλω *moveo me ad faciendum*. E. S.]

μέλος *membrum*. Forte non differt proprie a μέρος *pars*, ortumque habet a μέλω, ut hoc a μέρω. Origo communis est μέω.

μέλπω *canto*. A μέλος *carmen*. [Μέλος hoc sensu recte exponi videtur *carmen modulatum*, et quasi *membris incisum*. A quo quidem μέλος fieri potuit μελέπω, μέλπω. Nescio tamen, an cognatum sit nostrum μέλπω alteri μέλγω, et Lat. MULCEO: ut v. gr. Il. Α, 475. μέλποντες ἑκάεργον pp. sit, CANTU MULCENTES *Apollinem*, ubi aptissime hoc sensu sequeretur ὁ δὲ φρένα τέρπετ' ἀκούων *ille autem animo delectabatur*, pp. *leniter demulcebatur audiens*. Et, alio flexu, per ironiam, Il. Η, 240. *Scio quoque* ἐνὶ σταδίῃ δηΐῳ μέλπεσθαι Ἄρηϊ, pp. *in stataria pugna me saevo Marti* DE-

MUL-

MULCENDUM PRAEBERE, h. e. manibus ipsius me committere. Sed levis est suspicio, accuratius expendenda. E. S.]

Μέμφομαι *conqueror*. Est a μέμφω, et hoc a μέφω, quod a μέπω, et hoc forte cum μάπω componendum: de quo ad μάρπτω. [Etymologus M, col. 579: 16. repetit a verbo μέμφω, quod exponit λαμβάνω *accipio*; id quod cel. *Lennepii* derivationem eximie confirmat. Hoc igitur pacto μέμφομαι μέμψιν pp. foret *sumo mihi sumtionem*, vel *capio mihi captionem*, haud aliter ac Hebraei suum נשׂא משׂא proprie et improprie adhibent. Plena phrasis Graece reperitur apud Atticos, ut in *Aristophanis* Pluto, vs. 8—10. Τῷ δὲ Λοξίᾳ μέμψιν δικαίαν μέμφομαι ταύτην, quod ad literam sic foret, *Loxiae vero* Apollini *juste impono hoc onus*, criminis nempe, quod ipsum oneris instar premat. Idem Comicus in Ranis, vs. 1284. Τίν' ἄρα ΜΕ'ΜΨΙΝ γ' ἐποίσει 'Ανδρὶ *Quamnam reprehensionem*, pp. quodnam onus, *conferet in virum* &c. E. S.]

Μὲν *quidem*. Nescio, an a μένω repetendum sit. [Uti ἂν est pro ἦν, de quo supra, sic μὲν videtur esse pro μὴν, quod pleniore forma adhibent veteres; ut *Aristophan.* in Avib. vs. 448. νὴ μὴν &c. De origine autem hujus μὲν, ex μένω, pluribus egit Cl. *Hoogeveen*, Doctr. Partic. p. 638. E. S.]

Μένος *animus*. A μένω. [Rectissime exponitur ab *H. Stephano* „ animi *ardor*, seu *impetus* &c. Proprie tribuitur *igni*, unde πυρὸς μένος, Il. Ψ, 177. 238. Ω, 792. *soli*, Il. Ψ, 190. (unde μένος ὀξέος ἠελίοιο, *Hesiod.* 'Εργ. vs. 414.) *vento*, Il. Ε, 524. *fluviis*, Il. Μ, 18. Φ, 305. *ferro*, Il. Τ, 372. *equis*, Il. Ρ, 476. Ψ, 390. *bobus*, Od. Γ, 450. *mulis*, Od. Η, 2. *viro*, Il. Α, 207. Β, 387. &c. Hinc porro pro *vi indomita*, *furore*, *ira* venit, Il. Α, 103. Η, 210. Ζ, 101. Ι, 675. unde μένος et θάρσος conjunguntur, Il. Ε, 2. Od. Α, 321. ψυχὴ et μένος, Il. Ε, 296. μένος et θυμὸς, Il. Ε, 470. μένος et ἀλκὴ, Il. Ι, 702. Τ, 161. Ex quibus omnibus satis mihi videtur constare, stirpem esse μένω *vado*, quod

quod verbum explicitum in μάω. Porro, uti Gr. γένος dedit Lat. contractum GENS, GENTIS, fic μένος contracte est Lat. MENS, MENTIS: quod quo minus ambiguum fit, facient *Hefychii* glosfae: μένος· ἰσχὺς, δύναμις, ὀργὴ, βία, θυμὸς, νοῦς, ψυχή et multa dicta poëtarum Latinorum, ut *Horatii* L. I. Epift. 2, 59. 60. (ubi vid. *Bentlejum*) Lucret. L. IV, 758. *Virgil.* Aen. L. VI, 11. XII, 609. &c. Conf. etiam feq. μένω. E. S.]

Μένω *maneo.* A fimpliciori verbo μέω, Lat. MEO. [Verbum hoc μένω *active* et *neutraliter* fumitur. Neutraliter fignificat *firmum* et *ftabilem manere:* Active autem *conftanter aliquem excipere.* Hoc pacto Homerus dixit μένειν ἀλκὴν λέοντος *fuftinere vim leonis* &c. T. H.] [Eadem vis *Activa* et *Neutra* cernitur in Lat. MANERE, apud *Virgil.* Aen. L. X, 770. Liv. L. XLII, 66. &c. Unde clarius etiam apparet, Lat. *manere* et Gr. μένειν eadem esfe verba, e ftirpibus μάω et μέω deducta. E. S.]

Μέρδω *privo, prohibeo.* A μέρω, unde μείρω *divido, feparo.* [Alio flexu, μέρδειν notat idem, quod ὁρᾷν *videre,* de qua fignificatione legi poteft *Euftath.* ad Homer. p. 228: 22. 26. 936: 6. 1585: 64. ubi fimul componitur cum σμέρδειν, ὅ ἐςιν ἄγαν βλέπειν ἐν τῷ μερίζειν τὰς ὀπτικὰς ἀκτῖνας. Eadem proprietas eft verbi Hebr. חָזָה *fecuit,* dein *accurate vidit,* quafi oculorum *acie* fixa. Quin et ipfum Lat. VIDI, Praeteritum verbi VIDEO, quis dubitet, idem origine esfe, quod alterum FIDI, a FINDO, five potius ab antiquo *fido,* ductum, ut VIDI fimiliter proprie eft a VIDO. Qua vero anfa Latinum MERDA defumtum fit a Gr. μέρδω, haud ftatim apparet: nifi fit pro μέλδω, a μέλδω, aut notionem habeat a *fecernendo,* quae eft in μείρω *divido, fecerno.* E. S.]

Μέριμνα *follicitudo:* pro μερίμνα, a μερίω, quod a μέρω *divido.* [Cl. *L. Bos* a μερίζω repetit μεριζόμενος, unde, per fyncopen fyllabae ζο, fit μερίμενος, μεριμένη, μερίμνη, μέριμνα. Rectius, mea quidem fententia, *Lennepius* nofter, fine fyncope, ducit a μερίω, unde ipfum

ipſum fluxit μερίζω. Ceterum „ originem hanc a *dividendo* ſatis firmabunt *Terentiana*, ex Andr. I, 5. 25. *Tot me inpediunt curae, quae meum animum* DIVORSE TRAHUNT. Hae curae ſunt proprie μέριμνα, *animum* veluti *dividentes*, *Virgil.* Aen. V, 720. *Tum vero in curas animus* DIDUCITUR *omnes.* Lib. VIII, 19. *Magno curarum fluctuat aeſtu, Atque animum, nunc* HUC *celerem, nunc* DIVIDIT ILLUC, *In* PARTESQUE *rapit* VARIAS, *perque omnia verſat.*" L. C. V.]

Μερμαίρω *curo, anxie cogito.* Conferatur μέριμνα. Μαίρω idem est, quod μείρω, a μάρω. Inde reduplicatum μερμαίρω. [Conf. et *Homericum* μερμήριξεν, ut, Il. A, 189. E, 671. et alibi ſaepiſſime. „ Pro μερμήριξε in quibusdam Mſſ. et edd. legitur μερμήριζε, ut, Il. A, vs. 191. pro ἐναρίξοι, ἐναρίζοι. Veteres, ξ illud *Doricum* in *Futuro*, ab *Homero*, vel nunquam, vel raro uſurpatum eſſe, adnotarunt. Sunt certe in Homero loca prave ſcripta: ſed, quomodocumque legatur, res eodem redit. Μερμηρίζω ſcribitur non tantum per η, ſed etiam per ι: licet rarius. Oritur autem a μερμηρὸς, quod ortum ſine dubio, per reduplicationem, a μέρω: unde μέρμω, μερμερός. Significant autem μέρειν et μείρειν proprie *dividere.* Μερίζειν de *cogitationibus diviſis* et *diſtractis* dicitur. — Ponitur aliquando pro *conſideratione attenta*, qua quis *inter duas res* ambiguus haeret, quamque elegat, incertus est. T. H.]

Μέσος *medius.* A μέω, Lat. MEO. [Conf. in Ἥμισυς ſupra, et infra in μέσφα. E. S.]

Μεϛὸς *plenus.* *Euſtath.* ad Hom. Il. Γ, p. 425: 34. παρὰ τὸ ἔω, τὸ πληρῶ, ἑϛὸς καὶ μεϛὸς, ὁ πλήρης. Eadem fere habet *Etymologus*, col. 573: 40. 580: 44. Si comparemus verbum μύω, (haud dubie cognatum alteri μέω) et inde ductum μυρίος. pp. *conſtipatus. denſus*, videri poſſit, verbum μέω ſignificationem *farciendi* habuiſſe: unde μεϛὸς pp. ſit *farctus*, *conſtipatus.* Sane „ μεϛὸς in *deteriorem* ſumitur *partem*, notatque *refertus*: πλήρης in *meliorem* ponitur, ſignificatque illum, qui *naturae neceſſitati ſatisfacit*; ſed μεϛὸς qui

vel-

ventrem immodice replet: quo sensu et *refertus* apud Latinos dicitur, qui *immodice se ingurgitavit cibis.* T. H.]

Μέσφα *donec.* Est pro ἔσφα, hoc autem compositum ex ἐς et φὰ. De utroque suo loco. [Poëticum est. *Eustath.* ad Il. Θ, 508. p. 726: 40. ποιηταὶ μόνοι, inquit, τὴν τοῦ μέσφα λέξιν φιλοῦσιν. Videri autem possit litera μ, hac in vocula, mere esse *pleonastica.* Etymologus M. col. 573: 39. observavit, literam μ in multis πλεονάζειν, uti v. gr. in vocibus μία, μεσδὸς, μάλευρον. Itaque, quum ἐς poëticum cum μὲς, in μέσφα, satis apte conveniat, μέσφα poni fortasse potuit pro ἔσφα. Quodsi tamen propius attendas ad *vim* illam verbi μέω, Lat. MEO, qua *motum* notat *ad locum*, et MEARE adeoque veteribus idem est ac *pergere* (ut in *Horatii* Carm. I, 4, 17. *quo simul* MEARIS:) dubitare vix licebit, quin prior syllaba μὲς, in μέσφα, arcessi quoque possit a μέω *pergo.* Μέω nempe dedit μέσω, hoc μέσος: hujus vero Dativus est μέσῳ. Pro μέσῳ autem dixerint μὲς, ut pro ἴσῳ, ἐς &c. Vide etiam μέχρι. E. S.]

Μετὰ *cum*, &c. Forte repetendum est a μέω. [Videtur pp. esse pro μετᾷ ex μεταὶ (ut παρὰ pro παραὶ &c.) adeoque *Dativus*, aut *Ablativus* antiquus Singularis vocis, apud Graecos obsoletae, μετὰ, quam tamen Latina lingua nobis servavit in suo META, METAE. *Meta* igitur pp. notat *Terminum*, *quorsum* aliquid *movetur*: unde *vitae metam*, *aevi metam*, similiaque, apud scriptores Latinos invenias, pro *termino vitae*, *aevi* &c. Ducitur autem analogice a μέμεται, tertia Praeter. perf. Pass. verbi μέω MEO: de quo supra dictum jam aliquoties. Itaque Graec. μετὰ pp. *motum* notat vel *ad* ulteriora, vel *retrorsum*: ut in μεταφέρω *transfero*, μεταντλάω *hauriendo transfundo*, μεταστρέφω *converto.* [Μετὰ in quibusdam compositis significat *post.* Μετὰ τινὰ ἔρχεσθαι POST *aliquem venire:* unde compositum μετέρχεσθαι τινὰ *consequi aliquem.* Sic Jason ab *Apollonio Rhodio* dicitur *navigasse* μετὰ πλόϊα, POST *naves*, id est, per consequens na-

naves *perſecutus eſſe*, atque adeo *conſecutus*. — In aliis compoſitis [ex eadem propria vi, qua *terminum* notat, quorſum aliquid *movetur*, vel *motu transponitur*] infert *mutationem* aut *converſionem*; ut v. gr. in μεταμανθάνειν *ſententiam mutare*, Belg. *afleeren*, μετανοεῖν *cogitationes mutare*, *poenitentia adfici*. T. H.] [Alio in loco cel. *Lennepius*: „ Μετατίθημι, vi praepoſitionis μετὰ, proprie ſignificat *aliquid ex uno in alium locum transpono*, *transfero*. Praecipue autem verbi hujus uſus proprius fuit in *ludo calculorum*: et, quando *calculi*, male poſiti, *transponebantur*, ita ut *ludus* veluti *corrigeretur*, tum ii dicebantur μετατίθεσθαι. Inde autem fluxit uſus metaphoricus hujus verbi; quando in oratione aliquid, minus recte dictum, veluti *transponitur* et *mutatur*, ita ut in integrum reſtituatur oratio: quo ſenſu verbum hoc frequens est apud *Platonem*, ſimilesque. Nec valde diſſimili ratione ii quoque μετατίθεσθαι dicuntur, qui *in aliam ſententiam traducuntur*" &c. E. S.]

Μέταλλον METALLUM. Ex μετὰ et ἄλλο, ab ἄλλος *alius*, qua de voce dictum ſupra. [Μέταλλον pp. est *id quod ſtudioſe exquiritur*, et *inveſtigatur*, in terrae viſceribus; terram nempe *effodiendo*, et *effosſam trajiciendo in aliam partem*: quae vis est praepoſitionis μετὰ, ut in μετατίθεσθαι. [Vide in μετὰ. E. S.] „ μεταλλάω, [apud *Homerum* Il. A, 550.] a Scholiaſte exponitur ἐπιζητέω *ſtudioſe quaero*, et πολυπραγμονέω *per curioſitatem*, et *curioſe inveſtigo*. μέταλλον (ut Latinis METALLUM) ſignificavit apud veteres, quod *in terram et ſub eam est reconditum*. Quare vetuſtisſimi Graeci μέταλλα vocaverunt non tantum ea, quae nunc vocantur METALLA, ſed omnes *res*, ſive *lapides* ſive *ligna*, quae in telluris ſuperficie reperiuntur. Verum uſus dein voluit, ut μέταλλα vocarentur illa ſola, quae ex *intimis* terrae *viſceribus effoderentur*. Hinc μεταλλᾷν *effodere* μέταλλα, h. e. ea terrae loca, *in quibus metalla*, proprie dicta, *reperiuntur*, quae dicta ſunt μεταλλεῖαι, et *effosſores* μεταλλεῖς. Jam facile patet, quo pacto μεταλλᾷν pro *per-*

pervestigare usurpetur, et ad *curatam* ac *curiosam rei investigationem* transferatur. *Plato* dixit μεταλλᾷν φύσιν *pervestigare naturam.* Usurpavit quoque hoc verbum *Pindarus*, Olymp. *Od.* VIII, vs. 108. ubi consulendus est antiquus Scholiastes. T. H.]

μετέωρος *sublimis.* Compositum ex μετὰ, et ἔωρος, et hoc idem quod ἄωρος, unde ἀωρέω, de quo supra, suo loco, ubi ab αἶα *terra* repetendum esse dixi, sed rectius referri posse video ad ἀείρω, et ἔω: quae formae vicinae sunt voci ἀὴρ, ut sit quasi *aëreus.* [μετεωρολογέω *de rebus sublimibus loquor.* Μετέωρα dicebantur *res*, quae sunt in *summo aëre.* Apud Jonas Physici vocabantur μετεωρολόγοι &c. T. H.] [Quidquid est *pensile*, Graecis veteribus erat αἰώρα, et ἐώρα. Hinc fluxit μετέωρος *sublimis* sive *in sublimi pendens.* Hinc verbum μετεωρίζειν *in sublime erigere.* Proprie ponitur de *navibus*, anchoris fluctuantibus, μετεωρίζεσθαι. Transfertur autem ad *animum*, inter spem et metum *suspensum* et *pendentem.* Vim verbi *Horatius* expressit, Epist. L. I, 18, 110. *neu* FLUITEM *dubiae spe* PENDULUS *horae.* Graece diceremus uno verbo μὴ μετεωρίζωμαι. Eleganter de feroci ista bellua, rege Antiocho, dicitur, Libr. II. Maccab. Cap. V, 17. ἐμετεωρίζετο τὴν διάνοιαν *animi pendebat.* Ita *Lucae* Evang. XII, 29. μὴ μετεωρίζεσθε *ne animi pendeatis.* L. C. V.] [Vide viros doctos, laudatos a *Bielio*, Nov. Thesaur. Philol. P. II, p. 344. 345. E. S.]

μέτρον *mensura.* A μέω MEO: unde μέδω, et Lat. MODUS &c. [Μέτρον pp. est *instrumentum metiendi*, sive proprie *replendi.* Est enim a μέω, in Praeter. perf. pass. μέμεμαι, vel μέμεσμαι, in tertia persona μέμεσται: unde μεστὸς *plenus.* Μέτρον itaque significat *mensuram.* Jam vero Graeci dicere solent μέτρον τῆς ἀρετῆς i. e. *virtus castigata et in medio utriusque termini posita:* μέτρον σοφίας est *sapientia mensurata, non superba* vel *arrogans.* Hinc Adjectivum est μέτριος, eam significans *temperationem* vitae, morum, ceterarumque virtutum, quae ad hominem pertinent, quae efficit ut quis sit *bonus* et *honestus.* Hinc μέτριος

ponitur pro *cive bono et honeſto*, ac ſaepe opponitur τῷ ἀδίκῳ et πλεονέκτῃ. Neutro genere etiam τὸ μέτριον ſignificat *id quod fieri decorum est*, et τὰ μέτρια non *res modicas* (ut plurimi interpretes voluerunt) ſed *ea quae fieri oportet*, *quae fieri decet*. —— Dicitur οὐκ ἕξεις τὰ μέτρια, id est *nil tibi praebebo*, *quod hominem decet dare alteri*, ſive *humanitatis jura non habebis*, &c. T. H.] [Conferantur porro, quae habet *Graevius* in Lect. Heſiod. p. 20. 37. 38. 77. ubi etiam, p. 43. de verbo μετρεῖσθαι, non *menſura mutuum accipere*, ſed *ſub uſura mutuum petere* &c. E. S.]

ΜΕΧΡΙ *usque*. Est pro ἔχρι, quod idem atque ἄχρι. Utrumque est ab ἄγω et ἔγω, vel ἄχω et ἔχω. [Si comparaveris ea, quae de μέσφα diximus, videri fortaſſe poſſit, ſtirpem eſſe μέω, literamque μ adeo, etiam hac in voce, eſſe radicalem, non adſcititiam ab initio. E. S.]

[ΜΕΩ Lat. MEO. Stirps fuit cognata alteri μάω: in cujus verbi explicatione, quae hic dicenda erant, jam occupavimus. Vide etiam paſſim dicta in μέγας — μέτρον. E. S.]

ΜΗ *ne*. Comparandum est cum μά.

ΜΗΔΟΣ *cura*, vel a μάω, vel a μέδω repetendum. [Nempe μήδεα, teſtibus Etymologo et *Euſtathio*, idem est ac βουλεύματα, pp. ut videtur Lat. *meditationes*. Vide dicta ad μέδω. Idem μήδεα *pudenda* notat, ſcriptum, nimirum, pro μείδεα, dictumque a *ridendo*. Vide *Heſiod*. Theogon. vs. 180. coll. ſimul vs. 205. E. S.]

ΜΗΚΑΟΜΑΙ *balo*, *balare*. Factum a ſono *caprarum*. [Nempe a ſono μῆ. Vide infra in μῆλον *ovis*. E. S.]

ΜΗΚΟΣ *longitudo*. Componendum cum μάκαρ, et μακρός. Origo videtur μάω [aut μέω, unde μέμεκα, μέκος, μῆκος. Vide T. H. ad μέτρον. E. S.]

ΜΗΛΙΑ *malus arbor*. A μῆλον. Neſcio, an a μάλω, unde μαλάσσω *emollio*. [Vide dicta in μάλα. E. S.]

ΜΟΛΗ *ſpecillum*. Neſcio, an ſit a μάω *quaero*. [Vide,

de, si tanti est, quae, de hoc nomine aliisque, diximus Dissert. in Cant. Hisk. p. 271. 272. et conf. simul observationem viri eruditissimi, in Lexico Hedericiano, voce μηλάω. E. S.]

[Μῆλον Dorice μᾶλον, Lat. MALUM, *pomum*. Vide dicta ad vocem μηλέω, et adi *Graev*. Lect. Hesiod. p. 16—18. E. S.]

[Μῆλον *Ovis*, *pecus*. Pl. μῆλα *pecudes*. Haud dubie a sono μή, μή. Conf. etiam in μηκάομαι. E. S.]

Μὴν particula. Proprie conveniunt μὰν, μὴν, μὲν [de qua vide supra in μὲν. Primariam vim, aliaque ad hanc voculam spectantia, eruditissime disseruit clar. *Hoogeveen*, Doctr. Partic. Cap. XXVIII, p. 774—778. E. S.]

Μὴν *mensis*. Esse a μέω, docet Aeolicum μεὶς, quod a vicino μέω. [Lege hic *Platonem* in Cratylo, p. 409. laudatum a *Maittaire*, de Dialecto Dorica, p. 148. Si comparaveris voces μήνη et μηνὰς *lunam* significantes, Hebraica porro ירח *luna* et ירח *mensis*, Belgica *maan* et *maand*, similiaque in aliis linguis, ab unoquovis observanda, dubitare vix licebit, quin vox μὴν *mensis* originem suam repetierit a μήνη *luna*, aut certe cognata huic forma; recteque adeo statuerit Etymologus, col. 583: 14. Τὸ δὲ μὴν γίνεται ἀπὸ τῦ μήνη, ὃ σημαίνει τὴν σελήνην κ. τ. λ. Hoc vero qua analogia factum sit, dispiciendum est paullo accuratius. Stirps mihi, salva summi praeceptoris nostri reverentia, videtur esse μέω MEO, h. e. *ultro citroque eo*, *redeoque*. A μέω hocce factum est quam maxime analogice μένος, μένη, μένον, et vocali longa η pro ε adhibita, μῆνος, μήνη, μῆνον. Itaque hujus forma foeminina postea usum obtinuit fortasse Substantivum, quo μήνη *rediens* eximie diceretur LUNA, utpote saepissime *revertens*, „*revertentesque ignes colligens*." A masculino vero μῆνος videtur, hoc pacto, per apocopen, remansisse ὁ μὴν, τῦ μηνὸς, pp. *rediens luna*, dein *mensis*: cujus quidem Latinam quoque appellationem MENSIS, pro *menesis*, esse a Graeco μὴν, μηνὸς, quis hodie cum ratione addubitet:

tet: etsi *Cicero*, de Nat. deor. L. II, 27. *menses a metiendo* deduxerit, quia *mensa conficiunt spatia*? Quanto rectius *Isidorus*, Orig. L. V, 33. MENSIS, inquit, *nomen Graecum, de* LUNAE *nomine tractum est. Luna enim μήνη, Graeco sermone, vocatur* &c. Quin et hujus significationis primariae, qua MENSIS pp. *redeuntem*, eximie *lunam*, olim denotaverit, vestigium fortasse est in illo *Virgilii*, Georg. L. I, 335. *Hoc metuens, caeli* MENSES *et sidera serva*, ubi *Servius* MENSES" duodecim signa zodiaci" intelligit, singulis, nempe, noctibus redeuntia, atque in orbem, quasi, revertentia. E. S.]

Μήνιγξ *membrana quaevis.* Repetendum a μάω, unde Lat. MANEO: cui vicinum μένω. [Vide hac de voce *Foësium*, in Oeconomia, et viros doctos ad *Hesychium*. E. S.]

Μῆνις *ira.* Idem proprie, quod μένος, de quo suo loco. [Μῆνις *ira*, non tantum explicatur ὀργὴ sive *ira*, sed ὀργὴ ἐπίμονος *ira permanens, constans*: quam originem Grammatici repetierunt a verbo μένειν. In origine falluntur, neque minus in propria vocis potestate. Nam proprie non significat *iram quae diu permanet*, sed *iram quae ultionem spirat*, et *exquirit, properatque ad eam*. Haec est caussa, cur μῆνις tribuatur diis, et hi, verbo inde deducto, dicantur μηνῖν, vel μηνίειν, quando *ultionem scelerum, ab hominibus commissorum, poscunt*. Sic μῆνις Νεμέσεως, vel Ἀδραστείας, vocatur harum *ira*, quae *malefacta hominum ulciscatur*. Eo modo derivatur a μάω, μάομαι, μῶμαι: quod non tantum *quaero*, sed et *inquiro*, *exploro*, *perscrutor* significat. Ab hoc ipso verbo *judices*, qui *caussas* exquirebant, dicebantur ματῆρες, vel μαστῆρες *exactores poenarum*, ut apud Latinos *quaerere* pro *poenas exigere*, et *quaesitores* dicuntur; unde MINOS, inferorum judex, etiam vocatur. T. H.] [Nescio tamen, an simplicior sit derivatio a μαίνω, ομαι, ut μῆνις pp. sit *furor*. *Etymol. M.* Τὸ δὲ μῆνις παρὰ τὴν μανίαν, μάνις τις οὖσα· ἐοίκασι γὰρ μεμηνόσιν οἱ ὀργιζόμενοι. Compone jam Il. Α, 75. Ε, 34. 454.

454. O, 125. ubi conjunguntur χόλος et μῆνις, ut χόλος et θυμὸς, Il. A, 192. Inſpice et locum *Heſiodi*, Ἀσπ. vs. 99. E. S.]

Μηνύω *indico*. A μάω, cui vicinum μένω: vicina autem ſunt μηνύω et Lat. *maneo*. [Neſcio, an cognationem quandam habeat cum voce μένος MENS: ut pp. ſit quaſi *menti injicio*, vel *mentem do*, *praebeo*. E. S.]

Μήρινθος *funiculus*, *filum*,

Μηρὸς *femur*,

Μηρύω *glomero*; neſcio, an ſint repetenda ab ἔρω *necto*: de quo ſuo loco.

Μήτηρ, Dorice μάτηρ MATER. [*Mater* apud Graecos denominata fuit ab *amore ardenti* et *tenerrimo*, quo liberos ſuos *complectitur*, et a *cura*, quam in illis educandis impendit. Vox enim derivatur a tertia Praeterit. perf. Paſſ. μέμηται, verbi μάω, quod primo ſignificat *ardeo*; dein *ardenti deſiderio complector*; tertio *cupide quaero*. Πατὴρ derivatur a tertia Praeteriti perf. Paſſ. πέπαται, verbi πάω *paſco*, et, ex origine, ſignificat *altorem*, *nutritorem*. Porro obſervandum eſt, formam vocis eſſe *maſculinam*. Foeminina, ſecundum analogiam, fuiſſet μητέρα. Noſtris quidem in libris haec forma non invenitur. Inventa tamen fuit a Grammaticis vetuſtis: nam, in *Heſychii* Lexico, legitur μητέρα καὶ ἡ μήτηρ. L. V. C.] [In uſu eſt forma contracta hujus vocis μητέρα, nempe μήτρα, *matricem*, ſive *vulvam* notans: pp. tamen, ut apud Belgas, *matrem*; a qua voce μήτρα, Aeolice μάτρα, apud Latinos ſupereſt productior forma MATRALIA, *matris* Matutae *feſta* notans: eſtque hoc *matralia* adeo Plurale neutrum a Sing. obſoleto *matralis*, *matrale*. Apud *Ovidium*, Faſt. L. VI, 475. *Ite bonae* MATRES, *veſtrum* MATRALIA *feſtum* &c. E. S.,

Μῆτις *cura*. A μάω *curo*. [Μῆτις a μάω *indago ſcrutor*. Hinc μῆτις pp. *ſcrutatio*, *indagatio*, *conſilium*. Verbum inde productum eſt μητιέω: unde μητίετα, forma apud Homerum frequens, quam pro μητιέτης adhibitam putant, ut pro ἠπύτης *vociferator*,

ἠπύτα. Grammatici veteres *metaplasmum casus* in his posuere, et voluerunt, *vocativum* adhiberi pro *Nominativo*. Quodsi idem metaplasmus occurreret in aliis formis, rationem haberet explicatio. Sed vix solet in aliis formis reperiri. Unde magis probabilis est eorum sententia, qui *Nominativum Aeolicum* esse existimant. Ita etiam, in lingua Latina, *poëta* a ποιήτης, *palaestra* a παλαίστρης: quae forma linguae Latinae satis ostendit, (quippe deducta ex Aeolica dialecto) eum Nominativum apud Aeoles exstitisse μητίετα, unde Genitivus μητιετάο. Haec certe Genitivi forma Aeolica ostendit, apud eos fuisse formam Latinam, respondentem Nominativo. Ergo *verus* est *Nominativus Aeolicus*. Jam vero μητιέτης notat *auctorem consilii*. Illa forma, quum tribuitur *diis*, notat *praesidium*. Sic ὅρκιος ζεὺς *Jupiter jurisjurandi praeses* &c. T. H.] [De μητίετα, similibusque, non *Vocativis*, sed *Nominativis*, vide etiam *Clarke*, ad Il. Α, 175. Β, 324. E. S.]

Μηχανὴ *machina*, pro μαχανὴ, quod a μάχομαι repetendum. Dicitur autem μηχανὴ a Graecis *instrumentum*, ex variis partibus compositum, gravioribus oneribus moliendis inserviens. Speciatim autem vox usurpata fuit in *bello*, ubi *instrumenta majoris molis*, quibus, in obsidendis urbibus, utebantur veteres, dicta quoque fuerunt μηχαναὶ. In scena veteri idem quoque nomen locum sibi proprium habuit, quum *instrumenta* ea, *quibus* deosve deasve in scenam *prodire faciebant*, μηχανὰς etiam vocarent: unde proverbium natum θεὸς ἐκ μηχανῆς *deus ex machina*, quod in eos dictum fuit, qui, quum naturali modo exitum rei invenire non possent, dei alicujus auxilium adhibuerunt. A generali nominis notione, qua *instrumentum, artificiose constructum ad onera molienda*, significat, vox transiit ad *quodvis* fere *artificium*, quo hoc illudve efficere coneris: unde formula, usitata Graecis, πατῇ μηχανῇ, quasi dicas *omni artificio*, *omni arte*, vel *omnibus modis* &c. [Μηχανὴ pp. est adject. f. g. a. μήχανος, quod a μῆχος vel μηχὸς, quae utraque sunt

sunt a *μάω quaero, quaerendo invenio*. Veteres Grammatici ab eo verbo *Musas*, quas Dores *μώσας* vocant, putant esse dictas: quare *Cornutus* ait, „ Musas esse nominatas ἀπὸ τῶ μῶσθαι [sive τῆς μώσεως.] Hoc verbum ab *Epicharmo*, *Archilocho*, cet. ponitur pro *inquirere*, vel *invenire*. A *μάω*, *μήχω*, fit *μῆχος*, quae vox satis usitate *inventum* notat, sive *machinationem*. A *μήχω* fit *μήχανος*, *μηχάνη*, quod, mutato accentu, vertitur in usum Substantivum. Μηχανὴ vero Aeoles et Dores dicunt *μαχανὴ*, unde Latinorum MACHINA. Μηχανὴ etiam ponitur pro *instrumento*, *ingeniose reperto*: unde *bellica instrumenta* vocantur *μηχαναὶ πολεμικαί*. Sed, ut *machina* apud Latinos pro *arte* et *dolo* sumitur, unde et verbum MACHINARI [in malam partem significatione accepta:] sic etiam *μηχανὴ* apud Graecos usurpatur, ut et *μηχανᾶσθαι machinari*, vel arte vel dolo reperiendo aliquid novi. —— Hinc etiam est *ἀμήχανος*, quod ponitur vel de *persona*, quae aliquid nulla machina potest efficere, vel de *re*, quae omnino nulla arte fieri potest, et *πολυμήχανος* de *eo qui multas machinas invenire potest*. T. H.]" [Vide et *Graevium* ad *Hesiodi* Theogon. vs. 146. Ἀμήχανα apud *Homerum*, Il. Θ, 130. Λ, 310. redditur *exitialia*, *ineluctabile malum afferentia*: quod nescio an rectius reddi posset *indecora*, sive talia, quae neminem machinari oporteret, Hebr. מעשים אשר לא יעשו; Genes. XX, 9. E. S.]

Μιαίνω *foedo*. Est a *μίω moveo*, *tango*, *tracto*: unde *polluo*. Alio loco vir celeberr. „ Origo est *μίω*. Inde *μιάω*, et *μιαίνω*, quod pp. significat, quasi, *tractando comminuere*, sive *manibus tractare et identidem tangere*. Hinc profecta *contaminandi* notio. Eadem autem, quae in Graeco verbo, etiam in Latino translatio est. A *tago* nempe, (quod peperit verbum *tango*) nomen ortum *tagimen*, et contracte, *tamen* verbum peperit *tamino*, et compositum *contamino*. Quod autem nomen TAMEN dicebam esse contractum ex *tagimen*, simile videmus exemplum in NOMEN, quod, contractum ex NOVIMEN, oritur a *nosco*; ut sit

pp. *id*, *quo* aliquem *internoſcas* ab aliis. Ceterum a μιαίνω *contamino*, *polluo*, ortum μιαντὸς, et compoſitum ἀμίαντος, proprie notans *non contrectatum* manibus, adeoque *intaminatum*. Ab eodem verbo μιάω aliud derivatum eſt μιαρὸς, ſignificans *impurum*, ſive, ut Graeci interpretantur Grammatici, μεμολυσμένος αἵματι ἀκαθαρτῷ: qua interpretatione *uſum vocis* in primis ſpectant. Proprie enim verbum μολύνω, ſive Medium μολύνομαι notat *coeno*, *inſtar ſuis*, *volvendo ſe oblinere*, ſive *inquinare*. Vide etiam in μιαρός.

Μιαρὸς *ſpurcus*, *pollutus*. A verbo μίω, quod fere reſpondet Lat. MINUO, ſuperſtes nomen μιαρὸς, et verbum μιαίνω, in primis uſurpantur ſenſu *polluendi*. Sic, nimirum, quem *pollutum* ſignificare volunt Graeci, μεμιασμένον dicunt: unde, nomine orto, μίασμα *rem pollutam* deſignat: quam alia voce Graeci dicunt ἄγος. Μιαρὸς itidem de *polluto* ponunt, et ſaepe quidem dicitur ἄνθρωπος μιαρὸς *homo ſceleribus* ſeu *facinoribus contaminatus* et *pollutus*: quemadmodum μίασμα etiam maxime metaphorice de *piaculo* adhibetur. Hinc μιαρὸν aliquid dicunt, quod veluti *piaculo pollutum ſit*, vel ipſum *piaculum*, *ſcelus*, aut quidquid *aliud expiandum* eſt, μιαρὸν εἶναι dici poteſt. [Μιαρὸς eſt a μιάω ſive μιαίνω, idque a μιὰς, quod pp. ſignificat *maculam*, *labemve*. Itaque μιαίνω, pp. *maculo* vel *macula inficio*. Hinc ponitur pro *tingere*. Sic μιαίνειν ἔριον *tingere lanam*: qua poteſtate hoc verbum apud Homerum occurrit. Jam vero, ut μιὰς metaphorice ad *vitia*, quibus quis *maculatur*, transfertur, ſic quoque μιαρὸς; notatque *hominem improbum*, omnibus *maculis vitiorum tinctum* &c. T. H.]

Μίγνυμι *miſceo*. A μίγω, quod a μίω, de quo ad μιαίνω. [Ab obſoleto μίγω, quod clariſſima ſui veſtigia reliquit in μίγμα, μιγμὸς, μιγὰς &c. in *Futuro*, prona analogia, factum eſt μίγσω, et, trajectis literis, μίσγω, unde apud *Heſychium* μισγαγκεία et alia ſuperſunt, et in *Phavorino* „ μίγω γράφεται καὶ μίσγω." Hoc ipſum μίσγω dedit Lat. MISCO, MISCEO &c. Stirps eſt μίω, cognatum alteri μίω MOVEO, unde μίγω, μί-

σγω

σγω et alia, pp. videntur notasse *mistionem* ejusmodi, quae *cum motu* fiat. E. S.]

Μικρὸς *parvus*. Est a μικὸς (unde Doricum μικκὸς) similive forma. Μικὸς autem, cujus foem. est Lat. MICA, ortum a μίω *tractando comminuo*. [Vide *Koen.* ad Corinth. p. 130. *Valck.* Adnot. in Theocr. p. 350. et infra μικύλλω. E. S.]

[Μιλλὸς *segnis*, et μιλλότης *segnities*. A μίλλω, vicina forma alteri μέλλω. Vide supra, et conf. *Toup.* Emend. in Suid. P. II, p. 158. 159. coll. P. III, 162. 163. E. S.]

Μιμέομαι *imitor*. Est a nomine μῖμος, cujus stirps latet. Nescio autem, an μ adscititia sit, propter Lat. IMITOR [abjecta ab initio litera *m*] hinc ortum. Alio loco vir. celeb. „ Μῖμος olim eximie dicebatur *genus carminis dramatici lascivi et obscoeni*, quod *gesticulatione* et *motu corporis*, veluti *imitando*, exprimebant histriones: unde istud genus *histrionum* MIMI quoque dicuntur. Inde ortum μιμεῖσθαι, in usu, eximie valet *accuratissime imitando exprimere* vel *imitari*; quemadmodum in proverbio eleganti est: ῥᾷδιον μωμεῖσθαι, ἢ μιμεῖσθαι. Atque ista notione *imitandi* saepe μιμεῖσθαι idem fere est quod ζηλοῦν: unde non raro utrumque verbum conjungitur." [Quia μιμεῖσθαι, ut observavit auctor clarissimus, pp. *gesticulationes motus*que corporis indicat, facile apparet, stirpem commodissime statui posse μίω, cognatum alteri μόω: unde MOTUM, MOTUS. Ceteroquin haud sine exemplo est, literam *m*, ab initio vocabulorum abjici; ut v. gr. observante *Vossio*, in ALA pro μάλη, sive μάλη, in *noxos* pro μυοξός: qua lege a μιμέω, sive potius a μιμέτω fieri potuit IMITO, in forma *activa*, quam *Varro* adhibuit. E. S.]

Μὶν pronomen antiquum ab obsoleto μὶς, quod (cum μὸς unde μῦ componendum) peperit Plurale μὲς, et μὲες: unde ἡμεῖς, ὑμεῖς. [Vide Animadv. ad Analog. Ling. Gr. p. 286. ss. E. S.]

[Μίνθος, et in foem. μίνθα, dicitur: notatque *florem*, propter *odorem suavem*, (quem emittit) ἡδύοσμον di-

dictum. Omnibus autem in linguis quaedam sunt vocabula, quae per *antiphrasin* dicuntur. Sic μίνθος ponitur pro *floribus male olentibus*, quare et *stercus* dicitur μίνθος: unde et *gravis* iste *hircorum odor* μίνθος vocatur. Hinc verbum μινθόω, quod potestatem habet *stercore oblinendi*. T. H.] [Conf. vir summus ad Plutum *Aristophan.* et quae *P. Merula*, de verbo *Stinchen*, habet, excerpta a *Kiliano*, in voce *Stincken*; ac *Ten Kate*, in I. *Proeve van Geregelde Afleid.* p. 440. et dispice dein, an forte μίνθος dici potuerit a *motu* particularum *fragantium*, versus omnes partes *dispersarum*: ut μίνθος pp. hoc pacto sit *odor diffusus dispersusve*. E. S.]

Μινὸς *parvus*, *exilis*. A μίνος, Lat. MINUS: quod a μίνω. Stirps μίω: de qua vide in μικρός. [Vide infra in μινύλλω. E. S.]

Μισθὸς *merces*. Est pro μιθὸς, quod a μίω. Rationem translationis nondum satis perspicio. [Μισθὸς *justa merces* et *honesta* cujuscumque rei dicitur a Graecis: *Merces* contra *inhonesta* dicebatur μίσθωμα, uti v. gr. de *quaestu meretricio*. A μισθὸς ductum verbum μισθόω notat *loco alteri mercede*, domum praesertim: Medium μισθόομαι significabat *mercede conduco*, sive *facio*, *ut domus mihi locetur*. &c. L. C. V.] [*Etymologus*: „ Μισθὸς κυρίως ὁ εἰς μῆνα κατατιθέμενος· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐφ' ἡμέραν." Plures ejusmodi derivationes vide apud eundem et *Eustathium*. *Hesychius* habet μίττος, sive μίτος· τάξις. An eodem e fonte μισθὸς, quasi *merces constituta*? E. S.]

Μίσκοι *frusta coenarum*, et *rejectamenta*. Dicitur pro μίκοι a μικὸς, de quo vide ad μικρός.

Μῖσος *odium*. Nescio, an sit a μίω. Componendum autem cum μῦσος. Alio loco vir celeb. „ Μῖσος *odium* pp. significat *vitium*, quo alios studeas *minutos*, veluti, facere. Ortum nempe est a verbo μίω, quod idem notat atque inde derivatum verbum μινύθω. Docent hoc derivata non pauca. Ab ejus Praeterito perf. μέμικα ortum nomen, μικὸς, foemininum peperit μίκη, superstes apud Latinos in MICA, quae vox *minutis-*

tissimum panis *frustulum* eximie notat. Masculina forma μικὸς, geminato κ, peperit μικκὸς: unde Doricum μίκκυλος *parvulus*. — Praeterea a μίω, inserto ν, est μύνω, unde *minor*, *minuo*, et similia, nec non Graec. μινύθω.

μιςύλλω *in frusta concido*. Est a μιςύλη *frustulum*, hoc a μιςὸς, quod idem ac μιτὸς. A μίω *minuo*, *concido*. [μιςύλη *panis in cochlear cavatus*. Apud Atticos μιςύλη et μυςίλη exaratur: quae scribendi varietas, in verbo derivato, remansit. Vide *Spanhem.* ad *Aristoph.* Plut. vs. 622., qui cum aliis fluctuat, utriusque vocis diversa sit statuenda significatio, nec ne. Verum, cognita origine nominis et usu, illa dubitatio facile decerni potest. Verbum fuit antiquum μίω, unde μίνω, μινύω, Lat. MINUO, MINOR, MINUTUS, itidem μικὸς, sive μικκὸς, et μικρὸς, contracte μικρός. A priore forma descendit Lat. MICA; hinc itidem μείων, et, quod veteribus usitatum, μεῖος, unde μειόω, μειῶ. Propterea μύειν a Grammaticis exponitur ἐσθίειν *dentibus* et *manducando comminuere*, *ac conterere* cibos. A μίω, aut μεμίςκω, usitata forma mansit μιςὸς, hinc μιςύλειν et μιςύλλειν, quod in *Homero*, Il. Α, 465. Η, 317. certissime notat *in partes discindere*, *concidere*, itaque ponitur, ut proprius ejus verbi locus in *cibis secandis* fuisse videatur. Ideo veteres exponunt εἰς μικρὰ διακόπτειν. Exinde nascitur μιςύλη, apud Atticos praesertim, *panis frustulum cavatum*, *quo jusculum hauriunt*: κοῖλον ἄρτον vocat *Diogenes Laërtius*, L. VI, § 37. ubi vide *Aegid. Menagium*. Inde μιςυλλᾶσθαι, vel, ut saepe scribitur, μιςυλᾶσθαι, est, *Hesychio* exponente, τὸ ἀκροφῆσαι τὸν ζωμὸν τοῖς ψωμίοις. Postmodum, ob figurae similitudinem, *cochlearia*, eundem in usum comparata, nomen idem habuerunt, *Pollux*, L. VI, § 81. X, § 89. Comici deinceps hoc verbum posuerunt pro *juscula suaviter sorbere*, *convivari*: neque aliter intelligi debet in *Aristophan.* Plut. vs. 625. Ω μεμιςυλημένοι, *O vos* senes, *qui delicate convivati estis!* Eleganter idem in Equitibus, vs. 824. μιςυλλᾶσθαι τῶν δημοσίων, *arrodere* et *absorbere pecunias publicas*. Vide Scho-

Scholiaſt. et *Liban.* Epiſt. IX. Aliam viam ingresſus est *Salmaſius* ad Solin. p. 795.; ſed parum ſibi conſtans. T. H.] [Alio loco idem vir ſummus: „ μιςυλλάω est a μιςύλη, in maſcul. genere μίςυλος, quod auctum est ex μιςὺς. —— Forma talium derivatorum est *Dorica.* Sic μαςὺς *inquiſitio* est a μέμαςαι, ὀρχεςὺς *ſaltatio* ab ὤρχεςαι, verbi ὀρχέω *ſalto* &c. Vide etiam eundem ad *Ariſtoph.* Plut. p. 211. E. S.]

Μίσχος *pediculus, per quem folia fructusque arboribus adhaerent.* Forte pro ἴσχος, praefixo μ, ab ἴσχω *contineo.* [Neſcio, an ſit a μίγω, μίσγω vel μίσκω, μίσχω. Idem Latinis est MISCERE, quod, in Pasſiva forma, vel Media, apud Latinos idem valere atque *accedere, adjungi*, probavit *A. Schultenſius*, in *Veteri ac regia Via Hebr.* p. 55. Hac anſa μίσχος pp. foret *adjunctus*, et eximie talis arboris pediculus. E. S.]

Μῖτος *ſeu* μῦτος, *licium, filum quod ſtamini implicatur.* A μίω *minuo.* [An a *motu*, quo per ſtamen trajicitur? Hoc pacto μιω foret explicandum per cognatum μόω, MOVEO, et μίτος accipi posſet pro *adject.* ſive *participiali* forma, ut *motus, a, um*, pp. est a μόω MOO, unde MOFO, MOVEO. E. S.]

Μίτρα *cingulum, zona.* Proxime ortum videtur a μίτος. [Nempe ut a μίκος, μίκρος, μικρὸς, ſic a μίτος, μίτερος, μίτρος in foem. μίτρα. *Etymol. M.* Μίτρα· ζώνη ἡ διὰ τῶ μίτω ὑφασμένη. De phraſi λύειν μίτρην, *ſolvere cingulum*, vide *Schraderi* Animadv. ad Muſaeum, p. 340. ſſ. E. S.]

[Μίω, verbum obſoletum, cognatum fuit formis μάω, μέω, μόω. Proprie ejus ſignificatio videtur fuisſe *movere, commovendo minuere*, ſive *deterere.* Vide, quae *Lennepius* et T. H. dederunt in μικρὸς, μινὺς, μιςύλλω &c. E. S.]

Μνᾶ *mina.* Contractam esſe vocem, docet Lat. MINA, et ortum videtur a μίω. [*Minam* repeti posſe a μίω, ſatis docet Lat. obſoletum *minus, mina, minum*: unde ſupereſt MINA OVIS, quae vocabatur ovis *ventre glabro*, apud *Varron.* de Re ruſt. L. II, 2. Adi viros doctos, a *Geſnero* laudatos in Lexico ruſtico. Etiam mi-

mina mamma est apud *Festum*, L. XI, 5. et in *Hesychio*, μίνα· τὰ μικρὰ σῦκα. Contractam vero vocem esse ex MINA, pulchre docuit *Rhemnius Fannius*, de Ponderib. et mensur. vs. 32. his versiculis: *Accipe praeterea parvo quam nomine Graji* μνᾶν *vocitant*, *nostrisque* MINAM, *dixere priores*. Sed rectius fortasse μνα habetur vox orientalis. Graecorum nomen μνᾶ et Lat. MINA, cum ipso pondere, delata sunt in Graeciam ex Oriente per mercatores Palaestinos, sive Phoenices. Graecae linguae, per se spectatae, nihil est convenientiae cum linguis orientalibus. Qui linguarum lexica harmonica condiderunt, credi vix potest, quantum vulnus inflixerint linguarum studio: a quo, splendidis nugis suis, homines ingeniosos averterunt. Recentiori tamen aevo, per commercia cum orientalibus mercatoribus et nautis, plurima vocabula, ex oriente, in Graeciam invecta fuerunt. Res, scilicet, cum ipsis appellationibus, transsumserunt Graeci ab Orientalibus: sed hoc nusquam statuendum, nisi cum est manifesta ratio. Appellationes, in *re sacra* sollemnes, in *re nummaria*, *instrumentorum Musicorum*, *nauticorum*, cum eorum usu, receptae fuerunt a Graecis: nomina quoque *stirpium* et *plantarum*. Par atque eadem ratio hodiedum est in linguis. Merces, quae ex Indis cum Hollandis fuere communicatae, et, per Hollandos in reliquum terrarum sparsae, servant suas patrias appellationes. Obtinuit hoc etiam, in primis, in *nummis* et *ponderibus*. Graeca vox μνᾶ et Latine MINA totidem literis scribitur in lingua Hebraea. Unicus locus sufficiet *Ezechielis* XLV, 12. Radix et origo superstes in nobili loco Danielis Cap. V, 25. 26. Significat, nempe, מנא *certa et praefinita mensura adsignavit*. Vide excellentissimum *Jobi* interpretem [*A. Schultensium*] p. 195. 196. L. C. V.]

Μνάομαι *recordor*, *memini*. A μνάω, quod a μενάω: hoc a μένω *maneo*, de quo supra. A *manendo* ad *memoriam* transiit. Alio loco vir celeberr. „ Origo est verbum μένω, significans *maneo*. Ab isto verbo, ut sie-

fieri ſolet, verba pura formata ſunt μενάω, μενέω, et ſic per reliquas vocales. Haec verba contracta pepererunt formas μνάω, μνέω &c. Horum prius ſupereſt in lingua Graeca, atque a notione *manendi* ad *memoriam* eximie translatum fuit: qua, nempe, res veluti *cuſtoditae permanent*. Similis ratio eſt derivatorum verbi μνέω. Inde enim verbum μνέω peperit nomen μνεία *memoria*, *mentio* &c. Sic Graeci dicunt μνείαν ποιεῖσθαι τινὸς *mentionem facere de aliqua re* ſive *recordari aliquid*: quod et, nomine a verbo μνάω derivato, dicunt μνήμην ποιεῖσθαι τινός. Μνάω, nempe, vi activa ſignificans ſpeciatim *facere recordari*, ex ſe peperit μνάομαι, virtute Media, notans *facere ſemet recordari*: quod idem fere eſt ac ſimplex *recordari*. Ab iſto verbo μνάομαι, ſive Praeterito perfecto ejus μέμνημαι, nomina formantur μνῆμα, μνήμη, et obſoletum μνῆμος. Primum μνῆμα pp. *rem* notat, *quae faciat recordari*: unde ſaepe ponitur pro *monumento* vel *ſepulcro*. Alterum μνήμη *memoriam* ſignificat: nomen autem μνῆμος, obſoletum, peperit cum *Subſtantivum* μνημοσύνη, qua ſignificatur *vis* vel *virtus recordandi*, tum etiam *nomen collectivum* μνήμων, *hominem* eximie notans, *valida memoria gaudentem*, ſive *qui multarum rerum memoriam habet*. Ab iſto nomine μνήμων verbum deinceps oritur μνημονεύω, id eſt, *multarum rerum memoria gaudeo*, vel *ſum* μνήμων: hinc compoſitum ἀπομνημονεύω, unde porro ἀπομνημονεύματα dicuntur eximie *ex tempore factae diſſertationes*, quae *ex ore* alicujus *hauſtae*, et *memoria cuſtoditae*, *ex tempore recenſentur et habentur*.

Μνηστεύω *nuptias ambio*. Verbi μνηστεύειν origo eſt μένω, quod eſt *maneo*, unde reduplicatum μιμένω peperit contractum μίμνω: quod item *manere* ſignificat. A notione autem *manendi* derivata, ab hoc verbo, multa translata fuerunt ad *memoriam*, qua quid *cuſtoditum* veluti *maneat*. Inde, nimirum, facta verba μενάω et μενέω, quorum prius, per contractionem, peperit μνάω: hoc autem in uſu valet, *in memoriam revoco* vel *commonefacio*: quo ſenſu cum *Accuſ.* perſonae et *Genit.* rei conſtrui ſolet. —— Verbi autem μνάω

for-

forma Media μνάομαι, vi reciproca, significans *revoco me in memoriam*, commode adeo redditur per Lat. *recordor*. Inde porro ad *ambiendi* notionem transfertur, ubi, nimirum, sermo est de eo, qui puellam *ambit* et *nuptias* ejus *petit*: quo sensu saepe occurrit apud *Homerum* et reliquos poëtas. Inter alia hujus verbi derivata in primis ad nos pertinet μνηςὸς, cujus foem. μνηςὴ ab *Homero* usurpatur de *muliere desponsata*, nec non μνηςὴρ *procus*, qui *mulierem ambit*. Inde verbum μνηςεύω, vi terminationis, idem est quod *sum procus*, vel *ambio nuptias*, ejusque *Medium* verbum μνηςεύομαι simili gaudet virtute. Rarius idem verbum, Passive usurpatum, de muliere *desponsata* invenitur &c. [*Procus*, qui puellam *ambit*, dicitur μνᾶσθαι: *puella*, quae petitori *respondet*, sive *despondetur*, dicitur μνηστεύεσθαι. *Erotianus* Grammaticus, μνᾶται, inquit, ὁ ἀνὴρ γυναῖκα, μνηςεύεται δὲ ἡ γυνὴ ἀνδρί. Apud Romanos veteres pp. *despondet* puellam, *qui petit*; *spondet*, *a qua petitur*: observante *Donato* in Differentiis. Dedit eam in rem plura *Salmasius*, de Modo Usur. p. 712. De differentia Graecorum verborum egit *J. G. Graevius* in not. ad *Luciani* Soloecist. p. 119. L. C. V.]

Μογγὸς *qui voce est obtusa*. Videtur factum a sono *mussitantium*.

Μόγος *labor*, *molestia*. Componendum est cum μέγω, unde μέγας et similia. [Proprie ab *Homero* adhibetur pro *labore bellicoso*, atque adeo illi dicuntur μογέω, qui *bello laborem impendunt*. T. H.] [Stirps μόω, Lat. MOVEO. Ab eadem origine est μόγις, idem fortasse ac μόγοις, Dativo vel Ablativo veteri, a Nom. μόγος: ut μόγις pp. sit *cum molestiis*: hinc *aegre*, *difficulter*. E. S.]

Μόθος *labor*. A μόω. Vide μόλος. [Μόθος in primis dicitur de *labore bellico*, atque adeo pro ipsa *pugna*: ut Il. H, 118. Σ, 159. 537. Φ, 310. *Hesiod.* Ασπ. 158. Vix differre videtur a Lat. nomine Subst. MOTUS, in illo *Horatii*, Carm. L. II, 1. MOTUM *ex Metello consule civicum*: quocum compone, Il. Α, 241.

μόθον ἵππων ἀκείῶν. Stirps igitur μόω: a qua forma etiam Lat. MOTUS. Vide et seq. μόθων. E. S.]

[Μόθων verna. Haec vox potissimum usurpatur a Comicis poëtis, et pertinet ad *res* et *personas*. Itaque μόθων dicitur *saltationis indecorae genus*, quod a *nautis* praecipue usurpabatur. Praeterea *Pollux* docet, esse εἶδος αὐλήσεως αἰσχρᾶς. Porro μόθων etiam pertinet (ut diximus) ad *personas*: et μόθωνες illi dicuntur, qui sunt *maligni* aliorum *irrisores*. Hinc verbum est μοθωνέω, quod significat *alicui maligne insultare* et *illudere*. Hinc quoque est μοθωνία apud *Hesychium*, quod exponitur ἀλαζονεία. Non tantum vero dicitur μόθων, sed etiam μόθαξ: unde patet, hanc vocem derivari a μόθος, quod significat *tumultum*, *bellum*, *motus turpes et ad illudendum comparatos*: sed porro μόθωνες ut μόθακες, apud Lacedaemonios, illi dicebantur, qui, tanquam *moderatores*, adjungebantur pueris ordinis majoris, ut cum iis simul educarentur, vocabanturque οἱ παρατρεφόμενοι, ut monet Scholiastes, ad *Aristophanis* Plutum, vs. 279. quo scilicet eos pueros adjuvarent, iisque adessent ludendo, et comitarentur ad scholas. Erant illi non ingenui, sed tamen liberae conditionis. Hinc factum est, ut egregii viri, apud Lacedaemonios, fuerint μόθωνες: ut, magnus ille Lacedaemoniorum imperator, *Lysander*, et plures alii, quemadmodum docet *Aelianus*, Var. Hist. L. XII, 43. Sed apud Comicos significat *eum*, *qui* aliis *maligne illudit* et *insultat*. T. H.] [Vide viros doctos ad *Hesych.* vocibus μόθων, μόθωνες, μοθωνία &c. et *Perizonium* ad Aelianum l. l. E. S.]

[Μοιχὸς MOECHUS, *adulter*. [Μοιχὸς a μέμοιχα Praeter. perfecto verbi μείχω, vel μίχω, quod notat *mingo*, vel MEJO. T. H.] [Eadem fere ex ore magni *Hemsterhusii* habet *A. Schultens*, in Comm. ad Prov. Sal. p. 60. E. S.]

Μολέω *venio*, *vado*. A μέλω, quod componendum cum μέω, μόω, μέλω, Lat. MOVEO. [Vide infra in μόλω. E. S.]

Μ-

Μόλιβος, aut μόλυβδος *plumbum*. [An a MOLE et *gravitate*? *Etymol.* M. Μόλιβος ἐπίκειται τῷ ἀγκίστρῳ εἰς τὸ καθέλκειν αὐτὸ τῷ βάρει κάτω. Idem Grammaticus docet, „ si per ι pronuntietur, vocem esse μόλιβος sine δ scribendam; sin vero per υ, tum efferendam esse per delta μόλυβδος." E. S.]

[Μόλις *vix*, *aegre*: idem quod μόγις. Vide sub μόγος.]

Μολοβρὸς *gulosus*, *vorax*. Forte pro μολοβὸς, a μόλω. [*Etymol.* M. Μολοβρὸς, κατὰ συγκοπὴν, μολοβορός τις ὢν &c. Compositum videri queat ex μόλος, et βορὸς, quod a βορῶ, Lat. VORO: de quo supra. E. S.]

Μόλος *labor*, *pugna*. A μόλω, quod vide. [Analogice derivari debet a μόλω, quod Latini servarunt in suo MOLO, MOLERE, nisi malis forte ducere a μέμολα, Praeter. perf. Medio verbi μέλω: de quo dictum supra in μέλλω, μέλαθρον &c. A μόλος hocce, sive Dativo ejus Plurali μόλοις, videtur descendisse μόλις, Adverbialiter positum pro *aegre*, *vix*: quasi dicas *magno cum labore*, sive pp. *cum laboribus*; ut μόγις est pro μόγοις. E. S.] „ [Μόλις ac μόγις, et significatione et origine, sunt proxima. Μόλις est a μόλος *labor*, et pp. quidem *labor bellicus*. —— Hinc ponitur pro *bello* apud *Homerum*. —— Μόγις est a μόγος, *gravis labor*: unde μογεῖν *laborare*, et μόχθος *labor onerosus*" &c. T. H.] [Ceterum a μόλος, sive μόλις, productum fortasse est Lat. MOLIOR: ut a μόλω est MOLA, a μέλω autem, unde MOLUI Lat. pro MOLEVI, MOLES &c. E. S.]

Μολύνω *polluo*. A μόλω *accedo*. [A μολὺς, quod in antiqua lingua Graeca *maculam* notavit. Hinc μολύνειν *conspurcare*, *maculare*. T. H.] [Suspicor, μολύνειν pp. notasse *sordes contrahere e luto*, inter eundum &c. L. C. V.] [*Etymol.* M. Μολύνω· παρὰ τὸ ὀλύνω, ὀλύνω καὶ μολύνω, καὶ μολυσμός. E. S.]

Μόλω, verbum, apud Graecos obsoletum. Latina lingua servavit in suo MOLO, MOLERE. *Molui* praeteritum pp. est a *moleo*, Gr. μολέω, pro *molevi*: ut *docui* contractum esse ex *docevi*, satis probant alia

non contracta, *delevi*, *obsolevi*, *consuevi*, a *deleo*, *obsoleo*, *consueo*. Est igitur Graec. μόλειν (collato Lat. MOLO, *molere*) pp. idem quod aliud ἐλέειν, *in gyrum vertere*, *huc illuc versare*, *discurrere* &c. Unde, in *Hesychio*, non modo simpliciter exponitur ἐλθεῖν, sive ἔρχεσθαι, verum etiam τρέχειν et δραμεῖν: quae quidem notio *vertendi*, *convertendi*, ut in isto τρέχειν, primaria est, ita et in nostro μόλειν, non alia videtur esse. Sentiri potest illa vis *convertendi* in Latinorum voce substantiva MOLA, AE, quod pp. Adjectivum foem. est a masc. μόλος, η, sive α, ον, et diversos usus admittit; uti etiam ex ipso verbo Lat. MOLERE, et composito ejus PERMOLERE: quae leviter indicasse sufficiat. Conf. porro Il. A, 173. μολὼν de *leone adventante* et in grege *huc illuc discurrente*, aliaque apud *Homerum*. E. S.]

Μόνος *solus*. A μένω *maneo*, [sive ejus Praeter. perf. Medio μέμονα. Μόνος igitur pp. est *qui remansit*, *qui relictus est*, quasi, *de aliis*. Sentiri potest haec vis ex illo versiculo, in Batrachomyomachia, vs. 257. Ὃς μόνος ἐνὶ μύεσσιν ἀριστεύεσκε μάχεσθαι *qui* SOLUS *inter mures strenuum se praebebat pugnando*; nempe, quum ceteri mures jam metu aufugissent, *solus relictus*. In ipsa Iliade et Odyssea vox μόνος non occurrit. Apud *Aristophanem* in Pluto, vs. 250. per τὸν υἱὸν, τὸν μόνον, *filius* designari videtur, *qui unus de aliis relictus fuerat*. Et sic adhibetur pro *uno relicto* vel *superstite* a *Matthaeo*, Cap. XIV, 23. XVII, 8. *Marc.* IX, 8. *Luc.* XXIV, 12. &c. E. S.]

Μορμύρω *murmuro*. Verbum fictum a sono. [Vide *Hesychium*, et conf. infra in μύρω. E. S.]

Μορμὼ *mulier horrenda et monstrosa facie*, *larva*. Vox Dorica est, qua pueros terrere solebant. „ [Μόρμος *terror*: quod et Substantive et Adjective accipitur. — Hinc μορμολὸς, et μορμολὺς: unde μορμολύκω et μορμολύττω *terrorem objicio* alteri, sive *propono* et *ob oculos fero*, quod *terrorem* ipsi *faciat*. Et μορμολύκειον, *persona Tragica* vel *Comica distorta et*, *ad terrorem incutiendum*, *facie composita*. Vide *Polluc.* L. X, § 167. et Commen-

mentarium. Plura subministrabit *Spanhem.* ad Callimach. in Dian. 67. 69. Hinc in Fabulis μορμολύκη *Acherontis* est *nutrix* apud *Stobaeum*, Eclog. Phys. p. 129." T. H.]

Μέρος *portio* &c. [Μέρος origine et potestate idem est quod μοῖρα. Utrumque pp. significat *partem* alicui *distributam* et *destinatam*. Est enim a verbo μείρω *divido, distribuo*. A' μόρος est quoque Lat. MORS &c. T. H.] [Uti a *foros*; pro ὅρος, factum est, per contractionem, SORS; a Φόρος, FORS; eadem analogia a μόρος, MORS. A notione illa *dividendi* aut *praecidendi* est quoque nomen μορόεις *elaboratus*, pp. *praecisus* a jugo: qualem metaphoram Hebraei in suo בצע frequentant. Vide Dissertat. in Cant. Hiskiae, p. 77. E. S.]

Μορύσσω *inquino*. A μόρω. Componendum est cum μολύνω.

Μορφὴ *forma*. Nescio an sit a μέρω similive forma vocis repetendum: nisi malis, μ praefixum esse, adeoque repetendam vocem ab ὅρω *excito*. Idem *Lennep.* alio loco: „ μορφὴ, in antiqua Graecorum lingua Aeolica, Φόρμα, est ipsum Lat. FORMA: ut adeo verbum, a nomine μορφὴ deductum, μορφόω idem sit ac Lat. FORMARE. Dicitur autem μορφοῦσθαι de *rebus*, quae *in aliquam formam rediguntur*. Hujus compositum μεταμορφοῦσθαι inde significat, quasi, *denuo formari*, vel potius *ex una in aliam formam mutari*. Id spectavit *Ovidius*, quando, μεταμορφώσεων librum scripturus, ita incipit: *In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora*; quod fere Graece sonaret μεταμορφώμενα &c. „ [*Etymol.* M. μορφὴ παρὰ τὸ μείρω τὸ μερίζω, μορὴ, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ Φ, μορφή. E. S.]

Μόσχος *vitulus*. Est pro ὄσχος, ab ἴσχω, pro ἔχω; adeoque ab *adhaerendo* dicitur. Hinc μόσχος pp. significat *ramum novellum*, seu *tenacem*: qualis est v. gr. *vitis*; atque ita *Adjective* positum est ab *Homero*, Il. Λ, 105. ubi idem valet quod *vimen tenax*, seu *lentum*. Latius posita vox, a notione *tenacitatis* et *teneritudinis*, eximie translata est ad designandum *vitulum*.

['Οσχαι et ὦσχαι. Apud veteres ο utriusque literae vicem supplebat, solo pronuntiandi tractu distinctam. Utramque vocem *Hesychius* et *Harpocration* exponunt: κλῆμα βότρυς ἐξηρτημένους ἔχον *palmitem, unde racemi dependent.* Olim ὄσχος (vide *Athenaeum*, L. IX, p. 495.) ὄσχη, et μόσχος *quemvis ramum tenellum, et florentem* notabat. Μ enim quibusdam in vocibus antiquis, formandi caussa, praefigitur; ut in ὄχλος, μοχλός· ὀμφή, μομφή· ἄλιον, μείλιον· θυλεύειν· μοθυλεύειν· ἄλευρον, μάλευρον. Verum dein, usu jubente, ὄσχος et ὄσχη propriam de *vitium palmitibus* potestatem habuit, μόσχος vim generalem retinuit: unde μοσχεύειν notat *surculos* arbori *praecisos* in terram *depangere*, *ut succrescant*, et metaphorice *alere. augere, fovere.* Adi *Suidam* in 'Ωσχοφόρια et 'Ωσχοφόρος. T. H.]

ΜΟΤΟΣ *linamentum carptum*, *quod vulneribus inditur.* Haud dubie est a μόω MOVEO: quod fere idem est ac vicinum μάω. [Pro eodem dici etiam μοτὴ, et μοτὸν, *H. Stephanus* dudum indicavit, Thes. L. Gr. T. II, p. 977. 978. Ex quibus facile apparebit, voces has pp. esse formas *Adjectivas* sive *Participiales*, adeoque respondere Latinis MOTUS, MOTA, MOTUM, quae, Substantive posita, eo usu invaluerunt. Conf. μόθος et infra in stirpe μόω. E. S.]

ΜΟΥΣΑ MUSA. Proprie Participium est pro μόουσα, a μόω. Ratio significationis minus est perspicua. [Vide, quae vir summus T. H. supra dedit, in μηχανή.]

ΜΟΧΘΟΣ *labor.* Conferatur huc μόγος, et similia: [A μόχθος fit μοχθηρὸς, ut a πόνος est πονηρός. Μοχθηρὸς vero pp. gaudet vi *activa*, notatque *illum*, qui *laborem* sive *nequitiam* alteri *facit*: quo pacto et πονηρὸς usurpatur pro *eo*, *qui malum facit* alteri. Dein utrumque pro *malus*, sive *malignus*, poni solet. Porro μοχθηρὸς non solum notat *malus*, sed etiam *infelix*. Utraque significatio nonnunquam conjungitur. T. H.]

[ΜΟΩ stirps obsoleta. Certissimae ejus propagines sunt μοτὸς, μοτὴ, μοτὸν: quae voces quum pp. significent *carptum linamentum*, hinc facile apparet, originem verbi non aliam esse, quam cognatae stirpis μάω,

trac

tractandi, nempe, sive *manu*, modo huc modo illuc, *lata versave*, *movendi*. Vide supra in μάσσω, μαστὸς &c. Et *Hesych.* μίων μέθων. E. S.]

Μυδάζομαι *abhorreo*, *aversor*. Ortum videtur a μυδάω, similive verbo. [Vide mox in μυδάω.]

Μυδάω *prae madore putresco*. Confer μαδάω, quod huic vicinum. Ortum videtur a μύδω, quod forte ab ὕδω, unde ὕδωρ *aqua*. [Vir summus, T. H. ad vocem μόσχος, agnovit illam praefixionem literae M, multis in vocabulis factam. Quodsi tamen propius inter se conferas verbum μάδω (unde μάδος, MADOR, MADEO) et alterum μύδω, unde sunt μῦδος, μυδάω cet. nulla videtur esse caussa, cur μῦδος repetamus ab ὕδω, μάδος vero a μάδω? Itaque verae stirpes videntur fuisse μάω et μύω: ut notio *aquae* fortasse adscita sit ab illa *mobilitatis*, qua *liquor* modo huc *fluat*, modo illuc *refluat*. Ceterum vicina fuerunt μάδος, unde Lat. MADOS, sive MADOR, et μῦδος, Graecis eximie dictum *humor virosus*: ab *humiditate* autem est notio *putrescendi*; ut μυδάω rectissime reddatur *prae madore putresco*. Ceterum vide hic cel. *Ruhnk.* ad Tim. p. 132. et *Koen.* ad Corinth. p. 264. 265. E. S.]

[Μῦδος *virus*, pp. *humor* virosus. A μῦδος hocce ductum est nomen μύδρος, pro μύδερος, ut μικρὸς pro μικερός: de quo vide in μισύλλω. Jam vero μύδρος ab *Hesychio* exponitur ὁ ἀργὸς σίδηρος, — σίδηρος πεπυρωμένος. Vide ibid. viros doctos, et *Foesii* Oeconomiam. Locum *Anaxagorae*, qui solem esse dixerat πυρόεντα μύδρον, aut μύδρον διάπυρον, dedit *Suidas*. Sed vide *Lennep.* in voce Ἀμυδρός: E. S.]

Μυδρίασις *oculi vitium*. Oritur a μυδριάω quod a μύδρος: de quo vide, in voce Ἀμυδρός.

Μύδρος *candefactus*. Vide vocem Ἀμυδρὸς, [et supra in μῦδος. E. S.]

Μυελὸς *medulla*. A μύω *claudo*. [*Etymol.* Παρὰ τὸ μύω, τὸ ἀσφαλίζω, ὁ ἐσφαλισμένος ὑπὸ τῶν ὀστέων, ἔσθεν καὶ μυαλῶ. Sed illa derivatio cel. *Lennepii* est verisimilior: μυελὸς enim, ut *H. Stephanus* in Appendice ait, dicitur τῶν ὀστῶν τὸ λευκὸν πλήρωμα. Ceterum Lat. MEDULLA et Gr. μυε-

μυελὸς, quorum hoc formam praebet *masculinam*, illud vero *foemininam*, videntur ejusdem esse originis. Vide *Caninium* et *Vossium* in Etymologico. E. S.]

Μυέω *initio*. A μύω *claudo*, unde et μύστης *minister sacrorum* et *arcanorum*. [Μυέω *sacris arcanis*, ubi os clauditur et *obsignatur*, aliquem *initio*. Μύειν dicitur de *janua*, quando *cohaeret clausa*, uti et *concha*, quae *cohaeret*, μύεσθαι. T. H.]

Μύζω *mussito*, factum a *sono narium*. [Est ipsum Lat. MUSSO, i. e. pp. *premo*, *comprimo*, *compressum teneo*, inquit vir doctissimus, in Lexico Hedericiano: quod vide. Scribitur etiam Graece μύσσω. Stirps hac ratione est μύω *claudo*. E. S.]

Μῦθος *verbum*. A μύθω, quod vix differt a μύζω. [Μῦθος apud Jonas, quorum vox illa maxime est propria, pp. notat *sermonem* in genere: sed praeterea etiam translatas accipit significationes. Inter has praecipua illa est, qua ponitur de *consilio publico*, quod inter viros, qui concionem habent, instituitur. Hinc apud *Herodotum* μῦθος δημόσιος, *publica consultatio*. Inde quoque, apud Jonas, ponitur pro *factione* quorundam hominum, qui *consilia* inter se *ineunt*. Ita *Homerus* ipse, Od. Φ, 71. hoc verbum usurpavit: ubi Scholiastes notat, μῦθος poni pro στάσει. T. H.] [Conf. *Koen*. ad Corinth. p. 235.]

Μυῖα *musca*. A μῦς MUS, et hoc a μύω. [Forte a sono μυ. E. S.]

Μυκάω MUGIO. Factum a *sono boum*.

Μυκτὴρ *nasus*. A μύζω, de quo supra. Alio loco vir celeb. „ Verbum μύζειν proprium est *sono*, qui, clauso ore, *naribus editur*: unde dein alias notiones accepit. Huic autem vicina est notio ea, qua μύσσω, vel μύττω, ponitur pro *mucum naribus educo*. Unde μυκτὴρ pp. *eum*, notat, *qui* μύζει, dein *nasum*. A nomine μυκτὴρ ortum verbum μυκτηρίζειν pp. notat *imitari*, vel *sectari nasum*: quomodo alibi *sanguis*, *nimia copia nasum petens*, μυκτηρίζειν dicitur. Frequentiori autem usu iis tribuitur, qui *naso suspenso irrident*: notatque fere idem, quod Lat. *subsannare*.

Un-

Unde figura Rhetorica μυκτηρισμὸς dicitur *subsannatio*, sive *irrisio*, quae fit *nare suspenso*. [Origo statuenda est in syllaba μύ. Hinc μύζειν, ductum a sono, significavit *sonum e naribus emittere*. Μύσσειν dein usus traduxit ad vim *emungendi*, vel *mucum auferendi*. Hanc ideam quum, in lingua etiam nostra vernacula, adhibeant, vi *decipiendi*, mirum non est ἀπομυκτηρίζειν Graecis, in sermone familiari, positum fuisse, quo sensu servulus dicit, in *Terentii* Comoedia, *emunxi argento senes* (Phorm. Act. IV, sc. 4, vs. 1.) Legi poterit *Pollux*, Onom. L. II, Segm. 78. —— *Emungendi* sensu proprio de *nutrice* posuit *Plato*, De rep. L. I, p. 343. Σὲ κορυζῶντα οὐκ ἀπομύττει *mucosum te non emungit*. A μύσσω, tertia Praeter. pass. μέμυκται. Hinc μυκτήρ. μυκτῆρες sunt *nares*. Hinc verbum duplicis formae μυκτηρίζειν et μυκτηριάζειν. Quarum formarum illa tantum est in Lexicis: alteram praebet membrana vetus Bibliothecae Leidensis, in Glossario *Dosithei*: „ Μυκτηριάζω *subsanno*." Sic, *de ponte in aliquem convitia fundere*, Athenis γεφυρίζειν, et γεφυριάζειν dicebatur. Μυκτηρίζειν autem vel μυκτηριάζειν significabat eximie *narium motu* alicui *illudere*, ut *labiorum motu illudere alteri* χλευάζειν dicebatur. *Horatius* nostrum verbum reddidit *naso adunco suspendere*: sed postea, hoc verbo, quaevis *irrisio maligna* fuit significata. Quo sensu graviter *Paullus* (ad Galat. c. VI, 7.) *Ne*, inquit, *decipiamini*: Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται DEO *illudi nequit*, nempe *impune*. In Euangelio *Lucae*, Cap. XVI, 14. fortasse proprio sensu, *avari Pharisaei*, opes contemnentem, JESUM ἐξεμυκτήριζον *contumeliose irridebant nasuti*. L. C. V.]

[Μύκω verbum obsoletum in tempore *Praesenti*, pro quo vulgo adhibetur forma ejus productior μυκάω. In *aoristo secundo*, sive potius, *Praeterito imperfecto*, superest μύκον, sine augmento, pro ἔμυκον: Iliad. Ε, 749. Θ, 393. Μ, 460. Αὐτόμαται δὲ πύλαι ΜΥ'ΚΟΝ οὐρανοῦ *Sponte autem sua portae* CREPUERUNT *coeli*, et μύκε, Il. Υ, 260. μέγα δ' ἀμφὶ σάκος ΜΥ'ΚΕ δουρὸς ἀκωκῇ *ingensque scutum* UNDEQUAQUE CREPUIT sive MUGIIT ha-

hastae cuspide. Ex quibus simul patet, propriam verbi vim esse *crepare*, sive potius MUGIRE, verbum a sono μυ factum, quem sonum μυ in his primariam praebere notionem, vir summus L. C. V. supra dixerat. Confirmabat idem hoc locus Od. K, 413. ubi μυκώμεναι *mugientes*, e forma altera μυκάω sive μυκάομαι, de *vitulis* MUGIENTIBUS legitur. E. S.]

Μύλη *mola.* A μύλω, quocum convenit μόλω *moveo, venio, coëo:* a μόω et μύω, quae pp. vicina sunt. [Pro μύλω adhiberi solet μύλλω, litera λ geminata, ut in κέλλω pro κέλω &c. E. S.]

Μυλλὸς *curvus, tortuosus.* [A μύλω sive μύλλω, quod pp. est *torquere* in gyrum. Unde notio *molendi*, et *permolendi.* E. S.]

Μῦμαρ *macula.* [Dixerunt non tantum μῦμος, in forma masculina, sed etiam μῦμα in neutra, et in foeminina μύμη. Significat *maculam*, eadem ratione ac μῶμος, et μῶμαρ. Proprie habet *maculae* vel *labis* potestatem. Hinc, ut ἄμωμος *macula* et *labe carens*, sic etiam ἄμυμος, et mutata forma ἀμύμων, *qui omnis labis immunis est*, *et culpa caret.* Itaque in laude ponitur, et significat *hominem integrum.* T. H.]

Μύνομαι *praetexo, caussor.* A μύνω, unde forte Lat. MUNIO. Μύνω autem a μύω *claudo, tego.* Ab hoc verbo autem repetendum forte ἀμύνω, quod supra praetermissum.

Μύξα MUCUS. A μύζω, de quo supra. [Nisi proxime sit a μύγω (unde cum inserta ν Lat. MUNGO) cujus Futurum μύγσω produxit μύξα. Fuit autem μύγω isti cognatum μύκω, unde MUCUS sive MUCCUS Lat. Vide *Vossium* in Etymologico. E. S.]

Μυρίος *innumerus.* Forte a μύω *fluo.* Alio loco: „ Μυρίος derivatum a verbo μύρεσθαι, pp. significat *fluxum:* speciatim, ad *numeros* relatum, μύρια Graeci dicunt *decem millia.* Passim autem ponitur de *omni numero majori, cujus calculi non facile iniri possunt:* atque sic fere respondet Lat. *infinitus.* Hoc sensu apud *Lucianum*, v. gr. ἐρασταὶ μυρίοι dicuntur *amatores numero infiniti* et *plurimi.* Eadem vox, in Singu-

gulari posita, vix aliud interdum notat, quam *summum*, *extremum*, cujus rationes, nimirum, *tantae sunt*, *ut nequeant iniri*. Ita ἐν μυρίῃ πενίῃ καταστῆναι aliquis dicitur, qui *in summa paupertate* vivit. [Proprie de *fluidis* μυρίον adhiberi, ut, v. gr. μυρίον αἷμα, μυρίον ὕδωρ, μυρίον οἶδμα, observavit *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. p. 498. *latissime* tamen *patuisse*, *de quacumque magnitudine usurpatum*, idem vir, analogiae usus que linguae Graecae peritissimus, addidit. Mihi quidem, si a tantis viris dissentire liceret, paullo aliter statuendum videretur, de significationibus stirpium μύω et μύρω, sive μύρομαι. Μύρω, nempe, et reduplicatum μυρμύρω, putaverim pp. dictum fuisse de *sono aquae fluentis*, unde μύρειν et μύρεσθαι sit pp. *fluere cum sono strepituve leniori*; μύειν vero dixerim esse cognatum aliis μάειν, μέειν, μόειν, de quibus jam supra: quin etiam, a sono μυ facta esse putem alia verba, quae primam syllabam μυ habent, ut, v. gr. μύκω, μυκάω, MUGIO, atque ab eodem hocce μυ derivandam esse notionem *claudendi*, sive *fortius obserandi*, in verbo μύειν pp. *comprimendo claudere* &c. Jam vero a μύω *premo*, *comprimo*, *condenso*, facillime fieri potuit μύρος pp. *compressus*, *compactus*, *densus*; unde eximie *piscis* dictus fuit μύρος *myrus*, quem *unicolorem* esse et ROBUSTUM, ait *Plinius*, L. IX, 23. Hincne etiam MURUS Latine dictus, tanquam structura *densior* et *compactior*, an vero MURUM Latini proprie extulerunt MOERUM (unde *pomoeria* &c.) voce facta a μείρω, μοίρω *divido*, *separo*? Hoc certius est, quemadmodum Hebraei רְבָבָה *numerum densum* a רָבַב *spissus*, *densus fuit*, pro numero *decem millium* dixerunt, ita Graecos eundem numerum μυριάδα, quasi *densiorem*, vocare potuisse. Quo pacto nostrum μυρίος, sive μύριος, pp. foret *compactus*, *densus*, *spissus*: hinc *multus*, *copiosus*, &c. E. S.]

Μύρον *unguentum*. Derivatum est a μύρω, sive μύρεσθαι *fluere*. Inde μύρον pp. videtur dici *unguentum stillatitium*. [Μύρον vox est, ex oriente ad Graecos deducta. Unde *Homero* ignota est, qui nusquam eam

eam usurpat, sed, ejus loco, adhibet ἔλαιον *oleum*, cum adjecto epitheto, ut, e. gr. ἔλαιον εὐῶδες *odoriferum oleum*. Postea, Archilochi aetate, *unguenta orientalia* ad Graecos venerunt, et nomen ipsum. Dubitari non potest, quin μύρον sit a מור vel מֹר, quod significabat *myrrham*, tum *arborem ipsam*, tum *unguentum myrrhinum*. *Myrrhae* usus erat sollennis, in unguentis praeparandis. Ideo *unguenta* orientalia vocantur μύρα: et hinc μύρον *quodvis unguenti genus* notat. T. H.]

Μύρω *fluo*. Factum videtur a *sono aquae leniter fluentis*. [Μύρομαι *lugeo*, *ploro*. Utrumque haud dubie a *sono*. *Hesychius*: μύρειν· ῥεῖν ὕδωρ, κλαίειν, θρηνεῖν, ἠχεῖν, ὀλοφύρεσθαι. In *Passiva* vel *Media* forma adhiberi solet. *Etymol.* M. μύρεσθαι· τὸ κλαίειν — ἀπὸ τοῦ μύρω, τὸ ῥέω. Ceterum a μύρω est reduplicatum μυρμύρω, s. μορμύρω, MURMURO. Vide supra in μυρίος &c. E. S.]

Μῦς MUS. A μύω *claudo*. [Μῦς a μύειν, quod est *abdere se* in latibula sive *inlatebrare*. G. J. *Vossius* in Etymologico. Vide infra μύω.]

Μῦσος *scelus*, *facinus detestandum*. Dubito, sitne a μύζω, similive forma, an a μύττω *contero*, quod cum μίω *minuo* componendum? [Μύειν in primis est *comprimere* labia, e cujus verbi Futuro μύσω factum est μύσσω, et hinc μυσσάω, unde Lat. MUSSARI. Hac ex etymologia μῦσος pp. foret *facinus tacendum*, quod *appellari nefas*, Latinis *nefandum* aliquid, vel *infandum*. Nisi praeplaceat, elegans sane, derivatio *Eustathii*, p. 1193: 30. εἰς ὃ μύομεν, μὴ ἐνβλέπειν ἀνεχόμενοι, ἢ πρὸς ὃ τὰ χείλη μύομεν, οὐ προσφωνοῦντες. E. S.]

Μύσσω *mungo*. A *sono*, ut μύζω. [Vide omnino, quae, occasione vocis ἀποσμυγέντες *emuncti*, dedit T. H. ad *Luciani* Dial. Mort. T. I, p. 351. E. S.]

Μυστήριον *mysterium*. A verbo μύω, Lat. *claudo*, nomen μύστης pp. significat *eum*, qui *res sacras claudit* et *celat*. Unde, speciatim sic dicitur *sacrorum arcanorum antistes*. Inde factum nomen μυστήριον significat *rem sacram arcanam*, et *a vulgi profani cognitione* ar-

arcendam: cujusmodi *sacra arcana*, quae *evulgari nefas* erat, multa olim fuerunt. In primis autem hoc nomen μυςήριον sacris arcanis deae Cereris et Proserpinae fuit adsignatum &c. [*Alexander Morus*, in Obss. ad 2 Corinth. IV, 2." Certum" inquit „ habeo, vocem μυςήριον *Hebraicae*, non Graecae, *originis* esse." Sic solent homines docti ingenio suo abuti, quibus linguarum analogia non satis fuit perspecta. Non utique dixisset *Morus*, si centena vidisset nomina, in τήριον desinentia, *illa omnia originis Hebraeae esse.* Sicut λουτήριον et θυτήριον sunt a λούω et θύω, sic μυςήριον est a μύω. A tertia Praeter. Pass. μέμυςαι, μύςης et μύςηρ manarunt: hinc μυςήριον. Jam vero μύειν significavit pp. *premere*, vel *premendo claudere*, sive *aperta occludere.* Opponitur verbo χαίνειν, vel χάσκειν, significanti *hiscere.* Os *hiscens* et *diductum compressis labiis claudere*, pp. dicitur μύειν, et, composito verbo, καταμύειν, vulgo in καμμύειν contracto: sicut κασσύειν contrahitur ex καττασύειν, ἀμμένειν ex ἀναμένειν, ὑπβάλλειν ex ὑποβάλλειν. Ab ista igitur proprietate μύςηρ et μύςης, Lat. MYSTA, pp. est, *qui os claudit.* Eximie sic dicebatur *sacris initiatus*, *celans arcana.* Hinc μυςήρια ἱερὰ pp. *sacra* erant *silentio tegenda*, et *profanos*, seu *non initiatos*, *diligenter celanda.* Talia erant *mysteria* Orphica, Bacchica, Eleusinia, Pythagorica; omnia ejusdem originis, orta ex Aegypto, matre scientiarum et superstitionis Graecanicae &c. L. C. V.]

Μυςίλη idem quod μιςύλη, et vicinae originis. [Vide supra, et adi *Koenium* ad Corinth. p. 264. E. S.]

Μύτις *nasus:* pecul. *marinorum piscium.* A μύω. [Conf. μυκτήρ.]

Μυχὸς *penetrale*, *intimus locus.* A μέμυχα, Praeterito verbi μύκω, quod a μύω *claudo.*

Μύω *meo*, *coëo*, *claudo* &c. [Originem verbi explicitam vide a L. C. V. in μυςήριον. *Eustath.* ad Homer. p. 1282. μύω δὲ ἐπὶ βλεφάρων, καὶ χειλέων, καὶ τινων ἑτέρων λέγεται. Proprietas eleganter elucet ex illo Home-

meri, Il. Ω, 420. 637. Vide porro *H. Stephanum*, in Append. T. II, col. 1649. cet. E. S.]

Μῶλος *bellum*, *pugna*. [Num conferenda vox est cum Lat. MOLES: unde in Glosf. vet. „ Μῶλος *moles*?" Pulcherrime, Il. Σ, 134. μήπω καταδύσεο μῶλον Ἄρηος. et fic alibi faepius. Unde videri posfit, μῶλον pp. esfe MOLEM, adeoque μῶλον Ἄρηος pp. *molem belli* five *molem Martis* dici, qua ifte *gravis* et *vehemens incumbit*. Sed alia loca funt, quae demonftrent quam certisfime, μῶλον noftrum idem prorfus esfe ac μόθον et μόλον, de quo diximus fupra; orta, a μόω *moveo*; adeoque μῶλον pp. notasfe *commotionem*, *tumultum*, five θόρυβον, ut recte *Hefychius*: dein *rixam*, *bellum*. Vide Il. P, 397. Od. Σ, 232. E. S.]

Μῶμος *dedecus*. Proprie notat *vitium*, quod *in oculos incurrit*, et dein *reprehenfionem*, quae cum *irrifione maligna* conjungitur. Inde verbum μωμεῖσθαι, pp. valet *reprehendere cum maligna* quadam *irrifione*: alibi tamen, de *quavis reprehenfione* pofitum, idem fere valet quod μέμφεσθαι. Ab eodem est compofitum ἄμωμος, quod de *eo* poni potest, qui *omnis labis expers* est, ut *nihil in eo reprehendi* posfit. Idem valet ἀμώμητος, ortum a verbo μωμεῖσθαι. Utrumque autem in ufu promiscue ponitur pro ἄμεμπτος, id est, *in quo nihil reprehendas*. Atticis in primis placuit ἄμεμπτος &c. [Conf. fupra in μῶμαρ.]

Μωρὸς, vel μῶρος, *ftultus*. Repeti debet a verbo μάω *defidero*, five *infano feror defiderio*. [Belgarum phrafis *als een gek zoeken* etymologiae huic favet. Ceterum de μᾶσθαι *quaerere*, verbo antiquo, vide *Toup.* in Suid. II, 193. et *Burgesf.* ad *Dawefii* Miscell. Crit. p. 529. E. S.]

N.



N.

Νάβλα *genus instrumenti musici.* [Haud dubie vox est orientalis, Graeca civitate donata: nempe Hebr. נבל, quod olim pronuntiabatur נֶבֶל. Vide *Valcken.* supra in μνᾶ. E. S.]

Ναὶ, Lat. NAE, adverbium adfirmandi et concedendi. [Originem hujus voculae indagavit, usu sque simul elegantissime explicuit cl. *Hoogeveen*, in *Doctr. Particul. Linguae Graecae*, Cap. XXXI, p. 787. ff. E. S.]

Ναίω *habito.* Vicina sunt νάω, νέω, νίω, νόω, νύω. Significatio propria posita est in *movendo*, *acervando*, *nectendo.* Inde *colendi*, *habitandi*, significatio. [Hoc pacto vix quidquam discriminis statui posset inter origines verborum νάω, νέω, νίω, νόω, νύω, et μάω, μέω, μίω, μόω, μύω. Mihi quidem, salva aliorum reverentia, νάω, νέω &c. potius videntur proprie valuisse *talem motum, qui fiat deorsum sursum*que. Sed vide inferius in νάκος, ναός, νέω &c. E. S.]

Νάκος *pellis cum suo villo.* Nescio, an sit a νάω *acervo.* [Vide *Hesychium* in voce, et ibidem viros doctos. Adde omnino *Etymol. M.* Analogice ducitur a νένακα, Praeterito perf. Act. verbi νάω, pp., ut mihi quidem videtur, idem valente, quod νέω: ut νάκος, et in altera forma νάκη, pp. sit *quod manu* identidem *sublata*, animalibus detrahitur. E. S.]

Ναὸς *templum.* A νάω *acervo*, *necto*, *construo.* [Prima verbi vis est *habitaculum*, *domicilium*; a νάω, vel ναίω, quod *habito* significat, quodque frequentant poë-

poëtae; apud quos saepius invenias Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ἐς ὑπέρτατα δώματα ναίει *Jupiter altitonans, qui summa coelorum tecta incolit.* Ut AEDES singulari numero apud Romanos pro *templo*, sic ναὸς, priore oblitera-ta, in eandem potestatem migravit. Commode *Hesychius* interpretatur οἶκος, ἔνθα θεὸς προσκυνεῖται. *Stephanus* autem, in voce Θέραμναι, ναὸν describit οἰκίαν, ἔνθα οἱ θεοὶ θεραπεύονται. Ἔνναιον pari virtute veteres dixisse, ex Clinia observavit Scholiastes *Apoll. Rhodii*, ad L. II, 1087. διὰ τὸ ἐνναίειν ἐν αὐτῷ τοὺς θεούς. Egregia figura Pythagorei (quorum sententiam ipsis verbis expressam praebet *Synesius*, p. 49.) dicere solent ὁ νοῦς νεὼς οἰκεῖος θεοῦ. Junguntur crebro ναοὶ et βωμοί: *Euripides*, Hecuba, vs. 146. ἀλλ' ἴθι ναούς, ἴθι πρὸς βωμούς. Vide Scholiast. Sic Epiphani filio Carpocratis, (a quo Carpocratianorum haeresis nomen habet) *in urbe Cephaleniae Samiae* ἱερὸν, βωμοί, τεμένη, μουσεῖον ᾠκοδόμηταί τε καὶ καθιέρωται. *Clem. Alexandr.* Strom. L. III, p. 184. Ἱερὸν autem et ναὸς, sive νεὼς, quando connectuntur, veluti apud *Thucydid.* L. IV, § 90. περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸν νεὼν (ubi plura notavit *Dukerus*) ita distingui debent, ut ἱερὸν significet τὸ τέμενος sive *totam aream Deo consecratam, humanisque usibus exemtam*, τὸ ἱερὸν χωρίον: ναὸς vero ipsum *fanum* vel *templi aedificium.* Ἱερὸν autem intelligendum relinquit δῶμα, et saepius adsciscit ἅγιον &c. T. H.] [Ναὸς pp. nihil aliud est, quam *domicilium*, a verbo ναίω *habito.* Quum in Graecia homines adhuc sub dio agerent, vel in tuguriis per agros sparsi, jam antiquissimis temporibus, coeperunt *domum* condere, in qua deos suos colerent. Nulla tamen erant, nisi, in honorem deorum constructa, domicilia, pro aevi simplicitate rudia. Istae aedes, quae solae tum erant, dici dubuerunt ναοί. Lapsu temporis, vetus tamen nomen adhaesit deorum *templis*: ab usu vero gentilium Judaei idem nomen transtulerunt ad designandum etiam templum Hierosolymitanum &c. L. C. V.] [Significatio *habitandi*, in verbis ναίω et νάω, videtur esse *secundaria*, eaque ab ipso nomine ναὸς *habitaculum* du-

ducta. Origo indicata est in ναίω. Inde fluxit notio *findendi*, *diffindendi*, *secandi*: unde ea *exsecandi*, *secando ascindi*, *excavandi* cet. Quo pacto, eadem via ac בַּיִת *domus* Hebraeis dicta fuit a בָּה *secuit*, *resecuit*, *excidit*: ita et ναὸς repeti potuit a νάω *seco*, *ascio*, *exascio* aut *exseco*, *excido*, sive ab *apta fabricatione*, sive ab *excavatione soli*, secundum illud „ *domus antra fuere.*" E. S.]

Νάπος *saltus*. A νάπω, quod confer cum νίφω, et Lat. NUBO, quod proprie *tego*. [Etiam, in forma foeminina, νάπη dicitur. *Hesych.* νάπη· ὑδατώδης καὶ ὀρεινὸς τόπος. Unde recte effecisse videtur *Isaac. Vossius*, pp. a νάειν *fluere* dictas esse νάπας: quemadmodum etiam vir doctissimus, in Lexico *Hedericiano*, „ A νάω *fluo*: a frequentia *fontium* et *rivorum*." Nimirum, νάω *fluo* pp. videtur esse *findo*, sive *cum fissione erumpo*, *prorumpo*, et eximie dici de *eruptione fontium* ac *rivulorum*, unde νᾶμα *scaturigo*, *Hesychio* πηγαῖον ὕδωρ, ῥεῦμα. E. S.]

Νάρδος NARDUS, *frutex*. [Est vox orientalis, Syrorum נִרְדָּא. E. S.]

Νάρθηξ *ferula*, *bacillus*. [*Etymol. M.* Νάρθηξ· παρὰ τὸ ναρὸν, ὃ σημαίνει τὸ ὑγρὸν, νάρηξ καὶ νάρθηξ. Itaque pp. notaret *bacillum humidum*, ac *recentem*. Cui etymologiae favent haec *Hesychii*: Νάρθηξ· εἶδος φυτοῦ καλαμοειδοῦς, ἐλαφροῦ. E. S.]

Νάσσω *aequo*, *premo*. A νάω *acervo*, *condenso*. [*Hesych.* νάσσει· θλίβει. Videtur esse pp. ita *premere*, *ut quid rumpatur*: Belgice *tot barsten toe vol stoppen*. E. S.]

Ναστὸς *placenta e melle*, *uvis passis* &c. [A νάω, interposito γ, et, mutato γ in χ, est νάχω, pro quo νάσσω et νάττω. Notat autem *farcire*, *refertum farcire*, et oppositum sibi habet κενόω, κενοῦν, &c. T. H.]

Ναῦς *navis*. Proprie idem, quod ναὸς, a *nectendo*, *construendo*que. Origo est νάω. Ex nostra quidem conjectura νάω pp. est *findo*, dein *effindo*, *excido*, *excavo*: unde ναῦς et obsoletum νάϝς (Aeol. ναϝὶς, idem, quod Lat. NAVIS) pp. *excissam* sive *excavatam*

 trabem

trabem videntur notasse, quales barbari in Indis etiamnum *canoos* appellant; dein vero *navem*, ex variis partibus *constructam*, servato nomine antiquo, ναῦν dixerunt. Eadem fere est origo vernaculi nostri vocabuli SCHIP, sive German. *schiff*, et Gr. σκάφη SCAPHA: de quibus vide *Ten Cate* I. Proeve van Geregelde Afleiding, p. 347. A. et confer. dein κάω, σκάω, σκάπτω, σκάφω, pp. *cavo*, *excavo*. E. S.]

Νάω *habito*, etiam *fluo*, *mano*, *scateo*. [Vide *H. Stephanum*, Thes. T. II, col. 995. 996. De primaria significatione hujus verbi jam diximus, in νάπω. E. S.]

Νεβρὸς *hinnulus*, *pullus cervi*. Forte dicitur pro νεῦρος NERVUS. [Νεβρὸς *hinnulus*, et νεῦρος *nervus*, eadem certe origine videntur gaudere. Utrumque dictum forte ab *humore*. Stirps est νέω: quod verbum cognatum fuisse alteri νάω, satis probat Lat. NO (pro NAO) NAVI, NATUM, NARE, comparatum cum Gr. νέω, νεύσω, idemque suadent Genitivi poëtici νεὼς, νηὸς, qui alioquin ναὸς &c. Igitur νεῦρος, Lat. NERVUS pro NEURUS, dictus videtur ab *humore*, quo gaudet, νεβρὸς vero ab eodem *humore*, sive *madore*, nomen habet: quemadmodum etiam HOEDUS (ut Latine ab εἶδος) sic Hebraice גְּדִי, et Arabice جدي, ab *uvore* dicitur. Conf. infra in νεῦρον. E. S.]

Νέηλυς *novicius*. Vox νέηλυ, quam per *advenam* vulgo exponunt, composita est ex νέος *novus*, et antiquo ἐλύς. Proprie igitur significat *nove veniens*. Est nimirum antiquum ἐλὺς, idem fere quod ἐλθὼν, formatum, veluti, ab antiquo ἔλυμι, cujus Participium est ἐλὺς: ut a ζεύγνυμι, ζευγνύς. Ἔλυμι autem convenit cum formis verborum ἔλω, ἔλθω, ἐλύω, ἐλυέω, ἐλύθω, et ἐλεύθω: quarum formarum aliae in derivatis, aliae superstites sunt in temporibus, quae vulgo junguntur verbo ἔρχομαι *venio*, tanquam anomala: a quo verbo, si originem spectes, valde differunt, significatione tamen fere conveniunt. [Vide dicta ad Ἔρχομαι. E. S.]

Νεῖκος *jurgium*. Componendum cum νίκη. A νέω vel

vel νέω *moveo*, *acervo*. [*Etymol. M.* παρὰ τὸ νε στερητικὸν, καὶ τὸ εἴκω. τὸ ὑποχωρῶ, γίνεται νέεικος, κ. λ. κατὰ κρᾶσιν, νεῖκος. Probat hanc derivationem *H. Stephanus*, in Thes. T. II, col. 1011. *Lennepii* tamen illa longe videtur esse simplicior ac verior. Proprie, nimirum, νεῖκος est a νένεικα, Praeter. perf. verbi obsoleti νείω, pp. *findo*, *findendo divido* et *dirimo*: quae notio satis manifesta est in νέμω *dirimo*. Hinc igitur νεῖκος pp. est *divisio* animorum, vel *divisio*, *secessio*, amicorum: unde *jurgium* designat. *Homerus* saepissime ea voce usus est; uti et formis, cum ea cognatis: id quod eo magis verisimile reddit, formam vocis esse simplicem, non compositam. Possis etiam a notione *pungendi* in νέω, νέκω &c. repetere verbum νεικέω; ut νεικεῖν pp. idem fere sit ac Gall. *piquer*. Conf. Il. Ω, 29. et alibi. E. S.]

Νεκρὸς *mortuus*. A νέκος, quod a νέκω Lat. NECO, id est, *prosterno*, *in longum porrigo*. Repetendum a νέω. Vide supra in Ἠνεκής. Alio loco vir celeb. „ Vocis νεκρὸς origo est verbum νέκω, quod superest in lingua Latina: ubi notum est verbum NECARE, et inde *nex*, *necis*. A Graeco νέκω nomen proxime oritur νέκος, quod ab Aeolibus pronuntiatum fuit νεκύς, ejus autem loco Lacones pronuntiarunt νεκύρ. Inde productum νεκρὸς, quod in usu idem significat atque apud poëtas νέκυς. Generatim autem magis νεκρὸς quoque de omni eo ponitur, quod *vigore* suo tanquam *vita* privatum est. [A notione *findendi* planior via datur ad eam *vulnerandi*, *transfigendi*, in primis *sagitta*, vel alio *acuto instrumento*. Jam vide usum vocum νέκυς, et νέκρος, Il. Α, 52. Δ, 467. 492. 493. Η, 86. &c. E. S.]

Νέκταρ NECTAR, *potus deorum*. Videtur ortum a νέκω: denotatque *vim habens prosternendi*, quod vino aptum nomen. De νέκω vide modo supra. [Certissimum est, *Homerum* hanc vocem posuisse de *potu*, in conviviis deorum hausto, ἀμβροσίαν de *cibo*. Mirum autem est, a *Sapphone* νέκταρ *cibum*, ἀμβροσίαν vero po-

potum deorum fuisse appellatum. Plurimi scriptores *Homerum*, pauci *Sapphonem*, secuti sunt. De NECTARE Grammatici admodum inter se differunt. Plerique volunt, νέκταρ esse compositum ex νε, particula negandi, et κτὰρ, quod oriatur a κτάω *possideo*, vel a κτάω, κτέω, κτῶ *occido*. Certum est, a κτέω derivari κτέαρ vel κτέας, idque significare *possessionem*. Hoc itaque in κτᾶρ contracto, et praeposito νε, νέκταρ componi volunt. In hac tamen origine ratio analogiae minime convenit; uti nec in illa, qua κτέαρ a κτέω, κτείω, κτείνω *occido* derivatur. A νέκω, νένεγμαι, νένεξαι, νένεκται, analogice quidem est νέκταρ: verum quum νέκω itidem *occido* notat, etiam haec origo non est probanda. Hinc nihil, quod ad originem veram faciat, adferre possumus. Videtur igitur vox peregrina, et aliunde in linguam Graecam adscita. — *Nectaris* vero vocabulum a Graecis ad Latinos fluxit. — In utraque lingua de *delicatissimo vino* ponitur; unde νέκταρ Θάσιον, id est, *delicatissimum* insulae *Thasi vinum:* dein itidem usurpatur de *melle suavissimo.* Hinc νέκταρ Ὑμέττιον *mel hymettium.* T. H.] [Νέκταρ, si Graeca vox sit, maxime analogice reperi posse a νέκω, νενεγμαι, νένεκται, docuit vir summus; sed notionem *occidendi*, secundariam haud dubie, huic voci applicari posse negat. Aptiusne in eam quadrabit primaria vis *secandi*, ut νέκταρ (per eandem metaphoram, qua supra vidimus in verbo κεράσθαι, notionem *secandi* ad *temperaturam* vini transferri) pp. sit *potus jucundissime temperatus?* E. S.]

Νεκύδαλος *necydalus*, insecti genus. Ex νέκυς *cadaver*, et δαλός: quod componendum cum δηλέω *noceo*; de quo supra. [Dubium tamen adhuc est, fueritne δαλὸς vox separata, quae in compositionem intraverit, an potius pro *mera terminatione* habendum sit δαλός, quemadmodum αλος terminatio est in Ἄτταλος, μέγαλος, et δαλὸς in Δαίδαλος &c. E. S.]

Νεμεσάω *merito indignor.* Proxime oritur a νέμεσις *ultio*, *qua* pro *meritis* quid *tribuatur.* A νεμέω, quod a νέμω *tribuo.*

Νέ-

Νέμω *distribuo.* A νέω, de quo suo loco. Notat autem νέμω *partes divisas attribuo*, atque adeo differt a μείρω, quod valet tantum *in partes seco* vel *divido:* νέμεσθαι autem, vi *Medii*, notat *divisas partes sibi attribuere*, adeoque *accipere*; unde latius est *possidere*. [Vide *Kuster.* de Verbis Mediis, Sect. I, § 36. E. S.]

Νέος *novus.* A νέω *venio*, *advenio.* Nos Belgae dicimus *een aankomeling.* [Graecum νέος et Lat. NOVUS ejusdem sunt originis. A Praeterito enim Medio, verbi veteris νέω, νένοα est νόος, Aeolice νόϝος hinc NOVUS L. C. V.] [Quodsi recte conjecerimus, verbum νέω pp. fuisse *findo*, *effindo*, *excido*, hinc *exascio*, νέος et νόος, a forma verbi cognata νέω, notare potuerunt *effissum*, noviter *productum* aut *exasciatum:* hinc *novum.* Eadem origo est vocis جديد *novus*, pp. *fissus*, *effissus*, apud Arabas. E. S.]

Νεοσσὸς *pullus.* A νέος et ὀσσὸς, quod idem atque ὀπτὸς. ab ὄπτομαι *video.* Est autem νεοσσὸς in usu *pullus*, significans pp. quasi *novellum.* Pro νεοσσὸς Attici pronuntiabant νεοττός. In vulgari vero Graecorum dialecto, eliso ε, νοσσὸς dicebatur: cujus fere generis elisio cernitur quoque in Lat. PULLUS, quod haud dubie e *puellus* contractum &c. [A νέος productum νεοσσὸς *novellus* pp. inserviebat *ovium pullis* significandis. *Ammonius* de different. voc. recte „ νεοσσοὶ" inquit „ ὀρνίθων *avium pulli.* — Illinc dictum νεοσσιὰ *nidum* significat, et νεοσσεύειν *nidum aedificare.* — Atticae erant formae νεοττὸς, νεόττιον, et νεοττιά: reliqui Graeci vulgo νοσσὸς, νοσσίον, νοσσιά. Ad hanc regulam corrigendum esse *Thomam Magistrum*, liquet ex *Phrynicho:* quod minus animadverterat clar. *Alberti* in Obss. ad Nov. Test. p. 134. Porro a *pullis* avium translata fuit haec vox, ad *liberos* aliosve designandos, quos blanda voce compellarent. In *Theophrasti* Character., Cap. III. adulator illius, cui ad aurem gannit, *liberos* vocat χρηστοῦ πατρὸς νεόττια *optimi patris pullos.* Ex *Didymi* sententia, *vetulam* quandam pecuniosam adolescens pauperculus, in *Aristophanis* Comoedia, dixerat νεοττάριον. Videatur nota *Hemsterhus.* ad Plutum. p. 363. L. C. V.]

Νεῦρον *nervus.* Proprie id est, *quod faciat vergere.* A νεύω. [Lat. NERVUS et Gr. νεῦρον haud dubie ejusdem sunt originis. Νεῦρον est adjectiva forma, neutrius generis, Substantive posita; NERVUS vero, per metathesin NEURUS, idem nomen masc. generis quasi νεῦρος. *Etymologus M.* repetebat παρὰ τὸ νεῖσθαι δι' ὅλου τοῦ σώματος: quod longius quaesitum. Nescio, utrum repetendum sit a νέω pp. *findo* in longum, ut νεῦρον pp. sit *fissum* in longum, et hinc quasi *filamentum*, longius *porrectum*; an ab *humore.* E. S.]

Νεύω *adnuo. vergo, propendeo.* A νέω *moveo.* [Duplex forma verbi fuit νεύω et νύω. Hoc Latinis fuit NUERE: unde remansit NUMEN, et NUTUS, et composita verba *annuere, innuere, renuere.* Νεύω autem et Lat. NUO pp. notant *caput* et *oculos moveo*, deinde *motu capitis* vel *oculorum annuo* vel *renuo*, sive *addico* vel *denego.* In *Homeri*, Il. I, 223. νεῦσ' Αἴας Φοίνικι *innuit Ajax Phoenici.* Jupiter, qui *nutu* saepe Olympum tremefaciebat, *Homero* dicitur νεῦσαι. Exemplo sit Il. A, 528. Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων *Sic ait: atque superciliis pater annuit atris.* Venustus exstat *Alexidis* e *Parasito* locus, apud Athenaeum, L. X, p. 421. de parasito guloso, Δειπνεῖ δ' ἄφωνος Τήλεφος, νεύων μόνον Πρὸς τοὺς ἐπερωτῶντας τί *Coenat Telephus mutus: interrogantibus nutu tantum respondet.* Legatur elegans locus *Ovidii*, in Heroid. Ep. XIX, 45. Pro duplici autem forma verbi duplex quoque forma fuit derivatorum νεῦστης et νύστης: unde verba fluunt νευστάζειν et νυστάζειν, quae a Lexicographis non debuerant a se invicem divelli. Νυστάζειν saepe reperitur: νευστάζειν adhibetur ab *Homero*, Il. Υ, 162. Od. Μ, 194. Σ, 153. 239. et a *Theocrito*, Idyll. XXV, vs. 260. L. C. V.]

Νέφος *nubes.* Dicitur a *tegendo, acervando:* quae notio verbi νέω: unde νέπω, νέφω. [Videtur νέφος proxime convenire cum Lat. NIMBUS, Uti v. gr. in illo, Il. Δ, 274. 275. ἅμα δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν. Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ σκοπιῆς εἶδεν νέφος αἰπόλος ἀνὴρ κ τ λ. quae *Virgilius*, Aen. XII, 450. sic expressit: *Qualis ubi ad terras abrupto sidere* NIMBUS *It mare per medium.*

Stirps

Stirps νέω cognata fuit aliis νάω, νύω. A νέω analogice facta sunt νέβος, νέπος, νέφος: a νίω, νίβος, νίμβος. Origo utriusque verbi videtur esse in *motu, qui fiat deorsum.* Unde notio *nutandi, propendendi,* in νέω, νεύω: ut νέφος sive NIMBUS pp. sit *nubes densior graviorque in terram propendens:* qualis modo ab *Homero* describebatur μελάντερον ἠΰτε πίσσα — ἄγει δέ τε λαίλαπα πολλήν. Inde etiam vox NUBES a *propendendo* dicta, cujus stirps pp. est νύω. A *nube* vero est notio *obtegendi, occultandi:* nisi hanc mavis recta ducere ab origine *motus versus inferiora.* E. S.]

Νιφρὸς *ren.* Nescio an sit a νέφω, quod a νέω repetendum; nimirum, quod *adipe tegitur.* [*Etymol. M.* Νιφρὸς παρὰ τὸ νείφεσθαι τῷ ὑγρῷ, ὅ ἐστι βρέχεσθαι. Sed prius illud longe videtur esse simplicius. E. S.]

Νέω *no, nato.* Proprie est *moveo, acervo, necto, venio.* [Ex comparatione verbi νέω cum vicinis νάω, νίω, νόω, νύω, νεύω, verisimile sit, primariam ejus notionem statuendam esse in *motu,* eo in primis, *qui fiat deorsum sursumque:* qualis v. gr. NUTU *oculorum, capitis* et similium cernitur. Hinc in verbo νάω significatio primaria est *findendi,* quod *securi* fit, *sursum deorsumque lata* et *impulsa.* Hinc νέω i. q. κολυμβάω sive νήχομαι, *nato,* brachiis *sursum deorsumque commotis* et *jactatis;* hinc νέω, id est, πορεύομαι *eo redeoque,* itidem forte a motu brachiorum, inter incedendum: hinc etiam νέω id. q. ῥέω *fluo,* sive potius *scaturio,* aqua sursum erumpente et defluente, hinc denique νέω, Lat. NEO, *nevi, netum, nere,* id est, filum *torquere sursum deorsumque,* atque identidem *ori admovere,* secundum illud *Catulli: Laneaque aridulis haerebant morsu labellis.* E. S.]

Νὴ *particula adfirmativa.* [Rectissime suspicari videtur *Eustathius* p. 92: 19. 26. νὴ, ab *Homero* nullibi adhibitum, per contractionem ortum esse ex ναί: unde Dores pro νὴ τὸς θεὸς dixerint ναὶ τὼ σιώ. Plura dabit clarisſ. *Hoogeveen,* Doctr. Particul. Cap. XXXI, sect. 2. p. 795. ſſ. E. S.]

Νηγάτεος *novus, nuper factus.* Est pro νεηγάτεος, ex

ex νέος et γάτεος, pro γάτος, a γάω, quod idem ac γίνομαι. Vide supra.* [Usus est hac voce *Homerus*, Il. Β, 42. μαλακὸν δ' ἔνδυνε χιτῶνα Καλὸν νηγάτεον. Vide etiam Il. Ξ, 185. Hymnum in Apoll. vs. 122. *Etymologus M.*, *Eustathius*, *Apollonius*, *Hesychius*, *Suidas*, *Scholia minora*, uno quasi consensu, reddunt, νέως κατεσκευασμένον, νεωςὶ γενόμενον. Addit *Etymologus*, „ quemadmodum a τείνω, τείνομαι, factum sit τατὸς, sic a γείνω γείνομαι ortum esse γατὸς: porro pro νεόγατος, vocali ο in η conversa, fieri νεήγατος, dein, ε trajecto, νηγάτεος." Vide ipsum, col. 602. Quodsi tamen comparaveris vocabula alia, ab initio, cum syllaba νη, composita, uti νηκερδὴς *non lucrosus*, νήκερος *non habens cornua*, νηπαθὴς. *carens dolore*, νήπλεκτης, *incomtus*, νήποινος *impunis* &c. videri queat, νη, tali in compositione, esse negativum a νὴ (NE Latinorum) desumtum. Itaque rectius fortasse se habet aliorum sententia, a *Suida* commemorata, vocem νήγατεος, κατὰ ςέρησιν, esse τὸ μὴ γατὸν, id est, *quod non est factum*, sive *elaboratum*: nisi praeplaceat, τὸ γάτεος, hac in compositione, idem esse quod χάτεος, a γάω, χάω *hisco*; ut νηγάτεος de vestimento cet. dictum, pp. sit *fissuris*, *foraminibus*ve, *carens*, pp. *non hiscens*. E. S.]

Νηδὺς *venter*. Ex νὴ et ἐδὺς, ab ἔδω, quod vulgo ἐσθίω. [Varias derivationes hujus vocis praebebit *Etymol. M.* col. 603: 4. quas inter et illa est, qua νηδὺς ipsi significare dicitur, τὴν βαθεῖαν *profundam*. Haeccine unica vera etymologia est, ut ἡ νηδὺς pp. sit. ἡ βαθεῖα, ἡ κοίλη: unde *venter* alia voce dicitur ἡ κοιλία? Ejusdem indolis videtur esse alia vox Pluralis, a νηδὺς ducta, τὰ νηδύια *viscera*. Ratio tamen etymi latet: nisi forte νηδὺς, eodem indicante *Etymologo*, sit ἀπὸ τῦ νάειν, ὅ ἐςι ῥεῖν, i. e. *fluere*, ut, a *fluxu* ad *inferiora*, tam *venter* quam *viscera* appellata sint. E. S.]

Νήπιος *infans*. Ex νὴ *valde*, et πίω *bibo*. Alio loco vir celeb. hac de voce agens. „ Vox composita est" inquit „ ex particula νὴ, significante fere *valde*, et πίος: quod ortum a verbo πίω, pp. *premo*, translata, quasi, *pressis labiis suge* vel *bibo*. Sic, nimirum, de

ani-

animalibus poni solet, quae *sugendo bibunt*, differtque a verbo λάπτειν, quod proprium est iis *animalibus*, qui *bibunt lambendo*, ut *canes* &c. Ab isto igitur πίω derivatum πίνω usitatissimum est *bibendi* sensu. Cernitur autem memorata vis verbi πίειν in phrasi *Anacreontea*, πίειν ἄμυσι *labiis compressis uno haustu avide bibere* et *sine intermissione*. Inde νήπιος sponte fluxit ad designandum *qui lacte* etiamnum *utitur*, notatque pp. quasi *bibulum*. Differt autem a nomine βρέφος, quo speciatim designatur *infans recens natus*, vel etiam *qui adhuc in utero* materno *est*: quem pp. medici Graeci vocant ἔμβρυον. [*Etymologus*, post alia, col. 604: 15. ἢ παρὰ τὸ νὴ στερητικὸν, καὶ τὸ εἰπεῖν, γίνεται νηέπιος, καὶ, κατὰ συγκοπὴν, νήπιος, ὁ μὴ δυνάμενος λέγειν. Hoc pacto pp. idem foret ac Lat. INFANS, ut νηπιότης INFANTIA, *stultitia*. Analogia favere videtur huic derivationi. Vide exempla allata in voce νηγάτεος. Vide porro *H. Stephanum*, T. II, col. 1671. ubi plura, et L.C.V. ad νῆστις. E. S.]

Νηρὸς *humidus*. Forte a νάω *fluo*. [Nimirum, uti a κλάω factum est κλῆρος, et praefixa σ, σκληρὸς, sic a νάω, νηρός. *Etymologus* repetit a νήσω, Futuro verbi νέω. Vide ipsum col. 604: 48. E. S.]

Νῆσος *insula*. A νάω *habito*. [*Etymol. M.* col. 605: 10. ἀπὸ τοῦ νῶ, νήσω, τὸ κολυμβῶ. *Insula enim* „ addit" *est terra* περιτετειχισμένη ὑπὸ θαλάσσης. E. S.]

Νῆσσα *anas*. Contracta vox νήεσσα, quasi a masc. νηεὶς, quod a νηῦς, cui vicina sunt νηὸς, νεὼς, ναῦς, *navis*. Hinc νήσσα *naviculae similis*. [*Etymol. M.* ab eodem νέω, νῶ, *nato* repetit. Hoc pacto νῆσσα pp. foret *natatrix*, quemadmodum Lat. ANAS ipsum a *nando* repetebat *Varro*, et *Isidorus*, Orig. L. X. „ *anatem* ab assiduitate *natandi* aptum nomen accepisse" auctor est. Vide porro *Vossii* Etymol. voce ANAS. E. S.]

Νῆστις *jejunus*. Ex νὴ *privativo* et ἐσθίω, quod ab ἔδω EDO. Alio loco vir celeb. „ Vox νῆστις, docente *Hesychio*, a medicis Graecis usurpata fuit, pro τῷ τοῦ στομάχου ἐντέρῳ, ἐν ᾧ οὐδέποτε κόπρος εὑρίσκεται, *intestino* νο-

vacuo &c. Praeterea νῆστις ἄνθρωπος, vel simpliciter νῆστις, dicebatur *homo cibo vacuus* vel *jejunus*. Videatur *Etymol. M.* p. 605. ubi compositum esse monet ex νὴ et σῖτος *frumentum*, quasi sit νήσιτις, παρὰ τὸ κενὸν εἶναι σιτίων, vel ex νὴ et ἔστις, quod ab ἔδω repetit. Est autem ἔδω superstes in Lat. EDO, nec non in verbo ἔδομαι, apud poëtas eodem sensu obvio, quo Lat. EDO, et Graec. ἐσθίω (formatum a Futuro ἔσω) usurpantur. Posterior origo vocis νῆστις haud dubie vera est, in qua νὴ vim habet *privandi*, ut α *privativum*. A νῆστις porro formantur vox νηστεία, et verbum νηστεύειν." [Contracta fuit vox ex νὴ, vocula negante, et ἔστις, quod ab ἔδω. Sic *immisericors*, ex vocula νὴ et ἔλεος, contracte νηλεὴς dicebatur. *Puer*, *qui* nondum *fari potest*, *non-fans*, vel *infans*, ex νὴ et ἔπος, Graecis dicitur νήπιος. Altera, quam attigi, originatio traxit *Lambertum Bos*, in Diss. de Etymol. Graeca, p. 35. Νηστεύειν, ut Lat. *jejunus*, pp. notabat *cibo vacuum esse*. Figurate verbum iisdem usibus inservit, quibus voces Latinae *jejunus* et *jejunare*. Quaevis *pondere* et *rebus vacua* Ciceroni *jejuna* dicuntur: cui *jejunitas* etiam memoratur *bonarum artium*. L. C. V.]

Νήφω *sobrius sum*. Componendum cum νίβω &c. *tego*: unde est *caute se gerere*. [Νήφειν *sobrium* et *mentis compotem esse* opponitur τῷ μεθύειν et μαίνεσθαι. Venuste *Plato* de Legg. L. VI, p. 869. μαινόμενον οἶνον, dicit, κολάζεσθαι ὑπὸ τοῦ νήφοντος ἑτέρου θεοῦ, id est, *vinum merum et furoris plenum castigari ab alio deo sobrio*, quando mixtum aqua diluitur, ardoremque deponit. Illa figura sumta est ab *Homero*, Il. Ξ, 132. Hinc, ad insignem mentis virtutem denotandam, transiit, quum *singulari prudentia cogitateque* in tractandis rebus *versatur*, nihilque agit, cujus rationes accurate non constent; ut in illo divino *Epicharmi* praecepto: Νῆφε, καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν *Sobrius esto mente, et memento haud facile credere. Isti sunt animi artus.* Conf. 1 Petr. IV, 7. V, 8. Ideo *sobrii* dicebantur, *Ammiani* saeculo, *prudentes et graves ac mode-*

derati viri: ut docet *Valesius* ad *Ammianum Marcellinum*, L. XV, p. 80. Apud *Terentium* in Heautont. Act. IV, 3, 29. *Sati'ne sanus es aut sobrius?* A verbo νήφω oritur Adjectivum νηφάλιος *abstemius*, et νηφάλιαι θυσίαι *quae vino carent*. Eadem et ἄοινα ἱερὰ *Hesychio* in voce, et rarius ἄσπονδα vocantur &c. T. H.] [*Apollonius* apud *Etymolog. M.* col. 605: 33. τὸ νήφω τὸ θύω, καὶ τὸ νήφω, τὸ μεθύω, facta existimat ἀπὸ τοῦ νείφω, τὸ χιονίζω. Hoc fere pacto νήφειν pp. notaret *frigidum esse:* hinc *moderatum*, *sobrium esse*. Vide infra in νίφω. E. S.]

Νίζω, *lavo.* [Conf. in νίπτω.]

Νικάω *vinco.* Vide supra νεῖκος et νεικός. Est a νίκη *victoria*, quod a νίκω *acervo*, *sterno*. [Stirps est νίω, cognata aliis νάω, νέω, νύω. Origo eadem videtur esse in *motu*, qui *deorsum fiat*. Hinc notio *findendi* in νάω, νέω &c. A Praeterito perf. νένικα fit νίκω, quod fortasse pp. dictum de *fissis perruptisque* ordinibus: unde absolute *victoria* appellata νίκη, h. e. *fissio*, *perruptio* ordinum. A νίκω autem est νικάω *vinco*. E. S.]

Νὶν *ipsum*. Componendum cum νῦν. Ab antiquo νὶς, cujus origo videtur esse νίω *venio*. [Vide *Valcken.* Adnot. in Euripid. Hippolyt. p. 299. *Koen.* ad Corinth. p. 104. ubi monetur, νὶν Doricum esse, quod poëtae usurparunt, pro eo, quod apud *Homerum* est, μίν. De μὶν diximus in Animadversf. ad Analog. ling. Graec. p. 293. 294. Qua autem analogia μὶν est a μὶς, eadem est νὶν a νὶς. Stirps νίω tacta jam supra ad vocem νικάω. E. S.]

Νίπτω *lavo*. A νίπω, quod a νίω: cui vicina νάω, νέω, νίφω, νίφω. Ab *irrigando* dicitur. [Νίπτειν est *lavare* manus et pedes, λούειν *lavare* corpus, πλύνειν *lavare* vestimenta. Veteres dicebant νίπτειν et νίζειν, cujusmodi forma apud eos frequens est: et quidem ita ut saepe commutentur. Sic ὄσσω, ὄζω, ὄπτω, ὄπτομαι; πέσω, πέπτω, πέσσω. Sic quoque ἵπτειν dicitur ἵζειν et ἴσσειν. Sed posteriores usurparunt νίπτειν, quod itidem apud *Homerum* reperitur, Od. Α, 138. et alibi. Proprie autem de *lavandis manibus*, et *pedibus* ad

adhibetur, diciturque νίπτειν τὰς πόδας; unde ποδόνιπτρον *vas, in quo pedes lavantur:* itemque νίπτειν τὰς χεῖρας, unde χειρόνιπτρον *vas, in quo lavantur manus.* Sed generalius etiam ponitur, et significat *aqua colluere.* Hinc apud *Homerum*, νίπτειν τὰς τράπεζας *abstergere mensas aqua.*, T. H.] [Apparet etiam ex his, νίπτειν pp. esse *manu sursum deorsumque mota fricare* et *abstergere.* E. S.]

Νίτρον *nitrum.* Id dicitur, quo possis νίπτειν. [Nempe nomina in τρον notant *instrumentum*, quo aliquid *fiat* vel *fieri possit.* *Etymol. M.* Παρὰ τὸ νίζω (νίσσω, νίπτω) γίνεται νίτρον, ὡς μάσσω, μάκτρον, καὶ πλήσσω, πλῆκτρον. E. S.]

Νίφω *ningo, irrigo.* Compone cum νίπτω [et vide statim in νίψ. E. S.]

Νὶψ, νιφὸς Obsoletum. Hujus Accusativum, νίφα superesse apud *Hesiodum*, Ἐργ. vs. 535., auctores sunt *Guyetus* et *Graevius*, quos vide ad l. l. Stirps haud dubie est νίω, unde νίπτω, νίπος, et νίφω, contracte νίψ. Νίω autem idem quod νέω, νεύω, νύω, νεύω, pp. *sursum deorsum vergo, tendoque:* id quod *nivi* in primis proprium est, dum *ningit*, *modo deorsum, modo sursum latae.* Superest ipsum illud νὶψ, in nomine proprio *fontis* cujusdam apud *Etymol. M.* col. 568: 17. Νὶψ inquit πηγή· ὄνομα κρήνης· ἔστι καὶ λὶψ, λιβάς. Ex qua collatione vocum λὶψ et νὶψ simul facile intelligitur, uti λὶψ est a λίβω, sic νὶψ nostrum pp. esse a νίβω, cognatamque adeo huic voci esse Lat. NIX, in Gen. NIVIS, ubi literae vicinae pronuntiationis ν et β permutantur. E. S.]

Νόθος *nothus.* Nescio an sit a νόω, vel νέω *advenio.* [*Etymol. M.* Παρὰ τὸ ὀνῶ, τὸ μέμφομαι καὶ βλάπτω, γίνεται ὄνοτος· καὶ, κατὰ ἀποβολὴν τῦ ο, καὶ τροπῇ τῦ τ εἰς θ, γίνεται νόθος. Quomodo NOTHI Latine differant a *spuriis*, vide apud *Vossium*, in Etymologico. Observavit *H. Stephanus*, T. II, col. 1675. νόθον opponi pp. τῷ γνησίῳ, et illi voci *Homerum* passim adjunxisse nomen substantivum υἱὸς, aliquando tamen etiam, sine hoc adjecto, simpliciter νόθος dixisse: id quod clare probat, νόθον pp. esse vocem *adjectivam.* Stirps videtur esse

νέω,

νέω, quatenus idem ſignificat, quod ῥέω FLUO. An a *fluxu* exundantis γονῆς appellationem habet? Conf. ſupra in μοῖχος et Hebr. ניםּ. E. S.]

Νομὰς, Gen. νομάδος, *in paſcuis degens.* [Νομάδες, quos NUMIDAS Latini vocant, a Sing. νομὰς: quae terminatio vocis ας pp. est *foeminina.* Sic Ἑλλὰς, λαμπὰς &c. foeminina ſunt. Sunt tamen quaedam voces *masculini generis*, ea terminatione finitae, ut a λόγοι, λογὰς, Genit. λογάδος, *lectus*, *electus:* unde ϛρατιῶται λογάδες, λίθοι λογάδες &c. Sic ergo etiam λαοὶ νομάδες *populi*, qui huc illuc *pascendi cauſſa* vagantur. Etiam de *animalibus* ponitur, ut λέοντες νομάδες *leones*, qui *pabuli quaerendi cauſſa* huc illuc ſparſim vagantur. T. H.] [Conf. et in νόμος et *Salmaſii* Exc. Plin. p. 219. 584. E. S.]

νόμος *lex* a νέμω *tribuo*, de quo ſupra ſuo loco. [*Etymologus M.* col. 606. recenſet varias hujus vocis ſignificationes, omnes a *ſecando* in partes, atque adeo *diſpertiendo*, *diſtribuendo*, ductas. Stirps est νέω, unde νέμω: a νέμω autem νένομαι, νόμος, et νομὸς &c. Redi ad νέω. A νένομαι igitur est νόμος, quod *Etymologus* adfert, redditque μέτρον γῆς *certam menſuram terrae*, *diſtributam*, nempe, et *adſignatam alicui*, ſive *toti genti.* Hujus νόμος, ſive νομὸς, forma foeminina est, νομὴ, unde νομὴ τῆς βοσκῆς eximie *terrae pars*, *ad paſtum data*, apud eundem. Porro νόμος est *carminis modulatio*, quaſi *diſtributio*, vel ipſa *cantilena*, *in membra* quaſi *diſtributa*, vel *modulata*, vox apud *Herodotum* frequens, ut L. I, c. 9. p. 11: 49. &c. Vide *Weſſelingium*, ad p. 140: 69. Etiam frequentisſimum est νόμος *lex*, ὃ νέμων πᾶσι τὸ δέον, *Etymologo*, vel potius ipſum *jus* alicui *tributum.* A νόμος, ſive obſoleto νόμις, est νομίζω *lege ſancio* &c. E. S.] [Hinc τὰ νομιζόμενα, vulgo *juſta*, *quae defuncto fiunt*, ſed rectius „ *piacula*, quibus, *post funus elatum*, contagio domus familiaeque procuratur: quo modo ἡ ἐκφορὰ, καὶ ὅσα νομίζεται μετὰ τὴν ἐκφορὰν, in Teſtamento *Stratonis* apud *Diogenem Laërtium*, L. V, 61. 63., et *Lyconis*, ſegm. 69. &c. T. H.] [„ Ab eodem νέω, νέμος, est Lat.

NUMERUS, five pp. a νέμω est numero, ut a blato, blatero, a tolo (tollo) tolero." BURGESS. ad Dawesii Miscell. Critica, p. 448. et in Indice ibidem. E. S.]

Νόος, mens. A νέω necto, cogo, cogito. — Alibi vir celeb. „ Verbum νέω significat NECTO: unde notio lanam glomerandi adsignata est verbo Lat. NEO. Ab hujus Perfecto Medio νένοα ortum est νόος, et contracte, νοῦς, eam partem hominis eximie notans, quae ideas animo conceptas veluti, nectit, quae adeoque ratiocinatur, vel rationalis est. Ea de causa nunquam ὁ νοῦς brutis animalibus tribuitur. Respondet ei voci Lat. MENS, homini ob eandem causam propria. Inde verbum νοέω idem valet, quod cogito: addita autem praepositione κατὰ, idem est quod valde cogitare, vel valde apud animum considerare. [Paullo aliter Etymologus, col. 606. Νόος παρὰ τὸ νέω, τὸ πορεύομαι· οὐδὲν γὰρ ταχύτερον τοῦ νοός· Ὅμηρος (Il. O, 80.) Ὡς δ' ὅταν ἀΐξῃ νόος ἀνέρος &c. Ita fere et vir summus, A. Schultensius, in Veteri ac Regia via Hebraizandi. „ Νόος animus. a pervadendo, vel penetrando" &c. Ceterum quantum ad Lat. NEO, Gr. νέω, attinet, unde νέκω, νέκτω, NECTO; origo ejus haud dubie altius est quaerenda. Vide supra suo loco, et infra in νοῦς. E. S.]

Νόσος morbus. Forte a νέω, quod componendum cum νέκω NECO, de quo supra [in νεκρός, νέκταρ &c.] [Si νόος, νοῦς a motu celeri, quo pervadit, penetratve nomen habeat, videri possit, νόσον, similiter a νέω, νέτω, ductum fuisse, rationemque denominationis petendam esse a celerrimo motu sanguinis &c. qualis deprehenditur in febri &c. Sed νόσος apud veteres eximie notabat pestem, ut in illo Homeri, Il. A, 10. Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν: (Νοῦσος enim dicebant pro νόσος, ut pro κόρος, κοῦρος, pro μόνος, μοῦνος· Etymol. col. 607.) qua de causa malim conferre Lat. NOCEO, NOXA &c. ab eadem stirpe νέκω vel νέκω orta. E. S.]

Νοςέω redeo. A νόςος reditus, quod a νέω, cui vicinum νέω venio. [Vox νόςος apud Homerum fere semper significat reditum ad locum, unde discessisti; et

et is dicitur νοστεῖν, qui *redit* illuc, *unde abierat*. Apud Graecos νόστος itidem saepe sumitur pro *reditu in patriam*: unde νόστον δομόνδε &c. Dein vero in genere usurpatur pro *itinere*, et νοστεῖν universe est *ire*, vel *iter facere*. T. H.]

Νοτὶς *humor*. A νόω, cui vicina νάω, νέω, νίω, νίζω *irrigo*.

Νότος *Notus*, *auster*. Ejusdem originis ac νοτὶς, νοτίδος, de quo supra. [Vide *Gellium* laudat. ab *H. Stephano*, Lib. II, Cap. 22.]

Νοῦμμος NUMMUS. Est vox Sicula, pro νόμος: a νέμω *tribuo*. [Vide erudiss. *Burgessium*, ibidem laudatum. E. S.]

Νοῦς *mens*, *intellectus*. Contractum ex νόος: ubi vide. [Nemo negabit, analogiam, sive similitudinem et proportionem, dari inter nomina ῥοῦς, πλοῦς, χοῦς, νοῦς. Novimus omnes, ex firmis linguae fundamentis, όο contrahi in οῦ. Redeant igitur formae veteres, ῥόος, πλόος, χόος, νόος. Illa omnia formata a *Praeteritis Mediis* verborum in έω, ἔῤῥοα, πέπλοα, κέχοα, νένοα, nempe ῥέω *fluo*, πλέω *navigo*, χέω *fundo*. Hinc itaque ῥοῦς *fluxio*, πλοῦς *navigatio*, χοῦς *mensura liquidorum*. Quod ad νοῦς attinet, pro νόος, est a νέω pp. *glomero*; et significat *illud* in animo, quod *glomerat*, quod *coagit*, *cogit*, *cogitat*. Sed in primis decreveram dare, quod ad alia intelligenda nobis conducet, illud νοῦς diverso modo in suos casus inflecti. Nimirum νοῦς, νοὸς, νοΐ, νοᾶ, et νοῦς, νοῦ, νῷ, νοῦν. In aliis non memini, me id observare, praeterquam in χοῦς. Hoc modo itidem flectitur χοῦς, χοὸς, χοΐ, χοᾶ, vel χοῦς, χοῦ, χῷ, χοῦν. In Novo Testamento nunquam reperientur Genit. νοῦ, Dativ. νῷ, semper νοὸς, νοΐ. Contra ex *Platone* vel triginta loca excitari possent, in quibus νοῦ, νῷ &c. L. C. V.]

Νὺ particula expletiva apud Poëtas. A νῦς. Vide νῦν [ubi plura dabimus. E. S.]

[Νύκω *pungo*. Unde νόκω, νοκέω NOCEO: vide in νύσσω. E. S.]

Νύμφη *sponsa* pro νύφη, quod a νύβω *tego*, Lat. nu-

NUBO. Alio loco vir clariss. „ Verbum vetus Graecorum fuit νύβω, quod significavit pp. *tego*, vicinumque est verbo νέβω et νέφω, unde nomen νέφος, nec non νεφέλη, et Lat. NEBULA, sicut a νύβω est NUBES: Quae omnia a *tegendo* nominantur. Latinum autem NUBO speciatim a *tegendo* translatum fuit ad *rem matrimonialem*, quando *virgo* dicitur *nubere* viro, id est *se obtegere* viro: quod a *ritu matrimoniali* repetendum. Inde jam dicta νύφη, et, interposito μ ante literam labialem, ut in quamplurimis vocabulis fieri solet, νύμφη *puellam* notat, speciatim *viro desponsatam*. Latius vero sumtum, quamcumque etiam *puellam*. Unde porro transiit ad *semideas* designandas. Colebantur, nimirum, a veteribus, ut *semidei* varii generis, sic etiam *semideae*, vel *agrestes*, vel *fluviatiles*, vel *montanae*, vel *silvestres*, vel *marinae* similesque: quae omnes νύμφαι dictae, generali nomine: tametsi etiam, pro rebus, quibus praeesse credebantur, priva nomina habuerunt: ut νύμφαι ἁμαδρυάδες, ὀρεσιάδες &c. A νύμφη *sponsa* porro est nomen νυμφών, ῶνος *thalamus nuptialis*. Proprie nomen collectivum est: sicut δενδρὼν *arboretum*, ἰχθυὼν *forum piscarium* et alia *multa*.

Νυμφίος *sponsus*, et *maritus*. [*Mulier* viro *nupta* interdum νύμφη, sed potissimum sic *puella* dicebatur, quae ad *nubendum* primum *prodibat* in publicum. Absurda originatio, quam tradit *Cornutus*, de Natura deorum, p. 195. 196. Est illa tamen antiquae consuetudinis index, quae, quum ad rationem multorum vocabulorum intelligendam viam patefaciat, nonnulla utile erit delibasse ex antiquitate Graeca. Mulieres Graecae honestiores raro, puellae virgines nunquam, prodibant in publicum: nisi quando marito essent elocandae. Debebant esse *mulieres*, ut in lapidibus saepe dicitur Latinis, *domisedae*, Graece οἰκουροί, id est, *domus* et *rerum domesticarum curatrices*. Usus hac eadem voce *Paullus*, virtutem istam commendat, in Epist. ad Titum, Cap. II, 5. *Sophocles*, Oedipo in Col. vs. 3. 5., κατ᾽ οἶκον οἰκουροῦσιν ὥστε παρθένοι *domi* *se*-

sedebant ut puellae virgines. Desidebant autem Graecae mulieres, non, ut Romanae, in *primis* aedibus, sed *in interiore parte aedium, quae* GYNAECONITIS *appellatur, quo nemo accedebat, nisi cognatione propinquus*: quae verba sunt *Cornelii Nepotis*, in Praefatione admirabili libelli sui. *Platonis* est locus de Legg. L. VI, p. 781. hanc in rem perinsignis. *Puella innupta*, quales arcte custodiebantur, *Callimacho* dicitur παῖς κατάκλειστος *puella* domi *occlusa*, in Fragmento CXVIII. -- Dicitur talis *Theocrito* παρθένος ἐκ θαλάμου. Talem autem, ante diem nuptialem, publice conspici dedecori habebatur. *Phocylidis* est praeceptum, vs. 203. Παρθενικὴν δὲ φύλασσε κ. τ. λ. E. S.]

Νῦν *nunc.* Accusativus est a νῦς, quod a νύω *pungo, nuto, vergo*: hinc igitur νῦν, quasi *hoc puncto.* [Latinum NUNC videtur per apocopen dici, pro νῦν-γε, vel νῦνκε. Itaque compositum est ex eodem isto νῦν et particula finali γε vel κε. Est autem νῦν manifesto casus *Accusativus*, absolute positus, a Nomin. νῦς, quod dubitari nequit, quin sit a νύω, pp., ut mihi videtur, *findo, seco*: ut νῦς pp. sit *sectio*, et hinc *articulus* quasi *resectus*, aut *divisus*: dein *articulus* universe, Hebr. אז. Poëtae idem hoc νῦν sive νὺν cum accentu gravi, pleonastice videntur adhibuisse. Proprie tamen νῦν et νὺν idem valere jam dudum observavit clar. *Hoogeveen*, Doctr. Particul. Cap. XXXII. qui omnino est adeundus. Ceterum, quod pro νὺν etiam νὺ dicatur, id inde videtur esse repetendum, quod νὺν pp. sit casus *Accusativus*; νὺ vero, pro νυῒ, casus *Dativus*, absolute positus, quo adspectu etiam differre ἀπὸ pro ἀπῷ, et Lat. ABS, Graece pp. ἀπὸς sive ἄψ, pro ἀπὸς, similiaque, suo loco diximus. Quoniam tamen prius νῦν producitur, et *accentu* notatur *circumflexo*, suspicio levis mihi enata est, an forte νῦν dixerint pro νέον, e *Nominativo* veteri νέος, quod idem sit ac νέος Lat. *novus*: prorsus ut Lat. NUPER pro *noviper* esse, *Festus* jam admonuit. Certe νέος, apud *Homerum*, idem saepe valet atque alterum illud νῦν. Vide Il. Γ, 394. &c. Etiam νῦν

manifesto idem est quod NUPER, ut in Evang. Johann. Cap. XI, 8. Vide *Heins.* et *Albert.* ad Hesych. p. 693. — Hoc pacto νῦν, notatum *circumflexu*, referri pp. deberet ad νῦς pro νέος, νὺν vero *breve* ad νύς: quae tamen eodem redeunt, siquidem verbum νέω (unde νέος, νεῦς) et νύω, unde νὺς, ejusdem sunt originis. E. S.]

Νὺξ, νυκτὸς, NOX. A νύσσω *pungo:* quod a νύω, de quo ad νῦν. Alio loco celeb. *Lennepius.* „ A verbo νύσσω vel νύττω *pungo*, *stimulo*, NOCTEM Graeci dixerunt νύκτα, quasi tempus *triste* vel *ingratum*, quod *tenebris* suis *tristitiam* adfert hominibus: uti contra ἡμέρα *dies* dicitur, quasi *tempus placidum* et *amoenum.*" [Vide supra, in voce Ἡμέρα. Genitivus casus nominis νὺξ, Lat. NOX, et νυκτὸς, NOCTIS, satis demonstrat, verbum (unde ea vox propagata fuit) esse νυκω, Lat. *noco* (cujus productior forma est NOCEO) pp. *findo*, atque ita *vulnero*, *dolorem infero* &c. Denique etiam Latina vox NUX, *nucis*, ejusdem originis videtur fuisse ac Gr. νὺξ, νυκτὸς. A *findendo*, nempe, ac *diffringendo* nomen habet. Vide viros doctos, apud *Vossium*, in Etymologico, laudatos. E. S.]

Νυὸς *nurus*, *filii uxor*, seu *fratris soror.* Nescio an componendum sit cum νύμφη. [Ejusdem certe originis est: manifesto quippe ductum e stirpe νύω. Quin vocem νυὸς vicinam alteri isti formam esse, satis declarant Glossae *Hesychii*: Νυοὶ· νύμφαι: et νυὸς· νύμφη γεγαμημένη τοῖς τοῦ γήμαντος οἰκείοις. Ad quem locum vide viros doctos, ab *Albertio* laudatos. Latini, pro νυὸς, inserto ρ, dixere NURUS: ut rectissime observarunt *Vossius* in Etymologico, et, ante ipsum, *Salmas.* Exc. Plin. p. 65. b. A. Porro poëtae Latinorum *nurus* universe dixerunt, pro *nuptis.* Loca vide apud *Forcellinum.* Ergo voces νυὸς, NURUS, νύμφη, NUPTA, una omnes ex origine esse, liquet: nempe a *nubendo* dictae, quod" *sponsae* apud veteres, cum viro traderentur, *flammeo nubere*, id est, *velare*

re

re capita solebant. Vide *Forcellinum*, voce *Nubo*, et supra in νύμφη. E. S.]

Νύσσω *pungo, fodico, punctim caedo.* A νύω *nuto, moveo, impello.* [Nimirum a νύω factum est νύσω, νύσσω, ut a κύω, κύσω, κύσσω: unde κύσε *osculatus est*, Od. Π, 15. &c. Attici dixerunt νύττω, pro NUTO: quod verbum apud Latinos diverso nonnihil usu mansit, et originariam significationem satis prodit positam in *motu, qui deorsum fit.* E. S.] [,, Νύττω pp. significat *pungere* aliquem: in primis eo sensu, quo Latine dicitur *vellere*; ut *vellere brachium, aurem*, id est *tangere brachium* vel *aurem*, admonendi caussa. — Apud veteres, in sacris faciendis, adesse solebant *monitores*, qui sacra facturos admonerent, quid faciendum esset, ne quid peccarent contra sanctitatem sacrorum" &c. T. H.] [A νύσσω *deorsum moveo, defigo*, est νύσσα pp. *defixa*, nempe, *meta, terminus.* Vide omnino Il. Ψ, 326—333. Estque adeo prorsus idem quod Hebr. גְּבוּלָה, sive גְּבוּל a Them. גָּבַל *panxit, depanxit.* E. S.]

Νυστάζω *dormito.* A νύω, NUTO, repetendum. [A νύ, νύσω, νένυγμαι, ἐνύσθη, descendit vox obsoleta νυστὴς: hujus vero foem. est νυστὰ, unde νυστάω, νυστάζω. Plane elucet ex eodem verbo primaria vis *motus versus inferiora*: qualis cernitur in *dormitantibus nutante capite.* Pro νυστάζειν dicitur quoque νευστάζειν, ducta forma a vicino νεύω: quod tamen in usu linguae universe est *nutare, innuere*, Vide Il. Υ, 162. Od. Μ, 194. Σ, 153. pecul. *ut facit ebrius*, vid. Od. eadem Σ, 239. E. S.]

[Νύω ipsum thema, unde tot formae propagatae sunt, partim a nobis supra jam recensitae, νύμφη, νὺξ &c. quibus sunt addendae aliae voces, a Lexicographis, sub literis νυ, explicatae. Apud Graecos verbum hoc νύω, aeque ac apud Latinos, est obsoletum: sed Latina lingua id servavit in suis compositis ABNUO, ANNUO, INNUO, RENUO. Fuisse autem cognatas stirpes νέω, νάω, νίω, νόω, νύω, saepe jam in superioribus est observatum. E. S.]

νώγαλα *edulia ſuavia et delicata.* [Etiam νωγαλεύματα et ναγαλίσματα: quibus de vocibus conſule *H. Stephanum* in Appendice col. 1514. Videtur vox esſe compoſita ex duabus aliis. Sed non ſatis liquet, utrum ſit contractio facta ex νέο a νέος *novus*, et ὤγαλον, quod diei potuit cum *omega* ſervili pro γάλον, a voce γάλα *lac* (unde πολύγαλον &c.) ο et ω contractis in unum ω, ut in νεώνητος *nuper emtus*, pro νέο et ὠνητὸς· νεωρὴς *recens* pro νέο, et ὥρα: dein autem ex εω facto ω, quo pacto noſtrum νώγαλα pp. forent *edulia ex recenti lacte confecta:* an vero compoſitio ſit ex νὲ vel νὴ *negativo* et ὤγαλος, ut νώδυνος ex νὴ et ὀδύνη: qua lege νώγαλα forent, quaſi, *non-lacticinia*, hoc est *non-vulgaria*, *minus vulgaria* ſive *rariora*, et *delicatiora*. Poſterior compoſitio fortasſe magis analoga foret aliis vocibus νωθὴς, νωθρὸς &c. E. S.]

[Νωδὸς *edentulus*, *qui caret dentibus.* Νὲ, vel νὴ, apud veteres, *negationis* ſignum erat, et uſurpatum fuit etiam in compoſitis. [Vide exempla adducta in νηγάτεος). Νωδὸς autem compoſitum est ex νὲ, vel νὴ, et ὀδὸς *dens*. Significat igitur pp. *qui dentibus caret.* Verum alia quoque poteſtas, hac in voce, est, ex alia compoſitione repetenda. Nempe ex νὲ et αὐδὴ *vox*, unde, pro ναυδὸς, factum νωδὸς: pro αυ enim ſaepe ponitur ω. Νωδὸς ergo, hoc adſpectu, ſignificat *qui loquendi facultatem non habet*, *qui loqui non potest.* Priori illa ſignificatione vox νωδὸς Atticum est: nam Communes uſurpant νώδους. Porro quaecumque componuntur ex ὀδὸς, in Genitivo faciunt οντος, ſed νωδὸς habet in Genitivo νωδῦ. T. H.]

Νωθὴς *tardus*, *ſegnis.* Ex νὴ et ὤθω *pello*. [Ut ſit, nempe, νωθὴς pp. *qui impelli non potest*, *quem fruſtra impellas.* Quod de *aſino* dicitur; dicitur item de *ſene*, quo *H. Stephanus*, Append. col. 1514. laudavit illud *Luciani:* κυφὸς καὶ τὰ γόνατα νωθής. E. S.] [Idem alioquin effertur νωθρὸς *tardus*, *ſegnis*, *lentus*, *piger*, tam in *inceſſu*, quam in *agendo*. De qua voce alio loco *Lennepius*: „ Νωθρὸς ortum est" inquit „ ab ὀθρὸς, praefixa litera ν, quae in variis compoſitis idem

va-

valet ac litera α apud Graecos, et modo *vim privandi*; modo *vim intendendi* habet. Ita a nomine ὀδὼς *dens* formata vox νωδὸς *dentibus privatum* notat. Contra, ab ἥδυμος *dulcis* νήδυμος notat *perdulcem*. Ad hanc rationem νωθρὸς pp. diceretur *is qui usque impellendus est*, adeóque *segnis*, *tardus*: quemadmodum ab *Hesychio* redditur βραδύς. Ὠθρὸς, nempe, ortum est a verbo ὠθῶ *impello*. Ab ista tarditatis notione νωθρὸς eximie transfertur ad *oculos languentes*, et veluti *acie obtusa*; quod Graeci dicunt νωθρὰ βλέπειν. Similiter translatum est ad *auditum obtusiorem*, *hebetudinem animi*" &c. Adde *L. Bos* Exercit. Philol. in Epist. ad Hebr. Cap. V. 11. p. 240. 241. E. S.]

Νωλεμὴς *indesinens*, *adsiduus*. Forte ex νὴ et ὀλεμὴς, quod ab ὀλέω *perdo*. [Usus est saepissime hac voce *Homerus*: ut Il. Ι, 317. Ρ, 148. μάρνασθαι νωλεμὲς αἰεί. Et Il. Τ, 232. μαχώμεθα νωλεμὲς αἰεί. Aut Adverbio inde ducto, νωλεμέως, Il. Δ, 428. Ε, 492. Ν, 3. 780. &c. *Etymolog. M.* col. 602: 12. Νωλεμέως, συνεχῶς, καὶ ἀδιαλείπτως· παρὰ τὸ νω, στερητικὸν μόριον, καὶ τὸ λείπω, τὸ λιμπάνω, γέγονε νωλεπέως, καὶ τροπῇ, νωλεμέως κ. τ. λ. Sed durior est haec permutatio literarum π et μ, quam ut, tali in compositione, admitti posse videatur. Itaque malim equidem, cum clariss. *Lennepio*, compositionem factam concipere ex νὲ vel νὴ negativo et ὀλέμης: eo tamen pacto, ut respiciamus ad primam notionem verbi ὀλέω, sive ὄλω, qua pp. idem est, quod Lat. VOLVO. Ex hac origine τὸ νωλεμὲς pp. fuerit *id quod non volvatur*, *non devolvatur*, *non immutetur*, τὸ μὴ ἀλλαττόμενον (quod vocabulum ex simili origine idem pp. sonat) adeoque *permanens*, *constans*; unde Adverbium νωλεμὲς *constanter*, *indesinenter*. E. S.]

Νωμάω *moveo*, *agito*. [Converso ο in ω, repetendum est a νομὸς vel νομὴ, quod a νέμω. Sic πωλάω a πόλος &c. T. H.] [Itaque stirps verbi nostri est νόω, cujus multae propagines supersunt, quae demonstrent, vicinum fuisse νόω, aliis, νάω, νέω &c. E. S.]

[Νωπέω *deprimor*, *percellor*. Unde νενώπηται (ex emendatione *Bentleji*, pro vitiofo νενώηται) apud *Hesych.* exponitur τεταπείνωται *depresfus fuit*, et καταπέπληκται *perculfus fuit*. Stirps νόω *deorfum moveo*, unde νέπω, νεπέω, et νωπέω. Vide dicta in νωμάω. E. S.]

[Νώροψ *fplendidus*. *Hefych.* νώροψ· λαμπρὸς, ὀξύφωνος. Vide ibidem viros doctos, ut et in νώροπι, νώροπα. Praeeunte eodem Glosfatore, vir eruditisfimus, in Lexico *Hedericiano*, exponebat, „ *quod ita fulget, ut rectis adfpici oculis nequeat.*" Conf. Il. Β, 578. Η, 206. et Ω, 466. 499. ubi perpetuum epitheton est vocis χαλκὸς *aes*: quod alias jungitur adjectivo αἴθοψ. Compofitum autem videtur ex νὲ vel νὴ *negativo*, et ὤψ vel ὄψις, quae ab ὄπω five ὄπτω, ὄπτομαι *video*. Ejusdem formae funt, praeter αἴθοψ, alia ἦνοψ, ἦλοψ, οἴνοψ. E. S.]

[Νῶτος *dorfum*, *tergum*. Est vox facta a νένωται, tertia Praeteriti perf. paff. verbi νόω *deorfum moveo*, atque ita *proclino*, *inclino*: ut pp. *inclinatum* five προκύπτομενον denotet. E. S.]

[Νωχελὴς *tardus*. *Etymolog. M.* exponit per νωθρὸς καὶ δυσκίνητος κ. τ. λ. Ergo compofitum videtur ex νὲ vel νὴ *negativo*, et ὤχελος five ὄχελος: quod ab ὀχέω *veho*, *porto*. Stirps ὄχω vel ἔχω. Vide fupra. E. S.]





Ξ.

Ξαίνω *carmino*, *carpo*. Stirps est ξάω, cui vicina ξέω, ξίω, ξύω, ξύω: quibus propria *radendi* notio, litera ξ sonum imitante. [Plura dedit vir cel. in Analogia L. Gr. Cap. XII, p. 174. Lege omnino quoque *Albertii* annot. ad *Hesych.* in voce, num. 2. *A. Schultens.* de Deff. Ling. Hebr. p. 29. et Vindiciar. p. 141. A ξάω igitur primitivo productum est ξάνω, unde Aoristus Pass. ἐξάνθην, ξανθεὶς &c. porro a ξάνω, ξανίω &c. Interposito vero Jota, dixerunt, ξαίνω, ut a ξέω, ξένω, ξένος, ξεῖνος. E. S.]

Ξανθὸς *flavus*. Proprie notat *rutilum*, et *radendo politum*, a ξαίνω, vel potius ξάνω, quod a ξάω. [*Hesych.* Ξανθὸν inter alia reddit εὖ εἰργασμένον. Conf. dicta in ξαίνω. E. S.]

Ξένος *peregrinus*, *hospes*. Origo esse videtur ξέω: sed ratio significationis minus aperta. [*Etymolog.* col. 610: 50. inter alias derivationes, hanc habet παρὰ τὸ ξέω, ὁ ἐξεσμένος, καὶ ἀποκεχωρισμένος. Sed rectius fortasse a *sono barbaro* et *ingrato*, *aures*, quasi, *radente*, dictus videri queat ξένος. *Eustath.* p. 403: 25. ξένος, inquit, ὁ ἀλλότριος καὶ βάρβαρος παρὰ Λάκωσι. Vide locum *Herodoti*, L. IX, Cap. 55. p. 718: 73. et ibid. *Wesselingium*. Itaque hoc pacto stirps fuerit ξέω, cognata alteri ξάω: ut, quemadmodum a ξάω, inserto ν, factum ξάνω, sic a ξέω fuerit productum ξένω. Vide dicta ad ξαίνω. E. S.]

Ξέω pp. *rado*, *polio*, *scalpo*, ut fit instrumento ferreo. [Vide ad ξάω. A ξέω autem esse ξίφος pp. *instru-*

strumentum scalpendi, radendive, quin etiam (forma ducta e Praeterito Medio ἔξοα) indidem esse ξοὶς *scalprum* &c. docuerunt jam Lexicographi „ Ξόανος pp. forma Adjectiva est, a ξέω *rado*. In perfecto Medio ἔξοα, unde ξοή. Ab eodem verbo sunt ξεςὸς, et εὔξεςος, *Homero* usitata. *Hesychius* ξόανα quoque exponit πρόθυρα ἐξεσμένα *vestibula polita*. Hinc ξύλον, vel ἄγαλμα ξόανον, *simulacrum dedolatum*. Observandum vero, *rudes* illas antiqui temporis et *ligneas* statuas, hoc in primis nomine, designari. Vide *Clement. Alex.* Protrept. Cap. 29. — Respondet autem voci huic ξόανον Latinum vocabulum DELUBRUM, quod nonnulli *lignum delibratum*, et *cortice nudatum*, interpretantur, *Servius* ad Aeneid. IV, 56., qui praecipue consulendus est ad Aen. II, 225. Hanc tamen originem non immerito rejicit *Asconius Pedian.* ad Cicer. Divin. Art. 3." &c. T. H.]

Ξηρὸς *aridus*. A ξάω, unde proprie significare videtur *radere* &c. Alio loco vir clariss. „ In usu ξηρὸς *siccum* notat vel *aridum*. Fit autem a verbo ξάω, quod, una cum vicinis ξέω, ξίω, ξόω et ξύω, factum est a *sono*, et derivata peperit omnia vocabula Graeca, a litera ξ incipientia. Significat autem pp. *radere*, vel *scalpere*, similitudine ducta a *sono* literae ξ. Inde ξηρὸς pp. significat, quasi dicas, *facile rasile*: quae est natura eorum, quae *arida* sunt. In usu autem de *eo* ponitur, quod *siccum* et *aridum* est. Interdum etiam, ratione *maris liquidi*, de *terra* speciatim dicitur: ut in formula proverbiali ἐν ξηρῷ καθίςασθαι *in sicco constitui*." [Hinc in sacris ἡ ξηρὰ, quod Hebraeis est יַבָּשָׁה, subaudita voce γῆ. E. S.] [Adjectivi ξηρὸς origo est ξάω, significans *rado* et *radendo exhaurio*. Hinc χεὶρ ξηρὰ, pp. *manus arida*, est, *cujus succus vitalis fuit exhaustus*. Fauces *aridas siti* ξηρὰν φάρυγγα dixit *Pherecrates* Comicus, apud *Athenaeum*, L. VII, p. 481. ubi vetula quaedam ad servum suum, *Venio*, inquit, *e balneo*, ξηρὰν ἔχουσα τὴν φάρυγγα, δὸς πιεῖν κ. τ. λ. *Situ sicca sum*, ait anus vinosa apud *Plautum*, in Curcul. Act. I, 1, 26. L. C. V.]

Ξίφος *ensis*. Haud dubie a ξίω est dictus, a *radendo*,

da, *scalpendo* [*poliendo*, ut Arab. خوص. Etiam ξίφος dixisse veteres, (nempe a forma vicina ξύω quod jam manifesto notat *radendo*, sive *scalpendo polio*) docet *Etymologus*, col. 611: 8. ἀπὸ τοῦ ξύω, ξύσω, ξύφος, καὶ ξίφος. Porro a ξίφος, observante T. H., factum est ξιφαξ, „ *ensis major*, ut a πόρπη *fibula* est πόρπαξ „ *fibula major* et *retinaculum*, quo clypeus tenetur, a „ βῶλος *gleba* βώλαξ" &c. E. S.]

Ξύλον *lignum*, a ξύω *rado*: quod sit *ad radendum*, *scalpendum* aptum. [Apud Graecos ξύλον *lignum* significat, et quidem, ex origine vocis, *rasum*. Derivatur enim a ξύω *rado*. In Apocalypsi Joannea (qui liber scatet Hebraismis) ξύλον aliquoties venit pro *ipsa arbore*. *Arbor* enim *vitae* illic dicitur τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, Cap. II, 9. et XXII. 14. Is usus, Graecis vulgo ignotus, repetendus est ex sermone Orientalium: apud quos eadem vox עץ et *arborem* significat, et *ramum caesum*; imo etiam *baculum*, Hos. IV, 12. qua de re legi poterit *A. Schult.* Comm. ad Job. p. 689. Ad eam vocem exprimendam, quomodocumque ponatur, adhibent Judaei Graecienses vocem ξύλον. Illud vero dignissimum est notatu, ξύλον de *arbore* posuisse poëtam gentilem *Callimachum*, qui vixit Alexandriae, paullo post quam magna pars Vet. Testamenti, Graece conversa, Alexandriae fuisset in regis Bibliotheca reposita, atque ita gentilium etiam usibus pateret. De *arbore* posuit, Hymno in Cerer. vs. 41. Ἤσθετο Δαμάτηρ, ὅτι οἱ ξύλον ἱερὸν ἀλγεῖ, *Sensit Ceres*, *sacram suam arborem dolere*; quam, nempe, violaverat Erysichton. Scriptores Christiani veteres, a Judaeo Aristobulo inducti, in ea plerique fuere opinione, ut statuerent, scriptores antiquissimos Graecos libros nostros legisse, Moysis et prophetarum, atque illinc, quae haberent excellentissima, desumsisse. Nihil minus credibile est. Nam non habuerunt libros istos, Graece conversos, quos legerent: quum facta fuerit illa conversio non nisi post mortem *Alexandri Macedonis*, sub *Ptolemaeo* primo et secundo, Aegypti regibus. Callimachus vero, qui vi-

vixit, ista versione jam confecta, plurimis indiciis patefacit, libros Moysis et prophetarum sibi fuisse lectos. Exemplo sit, quod habet, Hymno in Apollinem, vs. 29. de *Apolline* Jovis filio, *ad patris dextram sedente*, uti et de *rupe percussa*, *ex qua aqua exsilierit*, Hymno in Jov. vs. 31. quod hausisse videtur ex historia nota, Exod. XVI. narrata. Diligenti lectori plura occurrent, in Callimachaeis, hujus rei documenta. L. C. V.]

Ξυνὸς *communis.* Stirps dubia. [Exponitur κοινός. Verisimiliter admodum *Etymol.* col. 611: 29. Οἶμαι ὅτι αὐνὸς, ὁ συνὼν τινί· οἱ γὰρ Ἀττικοὶ τὸ σ εἰς ξ τρέπουσι· τὸ γὰρ σὺν ξὺν φασί. Quod tamen si displiceat, vide an ξυνὸς cognata sit vox alteri isti κοινός: ut pro κοινὸς primum dixerint κσοινὸς, et ex dialecto κσυνὸς, ξυνός. E. S.]

Ξυράω *rado*, *ad cutim tondeo.* [A ξύω, quod pp. significat *rado*, *scalpo*, similitudine facta a *sono radentis*, est ξυρὸν *novacula.* Hinc ξυράω. Differt autem ξυρᾶσθαι a verbo κείρασθαι, quod prius *ignominiosae tonsurae*, vel potius *rasurae*, significationem habet, posterius vero convenit in *honestam tonsuram.* [Differentia ergo eadem fere est, quae in vernaculis *schraapen* et *scheeren.* Vide et viros doctos ad 1. Cor. XI, 6. ubi Paullus αἰσχρὸν εἶναι γυναικὶ, ait, τὸ κείρασθαι, ἢ ξυρᾶσθαι. E. S.]

Ξυςὸς *Xystus*, *locus tectus*, *ubi exercentur Athletae.* [Ξυςὸς pp. Adjectivum est, a verbo ξύειν, *radere radendo levigare et complanare.* Hinc ξυςὴ κάμαξ *sudes* vel *pertica rasa*, *Aristoph.* apud Pollucem, L. X, segm. 144. ξυςὸν sc. δόρυ, *hastile* &c. Porro, in ξυςὸς *Xystus*, intelligitur vox δρόμος. Plene *Pollux*, L. IX, segm. 43. δρόμοι ξυςοὶ, et *Philostrat.* de Vita Apollon. Thyan. L. IV, c. 3. — Δρόμοι enim non tantum sunt *curricula* sive *loca*, *ubi cursus instituitur*, sed etiam *loca ambulationibus*, aliisque exercitiis *idonea.* Haec *raso solo aequari* solebant, et *arena conspergi.* *Jacobus Perizonius*, ad *Aelian.* V. H., L. XIV, 12. dum ξυςὸν *porticum* dici putat, „ quia *parietes* habebat *politos*," certissime fallitur. Eandem vocem alia potestate Graeci, alia Latini usurpant. Illis ξυςὸς *tecta*

por-

porticus, ampla latitudine, in qua Athletae, per hiberna tempora, exercentur: his XYSTUS est *ambulatio aperta* sub divo et aëri exposita, quam Graeci pp. περιδρομίδα, vel παραδρομίδα dicunt: ut liquet ex *Vitruvii* L. VI, c. 10. p. 119. Minus recte declaravit *Baldus*, in Lexico Vitruviano: melius *Salmasius* ad *Tertulliani* Pall. p. 271. 272. Egregium locum praebet *Justinus Mart.* in initio Dialogi cum Tryphone Judaeo. Saepe junguntur ξυστὸς et παλαίστρα. *Aristaeas* apud Polluc. L. IX, segm. 43. Sed *palaestra*, plerumque sub divo, solem aestivum admittit. Utrumque eleganter a Graecis transfertur ad loca, ubi ingenii et doctrinae exercitia coluntur &c. T. H.] [Conf. etiam, quae dedit *Walcken.* Animadv. ad Ammon. L. III, c. 2. p. 170. E. S.]

Ξύω *rado*, *scalpo*. [Vide dicta superius in ξαίνω, ξέω, ξηρὸς &c. Est autem ξύω vicinum verbum alteri ξέω. *Hesych.* ξύσαι χαράξαι, ἐπιγράψαι. ubi vide *Albertium*. Adde *Perizon.* ad Aelian. V. H. LXIV, 12. Diversitatem significationis praebet *Thomas Magister*, p. 641. Ξέω, inquit, ἐπὶ ξύλων, ξύω δὲ ἐπὶ σαρκός· ubi legantur, quae monuerunt *Drakenburg.*, *Sallier.* et *Oudendorpius.* *Rasam* literam esse ξυσθεῖσαν, et in *cera* et in *ligno cavatam*, docuit *Salmasius*, de Modo Usur. p. 464. Adi porro *Foësium* in Oeconom. vocibus ξύω, ξύσματα, ξυστὴρ et ξύστρα. E. S.]





O.

'O *Articulus Graecus.* Vicinitatem habere proprie videtur cum Participio verbi εἰμὶ vel ἔω *sum.* Alio loco vir celeberr. „ Significationem nominis, cui additur, semper efficit *definitam* et veluti *restrictam.* Ita v. gr. quum sine articulo dicam Θεὸς, *generatim* et *indefinite*, de *quocumque deo* id accipi debet: quando vero dico ὁ ΘΕΟ'Σ, *de certo* et *definito deo* dictum accipiendum est; sive tum intelligatur *verus* et *unicus ille* DEUS, qui auctor est rerum omnium, sive etiam *quivis alius deus*, cujus facta antea sit mentio, vel qui ex serie orationis tota cognosci potest." Excerpamus h. l. insuper nonnulla, quae vir summus, L. C. V. pluribus alicubi de natura hujus Articuli admonuit, „ Re diligenter investigata" inquit „ cognovi, *unicum* tantum apud Graecos dari *articulum:* nam illud, quod vocant, *postpositivum*, ὅς, ἥ, ὅ, *pronomen* est *relativum*, QUI, QUAE, QUOD. Qui tamen Latine explicari satis non potest: nam, cum omnibus suis copiis, ne CICERO quidem quidquam subministrabit, quod cum *Articulo Graeco* comparari queat. Verum nos Belgae rem facile percipiemus. Nimirum, quem Grammatici Graeci *Articulum* vocant, nostrates Belgae dicunt *het bepaalend geslachtwoord* DE, HET. Quando istas voculas vocabulo cuidam praefigimus, semper aliquid definimus (ut v. gr. DE *man*, HET *kind;*) adeoque *speciale* a *generali* sejungimus. Qui Latinis simpliciter dicitur *Alexander magnus*, Graecis est 'Αλέξανδρος ὁ μέγας, *Alexander* DE *groot.* Conspirat autem no-

nostra lingua, hac quidem parte, cum lingua Gallica, estque ipsa etiam Graeca beatior. Habemus enim nos Belgae alium Articulum, quem dicunt *het niet bepaalend geslachtwoord*, EEN, EENE. Quis adeo plumbeus est, quin illico sentiat, differre EEN *Koning* et DE *Koning*? Prius generale est: alterum limitatum, pro regionibus, in quibus versamur. Ex gr. si quis Graece diceret; οὕτως ἐτιμήθη, ὥσπερ ἂν βασιλεὺς ὑπῆρχεν, *Hem is zoo veel eer aangedaan, als of hij Koning geweest was*, vel *als of hij een Koning geweest was*. Ita nos loqueremur. Contra si bini Galli, in Galliis, loquerentur eadem de re, dicere ipsis liceret, *comme s'il eût été* LE ROI, *als of hij* DE KONING *geweest was*, ὁ βασιλεύς: et tum ab ipsis de unico, in specie, Galliarum monarcha cogitaretur. Illud discrimen, lingua Latina, exprimere plane non valeo. Ex his paucullis usus et natura Articuli facile intelligentur &c. &c. Sed data opera totum hoc argumentum eruditissime tractavit vir cel. *Adr. Kluit*, in libro Belgico, quem Latine inscripsit *Vindicias Articuli* ὁ, ἡ, τό, edito Trajecti ad Rhen. 1768. Jam vero, quod ad etymon Articuli Graeci attinet, mihi quidem, cum cel. *Lennepio*, origo ejus repetenda videtur a verbo substantivo ἕω, cui vicinas fuisse alias formas, ἅω, ἵω, ὅω, ὕω, supra dictum est. Ab ὅω, igitur videtur esse ὁ, vel ὃ, ab ἅω autem, vel ἕω, foemininum ἁ vel ἡ pro ἑs, contracte ἡ. Neutrum vero τό, ab initio, praefixum habet consonam τ, ex integro τοὶ decerptam: adeo ut τὸ pp. sit *tibi illud*, ut τοιοῦτος pp. est *tibi ille*, per pleonasmum: atque ita in reliquis formis, ut in *Gen.* τοῦ, τῆς, τοῦ, pro τέο, τέες, τέο &c. Vide, si tanti est, quae diximus ad *Struchtmeyeri* Rud. Gr. p. 26—28. et p. 73. Hebraei, eadem fere ratione, pro אֲנִי sive potius pro אנו *ego* (quod Arabes servarunt in suo انا) dixerunt אָנֹכִי pp. *ego tibi*, Chaldaei אִלֵּךְ pp. *illi tibi*, et sic in similibus: ut quemadmodum ךָ *tibi*, in Ch. אִלֵּךְ, sic τ, pro τοὶ, *tibi*, in Graecis τό, τοῦ, τῆς &c. leviter redundare videatur. E. S.]

'Ομ

Ὄαρ *uxor*. Forte repetendum est ab ἄρω *necto*, *apto*, praefixo ο. [Vide *Albert.* ad *Hesych.* in voce ὄαρες, col. 711. ubi plura invenies de hac derivatione. Quae si tamen minus placeant, fortasse ὄαρ *uxor* dicta videri possit ab ἄω *fero*, *gesto*, pecul. *utero*. Hoc certius nonnihil est, UXOR Latinorum, et Gr. ὄαρ sive ξυνέω, voces esse cognatae originis. Vide *Vossii* Etymologicon, in UXOR. E. S.]

Ὀβελὸς *veru*. Pro βέλος (praefixo ο) quod est *jaculum*. A βέλω, quod idem ac βάλλω. [*Etymolog.* col. 613: 2. Παρὰ τὸ βάλλω, ἢ βέλλω, γίνεται τὸ μὲν οὐδέτερον βέλος καὶ τὸ ἀρσενικὸν βελός· καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ο, ὀβελὸς, ὁ ὀξεῖας βέλος κ. τ. λ. E. S.]

Ὀβολὸς *obolus*. Pro βολὸς, quod a βόλω vel βέλω. [Conf. dicta modo ad vocem ὀβελός. *Etymologus*, ibidem laudatus, *Photium patriarcham existimasse*, ait, ὀβολὸν κλῆθῆναι, ἐπειδὴ τὸ ἀρχαῖον χαλκοῦν νόμισμα τῶν Ἀθηναίων ὀβελίσκον εἶχεν. Plura dabit *Salmasius* de Usuris, p. 310. de Modo Usur. p. 243. &c. E. S.]

Ὄβριμος *robustus*, *fortis*. [Vox ὄβριμος eandem originem habet, quam βριθὺς, quod contractum est ex βαρυθύς. Βάρος *gravitatem* notat. Itaque βρίμος pp. dicitur pro βάριμος: quod similiter a voce βάρος. Βαρὺς, βρὺς, Adjectivum antiquum, ejusdem est formae ac πρὺς, unde neutrum πρὶν, vel πρὶ. Ita a βρὺς est βρὶν, vel βρὶ, quod usurpari solet in compositis, et *augendi* vim habet. Ita βριήπυος *qui valde clamat* &c. A βρὺς etiam est βριαρὸς, quod format βριάρεως, notissimum illum ex Gigantibus heroëm. Dicitur etiam ὀβριάρεως: quod quidem ο assumitur ex dialecto, in illis nominibus, quae a βρ incipiunt. T. H.]

Ὄβρυζον *aurum purum ex crebra coctione*. Dicitur pro βρύζον, a βρύζω, quod (cum βρίθω et ceteris componendum) oritur a βαρὺς *gravis*: de quo suo loco. [„Ὄβρυζον Graecis pp. est *aurum*, saepius *despumatum* et *excoctum*. Βρύειν enim et βρύζειν idem est, ut βλύειν et βλύζειν, πρίειν et πρίζειν. Graeci exponunt βρύειν: ἐξανθεῖν, ἀναβλύειν, ἀναπηδᾶν, quod et de illis rebus, quae *effervescendo spumam ejiciunt, et quasi florem emittunt*.

&c.

&c. Verba sunt *Salmasii*, in Plin. Exercit. p. 766. B. ubi plura. E. S.]

᾿Ογκάομαι, *ὦμαι rudo.* A sono asini, cui proprium, dicitur. [Conf. *Bocharti* Hieroz. P. I, L. I, c. 2. p. 7. et de Voc. Animal. ad Ammon. L. III, c. 18. p. 231. E. S.]

῎Ογκος *tumor.* Pro ὄγκος, quod a *curvedine*, rerum *ductarum inflexarumque*, dici videtur, et vicinum esse vocibus ἀγκὴ, ἄγκος, et similibus: ut communis stirps sit ἄγω, ὄγω, ἄκω, ὄκω &c. Vir cel. alio in loco: ,, ῎Ογκος vulgo redditur *tumor*, et proprie quidem convenit rei, *prae tumore incurvatae* et *inflexae*. Oritur, nimirum, ab antiquo verbo Graeco ἔγκω, vel vicino ὄγκω: quod verbum ἔγκω superest in composito ἐνέγκω, cujus varia tempora vulgo tribuuntur verbo φέρω. Notat autem pp. ἐνέγκω *brachiis* vel *ulnis inflexis et incurvatis fero:* quae potestas *incurvandi* cernitur etiam in derivatis vicinis ἀγκὴ, ἄγκος, similibusque. Latius autem sumtum ὄγκος fere refertur ad quamcumque *magnitudinem*, vel *molem*, granditate sua veluti *tumescentem*. Inde ὑπέρογκος pp. est *supra modum tumidus*, latiusque sumtum *supra modum magnus* vel *grandis:* quam in rem legi possunt, quae hac de voce, in notis ad *Luciani* Dialog. Select. p. 20. 21. notavit clar. *Hemsterhusius*.

[᾿Οδὰξ *mordicus.* Forma Adverbialis, apud Graecos frequentissima. Pp. notat *qui dentibus mordet.* Est enim ab ὀδὼς *dens.* Hinc quoque verbum ὀδαξέω *ex dentium morsu doleo* et *laboro.* Stirps est ὄδω pp. *mordendo pungo*, unde ὀδύνω &c. T. H.] [Vide supr. E. S.]

῞Οδε, ἥδε, τόδε *hic, haec, hoc.* Ex ὁ, ἡ, τὸ et δέ. [Alterum ὧδε, significans *hoc modo*, *hunc in modum*, pp. desumtum est ex ᾧ, pro τῷ, *Dativo* vel *Ablativo* Singulari antiquissimo, Articuli ὁ, qui casus, hac in compositione, jam sine τ praeposito, comparet: id quod aliquanto magis confirmat ea, quae de isto τ, ex integro τοὶ *tibi* decerpto, supra diximus, in Articulo ὁ, ἡ, τό: ubi vide. Ceterum nostrum ὧδε, hoc pa-

pacto, per ellipsin dici, pro ἐφ' ὧδε τόπῳ, dudum monuit vir cel. *L. Bos*, de Ellipf. Nominum, in τόπος. E. S.]

Ὀδὸς *via*. Ab ἕδω *mitto*, *sedere facio*: unde ἕδος *solum*, *sedile*. [Ita fere praeiverat *Eustath.* p. 1407: 54. et *Etymologus*, col. 615: 8. et paullo clarius, col. 352: 39. ἕω, inquit, τὸ πορεύομαι, ἀφ' οὗ καὶ ἕδος, καὶ ὁδός. Nescio tamen, an stirps huic voci commodior sit ὄδω, efferendum etiam cum adspiratione, ὅδω: quod verbum, cognatum fortasse alteri ἄδω, pp. notaverit *premere*, pecul. *calce pedis*, atque ita *calcare*: ut ὁδὸς pp. sit *via calcata*. Ita certe Hebr. דָּרַךְ est *calcavit*, unde דֶּרֶךְ *via*, quasi *calcata* pedibus. Etiam ὀδὸς *limen*, (quod pinguiori pronuntiatione alias οὐδὸς dicitur) manifesto dictum videtur a *calcando*. Latini paullo aliter LIMEN dixerunt, a λίω, id est, *tero*. Quin etiam οὖδας *pavimentum*, *solum*, itidem a *calcando*, ut Hebr. רָקִיעַ, a רָקַע. Et vel sic tamen verbi ὄδω ea videtur esse indoles, ut notio *premendi* in eodem potissimum adhibita fuerit, de ea *pressione*, quae fiat ope *instrumenti acuti*: unde notio *pungendi*, *findendi*, *comminuendi*. Conf. infra in ὀδύνη. E. S.]

Ὀδοὺς *dens*. Ab ἔδωμι, ut a δίδωμι, διδούς. Est autem ἔδωμι ab ἔδω, Lat. EDO, unde ἐσθίω: de quo supra. [Conf. in Ἔδω. Ab ἔδωμι descenderet pp. ἐδοὺς, ut a δίδωμι, διδούς. Potius igitur repetendum videtur ab ὄδωμι, quod vicinum est isti ἔδωμι. Ceterum datam a cel. *Lennepio* derivationem confirmat collatio vocis Lat. DENS, quam, per aphaeresin primae literae E, pro EDENS, dictam fuisse, cum *Vossio*, statuit vir cel. in Analogia. Conciliari facile potest qualiscumque haec diversitas, si meminerimus, Aeoles pro ὀδόντας dixisse ἐδόντας: permutatis, nempe, verbis cognatis ἔδωμι et ὄδωμι: quas vicinas sibi invicem esse, modo jam diximus. Stirps igitur ἔδω, vel ὄδω pp. *premo*, *premendo pungo*, *subigo*, *comminuo*: quod *ope dentium* fit, inter manducandum. Esse autem stirpem vocis ὀδοὺς vere ὄδω, non ἔδω, facile evincet

cet altera forma ὀδὼν, in Genitivo ὀδόντος, Jonibus usitata, teste Eustathio: quae quidem aperte est forma Participialis Activa. Conf. etiam dicta ad vocem ὀδὼς. E. S.]

'Οδύνη *dolor*. Proprie dici videtur de *dolore*, qui oriatur ex *tumore* corporis, ubi *haeret* et veluti *sedet humor* sive *sanguis*, ab ὄδω, unde οἰδέω *tumeo*; de quo infra, suo loco. [Paullo aliter T. H. „ Ab ὄδω" inquit „ pp. *pungo*, *pungendo fodio*: unde ὀδυνᾶν τινὰ *pungendo aliquem fodere et vulnerare. Dolor*, qui oritur ex corpore *vulnerato* et *puncto*, dicitur ὀδύνη: quod ipsum ὀδύνη etiam positum fuit de *dolore pungente*. Unde, apud *Aristophan.* in Pluto vs. 526. βιοτὸς ὀδυνηρὸς *vita molesta* et *multis doloribus commixta*." Conf. infra in ὄδω. E. S.]

'Οδύρομαι *lamentor*. Factum a sono. [„ Verbum ὀδύρειν vim habet a *vocis acutae* et *querulae* sono. Veteres enim ὀδυρὸς habuerunt pro *acuto*. Itaque Φωνὴ ὀδυρὰ *acuta vox*. Ab ὀδύω est ὀδύζω et ὀδύσσω, *indignari* et *queribundis vocibus indignationem prodere*. ὀδύρεσθαι de *querula voce* saepe apud *Homerum* ponitur: unde ὀδυρμὸς et ὀδυρσις de *queribundis vocibus* dicitur." T. H.] [Conf. quae idem vir summus monuit in ὀδύνη, et quae infra praebebuntur in ὀδύσσω et ὄδω. E. S.]

'Οδύσσω, sive potius ὀδύσσομαι, *irascor*. Proprie notat *intumesco*, ab ὀδύω, quod cum οἰδέω componendum. [Vide T. H. in ὀδύνη. Ceterum analogia linguae suadet, ut ab eodem hoc verbo ὀδύσσω repetamus nomen Gr. 'Οδυσσεὺς, ULYXES. *Etymologus*, col. 615. ab historia Anticleae, Ulyxis matris, ductum censet nomen ὀδυσσέα· ἐπειδὴ κατὰ τὴν ὁδὸν ὗσεν ὁ Ζεύς. Ecquis vero adsentiatur his ineptiis, neque potius a *laboribus* ac *doloribus*, quos passus est heros iste ταλαίπωρος, longe plurimis maximisque denominatum ὀδυσσέα existimet? Ita certe ab ὀδύσσω, commodissima ratione, descenderit ὀδυσσεὺς, eadem analogia, qua complura nomina, in ευς desinentia, vix abeunt ab istis in ὀς. E. S.]

[ὄδω *Verbum obsoletum:* unde varia supersunt derivata, ὀδὶς, ὀδίω &c. ὄδω pp. *pungo.* Hinc est ὀδελὸς, i. q. ὀβελὸς *veru*, quod *pungendi* habet vim; et ὀδύνη *dolor pungens*, et ὀδυνάω *dolore pungente afficio.*" T. H.] Cognatio cum altero ἔδω suadebat, ὄδω pp. esse *premere*, et *premendo infigere*, pecul. *instrumentum acutum:* unde etiam Gr. ὀδόντα, vel ἐδόντα. Latini autem, per aphaeresin primi ε (*e*), dixerunt DENTEM, pp. *pungentem*, *secantem:* id quod unice verum esse nominis hujus etymon, satis demonstraverit collatio alius ὀδελὸς, a summo viro T. H. supra expositi. Unum hoc insuper adjiciendum est, Latinam vocem ODOR, ODORIS, a Graec. ὀδὸς, origine sua, nihil quidquam distare. Latinis enim ODOR et ODOS, (ut *honor* et *honos*, utraque terminatione): haud dubie dictus est ab *acrimonia* odoris, *nares* quasi *pungentis:* unde apud *Plinium* invenias *odorem acutum* &c. ut Belgae dicimus *eene scherpe reuk.* Conferantur etiam, quae, alicubi supra, de primaria notione vocis *stinchen* diximus, et quae infra monebimus, in ὄζος et ὄζω. E. S.]

Ὄζος *nodus rami.* Ab ὄζω, vel ὄδω *tumeo.* [Ὄζος nostrum certissime descendit ab ὄζω, quod factum est ex ὄδσω, Futuro verbi ὄδω pp. *pungo*, *pungendo penetro.* Inde ὄζη *foetor*, pp. *odor acutus*, *naresque pungens*, ac *penetrantissimus:* ut modo dictum in ὀδύσσω. Neque aliter ὄζος *ramus* vocatus videtur, quippe qui, ubi ex cortice arboris primum erumpit, cum *fissione* quadam prodire, et acumen ostendere, videtur.

Ὄθη *cura*, *ratio.* Nescio an sit ab ὄθω, et hoc ab ὄω, unde οἴω *fero*, *porto.* [Laudatur ex *Hesychio*, apud quem reperias ὄθη· φροντίς, ὤρα, φόβος, λόγος. In *Cyrilli* Lex. Ms. item ὄθη· φροντὶς, λόγος, observante cl. *Albertio*, ad *Hesych.* T. II, col. 719. Verissimam autem esse cel. *Lennepii* etymologiam, ab ὄω *fero*, satis demonstrare videtur ipsum verbum ὄθομαι, quod pp. est *fero me*, *feror*, atque adeo μεταποιοῦμαι, ἐπιστροφὴν ποιοῦμαι. Vide *Suidam*, et *Eustathium* apud *H. Stephan.* in Append. Thes. col. 1523. *Hom.*

Il.

Il. A, 180. 181. σέθεν δ' ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω, οὐδ' ὄθομαι κοτέοντος. — Ubi obfervetur aptisfima conjunctio verborum ἀλεγίζω, (quod, *Hefychio* indicante, pp. est περιστρέφομαι *converto me*) et noftri ὄθομαι, pp. *fero* five *impello me*, *moveo me*, *moveor*, (nempe *tui caufa*) *etiam fi valde fis iratus*. Vide porro Il. O, 106. 107. 166. Magna cum voluptate video, idem jam placuisfe fummo viro T. H., qui, ad locum Il. A, 181. „ Ὄθομαι" inquit „ cum Genitivo, qui pendet ab intellecto ἕνεκα. Ὄθομαι vero ea poteftate, qua hic ponitur, in Homero fatis est frequens. Optime convenit cum fuperiori verbo μετατρέπεσθαι (vs. 160. τῶν οὔτι μετατρέπῃ, οὐδ' ἀλεγίζεις) quod monuimus, fimul a Graecis in oratione profa ufurpari. Ὀθῶ in *Activo* fignificat *moveo alium*, ὄθομαι in *Medio*, *moveo me*. Ὄθεσθαι ἕνεκα τινὸς *movere fe ob aliquem*, i. e. *refpectum alicujus habere*, vel *alicujus caufa commoveri*. Ex antiquisfima fcribendi ratione intelligitur, ὀθέω per o idem esfe, quod ὠθέω, per ω. Ὤθω, ὠθέω, ὠθίζω, itemque ὄθω. ὤσω *pello*." E. S.]

οἶ *hei! heu!* Factum a fono. Alibi vir cel. „ Formula *lamentandi*, in fcriptis Graecorum, et praefertim in Tragoediis, frequens, est οἴ μοι, feu οἴμοι *hei mihi!* Inde verbum fecerunt οἰμώζω, ad exprimendum *fonum lamentantis*, et quafi *identidem ingeminantis* οἴ μοι, οἴ μοι. Unde deinceps generatim fignificavit *ejulare*. Simile autem fere verbum est αἰάζειν, quod formatum ab αἶ αἶ: quibus particulis Graeci quoque utuntur, ad *luctum* vel *dolorem* exprimendum. Quare αἰάζειν etiam pro *lugere*, vel *dolere*, dixerunt. Ab οἰμώζειν diverfum est στένειν: utque οἰμώζειν ad *externa figna* lugentis pertinet, fic στένειν *internum animi dolorem*, vel *angorem*, comprehendit. Proprie enim convenit ei, qui *ex angufto pectore fufpiria ducit*." Vide in Στένω.

Οἴαξ *gubernaculum*. Ab οἴω *fero*, *porto*: quod *fert navem*. *Etymolog*. Οἴαξ ὁ κανών, δι' οὗ τὸ πηδάλιον φέρεται. Γίνεται παρὰ τὸ οἴω, τὸ κομίζω, καὶ φέρω. — Σημαίνει δὲ τὸ πηδάλιον τῆς νηός, ἀφ' οὗ φέρεται ἡ ναῦς, κ. τ. λ.

Animadvertatur terminatio in *αξ*, quam *Etymologus* saepissime repetit ab altera in *ος*, ut col. 534: 31. *ὡς παρὰ τὸ ἱερὸς γίνεται ἱέραξ, καὶ νέος νέαξ, καὶ μύρμος μύρμαξ, οὕτω καὶ κόχλος, κόχλαξ*, et col. 554: 2. *λίθος, λίθαξ*, col. 217: 44. *βῶλος, βῶλαξ*, col. 278: 51. *διπλοῦς, δίπλαξ* &c. E. S.]

οἴγω aperio. Dictum pro *ὄγω*: quod vicinum verbo *ἄγω*. Ab eodem *ὄγω*, vicino alteri *ἄγω*, est *ὀγμὸς sulcus.* [Nempe, ut Lat. SULCUS, sive (quod in MSS. est) SOLCUS, dictum pp. *tractus*, ab *ἕλκω* s. *ὁλκῶ*, *traho*: sic *ὀγμὸς*, ab *ὄγω*, quod vicinum alteri *ἄγω duco*, q. d. *ductus*. Haec satis sunt evidentia. At *οἴγω aperio*, meo quidem ex sensu, longe commodius repetas ab *οἴω fero* sive *tollo*, unde *οἴω*, *οἴγω*. Indoles verbi hujus facilius sentiri poterit in composito *ἀνοίγω*, quod pp. est *sursum tollo*, *attollo*, nempe *pessulum*, sive *obicem*, quo fores clauduntur atque obserantur: atque adeo *aperio fores*, *portamve*. Conf. Il. Ξ, 168. E. S.] „ Ab isto autem *ἀνοίγω* sunt Praeterita perf. *ἀνέῳγα*, *ἀνέῳγμαι* &c. hoc pacto. Verbum obsoletum est *οἴγω*. Augmentum apud Graecos generale est *ε*, quod, etiam in Praeteritis *perfectis*, praefigitur verbis, a vocali incipientibus. Itaque ab *οἴγω* erit Perfect. *ἔοιγα*, quod Attici contrahunt in *ᾦγα*. Iidem autem, ita contractis, Praeteritis *novum* deinceps *augmentum* praefigunt, atque sic fit *ἔῳγα*, quae ratio quoque reliquorum similium verborum apud Atticos est."

οἰδέω tumeo. Origo est *ἔδω* vel *ἴδω*. [„ Verbum *οἰδέω*, non aliter quam *κύω* &c., significat *tumeo*, unde *οἴδματα tumores.* Hinc a poëtis *fluctus* marini *tumentes* dicuntur *πόντιον οἶδμα*, ut a *Moscho*, in Europa, vs. 150. *μὴ δείδιθι πόντιον οἶδμα* &c. *οἰδαίνειν* etiam est *tumere*, idem ac *κυμαίνειν*." L. C. V.] [Conf. porro *A. Schultens.* de Diff. L. H. p. 81. et *N. W. Schroeder.* Obss. Sel. ad Orig. Hebr. p. 61. Stirpem si respicias, mihi quidem ea non videtur esse *ἴδω* et *ἔδω*, quippe cui verbo propria est notio *pungendi*, ut supra dictum in *ὀδύνη* &c. Malim igitur repetere ab *ἔω*, *οἴω*, pp. *tollo*, *attollo*: unde *οἶδος* pp. est, quod *at-*

tol-

tollitur, s. attollit sese, Belgis verheffinge. Hinc vero notio tumoris quasi elati: et οἶδμα fluctus, pp. se attollens, ut in illo poëtae, fluctusque ad sidera tollit &c. Tum vero ab οἶδος tumor est novum verbum factum οἰδέω intumesco, turgeo &c. E. S.]

'Οἶζυς aerumna. Quasi ab οἰζω lamentor: quod ab οἶ, de quo supra. ['Οἶζυς pp. est infelicitas, ob quam aliquis deploratur. Hinc ὀϊζυρὸς infelix; eum in modum, ut quis deploratione et lacrymis dignus sit. T. H.]

οἶκος domus. Ab εἴκω secedo: de quo suo loco. Alio loco clar. Lennep. „ Verba vicina sunt εἴκω, ἵκω, et ἥκω: et significant venio, eo, cedo, secedo, et simm. A primo εἴκω, Praeteritum Med. ἔοικα, pp. veni, secessi, nomen peperit οἶκος, significans adeoque secessum, sive locum, in quem aliquis secedat, commorandi gratia. Hanc ob caussam, in usu, eximie notat domum et peperit derivata verba, cum alia, tum etiam οἰκέω et οἰκίζω: cujus utriusque potestas probe secernenda est. οἰκεῖν nempe significat habitare, et inde etiam, metaphorice, administrare, pp. res domesticas, vel etiam generatim alias. Ita Graeci v. gr. dicunt οἰκεῖν πόλιν, gubernare civitatem, quod tamen frequentius solent dicere, verbo composito, διοικεῖν. Alterum οἰκίζω, vi terminationis ζω, significat domum exstruere, collocare, condere: quemadmodum Graeci dicunt οἶκον οἰκίζειν, πόλιν οἰκίζειν domum, civitatem condere. Ab οἰκίζειν verba composita κατοικίζειν et μετοικίζειν pp. eandem significandi rationem sequuntur. Eximie autem etiam haec verba tribuuntur personis, quae, tanquam colonia, alicubi collocantur. Ita κατοικίζειν τινὰ, significat aliquem habitatum alicubi collocare. Simili ratione μετοικίζειν τινὰς Graeci dicunt, ex uno loco in alium habitatum collocare aliquos, id est, deducere in coloniam. Alia ratio est verbi compositi μετοικεῖν, quod, a notione habitandi, verbo οἰκεῖν propria, significat (vi Praepositionis μετὰ) ex uno loco in alium habitatum ire adeoque migrare. Hactenus cel. Lennep. — [„ O-

κος (apud vett. fcriptores Latinos OECUS) pp. est *receptaculum*, dein *conclave*. Tandem in ufu *domum* fignificavit. Derivatur ab ἔοικα, Praeterito Medio verbi εἴκω, quod notat *cedendo locum dare*. Apud Graecos fcriptores faepe οἴκημα de *conclavi* ponitur, rarius οἶκος: atque adeo factum est, ut haec poteftas a Lexicographis fuerit praetermiffa. Verum ifto ufu οἶκος, de *coenaculo* pofitum, aliquoties inveni apud *Athenaeum*, L. IV, p. 130. a. L. V, p. 205. c. Comparari potest *If. Cafaubon.* in Animadv. ad Athen. L. IV, 2. et ad Theophraft. p. 256. Plus femel *coenacula*, a *Vitruvio*, Graeca voce, et Latino flexu, OECI dicuntur: ut L. VI, 10. Neque aliter apud *Lucam*, Act. Apl. Cap. II, 2. ὅλον τὸν οἶκον reddi debet *totum conclave*" &c. L. C. V.] [De etymologia vocis, ab εἴκω *cedo*, vide etiam *L. Bos*, in Diff. de Etymol. Gr. p. 35. E. S.]

οἶκτος *mifericordia*. Proxime est οἴζω, quod ab οἶ. Idem vir cel. alio loco: „ Duplex forma fuit olim οἰκτισμὸς, et οἰκτιρμός. Prius, potisfimum frequens fcriptoribus Graecis, oritur ab οἰκτίζω: pofterius, ufitatum interpretibus Alexandrinis, et fcriptoribus N. T., ab οἰκτείρω est. Utrumque notat *lamenta*, quae quis, *mifericordia ductus*, effundat. Utriusque verbi ftirps est nomen οἶκτος *mifericordia*. Hoc vero a fimpliciori οἴζω, quod nomen peperit οἰζυρὸς, poëtis Graecis ufitatum. Notavit autem οἴζω pp. *ingeminare fonum* οἶ, οἶ, et ad ea verba pertinet, quae a *fono* formantur. οἶ, nempe, vox lamentantis est" &c.

οἴμη *via*. Ab οἴω *fero*. [Nihil certius hac derivatione. Analogice quippe est οἴμη hocce ab οἶμος, ὁ, ὁ, nomine formato ab ὤιμαι, Praeter. perf. pasf. verbi οἴω. *Etymologus* col. 618: 5. οἴμη, ἡ ᾠδή· παρὰ τὸ ἐν ταῖς οἴμαις, τουτέστι ταῖς ὁδοῖς, ψάλλεσθαι &c. Locupletior *Hefychius*, Tom. II, col. 728. qui praeterea docet, οἴμην esfe i. q. φωνὴν, ᾠδὴν, λόγον, ἱστορίαν, καὶ κύκλον. Quae omnia, ni fallor, ab οἴω *duco*, *produco*, facili negotio posfunt repeti. Vide infra in οἴω. E. S.]

οἰ-

οἶνος *vinum.* [Vehementer dissentiunt veteres de etymo hujus vocabuli. *Etymologus* col. 618. repetit παρὰ τὸ οἰήσεως καὶ πλάνης αἴτιος κ. τ. λ. *a temeritate et vagis erroribus*; quibus mortales *obnoxios reddat* vinum. *Plato* ei praeiverat in Cratylo, p. 406. „ *quod efficiat homines οἴεσθαι* (id est *opinari*) *postquam biberint*, *se νοῦν ἔχειν* (id est *mente et intelligantia praeditos esse*) *quum tamen minime sint: quasi οἰόνους, commodissimo quidem vocabulo.*" Mitto alia: unde sentiri poterit, quam incertas, in hac quidem eruditionis parte, regulas adhibuerint vel ipsi acutissimi philosophi Graecorum. Verum vocis etymologiam, post *Caninium*, reseravit T. H. his verbis." Culturam VINI, vitiumque, ex Oriente ad Graecos pervenisse, vel nomen ipsum οἶνος indicat. A יין enim factum οἶνος fuit: quo nomine *Bacchum* quoque ipsum significari, testis est *Hesychius.* Nam οἶνος, veteri quidem in lingua Graeca, nihil aliud est, quam Latin. EUNUS, OENUS, UNUS: quemadmodum ποινὴ POENA, PUNIO. Inde est οἰνίζειν et οἰνοῦν, ab *Hesychio* expositum μονάζειν: qua de re docuit *Salmasius* ad Vopiscum, p. 472." &c. Vide et *Hesychium* in voce οἴνη. et ibidem *Albertium.* Ceterum, etsi τὸ οἶνος satis prodat originem suam ex Orientali lingua, componi tamen nonnihil commodius poterit cum Arab. وين, quam cum Hebr. יין: nisi statuere malis, Hebraeos veteres etiam, per ו initiale, וין, sive וַיִן, dixisse, quod facile equidem crediderim. Ejusdem quoque originis esse Teutonicum *wein*, f. *wijn*, satis apparet: videturque ex Oriente, per Graeciam Latiumque, ad Gallos Germanosque delatum. Conf. porro *Voss.* in Etymol. *Dawes.* Misc. Crit. p. 155. et *Burgess.* p. 519. E. S.]

οἶος *solus.* Convenire videtur cum οἷος *qualis*: quod ab ὅς repetendum.

οἷος *qualis.* Vide in οἷος. [Hactenus praeceptor noster eruditissimus; cui quod, de voce οἶος, prorsus adsentiri nequeam, aegre fero. Facile equidem largior, τὸ οἷος *qualis* produci potuisse ab οἷ, Dati-

tivo antiquo Pronominis relativi ὅς *qui:* quod quidem οἷς, five ὅα, deinde contractum est in ῷ. Ita enim et ipsum Latinorum QUALIS productum esse ex pronomine QUA, verissime suspicatus fuit *Vossius*, in Etymologico. Sed alterum οἶος *solus* diversae nonnihil videtur esse indolis. Verba fuerunt cognata ἔω, ἴω, ὄω, et ὕω. — His similia sunt ἐμὶ, ἰμὶ, ὄμι, ὕμι: conveniuntque in eandem originem omnes formae verbi Latini substantivi SUM. Ab ὕμι, nempe est SUMI, SUM: ab ἔω vel ἔμι, habemus ES, pro *esi*, EST, pro *esti:* ab ἰμὶ SIMI, SIM, SIS, SIT: ab ὄω FOO, FORO, FOREM &c. Jam vero ab eodem hoc ὄω, vel ὄμι, videtur esse ὄς, sive, cum adspiratione, ὅς: quod ipsum ὅς adhibitum est pro Pronomine relativo, unde Dativ. οἷ, et inde οἷος. Porro ab ἔω, vel ἐίω, (forma productiori, et conveniente cum εἰμὶ) in Futuro ἔισω, factum est ἔις, vel εἶς, contracte εἷς, UNUS. Atque hoc ipsum Lat. UNUS est ab ὕω, cognata forma alteri ἔω, unde ἐέω, ἐέμι, ἔιμι, et deinceps, ἐὶς, ἐῖς, εἷς. Ab ὄω similiter factum est ὀΐω, contracte οἴω: et hinc denique οἶος. Ex quibus jam satis constabit, ni fallor, Lat. UNUS et Graecum οἶος, ex eadem descendisse origine, adeoque formas sibi invicem esse cognatas; οἶος quidem ab ὄω, οἴω UNUS vero ab ὕω, unde ὕνω. ὕνος, UNUS. Confer praeterea, quae vir summus T. H. supra dedit in οἶνος *vinum*. E. S.]

Οἶς, OVIS. Forte ab ὄω; vel οἴω *porto*, *gesto*. [Accuratissime de hac voce egit *H. Stephanus*, in Thes. T. II. col. 1249. 1250. Derivatio cel. *Lennepii* a verbo οἴω simplicissima est. Ab οἴω enim, s. ὀΐω, est Fut. ὀΐσω, vel οἴσω, et hinc dissyllabum ὄϊς, vel monosyllabum, contractum, οἶς. Ab ὄϊς porro, cum digammate Aeolico, descendit ὄϜις, Latinum OVIS. At ratio significationis hactenus nonnihil est ambigua: sitne ὄϊς ab οἴω *porto*, *gesto*, ita dicta, quod *lanam gestet*, an potius ab οἴω *duco*, *ago*? Posterius mihi placet, salva summi praeceptoris sententia, si eam forte probaveris. Sane alterum πρόβατον OVIS (ut vir doctiss. *Reiskius* fortasse adnotavit in Lexi-

co *Hedericiano*) „ ex eo *sic dictum*, *quod a pastore agitur*, προβαίνει *antecedit eum*, et προβατεύεται, *ab eo ad lente praecedendum adigitur*" &c. Neque alia ratio videtur esse nostri ὄϊς. E. S.]

οἶςρος *oestrus*, *tabanus*, *asilus*. Ab οἴω *fero*: ut pp. sit *id quo feratur* aliquid et *instigetur*. [οἶςρος ab *Etymologo* similiter declaratur, τὸ θηρίδιον, τὸ ἐγχρίπτον τοῖς βουσὶ, καὶ δάκνον· ἀπὸ τοῦ οἴω, τουτέςι φέρω· ὁρμῇ γὰρ φέρεται· Plura dabit *H. Stephan.* Thes. T. II, col. 1254. Quum nomina in τρον significent *instrumentum*, quo quid perficitur, Vide ad Analog. p. 154; facile hinc apparet, οἶςρον pp. esse *instrumentum agitandi*: verissimamque adeo esse hanc vocis derivationem. Vide etiam *Eusthath.* p. 1161: 28. 1648: 44. 1928: 16. viros doctos ad *Hesych.* in voce, et cel. *Lennepii* Observ. de voce οἰςρᾷν, ad Phalar. p. 36: 2. E. S.]

οἶτος *aerumna*. Ab οἴω, unde quoque οἶμη *via* (de quo supra) pp. notat *exitium*. [*Horus* apud *Etymologum*, col. 619: 26. repetit ab οἰ sive οἴμοι, ςεναγμοῦ ἐπιῤῥήματος: unde nostrum οἶτος pp. notat θρῆνον, μόρον, θάνατον. Plura dabit *Hesychius*, T. II, col. 735., nostrum οἶτον, inter alia, reddens ὁρμίσκον, i. e. *monile*; pp. *pendulum*, et huc illuc *movere solitum* (ab ὅρμος, unde et ὁρμάω, ex stirpe ὄρω vel ὄρω) quae quidem glossa simul facile demonstrat, stirpem esse οἴω *fero*, unde οἶτος, ex οἶμαι. pro ἔοιμαι, tertia Praeter. perf. passivi: ex cujus prima persona οἶμος, et οἴμη descenderunt. E. S.]

οἰφέω *coëo*. Stirps incerta. [*Hesychii* glossa, T. II, col. 735. verbum οἰφεῖν per ὀχεύειν reddens, satis demonstrare videtur hujus significationis originem: nempe ab ὄω, sive οἴω *fero*, e qua stirpe non tantum οἴγω, οἴχω, οἴχομαι, sed etiam ἔγω, ἔχω, ὀχεύω, et οἴϝω, οἴφω, οἰφέω, commodissime repetieris. Hoc pacto οἰφέω, pp. fuerit *moveo me*, pecul. *inequitando*, quod Graecis, cognata forma, est ὀχεύειν, ut ipsa *foemina* dicitur ὀχεύεσθαι. Confirmare videtur nostram derivationem Proverbium vetus Graecorum, apud *Suidam* alios.

aliosque exstans, Ἄριστα χωλὸς οἴφει (ita enim ibidem legendum esse pro ὑφεῖ, voce nihili, dudum docuit *Kusterus*) h. e. *optime claudus subit*, pp. *vehementissime movet se*, vel *inequitat claudus*; oxymoro in hoc captato, quod nequam iste, etsi claudus sit, optime tamen &c. Vide etiam infra in οἴχομαι. E. S.]

οἴχομαι *abeo*. Ab ὄχομαι, quod ab ὄχω, cui vicina ἔχω &c. [οἴχομαι est ab οἴχω, hoc vero idem pp., quod οἴω *fero*. οἴχειν τινὰ *investigare aliquem*: sed Medium οἴχομαι, pp. *impello me ipsum ad eundum*. οἴχεσθαι vero plerumque *in deteriorem partem* sumitur. Sic τὰ καλὰ οἴχεται *res bonae abierunt*; οἴχεσθαι εἰς τοὺς κόρακας *ire in malam rem*; οἴχου *abi in rem malam*. T. H.] [Stirps igitur est ἔω, cognata alteri ἄω, unde ἔρω, ἔλω, ἔρχω, ἔλθω &c. Ab ὄω vero οἴω, οἴχω &c. Proprietas verbi facile sentietur ex illo Hom. Il. Η, 460. Ξ, 311. &c. ubi οἴχωμαι pp. est CONFERAM ME, vel CONTULERO ME. E. S.]

οἴω *puto*. Ab ὤω, quod convenit cum ἔω, ἕω, ἴω, *mitto*, *eo*, FERO, quae propria est verbi notio. [Proprietatem verbi esse in *ferendo*, (quod ultimo loco statuit cel. *Lennepius*) accurate explicat T. H. his verbis: „ Ὀΐω, apud *Homerum*, solutum est ex οἴω. Cujus quidem Activum, in prosa oratione, plane exolevit: apud Poëtas vero frequenter occurrit οἴω, pro Medio οἴομαι. Itaque Active positum subintellectum habet nomen νῷ: ut sit pp. *mente fero*, quod Graeci alias plene dicunt φέρειν ἐν νῷ. Sed Medium οἴομαι pp. est *mecum fero*, i. e. *cogito*" &c. Ceterum, pro οἴομαι, contracte dicitur οἶμαι, sed in *Participio* dicitur οἰόμενος, nunquam contracte οἴμενος, nisi apud solos poëtas. Ab οἴομαι tamen, eo usu, non derivatur οἴσομαι (hoc enim significat *feram*, pertinetque ad usum verbi φέρω) sed usurpatur οἰήσομαι, quod pp. est ab οἰέω. Ab οἰήσομαι hocce, in *Aoristo Medio*, pp. formari debuerat ᾠησάμην: sed saepe fit in lingua Graeca, ut, in vicem Aorist. I. Medii, succedat Aoristus I. Passivus. Itaque pro ᾠησάμην (quod non usurpa-

patur, nisi rarissime in Tragicis) dicitur φῆθειν. — De notione *ferendi*, in verbo οἴω, in usu proprie manserunt οἰςὸς *latus*, *emissus*, et Substantivum trisyllabum ὀϊςὸς *sagitta*: porro Futurum οἴσω (verbo φέρω, ut diximus, tributum) et οἰςέον *ferendum est*, itidemque οἰςικὸς *impetu propulsus*, seu *vim continuandi motum habens*."

οἰωνὸς *avis*. Ut ab υἱὸς *filius*, est υἱωνὸς, sic ab οἶος *solus*, οἰωνὸς, *qui solus vagatur*, *avis solitarie volans*. [„ Quemadmodum κοινωνὸς a κοινὸς &c. sic οἰωνὸς ab οἶος *solus*, pp. significat *solitarius*, diciturque pp. de *avibus solitariis*, et, ut Graeci dicunt, σαρκοφάγοις *carnivoris*, ut sunt *vultures* et *corvi*. Praeterea, quoniam ex *vulturibus* omina captabant, hinc factum est, ut οἰωνοὶ *aves auspicatoriae* vocarentur. Praeclara est *Hectoris* apud *Homerum* sententia, Il. Μ, 243. Εἷς οἰωνὸς ἄριςος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης *Unum omnium omen est optimum*, laborantem et infestatam *patriam fortiter defendere et tueri*. T. H.] [Conf. etiam *Etymolog. M.* in voce, col. 619: 39. E. S]

Ὀκλάζω *in genua procumbo*. Pro κλάζω, a κλάω *frango* &c. [*Etymolog.* Ἐκ τοῦ κλῶ, κλάσω, γίνεται ῥηματικὸν ὄνομα κλὰς· καὶ Δωρικῶς, κλάξ, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ο, ὀκλάξ· ὡς ὀδάξ· καὶ ὀκλάζω, χωλεύει, ἐπὶ γόνυ κάμπτεται. Eadem fere quoque habet *Eustathius*, p. 650: 47. 931: 62. 1208: 14. Vocalem ο multis vocibus praefixam esse, docuit etiam cel. *Lennepius*, Analog. p. 205. ubi lege, quae pluribus, de nostro ὀκλάζειν, admonuit. E. S.]

Ὄκνος *pigritia*. Nescio, an sit pro ἄκινος, et hoc ab ἴκω, cui vicinum ἵκω *venio*? Eadem fere ratio est Latini CESSO, a κίω. [Paullo aliter *Etymologus*, col. 620. 51. Ὄκνος, ἡ ἀκινησία, τὸ πάθος, οἱονεὶ ἄκινος τις ὢν συγκοπῇ, καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς ο, ὄκνος. Idem etymon suadet observatio *Eustathii*, p. 611: 8. ὄκνον dictam videri τὴν μετὰ κάματον ἀργίαν, *lassitudinem* pigritiamve *post labores*. Quae quidem observatio si vera sit, nihil fortasse impediet, quo minus statuamus, stirpem esse κίω, unde κίνω, κινῶ, ἄκινος, et, obscurius pronun-

nuntiatum, ὄκνος, ὄκνος. Vide cel. *Lennep.* in voce sequenti. E. S.]

Ὀκρίβας *pulpitum*. Ab ὄκρις (quod cum ἄκρις componendum) et βάς. [„ Ὀκρίβας in scena *locus* erat *elatior*, unde actores fabulas recitabant. Idem et λογεῖον dicebatur: in qua voce vide *Etymologum*. Usus est ὀκρίβαντι *Philostratus*, de vita Apollon. Thyan. p. 245." T. H.] [Conff. omnino viri docti ad *Hesych.* et *H. Stephan.* in Append. col. 1531. E. S.]

Ὄλβος *opes*. Est ab ὅλος repetendum: quod ab ὅλη, cui vicinum ἕλω, de quo supra. [Praeiverat *Etymologus*, col. 621: 24. τὸ ὄλβος, παρὰ τὸ ὅλος, πλεονασμῷ τοῦ β, ὄλβος. Quae deinde addit, vix operae est recensere. Si verum est etymon, ὄλβος pp. fuerit *accumulatio*, sive *coacervatio*, in primis *frumenti*, *frugumve*; adeoque *divitias rurales* vox haec notare debuerit. Conf. dicta ad vocem Ἄλφα, supra. Opem fert observatio *Eustathii*, p. 1364: 10. 1558: 53. ὄλβον pp. esse τὴν τῶν ἀγρῶν κτῆσιν, sive ἐκ τῶν ἀγρῶν περιουσίαν, κ. τ. λ. E. S.]

Ὄλεθρος *pernicies* &c. A verbo ὄλλυμι *perdo* derivatum ὄλεθρος significat *perniciem*. Tum autem observandum, idem dici de *homine pernicioso*. Attica elegantia est, quando *nomina*, quibus *malum* aliquod, sive *poena*, significatur, de *hominibus* ponuntur, *isto malo* vel *poena dignis*. Ita *locus* Athenis erat, in quem dejici sontes solebant, quem βάραθρον dixerunt. Inde autem *homo dignus barathro*, βάραθρον interdum vocatus. Similia sunt, in comoediis Plauti Terentiique, *crux*, *patibulum*, *furca* &c. de *homine cruce*, *patibulo*, *furca*, *digno*. Ad hoc genus nostrum quoque ὄλεθρος referendum est.

Ὀλέω verbum inusitatum: quod olim tamen exstitisse, ex Futuro ὀλέσω, et Praeter. perfecto ὤλεκα, colligit cel. *Lennep. Analog.* p. 7. [Videri possit lingua Lat. hoc ipsum verbum OLEO servasse: quippe quae, magna in amplitudine, habet *oleo*, *olui*, *olere*, cum compositis *adoleo*, *oboleo*, *redoleo*, *suboleo*. Sed incertum adhuc est, utrum Lat. OLERE, quatenus idem

idem notat quod *odorem spirare*, productior forma sit, ex Graeco ὄλω, derivata; an vero Latini OLEO dixerint pro ODEO, literis d et l inter se permutatis? Vide supra in ὄδω. Hoc loco quaeri potest an Latinis fuerit geminum verbum OLEO, quorum alterum notarit *odorem exspiro*, alterum *cresco*, *incresco*: unde *olesco*, *adolesco*, *adolescens*, *adultus*, *coadolesco* &c. Mihi quidem necdum liquet: etsi illuc propendeam, ut existimaverim OLO, OLEO, OLESCO &c. idem pp. fuisse, quod VOLVO: quod ipsum VOLVO, praemisso utrique syllabae digammate Aeolico, factum est ex ὄλω, ϝόλϝω &c. a notione *volvendi* autem esse cum eam *crescendi* sive *mole increscendi*, ut v. gr. *globus nivis volvendo* solet *augeri*, tum eam *fumum exhalandi* et *adolendi*, quatenus *nidor* rerum *exhalantium* fragantiumque, *fumi* instar, *volvi* et *adscendere* soleat. Nisi forte malueris, ab *adscendendi* hac notione illam esse *increscendi*, ut in voce *adolescens* sentiri poterit: quemadmodum et nos Belgae etiam dicimus *een opgeschoten jonge*. Sed plura de his fortasse alibi. Conf. porro infra in ὄλλυμι. E. S.]

'ολίγος *paucus*. Forte pro λίγος, a λίω, unde λιτὸς *tenuis*. [Hoc pacto vocalis ο ab initio erit praemissa, ut in ὀκλάζω, aliisque. Ceterum pro ὀλίγος, lingua Tarentinorum, dici ὀλίος, ex Lexico veteri suo, annotavit *H. Stephan.* Thes. T. II, col. 1271. quem vide, et conf. *Etymol.* col. 621: 51. E. S.]

"ολισβος ab ὀλίω *volvo*. ["ολισβος, i. e. σκύτινον αἰδοῖον. Vide *Stephan.* in Append. Plura addere non licet E. S.]

"ολισθος *lapsus*. Ab ὀλίω, quod ab ἔλω *volvo*. Hoc autem vicinum verbo ἕλω &c. [„ Existimatur pp. dici (inquit *Stephanus* in App. col. 1681.) de *lapsu*, qualis in *lubrico* contingere *loco* solet." Est autem ὄλισθος manifeste ductum a verbo ὀλίσθω, unde superest ὄλισθε *lubrico motu excidebat*, de Ajace positum, Il. Ψ, 774. Ἔνθ' Αἴας μὲν ὄλισθε, κ. τ. λ. quod Belgice sic reddi possit *Toen* ROLDE *Ajax te midden van Zijnen loop*. Vide et Il. Υ, 470. Ab ὄλισθος autem est

est ὀλισθέω &c. Conf. etiam de hoc verbo *Schultenf.* Comm. ad Prov. Salom. p. 95. 246. E. S.]

Ὄλλυμι *perdo*, proprie *volvendo*, *praecipitando* ab ἐλλύω, ἕλλω, ὅλω, unde Lat. VOLVO. [Conf. dicta ad ἐλέω. Futurum, verbo ὄλλυμι tributum, ὀλέσω manifeste est ab isto ὀλέω. De Latinorum voce OLLA ambigi potest, sitne ab eadem stirpe ὅλω, per reduplicationem mediae literae, ὅλλω, unde dein ὅλλος, ἕλλη, ἕλλον, pp. id quod *volvitur* vel *volvi* potest; qua lege *olla* dicta fuerit a forma *rotunda* et quasi *volubili*: an vero *olla* sit pro OLA, hoc vero, obscuriuscule pronuntiatum, pro AULA. Vide loca veterum apud *Voss.* in Etymologico. Sed res eodem redibit, dum observes stirpem ἄλω, unde ἄυλω, αὖλος, AULA, et ὅλω, unde ἕλλος &c. cognata verba fuisse. Vide et infra statim in ὅλμος. E. S.]

Ὅλμος *mortarium*. Ab ὅλω VOLVO. [Ὅλμος pp. est *quodvis corpus*, vel *cylindri tereti figura*, vel *orbiculari dimidiata*, quae ad *sphaeram disfectam* proxime accedit. Hinc *pilae* s. *mortaria* ὅλμοι, et, apud *Athenaeum*, L. X, p. 494. non dissimilis formae *poculorum* genus. Istiusmodi operculum, tripodi [Apollinis Delphici] impositum (quale in numis, veteribusque monumentis, saepe conspicitur, cui Pythia, vaticinandi facultatem acceptura, insidebat, *Pollux* L. X, 81. ad *Aristoph.* Plut. vs. 9.) *cortinam*, a similitudine, dixere Latini: quae pp. *lebes* est tinguendae lanae, qua descripsimus, figura" &c. T. H.] [Ad propriam *volvendi* notionem magis illustrandam facere potest locus, Il. Λ, 147. ὅλμον δ' ὣς ἔσσευε κυλίνδεσθαι δι' ὁμίλου, i. e. *projecit* VOLVENDUM *per turbam*. Conf. omnino *H. Stephani* Append. c. 1533. 1534. et viros doctos, laudatos ab *Albert.* ad Hesych. in voce, T. II, c. 743. E. S.]

Ὀλολύζω *Ululo*. A sono factum ὀλύζω, vel λύζω: quocum hoc componendum. [Conf. *H. Steph. App.* c. 1534.]

[Ὀλοὸς *perniciosus*, *exitiosus*. Est ab obsoleto ὀλέω, cui vicinum ὀλύω, unde, litera λ reduplicata, ἐλλύω, s.

f. ἔλλυμι, itemque ὀλέω: de quo vide fupra. A notione *volvendi* autem ὀλοὰς pp. videtur esfe, quod *colligat rapiat*que, quafi *involvendo*, et *confumendo*. Quo adfpectu ὀλοὸν πῦρ pofitum est a Poëta, Il. N, 629. O, 605. cui etiam tributae *procellae*, Od. M, 68. Porro ὀλοὸς πτελεμὸς, Il. Γ, 133. de *luctu* itidem cuncta *involvente*, Il. Ψ, 10. de *ventis*, Od. I, 82. M, 425. Denique ὀλοοίτροχος, vulgo *lapis curfu perniciofus*, potius κυλινδρικὸν σχῆμα habens, ut recte *Democritus* interpretatur, apud Etymologum. *Virgilius* egregie expresfit, Aen. XII, 684. *Ac veluti montis faxum de vertice praeceps Cum ruit* &c. *fylvas*, *armenta*, *virosque* INVOLVENS *fecum*. Plura dabunt *Alberti* ad Hefych. T. II, c. 745. *H. Steph.* Thef. T. III, c. 1668. et Ill. *Villoifonius*, ad *Apollon.* Lex. p. 597. Ejusdem formae altera vox, apud *Hefychium*, est ὀλοοίτροπα. Ni vehementer fallor, eadem compofitione, fed contractiore forma, ὀλοόφρων dixerunt veteres, pro ὀλοιόφρων, quod recentiores fcripfisfent ὀλοιόφρων: fed vocalis ο, ex antiqua fcribendi ratione, hac in voce fupermanfit. Vide Il. B, 723. O, 630. P, 21. &c. Itaque opus non erat, ut, mutato fpiritu, viri docti, pro ὀλοόφρων legerent ὁλοόφρων. E. S.]

Ὀλόπτω *vello*, *decortico*: quod cum λέπω componendum. [Sane apud *Hefychium* ἐλόπτων exponitur λεπίζων, τίλλων &c. Vide *H. Steph.* App. col. 1535. Quapropter maxime verifimile est, vocalem *ο* ab initio praefixam esfe verbo λόπτω, hoc autem cognatum fuisfe alteri obfoleto λέπτω, unde λεπτός. Conf. *Analog. Lennep.* p. 205. E. S.]

Ὅλος *totus*. Ab ἔλω VOLVO. [Ad amusfim refpondet etymologia vocis כל, five كل *omnis* f. *totus*, apud Orientales: etfi ftirpes ipfae, ἔλω, et כלל, toto coelo fint diverfae. Conf. כלל in Lexico noftro Hebraico, et كل in *Willmeti* Lex. Ar. p. 645. 646. — Cl. *L. Bos*, in Exercitat. Philol. p. 65. jam docuerat, Lat. vocem *follennis* esfe a SOLLO, quod

quod TOTUM ſignificet. Vide porro obſervationes *Voſſii* in Etymol. voce SOLUS: ex quibus ſatis ſuperque conſtabit, ipſum hoc Lat. *ſolus*, praemiſſo ſ, factum eſſe ex Gr. ὅλος. Itaque ὅλος pp. eſt *convolutus*. Ceterum origo eadem eſt quoque vocis οὖλος, quae primariam illam notionem magis habet conſpicuam: uti apparebit ex locis vett. excitatis ab *H. Steph.* Theſ. T. II, 1285. 1286. Ab eodem ὅλος, SOLUS, eſſe quoque Lat. *ſolidus*, adnotavit vir doctiſſimus in Lexico Hedericiano. E. S.]

Ὀλοφύρομαι *lamentor*, *ejulo*, *ploro*. Factum a ſono. [*Etymologus*, col. 622: 33. exiſtimabat, verbum pp. valere μετὰ τιλμοῦ τῶν τριχῶν κλαίειν. Quam addit, derivatio παρὰ τὸ ὅλως φύρειν ἑαυτὸν, ea valde eſt ſuſpecta. Vide tamen *Euſtath.* p. 696: 18. 876: 39. 1652: 44. 55. 1660: 9. 1925: 38. E. S.]

[Ὅμαδος *tumultus*. *Apollonius* reddidit θόρυβος. παρὰ τὸ ὁμοῦ αὐδεῖν. Ex qua gloſſa *Heſychius* (qui plures habet) corrigi leviter poteſt. Vox enim αὐδεῖν in fine gloſſarum *Heſychii* videtur excidiſſe. — Eandem compoſitionem vocis ὅμαδος, ex ὁμοῦ et αὐδεῖν, praebent *Etymologus*, *Euſtathius*, *Photius*: videturque ei nonnihil favere locus Poëtae, Il. Β, 96—98. Verius tamen dixeris, ὅμαδον vocem eſſe compoſitam ex ὁμὸς, et ἄδω *conſtipo*, aut fortaſſe formam eſſe productiorem, ab ὁμὰς, quod ab obſoleto ὁμάω: hoc vero ab ὁμὰ, foeminina forma Adjectivae vocis ὁμὸς, unde ὁμοῦ. Terminatio in δος perſaepe mere *ſervilis* eſt, ab ipſa ſtirpe vocabulorum probe ſecernenda. Conf. *Etymol. M.* col. 701: 46. ubi praebentur πλάδος, ῥάβδος, κ. τ. λ. et inſpice Il. Η, 307. Κ, 17. &c. Sane βιβλίων ὅμαδος (quod ex *Platone* laudavit *H. Stephanus*, Th. T. II, c. 1300.) vix videtur dici potuiſſe, ſi ὅμαδος vox eſſet ab ὁμοῦ αὐδεῖν repetenda. E. S.]

Ὁμαλὸς *planus*, *aequalis*. Ab ὁμὸς, unde ὁμοῦ: quod vide. [Stirps haud dubie eſt ὄω, unde οἴω, FERO: de quo verbo vide dicta T. H. Ab ὄω igitur ὁμὸς, ὁμὴ, ὁμὸν (ſive adſpiratum ὁμὸν) fortaſſe pp. *eſt*, *quod* *fer-*

fertur, vel *sustentatur*, pecul. *aequaliter*, neque in hanc, nec in illam partem, inclinatum. Ab ὁμῶ, sive ὁμᾶ, foeminina forma, factum ὁμαλὸς *aequalis*, *similis*: quod ipsum quoque Lat. SIMILIS forte ab ὁμαλὸς repetendum esse, docuit *Vossius*, in Etymologico. Hoc vero etsi nondum ita planum videatur, tamen satis apparet, vicinas formas fuisse Gr. ὁμαλὸς, et SIMILIS Latinorum. Neque repugnat terminatio in *is*, quum et Graeci dixerint ὁμαλὴς, — ἐος, a cujus Dativo Sing. repetendum est verbum derivatum ὁμαλίζειν. —— Ceterum huic adjectivo ὁμαλὸς, s. ὁμαλὴς, *aequalis*, *planus*, opponitur alterum ἀνώμαλος, sive ἀνωμαλὴς, pp. *non planus*, s. *inaequalis*: ex quo factum est, ut ANOMALIA etiam a Latinis Grammaticis diceretur, *inaequalitas* declinationum, vel *conjugationum*, quae consuetudinem sequitur: et *anomala* nomina, aut verba, vocarentur, quae aliqua ratione a *norma* declinationum, vel conjugationum aberrant; cui *Analogia* contraria est. *Varro* vocem *anomalia* modo Graece usurpat, saepius Latine" &c. Haec *Forcellinus* in Thes. L. L. in voce, ANOMALIA: ubi deinceps *Varronis* verba adscripsit. E. S.]

Ὁμαρτῇ *simul*. Compositum est ex ὁμοῦ, et ἀρτῇ, quod ab ἀρτέω *necto*, cui vicinum alterum ἀρτάω. Utrumque ab ἀρτὸς. Stirps ἄρω *necto*. [*Aristarchus*, (uti ex *Eustathio* adnotavit *H. Steph.* App. c. 1537. 1538.) apocopatam vocem esse, censebat ex ὁμαρτήδην, ideoque oxytonως scribendum esse ὁμαρτῆ. Plura dabit Appendix *H. Stephani*, l. c. Si comparaveris voces ὅμαστις, ὁμαυλία, similesque, compositas haud dubie cum Adjectivo nomine ὁμὸς, ἡ, ὸν, vix dubitandum videbitur, quin eadem compositio, in voce ὁμαρτῆ, sive ὁμαρτῇ, cum Jota subscripto (ut alii scribunt) sit admissa. Codices nonnulli, sine contractione, exhibent ὁμάρτει: quae scriptio, veteris orthographiae forsitan index, monstrare possit, compositionem factam esse ex ὁμῷ et ἄρτει: ut pp. vox nostra valeat *aequali nexu* s. *serie*. Ἄρτος enim, ex origine sua, *consertum*, *nexum*ve notat: unde ἄρτος, Substantive,

 est

est *nexus*, *series*. Vide dicta in ἄρτι, et in ἀρτύς. Confer jam loca poëtae, Il. E, 656. Σ, 571. Φ, 162. Od. Ξ, 81. Porro ab ὁμήρεις, sive ὁμαρτῇ nostro, ortum est verbum ὁμαρτέω pp. *aequali serie cum altero incedo*, adeoque *comes sum* ipsi, Il. Ω, 438. Od. N, 87. Φ, 188. Etiam, in forma Media, ὁμαρτήσαντο pp. *aequali serie se adjunxerunt* alteri, id est, *ipsum simul adsecuti sunt*, Il. M, 400. Ex qua forma explicandum quoque esse contractum ὁμαρτήτην, pro ὁμαρτησάτην, Il. N, 584. admonuit *Eustathius*, p. 947: 55. E. S.]

Ὄμβρος *imber*. Pro ὄβρος, cujus stirps convenire videtur cum ea verbi βρύω: de quo supra. [Complures hujus vocabuli derivationes dedit *Etymol. M.* col. 629: 31. quarum postrema haec proxime ad verum videtur accedere: „ἢ ἀπὸ τοῦ βαρὺς, βρὺς, καὶ ὄμβρος, ὁ βαρέως φερόμενος." Quodsi enim βρύω, pp. *gravis sum pecul. aquae copia*, sit pro βαρύω, (quod a βάρος) facile apparet, a βάρω factum βάρος, βρὺς, ὄβρος, ὄμβρος, dare potuisse. Ubi praemissa vocalis *o* vim quandam *intensivam* videtur habuisse. Conf. *Analog. Gr.* p. 205. et vocem productiorem ὄμβριμος, quam alii scribunt ὄβριμος, *impetuosus*, *vehemens*, pp. *admodum gravis*. sive *gravi mole incumbens*, ut sentiri potest ex illo *Hesiodi*, Ἔργ. vs. 145. „*tertium hominum genus*, χάλκειον — ἐκ μελιᾶν, δεινόν τε καὶ ὈΜΒΡΙΜΟΝ." Ceterum Lat. IMBER et Gr. ὄμβρος, eandem esse vocem, dudum observavit *Vossius*: quod tanto facilius intelligetur verum esse, si statuere liceat, ὄμβρος pp. dictum esse pro ὄμβαρος, s. ὄμβερος, quo pacto terminatio ος tantum, per apocopen, resecta fuerit. E. S.]

Ὅμηρος *obses*. Forte ex ὁμοῦ et ἦρος, quod ab ἄρω *necto*. [Confirmat hanc derivationem glossa *Hesychii*: ὁμηρεῖν, ὁμοῦ ἡρμόσθαι, et altera ὁμήρει· ἐγγυᾶται, ἀκολουθεῖ, q. d. *adjungit sese comitem* alteri. Unde ὅμηρος *qui alteri comes fiet* e bello, apud ipsum obsidis instar mansurus. Plura attulit *Albert.* ad Hesych. T. I, col. 750. voce ὅμηρα, et seqq. Vide omnino *Eustath.* p. 4: 33. 1809: 26. et confer dicta in Ἄρω, ss. et ὁμαρτῇ.

ῥῆ. — Ceterum ab eodem ὅμηρος nomen videtur esse HOMERI; poëtae Graecorum omnium facile principis; sive quod aliquando ὅμηρος, (id est, obses) fuerit, sive quod nomen illud, quemadmodum Belgicum *Gijzelaar*, acceperit vim nominis proprii. —— Fuerunt etiam inter recentiores eruditos, qui repeterent nomen *Homeri* ab Hebr. אָמַר, *dixit carmen*: ut אוֹמֵר (pp. *dicens carmina*) per excellentiam; vocatus sit vates ille longe praestantissimus. Quod si Arabicae dialecti divitias iidem Etymologi nostri adhibuissent, aptius aliquanto contulissent vocem Ar. هامر *hoomeer*; pp. *fundens* carmina: in qua quidem derivatione illud commodius accideret, quod *adspiratio* sit ab initio. —— Sed minime placet derivatio nominis proprii Graecorum e fonte Arabico; aut Hebraeo. Est lingua Graeca toto coelo ab Orientalibus nostris diversa: ut mirandum sit, viros eruditissimos, hac literarum luce, talibus delectari posse. E. S.]

Ὅμιλος *turba*. Ex ὁμοῦ, et ἴλος *turba*: de quo supra. [Conf. in Ἴλλος. „Ὅμιλος compositum ex ὁμὸς, et ἴλος, vel ἴλη, quod ab ἴλω, vel ἴλλω, *volvo*, *convolvo*. Jam *globus* ponitur apud Latinos pro *multitudine*. Eadem ratione ἴλη apud Graecos *multitudinem* et *turmam* notat. Sic in re Militari, αἱ ἴλαι τῶν ἱππέων sunt *equitum turmae*. Hinc igitur Adject. ὅμιλος pp. est *simul convolutus* et *congregatus*: ὅμιλος autem, *Substantive* positum, notat *turmam* hominum inter se *convolutam*, a quibus sermo habetur. — Ergo ὁμιλεῖν est *una* inter se *sermonem habere*, ὁμιλεῖν τινὶ *cum aliquo conversari*. —— Ὁμιλία autem pp. est *conversatio familiaris* — sed hae locutiones latius extenduntur: nam ipsi sermones, qui publice habentur, dicuntur ὁμιλίαι" &c. T. H.] [Conf. eruditiss. *W. R. Nannin-gae* Animadv. Philol. ad quaedam V. T. loca, p. 3. E. S.]

Ὀμιχέω *mingo*. Pro μιχέω, quod a μίγω, unde Lat. *mingo* &c. et Graec. μίσγω *misceo*: de quo supra. [Conf. dicta in μοιχός. Lat. MEJO eandem originem

 ha-

habet; dictum fortasse pro *mego*, tanquam vicina forma alteri *μέγω*. E. S.]

Ὄμνυμι *juro*. Nescio an sit ab ὄω, unde οἴω. [Verisimilis admodum haec est etymologia. Nimirum ὄω pp. significat *fero*, *tollo*. *Jurantes manum tollebant* ad coelum: unde notissimum illud Deut. 32: 40. אשא אל שמים ידי, a Graecis LXX. sic redditum, ὅτι ἀρῶ εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρά μου, καὶ ὀμοῦμαι. Plura dabunt scriptores Antiquarii. Datam originem satis confirmant tempora obliqua, huic verbo vulgo tributa; Futurum ὀμόσω, Perfectum ὀμώμοκα &c. quippe quae manifesto ducta sunt ab ὀμόω, vel reduplicata hujus forma ὀμομόω. Ὀμόω autem tam clare ostendit stirpem ὄω, ut dubitandi ansa non sit relicta. Nescio tamen, an proxime sit ab ὄμω, quod i. q. ἅμω *necto*: ut ὄμνυμι pp. sit *adstringo me* jurejurando. Conf. ὅρκον ὃν ὤμοσε, Luc. 1: 73. E. S.]

Ὀμόργνυμι *abstergo*, vel, pp. magis, *imprimo*. Est enim pro μόργνυμι, quod a μέργω. Vide in ἀμέργω.

Ὀμὸς *similis*, *par*. Componendum est, cum ἅμα: de quo supra. [Occasione vocis ὀμόνεκρος, alio loco, cel. *Lennep*. haec habet: „ Observari potest regula generalis, in compositione nominum: ea plerumque oriri a Genitivis nominum, cum alio nomine compositis, ita ut litera subjunctiva Diphthongi, quae est in Genitivo, abjiciatur. Itaque ex Genitivo λόγου, et nomine ποῖος, abjecto υ, fit λογοποιός: atque ita, in nostro, ex ὁμοῦ et νεκρὸς fit ὁμόνεκρος, notans *eum*, *qui una cum* aliis *mortuus est*. Ita ὁμόῤῥοφος, ex ὁμοῦ et ὄροφος *tectum*, ab ἐρέφω *tego*, significat *contubernalem*, sive *qui una cum alio sub eodem tecto degit*, atque ita in aliis." De ὁμὸς vero vide dicta, sub ὁμαλός. Est autem ὁμοῦ *simul* pp. *Genitivus* ejusdem nominis Adjectivi ὁμὸς, per ellipsin positus, pro ἐπὶ ὁμοῦ scil. τόπου: ut docuit *Eustathius*, p. 1290: 1. Conf. *H Steph*. Thes. T. II, col. 1301. ubi plures praebentur vocis ὁμοῦ usus, ex eadem ellipsi et proprietate nominis ὁμὸς, supra traditae, exponendi. De ipsa origine vocis vide mox in nomine sequenti. E. S]

Ὀμ-

Ὀμφαλὸς *umbilicus*, ὄμφαξ *uva acerba*, ὀμφὴ *omen*, ὄναρ *somnium*, ὄνειδος *probrum*, ὀνήμι *juvo*, ὄνθος *fimus jumentorum*, ὄνομα *nomen*, ὄνος *asinus*, rationem originis habent incertam et dubiam. [Haec vir celeberrimus, temporis angustiis, ut videtur, interclusus, quum ad alia ipsi esset properandum. Nos, ejus disciplinam secuti, nonnihil vocabulis istis immorabimur; atque adeo adferemus quaedam, ab ipso *Lennepio*, alia occasione, pluribus egregie disputata. E. S.]

[Ὀμφαλὸς *umbilicus*. Dubitare vix licet, quin vox Latina ejusdem sit originis, qua Graeca gaudet. Terminatione in λος abjecta, relabimur ad ὄμφας, similemve formam obsoletam: quae vicina olim fuerit alteri ὀμφὴ, et Lat. UMBO, itemque aliis ἄμβη et ἄμβων. Quid autem verisimilius, si verbum ἅμω et ἵμω invicem contulerimus, quin stirpes eae significent *nectere*, *connectere*: ut ab *adnectendo*, *connectendo*, *conjungendo*, ὀμφαλος et UMBILICUS denominata sint? Eo enim loco matri adnexus quasi foetus est. Conf. etiam Belgica *navel*, et *navelstreng*, a simili fortasse origine repetenda. E. S.]

[Ὄμφαξ *uva acerba*. Difficilis est explicatio etymi, quo haec vox gaudeat. *Etymologus*, col. 625: 55. conjiciebat, dictam fuisse, quasi ἀμόφαξ, διονεὶ ἀμόφαξ τίς ὢν· καὶ κατὰ συγκοπὴν, καὶ συςολῇ τοῦ ω εἰς ο, ἢ ὠμὴ εἰς τὸ φαγεῖν. Malim equidem ab eodem fonte repetere, unde vocem ὀμφαλὸς derivavimus: nempe a *nectendo*, sive *adnectendo*. *Uva acerba* et *immatura* arctius adhaerere solet racemis: *matura* sponte decidit. An igitur a *nectendo*? E. S.]

[Ὀμφὴ *omen*, pp. *vox divina*. Dictum censetur, quasi ὀπὴ, ab ἔπω *dico*. Hoc pacto μ vel ν fuerit inserta, ut in permultis aliis. Favet etymologiae huic, quod ὀμφὴ etiam de *voce* quavis alia adhibeatur. Vide *H. Steph. Append.* col. 1542. Ceteroquin OMEN Lat. ab ὀμφὴ tam parum est diversum, ut unius originis vox esse videatur; sive ab ἔω *fero* repetas, quatenus *vox* sit, quae *feratur ad aures*, sive magis pla-

placeat, esse pro *opmen*, vel *osmen*, ab ὄπω, ὄσσω, cognata forma alteri ἔπω. E. S.]

[Ὄναρ *somnium*. Apud *Hesychium* definitur φαντασία καθ' ὕπνον. *Etymologus*, c. 777: 33. vocis stirpem esse docet verbum ὦ (pro ἔω, fortasse, unde *foem forem*, *fore*) σημαῖνον τὸ ὑπάρχω· ἀφ' οὗ ῥηματικὸν ὄναρ, ὡς θέω, θέναρ. Pergit „ ab eodem vocabulo, praefixo ὑπὸ, factum esse ὑπέναρ, et hinc denique ὕπαρ, per transpositionem et apocopen." Audiamus clariss. praeceptorem nostrum, de his, alio loco, sic disputantem." Vox poëtis usitata ὄναρ *somnium* significat, et differt a voce ὕπαρ, hac quidem ratione, ut illud significet *somnium falsum* vel *quodvis vulgare somnium*, hoc vero *somnium verum*, quod Latini dicunt *visum*, vel *visionem*. Unde formula proverbialis est οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ, q. d. *non somnium*, *sed visum*, et tum adhiberi solet, quando aliquid *omnino verum esse* significant. Porro ab ὄναρ derivata vox ὄνειρος est, quod passim Graeci utuntur pro *quovis somnio*." Fortasse ὄναρ componendum est cum ὄνημι *juvo*: unde ὄναρ pp. *quod delectet*, pecul. *in somno*, adeoque *somnium jucundum*, cui nihil tamen veri subsit. Nisi sit ab ὄνω *premo*, quod *dormientem gravet*. Conf. voc. seq. E. S.]

[Ὄνειδος *probrum*, *dedecus*. Si hanc vocem ejusdem esse originis dixero, atque Latinum nomen *honos*, *honoris*, vereor ne stomachum moveam iis, qui primarias vocabulorum notiones alto supercilio despiciunt. Sed negare eosdem vix ausuros putem, nomen antiquum Franco-Gallicum *hony* (quod servatum est in illustri inscriptione *hony soit qui mal y pense*) etsi ipsum quoque *probrum*, sive *dedecus*, significet, ab eadem tamen origine repetendum esse, unde fluxit Lat. *honos*, quod modo diximus: convinceret enim eos statim comparatio verbi Graeci ὀνόω, quod vulgo *vituperare*, *carpere*, vel simili quodam verbo Latino, reddi solet, quodque certissime eandem poscit etymologiam, quam Latina *honor*, s. *honos*. Jam vero detecto cogni-

gnitoque fonte, unde ὀνέω, ὄνημι, ὄνος, *honos*, ὄνειδος, *hony* &c. fluxerunt, omnia facili negotio intelligentur. Fons iste haud dubie est verbum ὄω pp. *fero*, sive *ferendo tollo*. Inde primum fuit derivatum verbum ἔνω, cognatum alteri ἄνω: de quibus plura diximus in Animadversſ. ad Anal. Graec. p. 259–263. Obſervatis eo loco addendum est, a notione *tollendi*, *attollendi*, in ἔνω, et cognatis ſtirpibus, eam natam videri *tollendo congerendi*, *ingerendi*, atque adeo *cumulandi*, *accumulandi*; unde ὄνειδος pp. *quod ingeritur probrum*, ſive *dedecus*, quo alter *cumuletur*. Rem illuſtrabunt illa Calidori apud *Plautum*, in Pſeudolo, Act. I, 3, 123. *Pſeudole, aſſiſte altrinſecus, atque onera hunc* maledictis. — Ingere male multa." Hactenus ille. Jam facilis erit comparatio vocis Gallicae HONY. De Lat. *honos* &c. vide in Animadv. ad l. c, et conf. infra in ὄνημι, et cel. L. C. V. in ὄνομα. E. S.]

[Ὄνημι, et reduplicatum ὀνίνημι, *juvo*, *proſum*. In Medio ὄνημαι, ὄναμαι, et ὀνίναμαι, *utilitatem percipio*, ſtirpem habet ὄω, ſive ὄνω: de quibus verbis modo diximus in ὄνειδος. Proprie ſignificaſſe videtur *cumulo*, *accumulo*, atque ita *augeo* aliquem bonis, ipſique *proſum*. Etiam *accumulo* ſ. *obruo* aliquem *ignominia*, *dedecore*, &c Est igitur verbum mediae virtutis, quod fere reſpondeat Hebraico גמל in utramque partem ſimiliter adhiberi ſolito. Vide *Etymol.* c. 626: 9. E. S.]

[Ὄνθος *fimus jumentorum*. A *congerendo*, *concervandoque* ducta videtur ſignificatio. Conf. locus, Il. Ψ, 775–781. et dicta ad ὄνημι. E. S.]

[Ὄνομα *nomen*. „Vocis origo huc usque, et aliis omnibus, et mihi latuerat. Tandem videor illam detexiſſe. Antiqua forma fuit ὄνυμα, teſte Etymologo c. 696: 3. „Ὄνομα, ὄνυμα Αἰολικῶς." Hinc verbum ὀνυμαίνεσθαι, veteri forma, ſuperſtes manſit apud *Timaeum Locrum*, p. 545. ſaepius a librariis, ut credibile est, obſcurata. Secundum conſtantes formandi canonas ὄνυμα factum est a 1. Praeter. paſſ. verbi ve-

 te-

teris ὀνίω. Id quidem verbum in Lexicis non exstat. — Antiquum verbum ἔνω significavit *utilitatem adfero*, deinde *maximo opere* aliquem *laudo*: qua virtute productam formam ὀνᾷν adhibuit *Theocritus*, Id. V, 69. Ab ἔνω namque formata sunt ὀνάω, ὀνέω, ὀνίω, ὀνόω, ὀνύω. Jam omnia clarescunt: nam in Lexicis reperiuntur ὀνίσκω, ὄνημι, et ὀνόω, quas, veluti ad eandem stirpem pertinentes, formas optime conjungunt *H. Stephanus*, et *J. Scapula*. Ὀνίσκω (uti omnia verba in σκω) formatum est a Futuro ὀνίσω, verbi ὀνίω. Ὄνημι est ab ὀνέω. Ὀνόω exstat. Ὀνύω restituimus ex derivato ἔνυμα, cujus loco pronuntiaverunt in Graecia ὄνομα. Ad significationes autem harum formarum, ope primae et propriae, in ordinem naturalem reducendas, major lux requiritur: nam deest idea tertia, secundariarum significationum ligamentum. — A veteri verbo ὄνω, secundum certam analogiam, olim formatum fuit nomen substantivum primitivum ὄνας neutr. generis. Ab hujus Dativo ὄνει remansit derivatum ὄνειδος, quod vulgo significat *vituperium*, sed etiam, in bonam partem acceptum, *laudem* notat; eadem fere ratione ac κῦδος *laudem* significat et *superbiam*. Sed in hac voce novimus ideam tertiam: nam pp. κῦδος est *tumor*; in vocabulo ὄνειδος, prima significatione nondum cognita, nexus declarari non potest. Ὀνείδεα καλὰ profert *Eustathius* ad Il. Α, p. 88: 15. ὄνειδος κ' καλὸν usurpat *Sophocles*, in Philoct. vs. 478." &c. L. C. V.] [Ideam illam tertiam, in *congerendo, accumulando* positam fortasse, indicavimus ad vocem ἔνημι: unde sponte jam intelligi poterit, qua ratione ὀνᾷν significet *maximo opere* aliquem *laudare*; est namque pp. *congerere laudes in* ipsum, sive *laudibus ipsum* quasi *cumulare* et *onerare*. Adduxit cel. L. C. V. locum *Theocriti* V, 69. Addantur ejusdem poëtae Idyll. XII, 26. XVI, 57. Oppositam significationem *ignominia*, sive *contumeliis cumulandi* et *inquinandi*, habes in ὀνόω, Il. Ρ, 399. Od. Ρ, 378. &c. de quo infra suo loco. Tandem, ut finiamus, ὄνομα pp. id est *quod accumulatur, additur, imponitur* alicui, h. e. nomen.

men. *Imponi* nomina passim dicuntur: ὄνομα igitur est τὸ *impositum*. E. S.]

[Ὄνος *asinus*. Ab *onerando* dictum animal: nisi malis a *ferendo*, *sustinendo*. Latini, diverso nonnihil usu, ONUS dixerunt ipsam *sarcinam*, quae *sustinetur*: quo fere usu eadem vox ὄνος Graece etiam significat *superiorem* molae *lapidem*, *pondere* suo *prementem* &c. Vide Animadv. ad Analog. p. 262; ubi etiam explicatur usus linguae, in voce Lat. HONOS, f. HONOR. E. S.]

[Ὀνόω *vitupero*, sive potius *probris*, *contumeliis*, ac *conviciis*, *incesso*, ut *H. Stephanus* observavit, Thes. T. II, c. 1320: 7. Est vicina forma superioribus ὀνάω, ὀνέω, ὀνίω, ὀνύω: de quibus confer dicta, sub ὄνομα &c. Proprie autem videtur notasse *congerere*, *ingerere* convicia in aliquem, atque adeo *imponere contumeliam*. Vide Il. P, 329. Δ, 539. E. S.]

Ὄνυξ *unguis*. A νύσσω *pungo*: de quo supra. [*Etymol.* c. 626. 41. Ὄνυξ· παρὰ τὸ νύσσω, νύξω, νύξ· καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ο, ὄνυξ· ἢ παρὰ τὸ ἀνοίγω, ἀνοίξω, ἄνοιξ, καὶ ὄνυξ, δι' οὗ ἀνοίγεται ἡ σὰρξ καὶ ἀφαιρεῖται. Nescio tamen, an repeti rectius possit ab ὀνύω, vicina forma aliis ὀνάω, ὀνόω &c. Quum igitur ὀνόω pp. sit *tollendo impono*, hinc ὄνυξ videtur dictum fuisse *operculum*, *quod* rei alicui *imponitur*: quo usu in primis adhibitum fuit de *operculo conchylii*, ut notavit *H. Steph.* Thes. T. II, c. 1344. An hinc porro ὄνυξ, pp. *operculum* digiti, *unguis* denominatus? E. S.]

[Ὀξὺς *acutus*. Ab ὄκω, quod convenit cum ἄκω. [Vide supra. Ὀξυς *acutum* notat. Origo vocis videtur repetenda ab antiquo verbo ἄκω. A et O saepe, non tantum in linguis Orientalibus, sed et in Graeca, permutantur. Idem igitur verbum in origine fuerit ἄκω et ὄκω. Ab hujus Praeterito ortum quoque ὠκὺς *celer*, pp. *acutus*. Verba δέμω, δάμω et Lat. DOMO in origine conspirant. *Scholiastes* Nicandri, p. 48. ἀκμὸς, inquit, dicitur et ὀκμὸς &c. Ponitur autem ὀξὺς *acutus* pp. de *acie*, sive *acumine*

gladii vel *falcis*. Sed uti apud Latinos ACER et ACUTUS ad omnia alia transferuntur, quae *penetrant*: ita Gr. ὀξὺς in primis ponitur de ſenſibus, *viſus acutus* et *acer* ὀξὺς, vox *penetrabilis*, φωνὴ ὀξεῖα Sophocli in Ajace, vs. 1017. &c. L. C. V.]

Ὀπάζω *ſequor a tergo*. Componendum cum ὄπιν ac ὀπίσω. Originem habet ὄπω, vel ἕπω, unde ἕπομαι *ſequor*. [Itaque ὀπάζω pp. est *adnecto*, *adjungo*, ut in illo Poëtae, Il. Θ, 141. *Nunc quidem Saturnius Jupiter* τούτῳ κῦδος ὀπάζει, pp. *adjungit*, id est *praebet*, quaſi *ſequi eum facit*, *gloriam*: eodem ſenſu, quo vulgo *umbram virtutis gloriam* eſſe, dicimus. In *Paſſ.* ὀπάζομαι *premor*, *urgeor*; pp. a tergo. Il. Π, 493. Ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ, pp. *preſſus*, *inſtigatus imbre Jovis*, ubi Schol. κατεπειγόμενος. E. S.]

Ὀπὴ *foramen*. Ab ὄπω *premo*, *perforo*. [*Etymol.* Ὀπὴ, κυρίως τόπος τετρημένος, ἀφ' οὗ τις δύναται ὀπτεύσασθαι, καὶ περιβλέψασθαι. Id. col. 628: 49. Παρὰ τὸ ὄπτω γίνεται ὀπὴ, ὡς κόπτω, κοπή. Denique pecul. de *aurium meatibus* dici, monet, col. 344: 47. Ex quibus veriſimile videri queat, ὀπὴ noſtrum convenientiam quandam habere cum ὀκέω, ἀκέω *pungo*, *pungendo perforo*, ut literae π et κ etiam alibi ſaepius permutari ſolent. Vide in ὄπω. E. S.]

Ὅπη *ubi*. Ex ὁ et πῆ. de quo ad πῦ. [Proprie ſcribi oportere ὅπῃ, cum Jota ſubſcripto, ut in ἀλλῇ, πάντῃ, κρυφῇ, σπουδῇ, εἰκῇ, πῇ, ἁμαρτῇ &c. jam admonuit *Etymologus*, c. 78: 29. Quodſi jam compares cognatas particulas ὅπου, ὁπότε, ὁπόταν (quae ſingula eruditiſſime expoſuit cl. *Hoogeveen*, Doctr. Part. p. 826. ſſ.) facile apparebit: hac lege noſtrum ὅπῃ pp. eſſe Dativum antiquum Singularis num. f. g. repetendum ab obſol. ὅπος, cujus Genitivus maſc. pp. ſit ὅπου, Dativus autem maſc. ὅπῳ, ſive potius ὅποι (quod ipſum ὅποι, et inde factum ὁποῖος, adhuc ſupereſt) unde dein, neglecto Jota, facta ὁπότε, pro ὅποιτε, et hinc rurſus ὁπόταν, pro ὁπότε ἄν. Stirps igitur fuerit ὄπω pp. *necto*, *adnecto*, *adjungo*, *ſubjungo*: de quo dictum in ὀπάζω. Unde porro ὅπῃ, ὅπου &c. noti-

tionem particulae *relativae** acceperunt. Esse autem, ea sermonis lege, quam diximus, formas ὅποι et ὅπῃ easdem pp. particulas, sive potius eosdem casus obliquos Nominis obsol. ὅπος et ὅπη, probat usus earum particularum promiscuus in lingua Graeca. Ita e. gr. Il. Ξ, 507. pro ὅπῃ φύγοι, alii Codd. habent ὅποι, et sic, Il. Π, 283. Ceterum rectissime confertur ὅποι cum Lat. QUO, et ὅπῃ cum QUA. Haec pp. forent ποῖ et πῇ, literis π et κ, sive *qu*, permutatis. Conf. dicta ad vocem ὅπῃ, et infra in ὁπότερος. E. S.]

Ὄπις *ultio*. Proprie quasi *persetutio*, a *tergo*. Vide ὀπίζω, [et quae vir doctiss. notavit ad Lex. *Hedericianum*. Rectissime igitur a Grammaticis quibusdam exponitur ἡ ὄπισθεν ἑπομένη τίσις. Vide *H. Stephan.* Th. T. II, c. 1360. Ab *Hesychio* redditur etiam ἡ φωνή: quod defendunt viri docti, ab *Albertio* laudati. Nimirum ἕπω pp. est *necto, annecto*: unde notio ejus, quod *sequatur*, ut Lat. SEQUOR esse Gr. ἕπομαι, supra dictum. Sed a notione *ferendi*, *conferendi* pecul. verba, est altera *loquendi*, *dicendi*, in eodem verbo ἕπω. Denique, quod ὄπις nostrum etiam dicatur τὸ αἰδοῖον, facile intelligetur, si contuleris Hebr. זנב *cauda*, item a *sequendo* dictum. Itaque ὄπις, non dissimili ratione, videtur vocata fuisse CAUDA, unde significatio τοῦ αἰδοῖος, ut in illo *Horatii*, *Caudamque salacem*. Conf. et in voce seq. E. S.]

Ὀπίσω *retro*. Ab ὄπις, unde in compositione ὄπιν [pp. casu Acc. vocis ὄπις] ut κατόπιν *a tergo*. Ὄπις est ab ὄπω, vel ἕπω, ἕπομαι SEQUOR. [*Etymolog.* Γίνεται παρὰ τὴν ἐπὶ, ἐπίσω, ὡς παρὰ τὴν ἐξ, ἔξω· καὶ, τροπῇ τοῦ ε, ὀπίσω. Σημαίνει δὲ τὸ μετὰ ταῦτα. Rectius vir doctiss. in Lexico *Hederici*: „ quasi Dativus ab ὄπισος." Nimirum de eodem hoc ὄπισος videntur remansisse Comparativus ὀπίστερος, pro ὀπισώτερος, et Superl. ὀπίστατος, pro ὀπισώτατος, facta contractione sive syncope. E. S.]

Ὅπλον, et in Plur. ὅπλα *arma*. Forte contractum est, et a πέλω repetendum. [„ Vox ὅπλα notat cujusvis generis *instrumenta*, *ad* aliquid *parandum* *apta*;

ta; unde apud *Homerum* verbum est antiquum, cujus postea usus obsolevit, ὅπλεσθαι δεῖπνον *coenam apparare*, id est ἑτοιμάζεσθαι, ut Scholiastes interpretatur: dein, propria potestate, vocata sunt tam *armamenta*, quibus naves *instruuntur*, quam *arma*, quorum in bello est usus. Omnibus, ad peditem instruendum necessariis, si miles armetur, ὁπλίτης est, illaque dicitur πανοπλία, quam, egregiis orationis figuratae luminibus ornatam, Christi discipulis, tanquam sacrae militiae tironibus, circumdedit Paullus ad Ephes. VI, 13. &c. T. H.] [Minus placet hic *Etymol. M.* „ Παρὰ τὸ ὀφέλλω, τὸ αὔξω, ὄφλα καὶ ὅπλα." Haud dubie nostrum ὅπλον pp. nomen Adjectivum est, n. g. cujus form. foem. ὁπλὴ etiam remansit in ling. Gr. Unde *Hesych.* ὁπλή· ὄνυξ κτηνῶν — ἡ χηλή, idemque: ὁπλαὶ, αἱ πυξίδες ἢ ὄνυχες ἵππων, καὶ ἑτέρων κτηνῶν. *Unguis quadrupedum* vel *ungula bisulca* &c. Fuit igitur masculina forma olim ὁπλὸς, Adjectivum, cujus Comparativus ὁπλότερος, et Superlat. ὁπλότατος, pro *juniore* et *natu minimo*, in usu sermonis, supersunt. Ipsum autem ὁπλὸς videtur contractum ex ὀπαλὸς, ductumque esse ab ὀπὸς, cujus foem. est ὀπὴ, quod supra, suo loco, repetendum esse dixi, fortasse ab ὄπω, cognato alteri ἄκω *punga.* Hoc si verum esset, nostrum ὅπλον s. ὅπλα pp. dici potuisset a *pungendo, vulnerando*: idque confirmari videretur eo, quod ὁπλαὶ pp. dicantur *ungues*, quasi *acuti*, s. *acumine instructi.* Quidnam vero simplicius *armorum* genus, inter mortales feros, fingi potest unguibus, quibus etiam *resectis*, *acres puellae* Horatio dicuntur? — Quod autem *juniores* dicantur ὁπλότεροι, ut in illo Poëtae, Il. Δ, 324. 325. Od. Φ, 370. &c. vide, an conferendum sit cum ἁπαλὸς, ἁπλὸς, unde ἁπλῶς, ἁπλότερος, &c. permutatis α et ο, ut in aliis haud paucis fieri monuimus. E. S.]

Ὀπὸς *succus.* Stirps incerta. [„ Forte ab ἕπω, ἕψω, *coquo*, repetendum esse", conjiciebat vir doctiss. in Lex. *Hederici.* Quae tamen ὀπὸς non adeo *succum excoctum* notat, quam potius „ *lacteum succum*,

cum, et qualiscumque *liquorem*, *castratione*, *terebratione*, vel *alio* quovis *vulnere*, effluentem", ut *H. Stephanus* egregie docuit, Thes. T. II, col. 1373. vel (si malis) *Galenus*, L. VIII. de Simplic. Medic. ab eodem laudatus, cujus verba sunt, ῥίζης γὰρ ἥτινος οὖν, ἢ καυλοῦ, τμηθέντος, ῥέων ἐκ τῆς τομῆς παχὺ καὶ γλίσχρον, 'ΟΠΟ'Σ ἐστιν· malim equidem, ea de caussa, nostrum ὀπὸς repetere ab ὄπω, cui cognatum ἴκω s. ἵκω, obscurius pronuntiatum, id est *pungo*, *compungo*, et *compungendo terebro*, unde etiam supra repetivimus ὀπὴ *foramen*. Quid quod ipsum Lat. succus, sive potius sucus (ut veteres scripsisse constat) ab eodem hoc ὀπὸς, s. ὀκὸς, repetendum est: ut conjecisse jam videtur eruditiss. *Is. Vossius*, ad patris sui Etymol. voce succus. Ceterum ab ὀκὸς (quomodo diximus pronuntiatum videri pro ὀπὸς) eo minus dubitari potest, quin sit Lat. *oculus*, forma *diminutiva*, quo certius est, *Hesychio* indice, Graecos etiam ὄκκον dixisse ὀφθαλμόν. Conf. viros doctos, laudatos *Albertio* ad *Hesych.* T. II, c. 737. — Denique et Lat. OPUS, OPERIS, ejusdem originis videri possit, nisi forte rectius dixeris, Lat. OPUS esse ab obsol. ὄπω, quatenus idem est quod ἕπω, *necto*, *adnecto*, *adjungo*, atque adeo OPUS pp. id dictum, cui quis se *adjungat*, sive totum *applicet*: unde etiam notio *indigentiae* ac *necessitatis* repetenda, eadem fere significationis ansa, quae est in Graeco δεῖ a δέω *ligo* &c. E.S.]

['Οπότερος *uter*, *alteruter?* et ὁπόσος *quotus?* Videntur pp. esse formae Comparativae ab obsoleto Adject. ὄπος, quod componendum cum ἕπω, ἕπομαι *sequor*: ut ὁπότερον pp. sit *id quod maxime sequi*, vel *spectare*, *conveniat*. E. S.]

'Οπτάω *asso*. Ab ὀπτὸς *assus*, quod ab ὄπω. Compone ἄπω, ἕπω, ἕψω. ['Οπτὸς etiam est *visus*, sive ὃ ἐστιν ἰδεῖν *quod videre est*, ut exponitur apud *Athenaeum*, L. VIII. laudante *H. Stephan.* T. II, c. 1382. et apud *Hesychium*, in voce ὀπτὸς. — Origo utriusque significationis eadem est: nempe, a stirpe ὄπω, quod

pp.

pp. idem atque ὄκω, et ἄκω, *pungo, pungendo figo*: unde partim transfertur ad *acumen visus*, res, ante se positas, accurate *contemplantis*; (qualis usus notissimus est in Hebr. חָזָה, de quo in Lexico nostro Hebr. p. 168.) partim ad *transverberationem verutium*, quibus *infixae carnes assabantur*. Confer, ad posteriorem hanc vim vocis illustrandam, Il. A, 465. B, 428. H, 317. &c. Etiam notio *nectendi*, *connectendi*, in ἄκω, et ipsa fortasse repetenda est ab illa *pungendi*. Redi ad voces ἀκέομαι, ἀκὴ &c. E. S.]

ὄπτομαι *video*. Ab ὄπω *perforo*, unde ὀπὴ *foramen*. [Vide dicta in ὀπτάω. Vere autem convenire nostrum ὄπτομαι cum superiori illo ὀπτάω, satis superque docet „ Gr. ὀπτανόμενος, semel tantum occurrens in Novo Testamento, Act. Apost. I, 3. In Glossario Sacro exponitur ὁρώμενος, φαινόμενος, et ab *Hesychio*, ἐμφανιζόμενος, *dans se videndum*. Verbum ὄπτομαι, *video*, usus est perpulgati, ὀπτάνω non item. Utriusque primitivum est ὄπω, cujus derivatum remansit ὀπὴ *foramen*. Ab ὄπτω producta forma ὀπτάνω, sicuti a θίγγω, *tango*, θιγγάνω, ab αὔξω *augeo*, αὐξάνω" &c. L. C. V.] [Quid quod ipsum illud ὀπτάω, apud Latinos quoque, sed alia translatione, remansit in OPTO, *optas*, pro OPTAO, ut *amo* ἀμῶ contractum est ex *amao*, s. ἀμάω. Itaque *optare* Latinis etiam pp. fuit *videre*, sive potius *defixis oculis adspicere*, et *intueri*: ut in illo Aeneid. L. I, vs. 426. *Pars* OPTARE *locum tecto* cet. Plura suppeditabunt *Vossius*, in Etymol. et *Forcellini* in Lexico, voce OPTO. E. S.]

ὀπυίω *ineo*, *coëo*. Nescio an descenderit ab ὄπω, ut sit componendum cum ὀπὴ *foramen*? [De legitimo *matrimonio* dici, observavit *H. Stephan.* Append. col. 1549, ubi plura. Igiturque potius repetendum ab ὄπω, eadem in significatione atque ἔπω *necto*, *connecto*, *conjungo*; ut ὀπυίειν pp. sit *matrimonio jungere*, vel *conjungere sibi* puellam. Vide Il. N, 379. Π, 178. Od. B, 208. &c. E. S.]

Ὄπω. Verbum obſoletum; cujus plurima tamen ſuperſunt derivata, ut v. gr. ὀπὴ, ὄπις, ὀπὸς, ὄπτω &c. de quibus ſupra diximus ſuis locis. Pronunciatione vix videtur diverſum fuiſſe ab ἔπω, cui vicinum ἕπω &c. Quum vero π et κ literae esſent, ſibi invicem valde adfines, uti probarunt *Voſſius*, *Maittaire*, alii, atque adeo promiscue dixerint Graeci ὅκως et ὅπως, πόσος et κόσος, πότε et κότε, κύαμος et πύαμος, λύκος et λύπος ſ. LUPUS, σηκὸς et SEPES cet. a vero non videbitur abhorrere, verba ὄπω et ὄκω, ſ. ἄκω, pp. ſignificasſe *pungo*, *compungo*, et *pungendo coagmento*, *conjungo* &c. Conf. in ὀπτάω, ὄπτομαι, ὀπυίω. E. S.]

Ὀπώρα *autumnus*. Ab ὥρα, qua voce *tempeſtates* anni vocantur, et ὀπὸς, quod cum ὄπις, ὀπίσω &c. componendum. Sic ὀπώρα quaſi *tempeſtas poſtremum ſequens est*, [*Euſtath.* p. 514: 23. Ὀπώρα δὲ — ὥρα μεταξὺ κειμένη θέρους, καὶ τοῦ μετ' αὐτὴν μετοπώρου. E. S.]

Ὁράω *video*. Ab ὅρω *excito*: unde ὅρος *terminus*, ὁράω *video*, quaſi *terminum fixum*, *hoc* vel *illud*. [Eadem fere habet *Etymol.* c. 629: 26. Ὅρατις, ὁρατής τις οὖσα, διὰ τὸ τοὺς ὅρους (τουτέστι τὰ πέρατα) τῶν σωμάτων καταλαμβάνειν. Quemadmodum vero ὄπω in originem eandem convenire cum ἄπω, ſupra diximus, haud aliter ὅρω et ἄρω eadem pp. verba videntur fuiſſe. Quae vero princeps notio fuerit verbi ἄρω, disputatum jam ſupra aliquoties est a cel. *Lennepio*. Vide ipſum, in ἄρω, et ibid. ſeqq. vocabulis ἄρδις, ἀρέσκω cet. quae et disputabuntur in ὄρω. Mihi quidem, omnia diligentius reputanti, vix dubium videtur, quin et ipſum noſtrum ὅρω (unde ὁράω, ὁρέω &c) pp. ſignificaverit *pungo*, *pungendo figo*, *infigo*, *ſtimulo* cet. unde notio *figendi* viſum in aliquo objecto, illudque adeo *diſtinctius contemplandi*: haud multo aliter, quam fieri vidimus in ὀπτάω. Sed operae pretium fuerit, haec latius explicuiſſe, in ſeq. voce ὄρω, ubi plura. Verbulo nunc indicasſe ſufficiat, pro ὁράω (quae forma uſitata est) Jones etiam dixisſe ὁρέω et ὁρόω. Vide *Etymol.* c. 621: 38. 536: 36. et alibi. E. S.]

Ὄργανον *inſtrumentum*, quo *operamur*. Componendum

dum est cum ἔργον: de quo suo loco. [*Etymol*: Ὄργανον ἀπὸ τοῦ ὀρέγω, τὸ ἐπιθυμῶ, γίνεται ὀρέγανον, καὶ ὄργανον. Γάννυσθαι γὰρ καὶ χαίρειν τοὺς καταυλουμένους ποιεῖ· ἢ παρὰ τὸ ὀρέγω, τὸ διεγείρω. Simplicissimum forte omnium fuerit, statuisse, τὸ ὄργανον pp. esse *quod tractatur*, sive, propius ad etymon compositâ interpretatione, *id quod subigitur*: notione ducta ab ὀργάω, ὀργάζω, de quo verbo idem *Etymol*. c. 629: 33: Ὀργάσαι τὸ πηλοποιῆσαι ἐστὶ, καὶ ὑγρῷ ξηρὸν μῖξαι. Σοφοκλῆς, Θέλοιμι πηλὸν ὀργάσαι. Quod ipsum haud parum confirmabitur, si contuleris alterum illud *Sophoclis*, ab *H. Stephano* laudatum, ξουθῆς, μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον, „ *flavae apis cereum* opus, pp. *subactum*, *tractatum*." Paullo aliter Cl. *Sylburgius*, in notis ad loc. citatum Etymol. p. 33. Vide infra in ὀργάω. E. S.]

Ὀργὰς *ager foecundus*, *arabilis*: inde quoque *locus sacer*. Componendum cum ἔργον, noto, in *agricultura*, verbo, et cum ὀργάω, [nempe *subigo*, *tracto*, de quo diximus in ὄργανον. *Etymol*. c. 629: 30. Παρὰ τῆς κατεργασίας εἴρηται, inquit, ὡς φύγω, φυγὰς, ἔθω, ἐθὰς, ἔργω, ἐργάς. Ex quibus satis superque manifestum jam est, ἔργω et ὄργω verba olim fuisse sibi cognata. E. S.]

Ὀργάω *appeto*. Est ab ὀργὴ, quod pp. notasse videtur *vim operantem* cum *efficacia*, et inde translatum ad *vehementem adpetitum*, et speciatim ad *iram*. Componendum autem cum ἔργον. Alio loco cel. *Lennepius*: „ Varia sunt apud Graecos vocabula" inquit „ quae vulgo per *iram* redduntur: diversa tamen re vera sunt inter se. Sunt ea θυμὸς, χόλος, sive χολὴ, μένος, μῆνις, κότος et ὀργή. Horum primum, de *ira* positum, pp. notat *impetum repentinum*, quo animus *erumpit in iram*, *paullo post sedandam*. Recte *Ammonius* distinguit inter θυμὸς et ὀργή: ubi θυμὸν significare dicit *iram brevem*, quae (πρόσκαιρος) *pro tempore* tantum est, seu *excandescentiam irae*, ὀργὴν vero πολυχρόνιον μνησικακίαν *diuturnam mali* nobis illati, cum vindictae cupiditate *conjunctam*, *recordationem*. Quam *Ammonius* statuit differentiam, ea quoque a scrip-

scriptoribus observata est, et quidem sacris: quam in rem refer Epist. ad Rom. II, 8. Eph. IV, 32. Colosf. III, 8. Quam vero in publico sermone ὀργὴν dicebant, eam poëtae passim per μῆνιν, vel μένος, vel χόλον, expresserunt. Horum duo priora *iram permanentem* significare vel ipsa origo a verbo μένω indicat, χόλον autem dixerunt, id est *bilem*, quia *bilem* praecipuam irae caussam habebant veteres: unde quoque locutio *bilem alicui movere*, pro *facere, ut aliquis irascatur.* A reliquis diversum κότος notat *iram*, quasi *veterem*, et *alta mente repostam*, donec *ulciscendi occasio offeratur*: quo sensu saepe occurrit apud *Homerum.* Id adhuc observandum est, quemadmodum, in loco Epist. ad Hebr. c. IV, 11. ὀργὴ, seu *ira permanens*, Deo adscribitur, sic τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ μένειν, id est, *manere*, dici in Evang. Johann. c. III, 36. [Conferri huc debent, quae cel. *L. Bos*, de iisdem vocibus θυμὸς et ὀργὴ, dedit, Exerc. in Epist. ad Rom. II, 8. p. 97. 98. Verbi vero ὀργᾶν primariam potestatem esse *turgere* et *succo tendi*, ac *tumere*, docuit ὁ πάνυ *A. Schultens.*, de Deff. L. H., p. 78. 79. idemque copiosius adseruit in *Vindiciis* ejusdem opusculi, p. 155. 156. Conf. et vir summus *D. Ruhnken.* ad Timaei Lex. p. 140. E. S.]

['Οργὴ *ira*, *iracundia*, pp. *tumor*, unde etiam notio *superbiae* et *arrogantiae*: quam eidem voci ὀργὴ tribuunt Lexicographi. Vide dicta ad ἰργάω. Quod ad ipsum vero etymon attinet, recte fecisse videntur, qui ad ὀρέγω referrent. Ab ὀρέγω, per contractionem, factum, ὄργω: hinc ὀργὸς, ὀργὴ vel ὀργὰ, ὀργάω &c. definiturque adeo aptissime ab *Aristotele*, Rhet. L. II, ὄρεξις μετὰ λύπης cet. Vide infra in ὀρέγω, et *H. Stephan.* T. II, c. 1424. E. S.]

"Οργια *sacra Bacchi.* Dici videntur ab *insano furore* Bacchantium: quae notio repetenda est a generali ista vocis ὀργὴ, de qua vide in ὀργάω.

'Οργυιὰ *mensura sex pedum.* Est pro ὀρεγυῖα, quasi a masc. ὀρεγὺς, a verbo ὀρέγω *extendo.* Proprie notat *mensuram, ab extremo digito manus extensae cum brachio,*

chio, ad extremum digitum alterius. [Erit igitur ejusdem formae atque ἀγυιά: de qua voce dictum suo loco. Diversos usus diligenter expendit *H. Stephanus*, T. II, c. 1435. 1436. E. S.]

Ὀρέγω *porrigo.* Ab ὄρω *excito, cum contentione moveo:* cui vicinum ἔρω. [Etymol. c. 629: 40. Τὸ ὀρέγω σημαίνει τὸ ἐκτείνω τὰς χεῖρας. Exempla proprii hujus usus ex *Homero*, aliisque scriptoribus, dedit *H. Stephanus*, T. II, c. 1432. In Medio ὀρέγεσθαι pp. notat *extendere* vel *porrigere sese*, atque adeo *porrectis manibus petere*, ut Il. Ζ, 466. de Hectore, οὗ παιδὸς ὀρέξατο, pp. *protendit*, sive *porrexit se, filii sui*, nempe, *petendi caussa.* Cujusmodi ellipsis fortasse etiam subest, Il. Ω, 505. 506. Ἔτλην δὲ — Ἀνδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι, ubi alii legunt χεῖρας ὀρέξαι. Etiam cum *Dativo* legitur, Il. Δ, 307. loco a clarissimorum interpretum dissensu nobilitato, ὃς δέ κ' ἀνὴρ ἀπὸ ὧν ὀχέων ἕτερ' ἅρμαθ' ἵκηται Ἔγχει ὀρεξάσθω, i. e. pp. *extendat* vel *porrigat se* cum *hasta*, sive *hastam tam longe protendat*, quam fieri possit, *feriatque hostem.* Vide ibid. *Clark.* et *Ernestium.* Ab ὀρέγειν *extendere* derivatum est ὀρεκτός *porrectus.* „ Ὀρεκτή Homerica vox, Il. Β, 543. Ὀρεκτῇσιν μελίῃσιν. Nimirum ὀρέγειν est *protendere:* et, quod Latini dicere solent *projicere hastam*, id Graecis olim ὀρέγειν τὸ ἔγχος, *Theocr.* Id. XXIV, 124. postea προβάλλειν δόρυ, itidemque τὴν ἀσπίδα: qui status est militis, et sese defendentis, et hostilem impetum fortiter excipientis. Vide *Vales.* ad *Harpocrat.* p. 159. Hinc ὀρέγδην μάχεσθαι *projecta hasta pugnam inire*, Schol. Homeri et Hesych. T. H.]

Ὀρθός *rectus.* Ab ὄρω *excito.* [Proprie *porrectus*, sive *rectâ protensus*, oppositum habens σκολιός *curvus.* Hinc *erectus*, Od. Σ, 239. 240. *Sedet nutans capite, similis ebro, Neque* ὀρθὸς δύναται στῆναι ποσίν. Vide et Il. Κ, 153. coll. *H. Stephano*, T. II, c. 1436. E. S.]

Ὄρθρος *diluculum.* Proprie vocant Graeci *tempus illud, quod proxime antecedit ortum solis.* Origo est ver-

verbum ὄρω, quod est *excito*, et Latinum peperit verbum *orior*. [Itaque, uti Latinorum ORIOR desumsit suum Praeter. perf. ORTUS SUM, proxime ab obsoleto suo ORO, *ortum* &c. haud aliter ab eodem ὄρω est ὄρτος, et (cum adspirata litera θ, loco τ) ὄρθος: hinc porro ὀρθρίος, ὄρθρος, primo adjectivum, quasi dicas *ad ortum pertinens*, vel *cum ortu* solis *conjunctum*, et dein Substantive, *diluculum*, sive potius, *crepusculum matutinum*. E. S.] Porro „ Graeci dicunt βαθὺν ὄρθρον, ratione temporis illius, quo *jam jam sol incipit oriri* et *dies illucescere:* nam βαθὺς, significans *profundum*, latius sumtum, in multis loquendi generibus, est idem fere quod *copiosum*. Ita βαθὺς πλοῦτος *copiosae divitiae* sunt, atque sic in aliis. Graecis autem frequenti in usu est πινεῖν εἰς βαθὺν ὄρθρον, quod Latine vix exprimas, quam per *bibere in multam noctem*. Proprie tamen sonat *bibere*, *quoad jam jam illucescat dies*. Atque sic (Luc. XXIV, 1.) ὄρθρου βαθέος similiter commode reddas *primo mane:* quo sensu si accipiatur, commode hic locus cum aliis, apud reliquos Evangelistas, in concordiam potest redigi."

Ὅρκος *jusjurandum*. Est quasi *septum*, scilicet, *veritatis*, componendum cum ἕρκος. Origo est ὄρω. [*Eustath.* ad Hom. Il. Β, p. 233: 38. Ὅρκον *jusjurandum* ejusdem esse originis dixit, unde ἕρκος· ἐκ τοῦ εἴργω γὰρ τὸ ἐγκλείω. Καθείργνυται γάρ πως ὁ ὀμνύων, οἷς ὁμολογεῖ, *quod jurans quodammodo constringatur iis, quibus fidem promittat*. Vide Il. Ξ, 280. &c. Similis igitur indolis est, ac Hebr. אָלָה, de quo *Schult.* C. ad Prov. p. 23. Neque dubitari potest, quin Lat. ORCUS sit ipsum Gr. ὅρκος, spiritu tantum variato: adeoque a *coërcendo*, *concludendo*, fortasse dictum, quod neminem a se dimittat, quem semel abstulerit, ne auro quidem exorabilis. Conf. supra in ἀρκέω, εἴργω, et alibi. E. S.]

Ὁρμαθὸς *series*. Proprie ab ὁρμάω est, quod ab ὄρω repetendum. Huic autem vicinum εἴρω *necto*, unde Lat. SERO, SERIES. [Ὁρμαθὸς pp. *series* est rerum in-

ter se *nexarum*. Sic ἑρμαθὸς ὀρνίθων *series avium inter se connexarum*, *quae* uno *funiculo* inter se sunt *ligatae*; ἑρμαθὸς βιβλίων *series librorum uno vinculo colligatorum*. Itaque et ἑρμαθὸς ἄρτων in *Aristoph*. Pluto, vs. 765. significat *multos panes una serie colligatos*. T. H.] [*Etymol*. Ὁρμαθὸς στίχος — ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἁρμόζεσθαι. E. S.]

Ὁρμὴ *impetus*. Proprie *motus contentus* ruentis, ab ὄρω. [Hinc igitur quoque repetendae sunt significationes *appetitus*, *conatus*, *studii* &c. Eas pluribus expositas munitasque suis quasque auctoritatibus videre est in Thes. *Stephani*, T. II, c. 1446—1449. E. S.]

Ὁρμιὰ et ὁρμειὰ *funiculus* &c. Ab ὄρω. Vide dicta in ἑρμαθός. [Glossae veteres exponunt per *linum hami*, sive *lineam piscatoriam*, *e seta equina contextam*, qua pisces capiantur. Igitur a *nectendo* videntur dixisse. Conf. *Etymol*. c. 631. E. S.]

Ὅρμος *monile*, *colli ornamentum*. Ab ὄρω. Significationis ratio eadem est, quae in voce ἑρμαθὸς et ὁρμιά. [„ Quia, nempe, *monilia* catenulae *innexa* sunt." T. H.] [Etiam ὅρμος est *Statio navium*: haud dubie itidem a *nectendo*, *connectendo*, quia litori funibus *alligantur* naves. Plura dabit *Etymologus*, c. 631 : 30. Etiam, *Hesychio* indice, ὅρμοι vocantur ἱμάντες ὑποδημάτων *corrigiae*, seu *lora calceamentorum*, in quibus notio haec *nectendi*, *connectendi* admodum est manifesta. E. S.]

Ὄρνις *avis*. Ab ὄρω, unde ὀρίνω *excito*. [Addit rationem significationis *Etymol*. c. 632 : 1. οὐδὲν γὰρ ὁρμητικώτερον τούτου τοῦ ζώου. Ceterum contracta videtur esse vox ex ὀρίνις, uti ὀρνύω *excito* ex ὀρινύω, quod quidem verbum, ab *excitandi* notione, eam accepit *adhortandi*, et *potentius impellendi*, *exstimulandi*; ut in illo, Il. Μ, 142. Od. Κ, 42. &c. E. S.]

Ὀρόδαμνος *surculus*. Ex ὄρος et δάμνος, a δέω. Ratio significationis minus aperta est. [Si conferamus ὀρεδεμνιάδες, qua voce *apes Nymphaeque* dicuntur, *strata*, seu *cubilia* sua in *montibus* habentes, videri pos-

possit, nostrum ὀρόδαμνος similiter compositum esse cum voce δαμνὸς, orta a δάμω, ut δέμνιας (in ὀροδεμνιάδες) a δέμω. Malim tamen vocem hanc nostram (quam alibi brevius ὄραμνον dixere) simpliciter repetere ab ὄρθω, quatenus vicina haec forma est alteri ὀρέω, unde Lat. ORIOR: ut ὀρόδαμνος, et ὀρόδαμνις, pp. sit *ramusculus adscendens*, et dein *ramus* universe; qua ratione conveniret cum altero ὄρπηξ, et Hebr. עָלֶה, similiter usurpato. Vide omnino Scholiasten *Theocriti*, ad Idyll. VII, vs. 138. E. S.]

Ὄρος *mons*. Ab *excitando*. Origo ὄρω *excito*. [Vide ad vocem sequentem. E. S.]

Ὅρος *terminus*, idem proprie quod ὄρος. [Variant admodum Grammaticorum veterum sententiae, de origine horum nominum: qua de re consuli potest *Etymologus*, c. 632. Mihi quidem, collato Latinorum ORIOR, ORTUS SUM, et Graeco ὄρθος, vix dubium est, quin ὅρος et ὄρος pp. notaverint, *id quod in altum se elevet* et *adsurgat*: unde notio *termini* depacti et conspicui; *montis* porro significatio, quem et Arabes a *depangendo* جبل, גְּבַל, dixere; quum contra Hebraeis גְּבוּל pp. *terminus depactus* vocetur: eadem inter has duas voces, גְּבוּל גְּבַל, adhibita diversitate, quae est inter Graeca nostra ὅρος et ὄρος. E. S.]

Ὄρπηξ *ramus*, *surculus*. Componendum cum ἕρπω *serpo*, ῥέπω &c. Origo ὄρω. [Ejusdem indolis vox esse videtur, ac superius ὀρόδαμνος s. ὀρόδαμνις, ubi vide dicta. E. S.]

Ὀῤῥὸς *serum*. Ab ὄρω, cui vicinum ἔρω, unde SERUM. [*Hesychius* esse ait τὸ ἀφύλισμα γάλακτος *lactis sedimentum*: *Eustathius* τὸ ὑδατῶδες *partem aquosam*. Quodsi vero accentus sit in penultima (hoc modo, ὄῤῥος paroxytonon) significari dicunt *illam* veluti *lineam*, quae, scrotum medium intersecans, per ταῦρον, usque ad anum tendit. Posterior significatus manifeste ductus est a *nectendo*, prior unde sit, nondum satis apparet. Id unum certissimum est, quod *Lennepius* admonuit, Gr. ὀῤῥὸς et Lat. SERUM esse cogna-

 ta

ta vocabula. E. S.] [Ceterum ab ὄῤῥος est „ ὀῤῥωδέω, et ἀῤῥωδέω, quod Jones dicere solent. Proprie usurpatur de *animalibus*, *caudam* prae metu *trahentibus*. Ὄῤῥος enim apud Graecos pp. est *extrema pars ossis sacri*, in quod vertebrae spinae dorsi desinunt. Inde ὀῤῥοπύγιον *ea pars ossis*, quae natibus est proxima. Jam vero ὄῤῥον κατέχειν significat *contrahere partes posteriores*, pecul. *prae metu*. Hinc ὀῤῥωδέω *contremisco*, *contraho me*, prae metu. — Iraque ὀῤῥωδία ponitur pro *metu gravissimo*: unde *Thucydides* dixit ἐν ὀῤῥωδίᾳ εἶναι *esse in metu gravissimo*. T. H.]

Ὀρταλὶς *pullastra* vel *gallina*;

Ὄρτυξ *coturnix*; ὄρυζα *oryza*, *genus frumenti*. Origo dubia.

Ὀρυμαγδὸς *strepitus*. Factum forte a sono. [In *Etymol. M.* c. 633: 32. scribitur ὀρυγμαδὸς, exponiturque θορυβὸς, κραυγή. Promiscue dixisse Graecos ὀρυμαγδὸς et ὀρυγμαδὸς, viri docti dudum observarunt. Vide laudatos ab *Albertio* ad *Hesych.* in voce, col. 791: 2. Si conferamus formam vocis simpliciorem ὄρυγμα, ductam ab ὀρύσσω *fodio*, *excavo*: facile in eam suspicionem adduci possis, nostrum ὀρυμαγδὸς hinc esse repetendum, eamque vocem esse formae μάραγδος, sive σμάραγδος. Vide porro ad voc. seq. E. S.]

Ὀρύσσω *fodio*. Ab ὀρύω, quod componendum cum ἐρύω, ἐρύω &c. ab ὄρω. [Conferantur etiam ἀράω, ἀράσσω, ἀρόω &c. ibidemque dicta. Jam vero, uti ab ἀράω est ἄραβος, quod de *strepitu* rerum *collisarum* adhiberi vidimus, sic ab ὀρύσσω et ὄρυγμα fortasse est ὀρυγμαδὸς de *strepitu vehementiori* &c. E. S.]

Ὀρφανὸς *Orbus*. Origo est ὄρω. Ratio significationis incerta. Vide mox in ὄρφνη. [Latinorum *Orbus* simpliciorem nobis formam repraesentat, ex Aeolico ὀρϝὸς factam, adeoque recta repetendam ab ὄρω, ὄρϝω, sive ὄρφω, unde porro ὀρφάω, ὀρφάνω, ὀρφανὸς productae sunt formae. Jam vero, uti ab ἄρω sive ἄρω, per varios gradus, descendit ἁρπάζω *rapio*, sic ab ἴρω manifesto factum est ὄρπω, sive ὄρφω, ὀρφάω &c. eadem fere significandi virtute: uti patet ex illo *Hesychii*

chil ἅρπα, quod ἐριννὺς i. e. *Furia*, redditur, et a *Guyeto* rectissime videtur componi cum altero isto ἁρπάζω *rapio*. Idem confirmare videtur alterum ὅρπαξ sive ἕρπαξ, quod cl. *Alberti* contulit cum Belg. *ruk-wind*. Ex quibus maxime verisimile accidit, Lat. ORBUM, Graecumque ὀρφανὸν, nihil aliud esse quam nostrum *Beroofd*, id est *privatum* aliqua re. Sentiri haec vis poterit ex phrasibus Latinis *orbus sensibus omnibus*, *orbus visu regnisque*, *orbus luminibus*, aliisque apud *Forcellinum* reperiundis, in primis vero ex illo *Ciceronis*, ab eodem laudato, (ad Divers. L. IV, Ep. 13.) *Rebus omnibus, quibus et natura me, et voluntas, et consuetudo assuefecerat*, ORBUS. Uti et ex *Ovidii* Met. XIII, 595. *Memnonis orba mei venio*, quocum comparari poterit illud *Platonis*, ab *H. Stephano* productum (de Legg. L. V, p. 244.) Ὀρφανὸς παίδων καὶ ἑταίρων, Belgice *van kinderen en medgezellen beroofd*: et *Hesychii* ὀρφανὸς, ὁ γονέων ἐστερημένος, καὶ τέκνων, *die van ouderen en kinderen beroofd is*, *wien zijne ouders of kinderen ontrukt zijn*. Ex quibus jam satis puto palpabile esse, quid voces ὀρφανὸς et ORBUS proprie significaverint, et quam amice in eandem conspirent originem. E. S.]

Ὄρφνη *tenebrae*. Oritur ab ὄρω, cui vicinum ἔρω, unde ἐρέφω *tego*. Hinc ὀρόφη *tectum*, ὀρόφανος, ὄρφνος, ὄρφνη, quod a *tegendo* ad *tenebras* translatum. [*Hesych.* Ὄρφνα καὶ ὄρφνη· σκοτία, νὺξ μέλαινα. Addit *Etymol.* ἀπὸ τοῦ ἐρέφω, τὸ σκέπω, γίνεται ὀροφή· πλεονασμῷ τοῦ ν, ὀροφνή· καὶ συγκοπῇ ὄρφνη, ἡ σκέπουσα τὸ φῶς. Cel. *Lennepii* derivatio eo simplicior est illa veterum, quod commodam viam ostendit, qua ab ὀροφὴ primum fiat ὀροφανὴ, atque ita tantum ὄρφνη: nullo adhibito pleonasmo, qui sine idonea ratione existere non soleat. Ceterum confer dicta in ἐρέφω. E. S.]

Ὀρχέομαι *salto*. Ab ὄρω. Dici videtur a *motu* in altum. [Vide *Hesych.* in ὀρχεῖται et ibid. viros doctos.] Componendum quoque est cum ἔρχομαι. [Ab ὄρω factum est ὀρέω, hinc ὀρέγω *cum contenti nisu moveo*, pecul. in altum: unde facillima via ad ὀρέχω, ὄρχω, ὀρχέω.

Rectisfime igitur *Etymol.* c. 634: 52. παρὰ τὸ ὀρέγειν, καὶ ἐκτείνειν τὰς χεῖρας — καὶ ὀρχηστὴ Ἄρης, ὁ ἐυκίνητος κατὰ πόλεμον. Unum tamen addidisse liceat, secundum analogiae leges, ab ὄρχος (derivata voce verbi ὄρχω) pp. repetendum fuisse ὀρχέω, cujus Media forma est ὀρχέομαι. Vide in ὄρχος. E. S.]

[Ὄρχις *testis*, *testiculus*. Origo est incertior. Potest repeti ab ὄρω, ὀρέω, (unde Lat. ORIOR) ὀρέγω, ὄργω, unde ὀργὴ, ὀργάω pp. *tumeo*, ut ab ὄργω five ὄρχω, *testis*, quasi *tumidus*, dictus fuerit, quemadmodum *Schultensius* probavit, ὀργᾷν pp. esse *turgere* pecul. *in venerem*: potuit etiam simpliciter descendere a notione *adsurgendi*, in ORIOR &c. Potest denique ab etymo *nectendi*, five *contexendi*, in ὄρω, cognato alteri ἔρω, ut a *textura* artificiosissima nomen habeat. Sed hoc nimis forte quaesitum, et a vulgi sensu remotum. Primum igitur, aut alterum, in appellatione spectatum potius fuisse, suspicor. E. S.]

Ὄρχος *plantarum ordo*. Origo ὄρω. [Idem quoque dicitur ὄρχατος. Significationis ratio repetenda videtur ab illa SERIEI, ut in voce ὁρμαθός. *Etymol.* ὁ δὲ Ἡσίοδος" inquit „ ὄρχον λέγει τὴν ἐπίστιχον φυτείαν τῶν ἀμπέλων. — παρὰ δέ σφισιν ὄρχος Χρίστος ἦν et *Graevius* ad h. l. ὄρχος non est *vitis*, ut interpretes existimant, sed *vitium ordo*. Vide Scholiasten *Theocriti*, ad Idyll. I, 47. qui videtur hunc locum respicere." Plura vide in ὄρω. E. S.]

Ὄρω *excito*, *concito*. Proprium est *cuivis motui excitato* et *directo*. Componendum cum ἔρω &c. Alio in loco vir celeberr. „ A verbo ὄρω, unde varia derivata, ut ὀρίνω, ὄρνυμι &c. *incitandi excitandive* virtute gaudentia omnia, derivatum est ὁρμὴ, significans in usu *impetum*, quo *feraris in aliquid*, unde a Philosophis *animalibus*, ratione carentibus, tribuitur. Inde compositum ἀφορμὴ significat veluti *caussam* vel *occasionem*, *unde impetu latus ruas in aliquid*: quod etiam interdum simplici voce ὁρμὴ designatur. Inde ἀφορμὰς λαμβάνειν ἀπὸ τινὸς, in Plurali, dicitur aliquis, qui *ab aliqua re*, *tanquam caussa*, *initium facit*,

quod

quod etiam simplici voci, ὁρμὴν λαβεῖν ἀπό τινος, dicitur. Tum autem fere respondet alteri ἀρχὴ *initium*. In *Epist. ad Galatas*, Cap. V, 13. proprie magis phrasis nostra accipienda est. Hortatur, nimirum, Paullus Galatas suos, ut ne, *libertate abusi*, *eam habeant tanquam caussam* et *occasionem*, unde lati temerario ruant impetu *in carnis illecebras*, sive *ut carnis illecebris serviant*: quae vis est Dativi τῇ σαρκί. Est enim (ut Grammaticis dicitur) *Dativus commodi*." Hactenus ille. Mihi quidem, ut dictum superius, verbo ὄρω primaria notio inesse videtur *pungendi*, *pungendo figendi*, *infigendi*: neque enim alia via nobis patere visa est, ad significationem illam *seriei nexae* (quae in verbo ἔρω SERO, in voce SERIES, Gr. ὁρμαθὸς, similibusque nominibus, manifesto deprehenditur) cum altera illa *impetum capiendi*, *ruendi* &c. conciliandam. Quodsi hanc vim *pungendi*, *figendi*, adsciveris, omnia haec satis sibi invicem respondebunt. Tum enim ἔρω (verbi gratia) principio fuerit *figere*, *infigere*: hinc *figendo connectere*, *conserere* veluti *in filum*, atque adeo *in seriem ducere*. Neque alia ratione erit huic cognati verbi εἴρειν, unde producta sunt ὁρμαθὸς, ὅρμος et similia. Quid quod Lat. OS, ORIS, eadem quoque videbitur gaudere origine? Sic enim os hocce (pro ORS, ex ὄρος, s. ὦρος) pp. fuerit *incisio*, sive *apertura*, *faciei*, eadem prorsus ratione, qua Hebraei os dixerunt פֶּה, pro פֵּיָה, a פָּיָה, *incidit*. Porro ab eodem os, pro ORS, verbum fluxerit Lat. ORARE, pp. *ore proferre*, id est *dicere*, vel *os ori jungere*, unde phrasis *tecum oro*, apud *Plautum*, in Curcul. Act. III, 62. Unde satis apparet, verbum hoc Lat. ORARE significationem secundariam habere, ab ipso nomine *os*, pro *ors*, ductam (id quod ipse *Varro* jam agnovit de L. L. V, 7.) neque adeo ex Lat. ORARE propriam et primariam verbi ὄρω vim nobis constare posse. Primaria *figendi* significatio aliquanto magis fortasse elucebit ex altero Latino ORNO, quod per syncopen, pro ORINO, dixerunt. Sane „*ornatrices* puellae olim habebant in ministerio, quae crines *disponerent*" &c.

Verba sunt *Wouwerii* ad *Plauti* Most. I, 3, 97. p. 506. Fiebat autem haec *dispositio* crinium acubus potissimum, quae capillis *infigebantur*. Ceterum a *figendo*, in eodem nostro Gr. ὄρω, potissimum fluxit notio *stimulandi*, *calcaria adhibendi*; *recta* itidem *constituendi*, *defigendi*, quae ex derivatis ὀρθὸς, ORIOR &c. supra jam satis superque est indicata. Unum dictis addamus, ab ὄρω, reduplicatam formam, exstitisse ὀρώρω, frequenter adhibitam ab *Homero*: apud quem tamen, Il. Λ, 477. phrasis γούνατ' ὀρώρῃ haud satis ad proprietatem verbi (praeeunte licet Scholiasta) a *Clarkio* reddita fuit „ *genua moventur*", sive κινῆται. Rectius idem Scholiastes ibidem alio verbo reddiderat ἰσχύῃ i. e. *valeant*, *vigeant*, ut et *Clarkius*, Od. Σ, 132. eximio in dicto ὄφρ' ἀρετὴν παρέχωσι θεοὶ καὶ γούνατ' ὀρώρῃ explicuit, *et genua vigent*." E. S.]

Ὅς, ἥ, ὅ, *Qui*, *quae*, *quod*. Articulus [vulgo *Postpositivus*, sed perperam, dictus] proprie non differt ab ὁ. [Manifesta est haec cognatio utrumque inter Articulum (sive potius *Articulum* inter ὁ, ἡ, τὸ, et inter *Pronomen relativum* ὅς, ἥ, ὅ) ex collatione formae foemininae ἡ vel ἥ in casu Nominativo, uti et comparatione casuum obliquorum omnium: modo recordemur, consonantem τ, in omnibus formis *Articuli* (*proprie* sic *dicti*) non esse literam originalem, sed ex pronomine *secundae personae* desumtam. Vide dicta in *Artic.* Ὁ. E. S.]

Ὅσιος *sanctus*. Vicinae significationis vocabula sunt, probe distinguenda, ἱερὸς, ὅσιος, ἅγιος et ἁγνός. Ἱερὸς, nempe, proprie tribuitur *rebus* vel *personis*, Deo alicui consecratis; ἅγιος respicit *internam* animi *puritatem* et *castimoniam*, adeoque *sanctitatem*: atque ita commode *Spiritus sanctus* a scriptoribus sacris dicitur πνεῦμα τὸ ἅγιον, qui propria *puritate* et *sanctitate* homines Deo gratos reddit, et *interna castimonia*, commendabiles. Inde leviter recedit nomen ἁγνὸς, quod de eo eximie ponitur, cujus *animus* quadam veluti *munditie nitet*, *purgatus* a *sordibus* vitiorum. Tribuitur, nempe, ἁγνὸς, et ἁγνίζειν, *purgationi* in primis et *lustra-*

strationi ipsius animi, quod fieri olim existimabatur *lustratione* corporis, cujus *puritatem* speciatim etiam tum (ubi in re sacra versarentur) voce καθαρὸς expresserunt veteres. Nostrum autem ὅσιος, ab iis omnibus diversum, *eum* potissimum significat, *qui Dei reverens est*, seu *religiosum*, quem etiam vocant εὐσεβῆ, vel εὐλαβῆ. Qua propter etiam, a scriptoribus Graecis, cum iis vocabulis permisceri solet. Alia de vocibus ἱερὸς et ὅσιος, earumque usu, dabit Cl. *Valcken.* in Animadversf. ad Ammonium, L. III, c. 6. p. 184. 185. [*Etymol.* Ὅσιος, παρὰ τὸ ἅζω, τὸ σέβομαι, γίνεται, τροπῇ τοῦ α εἰς ο. — Ἄζω, ἅσω, ἅσιος καὶ ὅσιος· καὶ κτήσω, κτήσιος, ἀλάξω, ἀλάξιος. Aliam derivationem habet *Hesychius*, quem vide in ὁσίως, et viros doctos, ibidem ab *Albertio* laudatos. E. S.]

[Ὁσιωτὴρ *Qui hostiam immolabat apud Delphos* &c. „ Error temere propagatus, post *Meursium*, *Potterum* quoque traxit. *Plutarchi* verba sunt, in Quaest. Graec. p. 292. Ὁσιωτῆρα μὲν καλοῦσι τὸ θυόμενον ἱερεῖον, ὅταν ὅσιος ἀποδειχθῇ, id est, ὁσιωτῆρα *vocant sacrificatam victimam, quando* ὅσιος (sive *sacerdos unus ex istis quinque, qui hoc proprie nomine designabantur*) *creatur.* Recte Plutarchi mentem cepit interpres *Xylander*: sed Lexicographi, atque ipse *Stephanus*, labendi ansam dederunt. — Non igitur est ὁσιωτὴρ *antistes quinque* illorum *sacerdotum*, sed *victima*; quum creati muneri publico initiabantur, *mactata* &c. T. H.] [Forma ipsa vocis ὁσιωτὴρ summi viri sententiam satis confirmat. E. S.]

Ὅσος *quantus.* Forte ab ὅς. [Eadem certe ratione, qua Lat. *quantus*, consentit cum Pronomine *quis*, *quae*, *quod*, nostrum ὅσος cum Gr. ὅς cognationem quandam habere videtur. Sed haec fortasse, alia occasione, pluribus explicare atque demonstrare conabimur. E. S.]

Ὄσσα *vox.* Idem quod ὄψ, ab ὄσσω, pro ὄπτω, quod ab ὄπω, cognato alteri ἔπω, unde ὄπω: nisi mavis ab ὄω, vel ὄπω *perfero.* [„ Ὄσσαι vel ὄττα, pro quibus male *Potterus* et *Bos.* ὄπτω. Ὄσσαι Homericum est: ὄττα Atticum. Verbum parum intellectum pp. signi-

gnificat *vocem*, divinitus emissam, quae et aures aliquando ferit, et potissimum, in animos illapsa, tacitum praesagii sensum commovet; quo quis vel ad agendum excitetur, vel a proposito deterreatur. Apud *Homerum* est ὄσσαν ἀκούειν ἐκ Διός, Odyss. A, 282. Vide *Pindari* Olymp. Od. VI, 106., et Scholiasten. Componi quoque potest Judaeorum בַּת קוֹל *filia vocis*: de qua videndus est, praeter alios, *J. Buxtorf.*, in Lex. Thalm. p. 320. 321. Dein etiam *rumor incertus*, qui, nullo auctore, ad omnes dimanat, ideoque Divini numinis consilio existere creditur. Ideo ὄσσαν Διὸς ἄγγελον nominat Homerus, Il. B, 93. Odyss. Ω, 412. quae aliis auctoribus est Φήμη simpliciter, aut Φήμη ἀπὸ ταυτομάτου, *Zenob.* Prov. Cent. II, 17. cui, tanquam deae, aram esse statutam ab Atheniensibus, egregio loco docet *Aeschines*, Oratione in Timarch. p. 18. et, De male obita Legatione, p. 47. Eo respexit *Libanius*, T. II, p. 528. Φήμην θεὸν appellans. Ea opinio locum paroemiae dedit, *populi vocem esse vocem Dei*, et *sacra populi lingua*, quam bene explicuit *Schultingius* ad Senecae Controv. p. 68. &c. &c." T. H.]

[Ex his facile apparet, ipsum nomen ὄσσα, sive ὄττα, commodissime repeti posse ab ὄω *fero*: cujus Futurum ὄσω, vel ὄσσω, peperit ὄσσος pp. *qui feratur*, adeoque ὄσσα est, *quae fertur*, ad aures, nempe, sive *vox*. E. S.]

Ὀςέον *os*, *ossis*. Ab ὄω repetendum, unde proxime Lat. os. Componendum forte est cum ὄπω *perforo*. [*Etymol.* Ὀςέον παρὰ τὸ ςῶ, ςέον, καὶ ὀςέον τὸ αἴτιον τῆς ςάσεως· ἢ παρὰ τὸ ἵςημι. Hebraei עֶצֶם, uti Arabes عظم, os dixerunt a *compacta duraque* natura. An sic Graeci suum ὀςέον derivarunt ab ἔςος; hoc vero ab ὄζω, quod ab obsoleto ἔδω pp. *premo*, *comprimo*? Vide dicta in ὀδὸς, ἔδω et ὄζω. Hoc pacto ab ἔδω regulariter fuerit Futurum ἔσω, hinc novum verbum ὄζω, quod in Perf. Act. veteri habuit ἔοσκα, in Perf. Pass. ἔοσμαι, eadem analogia, qua a φράζω factum πέφρασμαι: porro in tertia persona ἔοςαι, unde ἔςος, ὄςεος &c. Conf.

Strucht-

Struchtmeyeri noſtri Rudim. Graeca, p. 169. et 64. 65. Sed vide etiam infra, in ὄστρυς. E. S.]

Ὄστλιγξ *ſcintilla*. Neſcio, an cum σταλάζω, στάζω, componendum: de quo ſuo loco. [Varias derivationes praebebit *Etymologus*, c. 636: 11. Integra forma haud dubie fuit ὀστάλιγξ, ab *Heſychio* ſervata, expoſitaque πλόκαμος, ἕλιξ, βόστρυχος &c. Vocalis ο, ab initio, videtur adſcita, ad commodiorem forte pronunciationem. Itaque relabimur ad στάλιγξ, quod dubitari nequit, quin cognatum fuerit alteri στάλιξ: de quo infra ſuo loco. E. S.]

Ὄστρακον *teſta*; ὄστρεον *oſtreum*; ὄστρυς *oſtrys* arbor: origine incerta. [Ὄστρακον *teſta* tam *figulina*, quam ea, qua piſces quidam intecti ſunt: ut et *teſta*, qua ova integuntur. Vide *Stephani* Theſ. T. II, c. 1523. 1524. Non male Grammatici veteres hanc vocem videntur compoſuisſe cum ὀστέον. A *duritie* certe *compacta* potuit nomen habere. Ab ἵστος, nempe, unde ὄστεος, ὀστέον, analogice factum ὄστερος: hinc ὄστρος, ὀστρέον, ὄστρακον, ὄστρακος &c. Confer et in voce ſequenti. E. S.]

[Ὀστρέον *Oſtreum*, quod et ὄστρειον. Ὄστρεια *oſtrea*. Ejusdem procul dubio originis, unde proxime antegresſum ὄστρακον. Manifeſto enim denominationem habent a *teſta* ſive *teſtis*, quibus *integitur*, aut *continetur*. E. S.]

[Ὄστρυς *oſtrys* arbor. A materia *dura firmaque*. Vide *Stephani* Append. c. 1560. Cetera fatendum est, incertum adhuc esſe, an forte omnia iſta nomina, quae modo expoſuimus, ὀστέον, ὄστρακον, ὄστρεον, ὄστρυς, ab initio habeant ο adſcitum: quando vera ſtirps eorum fuerit στάω, vel στέω, unde στέρω, στερεὸς &c. E. S.]

Ὀσφραίνομαι *Odoror*: Compoſitum videtur ex ὄς et φραίνομαι. Prius ab ὄω, unde ὄζω *oleo*. Poſterius (φραίνομαι) est a φράομαι, quod a φέρω repetendum. [Verbi ὀσφραίνομαι origo latet. Proprie ponitur de *olfactu*: a veteribus tamen ad alia quaevis traductum fuit: Proprio ſenſu ſcripſit *Ariſtophanes*, in Ranis, vs. 667. κρομμύων ὀσφραίνομαι *caepas olfacio*. In verſione Graeca itidem proprie ponitur, Pſ. 113: 6. ῥῖνας ἔχουσι, καὶ

οὐκ

οὐκ ὠσφρανθήσονται. Ad alia transfertur, per figuram: eodemque fenfu ufurpatur, quo et nos vulgo ponimus *olfaciendi* verbum. In libro *Judicum*, binis locis, Cap. XV, 14. [ex Codicum Alexandr. Complur. et aliorum lectione] ἡνίκα ἂν ὀσφρανθῇ πυρὸς *quam primum ignem olfecerit*; et Cap. XVI, 9. ἐν τῷ ὀσφρανθῆναι αὐτὸ πυρός. *Canes*, qui inter animantia *olfactu* maxime valere exiftimantur, Graece dicuntur ὀσφραντικοὶ κύνες, et εὐόσφρητοι κύνες, qui alias etiam εὔρινες, vel εὔρινοι, *fagaces*, pp. *naribus praediti ad olfactum accommodatisfimis*. In initio Ajacis *Sophocl.* [vs. 8.] Εὖ δέ σ' ἐκφέρει κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις. Ubi *canis Lacaena*, quales credebantur fagacisfimae (*brakken*) vocatur εὔριν: nifi tamen εὔρινος fit Nominativus; jungendus cum voce βάσις, ut denotetur *fagax investigatio*. Ifte certe Genitivus εὔρινος transiit in cafum rectum, atque inde formatur, (quod Lexicographis praetermisfum fere) εὐρινώτατος. *Hefychius* certe εὐρινωτάτην interpretatur εὐοσφραντικωτάτην. L. C. V.] [,, Ὀσφραίνω ab ὀσφρέω, quod ab ὄσφρα. Hoc vero idem quod ὀσμὴ *odor*, ab ὄζω *oleo*: unde ὄσφω, ὀσφρέω, ὀσφραίω" &c. T. H.]

Ὀσφὺς, *dorfi ea pars, qua cingimur; totius fpinae partium crasfisfimis maximisque vertebris compacta.* Nefcio an ex ὀς, Latinorum os, et φὺς, a φύω, fit repetendum. [Vir fummus T. H. ab ὄζω repetebat ὄσφω, ὀσφράω &c. Vide dicta in ὀσφραίνομαι. Itaque et ὀσφὺς noftrum foret ab ὄσφω. Jam vero, fi vera fint, quae fupra (in ὀζέον) diximus, de propria notione verbi ἕδω, five ὄζω, in *premendo*, *comprimendo* pofita, exinde facillimus tranfitus erit ad eam fignificationem vocis ὀσφὺς, quam modo (verbis *Henr. Stephani*, in Appendice col. 1560.) defcripfimus. ,, *crasfisfimis maximisque vertebris compactum.*" E. S.]

[Ὄσχη et ὄσχος *palmes*, *ramulus tenellus*. Vide dicta de hac voce, in μόσχος, fuperius. E. S.]

Ὅτε *quando*. Ex ὁ et τέ. [Eruditisfime de hac vocula et altera ὅταν (pro ὅτε ἂν) disferuit clar. *Hoogeveen*, Doctr. Particul. Cap. XXXVII, p. 857. 865. Ob-

Observavit ibidem vir eruditissimus, nostrum ὅτε respondere alteri τότε. Jam vero, si recordemur, antiquitus a Graecis pro ω adhibitum fuisse ο, et vocalem ι subjunctam, usu sermonis frequentissimo, saepe periisse, facile apparebit, fieri potuisse ut, pro ᾧτε, veteres scripserint ὅτε, adeoque ὅτε nostrum pp. composita vocula sit ex ᾧ, *quo* et τὲ, particula, ac dictione enclitica, copulandi vim habente, eaque semper postponi solita et saepissime redundante: de qua infra suo loco. Similiter τότε (eadem lege) erit pro τῷτε, et praecedenti ὅτε aptissime respondebit, in apodosi. Itaque v. gr. Matth. 13: 26. in verbis Christi: ὍΤΕ δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, ΤΌΤΕ ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια, manifestum est ὅτε et τότε ita poni, ut prius reddi possit QUO *vero*, scil. *tempore, progerminavit herba, et fructum fecit*; EO (*ipso tempore*) *apparuerunt et zizania.* Sic ὅτε erit in protasi, τότε in apodosi: possentque multa similia exempla huc congeri, etsi τότε illud (studio brevitatis) alioquin fere reticeri admonuit cl. *Hoogeveenius* p. 857. Porro, quemadmodum vidimus, ὅτε *quum* pp. esse dictum pro ᾧτε *quo* scil. *tempore*, τότε *tunc*, pro τῷτε, *eo* scil. *tempore*, sic nemo jam dubitaverit, quin tertium πότε *quando*, interrogative adhiberi solitum, sit pro πῷτε, compos. ex τὲ et πῷ, casu, nempe, Dativo vel Ablativo obsoleti pronominis πὸς, πὴ, πὸ, Lat. QUIS, QUAE, QUID? E. S.]

Ὅτι *quod, quia.* Ex ὃ et τί. [Ut Latini, resorbto *jota*, PER dixerint, pro Graeco περὶ, ET, pro Gr. ἔτι, sic fere crediderim, Latinos primum dixisse QUOT, dein (ut discrimen esset inter *quot*, id est πόσοι, et *quod* ὅτι) scribere instituisse QUOD, per *d*: nisi statuere malueris, Latinum QUOD ortum esse e Graeco ὧδε. Quidquid sit, verissimam esse putem cel. *Lennepii* sententiam, ὅτι nostrum compositum esse ex ὃ et τὶ: modo simul meminerimus, τὶ hocce esse a τὶς, in forma neutr. generis. Vide porro in τὶς, τὶ. E. S.]

Ὅταν

"οτοβος et ὄττοβος *strepitus, tumultus, sonitus.* Factum a sono. [Scriptionem per ττ probant maxime viri docti apud cl. *Albert.* ad *Hesych.* in ὄτοβος et ὀτοβεῖ. Ex ejusdem glossis apparebit, pp. poni de *strepitu maris* vehementius *commoti.* De *strepitu pugnae*, tempestatem marinam referentis, adhibuit *Hesiodus*, Theogon. vs. 709. "οτοβος δ' ἄπλητος ὀρώρει Σμερδαλέης ἔριδος. E. S.]

'οτοτύζω *lugeo.* Factum a sono [ὀτοτοῖ, nempe; quod θρηνῶδες ἐπίφθεγμα vocat *Hesychius*, quem vide in ὀττοτοῖ, et in ipso verbo ὀτοτύζειν, ibidemque viros doctos. E. S.]

'οτρύνω *incito.* Forte a τρύω; de quo suo loco. [„ 'οτρύνω est ab ὄτρυς, quod ab ὄτω. Hoc vero, in veteri lingua Graeca, non differt ab ὤθω. Itaque ὄτω pp. notat *impello.* Hinc ὄτερος, et contractum ὄτρος, *impulsus, commotus.* Unde etiam alia forma ὄτρυς; et hinc ὀτρύνειν *instigare, commovere ad eundum.* Sic dicitur ὀτρύνειν ἵππον *instigare equum.* Apud *Homerum* ponitur pro *instigatum* aliquem *mittere.*" T. H.] [*Hesych.* 'οτρῦναι· παροξῦναι, κελεύειν, σπεύδειν. Verbum est in *Homero* usus frequentissimi et prope quotidiani. Conf. Il, Θ, 219. Od. ο, 40. &c. E. S.]

'ου *non.* Ratio originis incerta. ['Επίρρημα ἀρνητικὸν vocant Grammatici veteres. In prosa etiam dicunt Graeci οὔτοι, qua in compositione vix dubitari potest, quin τοὶ pp. sit Dativus pronominis secundae personae τὺ, *tu*, quod vulgo σὺ efferunt. Si in obscurissimi etymi vocula aliquid conjectare liceat, dixerim fere, nostrum οὐ *negativum* (pro quo notissima tironibus res est, sequente vocali *tenui*, dici οὐκ, sequente vero adspirata, οὐχ) contractum videri ex "οε, secunda pers. singul. Imperativi verbi ὄω *fero*, et hinc *aufero, tollo* &c. ut ὄε et contractum οὐ pp. sit *fer, tolle, remove!* Eadem porro analogia οὐκί, quod compositum ex οὐ et κέ. Hoc certum est, Hebraeum לא, pro לוא, a Th. לָוָה, *flexit, deflexit, avertit*, commodissime repeti: qua de re consule viri summi,

Λ.

N. G. Schroederi, Synt. Hebr. p. 402. 403. Etiam nos Belgae, in negatione, vulgo dicimus *loop heen:* quod manifesto in eadem est forma Imperativi, ac Hebr. לוּא, et Graec. οὐ, si quidem sit pro, ἴθι. Hoc filum si sequamur, et ipsum Graec. μὴ, vel μὰ, videri queant ejusdem pp. esse formae; ut Graeci μὴ vel μὰ dixerint, pro μέε vel μάε, a μέω meo, meavi &c. Quo pacto οὐ et μὴ in eandem originem consentirent. Sed nolim hic esse nimius. Ceterum hac ratione, quam diximus, adjecta syllaba τοὶ, οὔτοι pp. fuerit, per pleonasmum *aufer tibi*, q. d. *apage tibi!* E. S.]

οὐαὶ *vae!* Factum a sono. [Idem igitur plane est Lat. VAE, ac Gr. οὐαὶ· nisi quod huic voculae praemissum videri queat ο micron, quod, in bene multis vocabulis, ab initio adscitum fuisse constat. E. S.]

οὖας *auris.* Ab ὄω; quod, ut ἄω, αἴω, eximie de sensu *auditus* dici potuit. [Plura vide infra in οὖς, ὠτός. E. S.]

οὐδαμῶς *nequaquam.* Respondet fere, quantum ad originem suam, huic ipsi Lat. NEQUAQUAM. Composita, nempe, vox ex οὐδὲ, et antiquo ἀμὸς, quod, superstes in Dialecto Dorica, significat *quando*, et ab Jonibus pronuntiatur ἡμός. Vide dicta in ἀμὸς, et ἄμος.]

οὖδος *solum, pavimentum.* Ab ὄδος, quod cum ἕδος componendum. [Jam supra aliquoties adnotatum est, verba ὄδω et ἔδω propriam habuisse vim *premendi*, &c. Vide in ὀσίον, et alibi. Hinc igitur notio *calcandi*, quasi dicas, *pedibus premendi:* unde ὁδὸς pp. *quae calcatur, via*, Hebr. דֶּרֶךְ. Sed hoc ipsum jam occupavimus dicere in ὁδός. E. S.]

[οὐλαὶ *hordeum.* Ὀλαὶ, sive, Jonica flexione, οὐλαὶ, pp. *integra* sunt, et *non contusa* hordei vel tritici *grana:* intelligendumque est, ea in voce, alterum κριθαί. Apud veteres enim ὅλος vel οὖλος *integrum* significat, *convoluto* et *adstricto corpore firmum* et *illaesum.* Ab hac vi apud *Homerum* est, Od. Ω. 401. οὖλέ τε, καὶ μέγα χαῖρε, pro ὑγίαινε, et indidem

 οὐλὴ

οὐλὴ *cicatrix*, quum jam *vulnus coaluit*. *Etymolog.* in οὖλος. Hae autem οὐλαὶ, fali commixtae, victimarum capitibus atque aris infpergi folebant, Scholiaftes Comici ad *Nubes*, vs. 259." &c. &c. T. H.] [Vide etiam *Hefych.* in Οὐλαὶ, qui addit: ἀφ' ἧς καὶ τὸ ὑγιὲς γένομενον ἕλκος οὐλὴν λέγουσι. Confer in οὖλος. E. S.]

οὖλος *integer*. Ab ὅλος *totus*. [Attulimus jam quaedam huc fpectantia, in voce ὅλος. De origine vero vocis et cognatarum quarundam, digna est, quae legatur, eruditiffimi *R. G. Nanningae* Difputatio Philol. p. 10. Ex T. H. difputatione, ad vocem οὐλαὶ, apparuit jam, ὅλος nostrum pp. notaffe *convoluto et adftricto corpore firmum illaefumque*. Ex illa *convolvendi* notione primaria reliquae hujus vocis fignificationes facile poterunt explicari. E. S.]

οὖν *igitur*. Pro ἐὸν, ab ἔω, cui vicinum est εἰμὶ *fum*. [Conferantur dicta ad ftirpem ἔω. Porro Jonicum est Participium ἐὼν, ἐοῦσα, ἐὸν, ut ex *Herodoto* docuit *Maittaire*, de Graecae Ling. Diall. p. 132. Quod ipfum ἐὸν, five contractum ὂν, per ellipfin quandam, *abfolute* ponitur, notatque idem quod nos Belgae diceremus, *het welk zoo zijnde*, aut *de zaak zoo zijnde*, *quod quum ita fit*, *igitur* &c. Unum alterumve exemplum indicemus ex Novo Teftamento. Matth. c. III. 7. Joannes Baptifta docuerat, inftare irae divinae manifeftationem. Mox fubjungit ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, quafi diceret, *Quod quum ita fit, quum ea res fic fe habeat, fructum ferte dignum refipifcentia. Dit zoo zijnde, brengt vruchten voord* &c. Vide porro Matth. III, 10. V, 19. 48. VI, 22. 31. IX, 38. X, 16. 26. 31. et aliis innumeris in locis. Plura de noftro οὖν dabit cl. *Hoogeveen*, Partic. L. Gr. Cap. XL, p. 4001. ff. E. S.]

οὐρὰ *cauda*. Forte pro ὀρὰ, quod cum ὅρος *terminus* componendum. [Cum ὀρὰ fimiliter compofuit *Etymologus*, c. 642: 4—8. ubi docuit, pp. dici οὐρὰν de *cauda leonis*, in altum nempe, *adfurgere* folita. Ibi-

Ibidem sentiri poterit primaria notio verbi ὄρω: de quo diximus. E. S.]

οὐρανὸς *coelum.* Pro ὁρανὸς, quod ab ὁράω: quamquam etiam ab ὅρος *terminus* dici potuit. [οὐρανὸς *coelum*, Aeolibus ὀρανὸς, propius ad originem: quae est ab ὁράω, q. d. ὁ πᾶσιν ὁρατός· quia *coelum* sublime ab omnibus *spectari potest.* Alias notationes, multo minus probabiles, adfert *Etymol.* in voce, et *Achilles Tatius*, in Isagoge, p. 129. &c. T. H.]

οὖρον *urina.* Pro ὄρον, ab ὄρω *excito*, *impello.* [Vide ad vocem sequentem. E. S.]

οὖρος *ventus secundus.* Ab ὄρω *excito*, *concito.* [οὖρος Graecis ponitur pro *vento secundo* et *impellente.* Grammatici derivant ab ὄρω *pello*, *incito.* Dicitur non tantum οὖρος, sed etiam, magis proprie, ὄρος, praesertim ab Aeolibus. Sic οὐρανὸς, Aeolice ὀρανὸς &c. Ab οὖρος Adjectivum οὔριος, et saepe in oratione prosa οὔριος ἄνεμος. In foeminino οὐρία, quod dicitur, subintellecto αὔρα· atque ita in substantivi usum abierunt. Sic v. gr. οὐρίας πλεῖν, et ἐνιέναι οὖρον *ventum immittere secundum* et *impellentem.* T. H.] [Ex his intelligitur, nomen οὖρος, η, ον, pp. esse Adjectivum, cujus forma masc. οὖρος dicatur pro *vento secundo*, sive *impellente*, et quasi *stimulante.* Itaque etiam οὖρον, quod praecessit, in forma neutra, pp. est *quod impellitur*, vel *cum stimulo quodam expellitur*, *urina.* Porro ab οὖρος alia forma productior est οὔρινος, idem significans atque alterum οὔριος, apud *H. Stephan.* T. II, col. 1496. Hujus foem. fuit οὐρίνη, sive οὔρινα, unde manifesto desumtum est hoc ipsum Lat. URINA. E. S.]

[οὖς, ὠτὸς, *auris. Eustathius*, p. 1148: 52. 1213: 47. rectissime ex οὖας, sive οὔας, per syncopen, ortum esse, statuebat. Vide etiam *Etymol.* c. 638: 54. ss. Stirps igitur ὄω. Ambiguum vero manet, unde vox ea *auris* notionem acceperit? Latinorum quidem AURIS, ab ἄω, ἄρω, αὔρω, manifesto ducta est. An ita ab ὄω (unde est ὄρω, uti ab ἄω, est ἄρω) ὄας, οὖας, dici potuit, eadem vi hujus thematis spectata, quae est in ὄρω, ORIOR &c. Quo pacto AURIS ab *adsur-*

gendo, sive *arrigendo* dicta fuerit? Notissima est haec notio in Lat. *attendere*, *arrigere* aures, in Hebraeorum item הקשיב. Magis tamen arridet, ab ἄω, ἀίω, ἀύω, αὔω, *percipio*, AUREM dictam fuisse; quia *percipiendi* sonos instrumentum est: porro ἄω et δάω vicinae significationis verba fuisse, ut quemadmodum ab ἄω, αὔω, facta sunt *auris*, *audio* &c. sic ab ἄω fit repetendum ὄαρ, sive οὔαρ. E. S.]

[οὐσία *essentia*, *substantia* &c. „ Ab οὖσα, quod est Particip. f. g. ab εἰμὶ *sum*. Porro ab ἔπειμι *succedo*, *sequor*, est ἐπιοῦσα, scil. ἡμέρα, *crastina dies*. Unde ἐπιούσιος *venturus*. Ἄρτος ἐπιούσιος, id est ὁ τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, *panis crastinus*, *victus vitae cras agendae nobis necessarius*. HEDERICUS, et ibid. vir doctissimus. Audiamus cel. *Lennepium*, hac de voce alibi sic disserentem. „ Quum nusquam alibi vox ἐπιούσιος usurpetur, nisi in formula precum, quam JESUS praescripsit, disputatum fuit a multis, quid esset ἄρτος ἐπιούσιος. Ac patres ecclesiae quidem plerique dictum acceperunt, pro τὸν ἄρτον ἐφήμερον, id est *panem quotidianum*: ut saepe loquuntur etiam scriptores alii, quum τροφὴν ἐφήμερον, vel τὴν καθ' ἡμέραν τροφὴν *victum quotidianum* dicunt. Qui autem sic interpretantur, τὸ ἐπιούσιος considerant tanquam derivatum a Participio foem. ἐπιοῦσα, quod pro ἐποῦσα pronunciatum, pertineat ad verbum ἔπειμι Lat. *adsum*, vel *praesens sum*. Tum autem mirum videri potest, quare, cum ἐποῦσα dicatur, non etiam ἐπούσιος in ejus derivato sit. Accedit alia, eaque major difficultas, quum adjiciatur τὸ καθ' ἡμέραν. Quod si enim ἐπιούσιος esset, hoc in loco, *quotidianus*, tautologia intolerabilis esset, si denuo adderetur τὸ καθ' ἡμέραν, quod est *quotidie*. Itaque alia ratione explicandus videtur locus, et in primis quidem duplici via quodammodo exponi posse haec verba, existimem, ut etiam diversi interpretes instituerunt. Repetunt, nimirum, Adjectivum ἐπιούσιος a nomine οὐσία. Hoc autem proprie significat *substantiam*. Quare nonnulli τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον interpretantur *panem*, *qui substantiae nostrae alen-*

alendae sit accommodatus. Quum vero οὐσία etiam denotet *facultates* vel *patrimonium*, alii τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον intelligunt *panem, qui, cumuli veluti loco, ad patrimonium* nostrum *accedat*, vel *adjiciatur.* Ita autem Praepositionem ἐπὶ de eo, *quod cumuli loco accedat*, poni apud Graecos, nota res est. Quare etiam postremam hanc interpretationem, utpote vocis naturae accommodatam, in primis vero proximam esse puto: itaque accipio, quasi CHRISTUS his verbis voluerit significare, *panem* vel *victum, qui, salvo nostro patrimonio, quotidie nobis obveniat atque ita tanquam cumulus accedat patrimonio.*" Hactenus cel. *Lennepius.* Quid compluribus aliis viris doctissimis, de illo ἄρτῳ ἐπιουσίῳ, visum fuerit, longum esset enarrare. Simplicissimum fortasse erit, τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον exposuisse *panem, cibumve, patrimonialem*, sive *patrimonii instar*, ab optimo patre coelesti, *nobis dari solitum*, quo ille nos alat, haud aliter ac pater familiaris suos infantes alit. Belgice dixeris *ons kinder-brood.* Hanc interpretationem nobis suggerit insignis locus, in Euangelio Lucae, c. XV, 12. Πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς ΟΥΣΙΑΣ. „ *Vader, geef mij het deel des goeds, dat mij toekomt*, nempe, *tanquam filio tuo.* E. S.]

οὐτάω *vulnero.* Stirps incerta. [*Eustathius*, p. 455: 10. 506: 18. 1010: 41. οὐτάσαι exponit τὸ σχεδόθεν πατάξαι, βαλεῖν δὲ τὸ πόῤῥωθεν καθίεσθαι, et alio in loco, p. 1030: 27. οὐτάζειν, τὸ ἐκ τοῦ ἐγγὺς πλήττειν. *Ammonius* etiam, laudante *H. Stephano*, (edit. Valck. p. 29.) diversa esse, docet, βεβλῆσθαι, et οὐτᾶσθαι, ut hoc sit τὸ ἐκ χειρὸς τετρῶσθαι. Uti οὖς, pro οὖας, *auris*, ab ὄω, οὔω, repeti posse monuimus, ex illa quidem significatione, qua ὄω idem notasset, atque ἄρω *figo, infigo:* eadem forte ratione ab οὔω *figo, infigo*, fieri potuit οὖτος, οὔτη, sive οὖτα, οὖτον, pp. *fixus, infixus, a, um:* unde eximie οὔτη significaverit *vulnus*, *cuspide* vel *gladio* cominus *ictum*, et hinc οὐτάω, vel οὐτάζω, *cominus vulnero.* Ceterum, quod apud *Hesychium* legimus οὖτα, h. e. ἔτρωσεν, ΕΚΕΝΤΗΣΕΝ, non

non parum confirmat conjecturam hanc nostram, de origine verbi a *figendo*, sive *pungendo*, ductam. Exstat illud ὗτα, sive οὗτα, pro οὗται, saepius apud *Homerum*, Il. N, 192. 561. Il. Δ, 525. Ε, 376. 858. &c. Plena forma οὗται in eodem reperitur, Od. X, 356. Itaque male instituerunt Grammatici, qui οὗτα hocce, pro οὗτασε, dictum fingerent. Nihil aliud est οὗτα, quam *tertia* singularis Praeteriti Imperfecti verbi οὐτάω, vel potius simplicioris formae ὀτάω: unde in Imperf. ἔοταο, οὗταε, οὗτα. E. S.]

οὗτος *hic*. Ex ὁ et τός. [Rectius fortasse ex ὁ, et ὗτος. In Jonica dialecto frequentissimum est ὡὐτὸς, ἡ, ὁ, quod pro αὐτὸς esse rectissime monent Grammatici. Vide loca apud *Maittaire*, p. 115. Simul autem indicat ὡὐτὸς hocce trisyllabum, οὗτος nostrum, *bisyllabum*, simili prorsus ratione, contractum fuisse ex ὁ, et ὗτος, quod eadem origine gaudet atque alterum αὐτός. Confer dicta de stirpe ὕω sive ὗμι, in ἔω. Ab ὕω *sum* vel *existo* regulariter fieri potuit ὗτος pp. *qui est*, vel *qui existit*. Inde notio pronominis personalis, *tertiae personae*, eadem fortasse ratione ducta, qua Orientales suum הוא, sive هو, duxerunt ab הוה *existere*. Quodsi tamen, in voce οὗτος, minus placeat compositio ex ὁ et ὗτος, altera commodissima derivatio statui poterit, ex cognato *simplici* verbo ὄω, unde Fόω, *Fore* &c. Pro ὄω crassiori sono, efferri potuit ὀύω. Vide modo dicta in οὐτάω. E. S.]

'ὀφείλω *debeo*, et ὀφέλλω *augeo*, *adjuvo*. Ejusdem sunt originis, quae tamen minus certa. [„ Ὠφελεῖν *utilitatem adferre*. Ab ὄφελος *commodum*, quod scribitur per ο: sed verbum ὠφελέω, hinc derivatum, per ω. Illud ὄφελος ductum est ab ὀφέλω per ο, quod duplicat λ, et dicitur ὀφέλλω *augeo*, *accumulo*, *in cumulum cogo*. Sic ὀφέλλειν τὸν σῖτον *congregare* et *coacervare frumentum*: respondetque hoc verbum egregie Lat. *cumulare*. Latini enim saepe dicunt *cumulare aliquem honoribus*. Eodem modo ὄφελος ab ὀφέλλω, *cumulum*, dein *utilitatem*, notat, qua quis *cumulatur* et *afficitur*." T. H.] [Stirps est ὄπω pp.

pun-

pungo: de quo verbo vide dicta passim. A notione *pungendi* videtur orta illa *acuminis*, sive *summitatis*, in quam *cumulus* desinit; atque adeo ipsius *cumuli*, in *acutum* desinentis. Ceterum confer cum illis summi viri T. H. observatis, quae prolata sunt a nobis in vocibus ἔνειδος et ὄνημι. E. S.]

Ὄφις *serpens*; ὄφρα *ut*, *quo*, *donec*; ὀφρὺς *supercilium:* stirpis sunt parum certae. [De prima voce ὄφις, haec habet. T. H. „ Ὄφις *serpens*. Ratio nominis ducta est a *contractione convoluta:* nam ὄφειν est *in orbem convolvere*. Unde ὀφέω, ὀφείλω, ὀφέλλω." Hoc modo origo vocis Gr. ὄφις conveniret cum illa vocis orientalis [illegible], de qua vide Lex. Hebr. p. 172. Nescio tamen, an ὄφις potius ductum sit ab ὄπω *pungo*, quod conf. Ea lege Hebr. נחש *serpentem* dici notum est. E. S.]

[Ὄφρα *donec*. De hac particula vide disserentem cl. *Hoogevenium*, Cap. XLI, p. 1026—1029. „ *Continuatam actionem* ea notari" docet, quam Latini exprimant per *quamdiu*, *dum* &c. de etymo autem nihil certi se habere, ait. Mihi quidem suspicio orta, an stirps ὄπω, (unde ὄφω, ὄφερος, ὄφρος, ὄφρα) etiam hac in particula vim suam *figendi*, *pungendive* exserat: qua lege ὄφρα pp. fuerit *puncta* vel *punctum*, q. d. *ad illud usque punctum*. Ea certe origo est particulae Hebr. אָז, pro אָזַי. Responderent sibi hoc modo accuratissime Gr. ὄφρα, et τόφρα, per contractionem, pro τὸ ὄφρα. Vide locum Il. I, 546. ab *Hoogev.* laudatum, p. 1027. et Il. A, 509. Τόφρα δ' ἐπὶ Τρώεσσι τίθει κράτος ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ pp. *Ad illud usque punctum*, sive *temporis articulum*, *Trojanis adjice victoriam*; *donec*, (pp. *quo puncto*, s. *quo articulo temporis*) *Achivi* filium meum honorent. Vide porro, Il. Δ, 231. 222. Θ, 66. 67. K, 325. &c. E. S.]

[Ὀφρὺς *supercilium*. Si vera sit summi viri T. H. de verbo ὄφειν conjectura, (quam vide in ὄφις) facillima esset ratio expediendi significationem *supercilii*, in voce ὀφρύς. Quemadmodum enim Arabice [illegible]

cilium dicitur a *convolvendo*, (vide *Willmet* Lex. Arab. p. 142.) sic Gr. ὀφρὺς *supercilium* a *contractione convoluta* nomen sortiri potuisset. *Contractionem superciliis* tribuit *Cicero*, de Offic. L. I. c. 41. eamque opponit superciliorum *remissioni*. Ceterum alio loco haec observavit cel. *Lennepius*: „ Saepe nomina, quibus *corporis partes* designantur, translate tribuuntur his illisve *terrae partibus*, ob quandam similitudinem. Hujus generis sunt nomina κόλπος *sinus*, γύαλον, ὀμφαλος, et alia. Eodem etiam pertinet ὀφρὺς *supercilium*. Quem usum respiciens *Hesychius* docet, ὀφρῦς vocari τὰ κρημνώδη, καὶ τραχέα τῶν ὀρῶν, i. e. *praerupta* et *aspera montium*, *praecipitia*. Apud *Virgilium*, Georgic. I, 108. simili modo dicitur *supercilium clivosi tramitis*. Ad quem locum *Servius* opportune meminit illius Homerici, Ἴλιον ὀφρυόεσσαν. Nam *Trojam* sic vocat *Homerus* (Il. X, 411.) quod *monti* fuit *imposita*. Illuc respicit *Hesychii* glossa ὀφρυόεσσα· ἐφ' ὕψυς καὶ ἄκρας κειμένη." Conf. etiam *Albert.* ad loc. cit. *Hesychii*, T. II, p. 827. E. S.]

'Οχετὸς *aquae ductus*. Ab ὀχέω *veho*: quod ab ἔχω, ἔχω. [*Hesychius* ὀχετός· σωλὴν, ὁ χείμαῤῥος, ἤγουν αὖλαξ, ἀλλ' ἀεὶ ῥέων. Etymologiam, a cel. *Lennepio* adoptatam, probat simplicior forma ὄχος, quam *Suidas* quoque reddidit τὴν τοῦ ὕδατος ὁρμὴν. Vide *H. Stephanum* T. II, c. 1579. E. S.]

['Οχεὺς *retinaculum*, *vectis*. Ab ἔχω *teneo*: quasi Belgice dixeris *een tegenhouder*, qui portarum valvas clausas teneat servetve. Conf. omnino Il. Ω, 446. ἄφαρ δ' ὤιξε πύλας, καὶ ἀπῶσεν ὀχῆας. Porro Il. M, 121. 291. &c. Apud *Hesychium* quoque est ὀχεὺς, ὁ τῆς περικεφαλαίας ἱμάς. Respicit glossa locum Il. Γ, 372. „ Ὀχεὺς, antiqua forma, ab ἔχω *teneo*, quod *teneret* galeam et *adstringeret*. Hom. Il. Γ, 372. ubi vide *Scholiasten*, *Hesychium*, et *Suidam*, in voce. *Bucculam* Latini vocant, ut docet *Lipsius* de Militia Romana p. 128. Eandem ob caussam ὀχεῖς τῆς θύρας *januae pessuli*, quibus *continetur clauditurque*." T. H.]

'Οχύνω

'Οχεύω *admissarium admitto, pro vehiculo sum, veho.* Ab ὄχος.

'Οχθέω *gravate fero.* Commode repetunt ab ὄχθον, quod vide sub ὄχθη. [Conf. etiam ὄχθος.]

Ὄχθη *ripa.* Ab ὄχθω, quod ab ὄχω *veho in altum, in altum emineo.*

['Οχθος *ripa.* Vir cel. alio loco: „ Interpretatur *Hesychius* hoc nomen per *ripam abruptam, lapidibus prominentibus et scopulis infestam.* [Verba *Hesychii* sunt ὄχθος κρημνὸς, πέτρα, τὸ ὑψηλὸν τοῦ ποταμοῦ, ἢ τῆς γῆς· ἢ τὸ ἀπόκρημνον στόμα τῆς θαλάσσης· κυρίως δὲ, ποταμῶν ἄκρα, κρημνῶν, leg. καὶ ῥηγμίνων. Alb.] Inde verba ὀχθέω, et ὀχθίζω, ejusque composita προσοχθέω, et προσοχθίζω, quae pp. adeoque significant *offendo quasi ad lapidem prominentem.* Inde autem, a scriptoribus Alexandrinis, translatum hoc verbum est ad *animum*, et de eo positum, *qui offenso et irritato animo est*, atque sic προσοχθίζειν τινὶ *is* in primis dici posse videtur, *qui, omni genere contumeliarum vexatus, tandem ad iram concitatur:* atque Deus (Epist. ad. Hebr. Cap. III, 10.) populo Israëlitico immorigero προσοχθίσαι dicitur, quasi, *qui eos, tanquam duram cautem, ad quam offenderat, rejecit repulitque.* Eo sane spectat *Suidae* interpretatio, ubi reddit προσώχθισα· δυσηρεστήθην, ἐβδελυξάμην."

'Οχλεύω *moveo.* Ab ὄχλος *turba*, quod pp. notat *turbam congregatam:* unde ad *molestiam* transfertur. [Vocabulum ὄχλος pp. notat *motum*, magno *murmure concitatum.* Postea usurpari coepit de *turba hominum in unum locum congregatorum.* L. C. V.] [Stirps proxime superiorum vocabulorum haud dubie est ὄω, unde producta ὄκω, ὄγω, ὄχω, quibus cognata fuerunt ἕκω, ἄγω, ἔχω. E. S.]

Ὄχος *vehiculum.* Ab ὄχω, vel ἔχω, *moveo:* vel potius *contineo;* unde ὀχὸς pp. *capax.* [*Etymol.* col. 592. 13. Παρὰ τὸ ἔχω, τὸ συνέχω, ὄχος. Nescio tamen, an verior sit altera derivatio, in eodem *Etymol.* c. 645: 14. Ὄχος σημαίνει τὸ ἅρμα, καὶ γίνεται ἐκ τοῦ ἔχω, τὸ ἐλαύνω. Ἐξ αὐτοῦ ῥῆμα, ὀχῶ, ὀχήσω· ὅθεν ὄνομα ῥηματικὸν, ὄχημα. E. S.]

[Ὀχυρὸς *firmus, validus.* Est a Praeterito Medio verbi ἔχω, unde ὄχος, et inde ὀχυρός. Dicitur etiam per ε, ἐχυρὸς, et tum recta derivatur ab ἔχω. Haec autem saepius inter se commutantur: sed ὀχυρόω familiarius est quam ἐχυρόω. Notat vero *munio, firmum reddo.* T. H.]

Ὄψ, ὀπὸς, *vox.* Ab ὄπω, cui vicinum ἔπω est. Compone supra ἔπος, [ubi plura prolata sunt, ad significationem *vocis* spectantia; quatenus, nempe, ὄψ nostrum convenientiam quandam habet cum ὄσσα, quod ab ὄω, ἔω. Neque dubitandum est, quin Lat. VOX, (pro Fόξ, digammate Aeolico praemisso) eodem quoque pertineat. Sed aliud est ὄψ *oculus*, ab ὄπω, pp. *figo, pungo. Hesychius* ὄψ, ὄψις, ὀφθαλμός. Confer in ὀπτάω, et ὄπτομαι. E. S.]

Ὀψὲ *sero, post tempus.* Ab ὄπω. Compone ὄπιν et ὄπιθεν. [Videtur ὀψὲ pp. esse *Dativus*, vel *Ablativus* antiquus, a Nomine ὄψις. Arguit hoc terminatio altera in ι, v. gr. in ὀψίγονος, ὀψιμαθὴς, ὀψίνοος, similibusque. Jam vero, uti praecedens ὄπιν diximus esse pp. *Accusativum* casum ab ὄπις, sic ὀψὲ, vel ὀψὶ, *Ablativus* videtur esse ab ὄψις. Stirps est ὄπω sive ἔπω, (unde ἕπομαι) pp. *adnecto, adjungo.* Hinc ὀψὲ pp. *tempore* quasi *adjuncto ad diem*, atque adeo *vespera sera.* Latinorum SERO, et VESPERE, eandem habent originem, ducta quippe ab ἕρω, ἕπω, ἕπτω, ὅπτω. E. S.]

Ὄψον *obsonium, quidquid cum pane comeditur.* Compone cum ἕψω [*coquo*, et derivatis ejusdem ἑψάω, ὀψάω cet. *Etymol.* Ὄψον σημαίνει τὸ προσφάγιον· ἐκ τοῦ ὀπτῶ, ὀπτόν &c. Compone omnino dicta in ὀψάω: unde satis verisimile apparebit, ὄψον pp. esse *coctum cibum.* Quod nisi placeat, vide an ὄψον simpliciter sit, *quod adjungitur* pani, Belg. *toespijze*, ab ὄπω, sive ἔπω, *necto, jungo*? E. S.] [„ *Pisces* tanto honore fuerunt apud Graecos, et praesertim Athenienses, notante *Scholiasta Aristophanis*, ad Pacem, vs. 814., ut ὄψον pro *piscibus* Attici ponerent, et *forum piscarium*, perinde atque ἰχθῦς, sic et ὄψον diceretur. Hinc ὀψέ-

ριον

ριον *pisciculi*, et ὀψοφάγοι *homines in piscibus lautissimi, pecuniaeque prodigi*, Athenaeus, L. VII, p. 276. 640. Idem vocabulum de *sale*, qui omnibus cibis *admixtus* saporem conciliat, usurparunt, *Plutarchus* Symposii L. V, 10. T. H.]

[Ὀψώνιον *opsonium*. Hujus vocis, late patentis, prima vis quaerenda est in *cibo*, qui prostat in foro venalis. Ὄψον enim *cibus* est, ὀψώνιος *venalis*. Quia militare stipendium insumebatur ad *cibos parandos*, hinc *stipendium* illud (τροφὴ quoque dictum) oratoribus ὀψώνιον vocabatur. Recte Grammatici veteres explicant σιτηρέσιον: quod a *Demosthene* adhibitum (edit. *Reisk.* p. 48: 3. 1209: 12. 1214: 21.) ab *Harpocratione* redditur τὸ διδόμενον εἰς τροφὴν &c. L. C. V.]

[Ὄω Stirps obsoleta: quae multis verborum nominumque formis originem praebuit. Vide dicta in ἄορ, ὄθη, οἶς, ὄις, οἴω, οὖας &c. item infra dicenda in ὠόν. E. S.]



Π.

[Πάγη *laqueus*. Est pp. forma foem. a masc. Πάγος (Lat. PAGUS) quod Graeci vulgo πηγὸς efferunt. Unde πηγοὶ ἵπποι *equi bene compacti* et *coagmentati*. *Hesych*. πάγη· παγίς, βρόχος &c. Itaque recte *H. Stephan*. T. III, c. 265. sub πήγνυμι, πάγη *laqueus*, inquit, *depactus ad irretienda animalia*. Ejusdem originis vox est altera πάγις. Th. πάγω, quod vide inferius. E. S.]

[Πάγος *tumulus*, *collis*. Proprie est *concreta massa*, inde *glacies*, *terra in tumulum coagmentata*. Vide *Stephan*. l. c. in πάγη. Praeiverat *Etymol*. c. 646: 42. Πάγος· τὸ πεπηγμένον ὕδωρ ὑπὸ ψύχους, et paullo inferius in πάγκρoι, πάγοι δὲ λέγονται οἱ κρημνώδεις τόποι, παρὰ τὸ πεπῆχθαι εἰς ὕψος. Eandem vocem Latini servarunt in suo PAGUS. Vide *Forcellinum*. E. S.]

[Πάγω, obsoletum Graecis, Latinisque PAGO, pro quo vulgo Latini *pango*. Graeci adhibent formam productiorem πήγνυμι, ita tamen ut obliqua tempora vetustum illud πάγω nobis repraesentent. Itaque Aoristus secundus, sive potius Praeter. Imperfectum, est ἔπαγον, manifesto hinc ductum. Futurum secundum est παγῶ, pro παγέω, ex παγέσω: cujus Praesens fuit productius παγέω, a quo facta vox παγετός. Latini vero hoc ipsum PAGO adservarunt in XII Tabulis. Unde *Quinctilianus*, Inst. Orat. L. I, c. 6, §. 11. *Cum in XII tabulis legeremus* NI ITA PAGUNT, *inveniebamus simili huic* CADUNT. *Inde prima positio*, *etiamsi vetustate exoleverat*, *apparebat* PAGO, *ut* CADO, *unde non erat dubium sic* PEPIGI *nos dicere ac* CECIDI. Il-

Illustrarunt haec viri doctissimi, ex altero *Auctoris ad Herennium*, L. II, 13. extr. *Rem ubi* PAGUNT, *orato, ni* PAGUNT *in comitio* cet. Ad quae plura dabit Cl. *Gothofredus*. Ceterum dubitari non debet, quin Gr. *πάγω* sit a simpliciori *πάω premo:* unde *πάγω premendo condenso,* COMPINGO. E. S.] — Est autem *πάγω*, vel *πήγνυμι* (ut alio loco cel. *Lennep.*) iis rebus in primis proprium, quae *clavis junguntur* et ita *cohaerent:* atque inde apte tribuitur *tentorio* seu *tabernaculo.* [Vide porro in *πήγνυμι.* E. S.]

Παιὰν hymnus in Apollinem et ipse *Apollo*. Proprie *medicum* notat, a *πάω curo.* [Παιὰν, idem παιὼν, quod poëtae resolvunt in *παιήων*. *Doricam* esse priorem formam, alteram *secundum rationem*, sive *naturaliter dici*, recte notat *Servius* ad Aen. L. VII, 769. XII, 401. *Nasci vocem*, ait *Scholiast. Aristoph.* ad Plut. vs. 636. ἐκ τοῦ παίω, τὸ θεραπεύω· cujus verbi et significationis si certa constarent apud veteres documenta, nihil illa notatione foret opportunius. Adsentitur prorsus, rejectis Grammaticorum nugis, Clar. *L. Bos*, Obs. Crit. p. 44. neque non est nullus in promtu color, quo defendi possit. Antiquis enim Graecis *πάειν*, vel *παίειν* (unde *πάω* PASCO, PAVI, fluxit apud Latinos) tantundem valuit ac *curare*, q. d. *premere*, atque *in rem incumbere.* Jam nihil impedit, quo minus, perinde atque *curandi* verbum ad *rem medicam* et *sanandi* potestatem propria ratione fuit deductum, sic et *παίειν* olim eundem usum habuerit. Hoc certe longe minus est ineptum, quam illa fabulosa plurium Grammaticorum origo, qua Latonam matrem ferunt, ut Pythonem serpentem feriret ac telis conficeret, his verbis Apollinem fuisse adhortatam, ἴε παιὰν, βάλλε παιὰν. Παίειν autem itidem est *ferire*, *percutere*, vide *Callimachum*, Hymn. in Apoll. vs. 100. *Macrobium*, Saturnal. I, 17. et in primis *Athenaeum*, L. XV, p. 701. qui diversas opiniones ex *Clearcho*, et *Heraclide* recenset. Illi paullo propius accedunt, quibus *Paean* esse dictus est, tanquam *παύων*, a verbo *παύειν*, quia *pestes*, *morbos*, ceteraque generis humani mala, *depel-*

lat;

lat, ac *cessare faciat*, *Etymol.* in voce. Id saltem veterum usus extra controversiam ponit, nomen istud ad *Apollinis* artem *medicam*, et *salutis* adferendae *facultatem*, praecipue referri. Nam et virgines Vestales ita indigetant: *Apollo Medice*, *Apollo Paean!* teste *Macrobio*. Et, ob eandem rationem, *Aesculapius* etiam medicinae conditor παιών, apud *Aristoph.* in Pluto, vs. 636. et in Inscriptione vetusta, apud *Reinesium*, Cl. I, c. 206. ΑΣΚΛΗΠΙΩι ΠΑΙΗΩΝΙ. Id vocabulum *Hesychius*, cum reliquis Grammaticis, exponit ἰατρός. Venuste transtulit *Euripides*, Hippolyt. vs. 1373. Καί μοι θάνατος Παιὰν ἔλθοι, id est, *mortem opto, omnium mihi malorum remedium adlaturam*. Cum quo convenit illud *Sophoclis*, apud Plutarchum, Oper. T. II, p. 106. et maximum Tyrium, p. 404. Ὦ θάνατε Παιὰν ἰατρὸς μόλοις, et apud *Aeschylum*, in Agamemn. vs. 99. foeminino genere, παιὰν γένε τῆσδε μερίμνης, i. e. *hanc mihi sollicitudinem sana*. Hinc παιώνιος *salutaris*, *salubris*. *Sophocl.* in Trachin. vs. 1220. Παιώνιον καὶ μοῦνον ἰητῆρα τῶν ἐμῶν κακῶν. *Philostrat.* p. 551. Κολυμβήθραι τοῖς νοσοῦσι παιώνιοι. *Suid.* in voce; γραῦς et Παιωνεῖον *medici officina*, quae alias ἰατρεῖον dici solet, *Scholiast. Aristoph.* ad Acharnens. vs. 1211. Οὔλιον Ἀπόλλωνα vocant Milesii, Οἷον ὑγιαστικὸν καὶ παιωνικόν, teste *Strabone*, L. XIV, p. 942. Praeterea hymni, quos, in *Apollinis* honorem, ob morbosque amotos, accinebant, παιᾶνες et παιῶνες. Eodem tamen nomine aliis etiam quibuscumque diis hymni consecrati veniebant. Ita *Demetrii* παιᾶνας τοὺς μέχρι νῦν ᾀδομένους, in Serap. memorat *Diogenes Laërt.* L. V, Segm. 76. Noti sunt *Pindari* παιᾶνες, qui itidem ὕμνοι inscribebantur. Hinc creberrimi usus verba manant παιανίζειν, et παιωνίζειν, non tantum *hymnos canere*, qua virtute a Christianis quoque poëtis usurpatur, sed et *laetissimis vocibus exclamare*. Frequenter tamen poni solent de *exercitus*, in proelium euntis, *cantico* et *clamore bellico*. Unde *Plato*, Ep. VII, p. 1292. Παιᾶνα τινὰ ἀναβοῆσαι βαρβαρόν καὶ πολεμικόν. Παιὰν enim ἐνυάλιος ante pugnam, morte parta victoria, Apollini canebatur. Schol. Homer. ad Il. X, 391. *Spanhem.*

hem. ad Julian. Orat. I, p. 233. Porro *admirantis* et *stupefacti* formula est παιὰν ἄναξ· *Suid.* in voce κροτοθορύβει, quae ab *averruncandi* potestate, quam Apollini fuisse attributam supra dixi, est ducta. Eadem vero est caussa, cur in subitis casibus attoniti exclamarent, Ἡρακλεῖς ἀλεξίκακε. T. H.] [Vide etiam cel. *Lenn.* ad Coluth. p. 5.]

Παίζω *ludo.* A παῖς *puer:* quod vide suo loco. [Verbum παῖσαι, in stilo communi, probe distinguendum est ab Attico verbo παῖσαι, quod vulgo παῖξαι scribebatur, quodque est a παίζειν, contracto ex παΐζειν pp. *pueros imitari*, dein *ludere.* L. C. V.] [Conf. T. H. ad Aristoph. Plut. vs. 1056. p. 390.]

Παίπαλα *loca praerupta:* imo potius *pulverulenta*, et sic δύσβατα. Oritur a πάλη, vel πάλω. Vide ad πάλη. Factum, nempe, per reduplicationem est πάπαλος [et hinc porro παίπαλος. Conf. *Etymol.* in πεπαλαγμένον, col. 661: 8. *Hesych.* παιπάλλειν. σείειν. E. S.]

Παῖς *puer.* A πάω *curo*, *alo.* Vir cel. alio loco: „ Generatim significat *filium*, quem pp. υἱὸν Graeci dicunt, modo *amasium*, quem alio nomine vocant ἐρώμενον, vel in Plurali etiam τὰ παιδικὰ, modo denique *servum* notat," &c. Est autem παῖς nostrum manifesto contractum ex παῒς, sive παΐδς, quod etiam παΐσδ, παῖσδ pronunciari potuit, unde Accusativum Doricum repetebant nonnulli παῖσδα. Sed vide de hac forma vocis *Valck.* Adn. ad Adoniaz. Theocr. vs. 42. p. 349. In Theocriti versu vocem παῖσδε Dorica forma dici pro παῖζε *lude*, observavit, Valckenario laudatus, cel *Luzacius.* Ceterum hoc παίσδειν s. παίζειν *ludere* per metonymiam etiam notat *furari.* Vide denuo magnum *Valck.* ad Adoniaz. vs. 49. p. 359. E. S.]

Παίω *percutio*, *ferio*, *pulso.* A πάω, quod verbum proprium est *motui prementis*, *agitantis*, &c. [*Hesych.* Παίω· δέρω, τύπτω, πλήττω. Idem Lexicographus antea: παίει· τύπτει, πλήττει, κρούει, δέρει, ἢ ἐσθίει. Etiam credibile est, veteres Graecos, productiori forma, dixisse παιέω: unde παιήων ductum, quemadmodum a παίω, παίων, et, accentu mutato, παιών. —— Nisi ob-

obſtaret Genitivus in ᾶνος, ſive ονος. a παίω ſ. παιέω, *ferio*, *percutio*, id eſt, πλήττω, κρέω, *Apollo* videri poſſit dictus, per excellentiam, παίων, vel παιήων, quaſi *feriens* ſagittis, vel *percutiens* manu ſua inſtrumenta Muſica. Cui tunc reſponderet quodammodo παιὰν, de *hymno* in laudem deorum dictum, q. d. *percusſum*, ſive *modulatum*, carmen. quodque ſpeciem haberet participii neutr. gen. et intr. ſignificationis a maſc. παίας, παίασα, παίαν. Nunc terminatio in ὰν, ᾶνος, eſt *collectiva*; ut dictum in ἀγκὼν, αἰὼν· videturque adeo παιὼν, ſ. παιηὼν, potius notare *luſu* vel *cantu plenum*. Eo certe ſignificatu a παίω eſt παίζω *ludo* &c. Ab eodem παίω videtur etiam ductum fuiſſe Adjectivum παῖτος, quod, Graecis deperditum, Latini ſervarunt in ſuo PAETUS. E. S.]

Πάλαι *Olim*. Ortum videtur a πάλω *quatio*, *agito*. Alio loco vir celeb. „ Vocis πάλαι vera ſtirps repetenda eſt ab antiquo πάλω, unde ſupereſt derivatum πάλλω *quatio*; *retrorſum*, *antrorſum vehementer movendo vibro*. Inde πάλιν pp. *retrorſum*: qua virtute poſitum reperitur apud *Heſiodum*, Theog. vs. 181. atque eadem vis in compoſitis frequens eſt. Ab iſta notione ea noſtrae vocis πάλαι non valde recedit. Notatur enim *tempus*, *quod retro eſt*. [„ A priſca verbi forma πάλω, praeter cetera, fluxit vocula πάλη *lucta*. Πάλειν vel πάλλειν notat *agitare*, *quatere*, *quasſare*. Quoniam vero, quae *quasſando agitantur*, *inflecti* ſolent, accidit, ut Gr. πάλιν ſignificatum acceperit *retro*, *retrorſum*. Vocula autem πάλαι, vulgo *olim*, pp. *tempus* notat, *quod retro* eſt, ſive *dudum* ſive *proxime elapſum*. Poſteriori ſenſu πάλαι interdum adhibetur a ſcriptoribus optimis, veluti ab *Ariſtophane* in Pluto, vs. 1040. ubi in Scholiis recte redditur πρὸ ὀλίγου. Ab Adverbio autem πάλαι, adjecta terminatione ος, Adjectivum naſcitur παλαιὸς *priſcus*, *antiquus*, quod de *homine* etiam dicitur *grandaevo*, ab *Aeſchylo* in Sept. contra Thebas, vs. 333., et a *Sophocle* in Oedip. Tyranno, vs. 971." L. C. V.] [Videtur hoc πάλαι pp. eſſe Dativus vel Ablativus antiquus, ortus

a

a Nominativo πάλη pp. *quae concutitur*, et *huc illuc agitatur*, et hinc *ipsa concussio* et *vibratio*: pro qua voce, et in Mascul. forma, πάλος adhibetur. Etiam πάλλος, cum media geminata, Graeci dixerunt. *Hesych.* Πάλλος κλῆρος, ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι, „ *fors*, s. lapillus, quo sortiebantur, *a concutiendo*." Porro idem πάλη mansit, non tantum in Lat. voce PALA, quae vox inter alia exponitur πτύον i. e. *ventilabrum*, a *concutiendo* haud dubie dictum. Mansit ejusdem hujus vocis PALA vestigium, admodum manifestum, in Lat. Praepositione PALAM, quae pp. est Accus. Sing. absolute positus, proprie *per excussionem*, sive *per modum excussionis*, atque adeo *divulgationis*, sive *expositionis publicae*, h. e. *aperte*, *in conspectu*, *in oculis omnium*. Casus, nempe, Accusativus absolute olim adhibebatur apud Latinos: quo respectu cum πάλαι convenit Lat. OLIM, quippe quod non aliud est, quam Accus. Sing. a Nom. OLIS, et hoc ab ὄλω *volvo*: unde ea vox pecul. *volutionem* sive *revolutionem* temporis notat. OLIM autem dicitur pro κατ' ὄλιν, ut πάλιν pro κατὰ πάλιν. Vide infra in πάλιν. E. S.]

Παλαιςὴ *palmus*, *mensura quatuor digitorum*. Haud dubie a παλαίω est, quod a πάλη. Dici videtur a *luctando manibus*, seu *palma*, quae inde παλάμη dicitur: ut παλαιςὴ pp. sit *mensura*, *exacta palma manus*. [A παλαίω *luctor*, pp. *excutio*, pecul. *in pulverem*, est perf. Pass. πεπάλαισμαι et tertia ejusdem perf. πεπάλαιςαι. A priori illa ductum est πάλαισμα *luctatio*, pp. *excussio*, ab altera πεπάλαιςαι est παλαιςὸς, ἡ, ὸν· cujus foem. forma παλαιςὴ *excussam* sive *porrectam manum* notat, atque adeo *exactam* ejus *mensuram*. E. S.].

Παλάμη PALMA. A παλάω *concutio*, *luctor*. Vide πάλη. [Latini promiscue olim dixerunt PALMA et PALMUS, etsi usu factum sit, ut *palmus* in primis diceretur, quae Graecis, forma verbi cognata, erat παλαιςή. Vide *Forcellinum* in PALMUS. Analogice a πάλω, s. πάλλω, in Perf. Pass. πέπαλμαι, descendit Adject. παλμὸς, ἡ, ὸν· uti a παλάω, πεπάλαμαι, est πάλαμος, παλάμη. Itaque *palmus* pp. est *excussus*, ex-

pli-

plicatus, et *palma*, Gr. παλάμη *excussa* f. *explicata* manus. E. S.]

Παλεύω *allicio*. Dici videtur ab *agitando*, *luctando*. [Videndum, an παλεύειν pp. sit *excutere* frumentum, hordeum cet. ad *alliciendas aves*; unde dein per meton. notare potuerit *allicere* aves sparso frumento? Id certe Hebraei dicebant פחז Prov. I, 17. ubi vide *Huntium*. E. S.]

Πάλη *lucta*. Ab *agitando*. *Cinerem* quoque et *tenuissimam farinam* notat, quasi *attenuatum agitando pulverem* dicas. Vide πάλλω, [et πάλαι. „ Origo ἀπὸ τοῦ πάλλειν certa est: cui et Analogia, et res ipsa, suffragatur. Πάλλειν enim pp. notat *tremulo* et *reciproco motu conquassare*, *vibrare*, atque adeo *huc illuc jactare*. Quo modo in usu sunt πάλλειν κλήρους *sortes concutere*, πάλλειν δόρυ *hastam vibrare*, πάλλει ἡ καρδία *cor tremiscit*, et frequenter, apud Medicos, παλμὸς *arteriarum pulsus*. Hoc autem quum in *luctu* praecipuae sit artis, dubium non est, quin ex ea re, corporisque *mutuo concussu*, vox ista nomen invenerit. Quas, praeter hanc, alias notationes afferunt *Plutarchus* Sympos. II, 4. et *Etymol.* in πάλη, repudiandae sunt." T. H.] [Conf. etiam infra, in πλὴν. E. S.]

Πάλιν *iterum*, *rursus*. A πάλω *moveo*, *quatio*. [Rectissime, meo quidem judicio, cel. *Hoogeveen*, Doctr. Partic. Cap. XLII, p. 1030. „ Formam." inquit, habere Accusativi, quis non videt? cujus obsoletus fortasse Nominativus fuerit πάλις, quo *introgradus motus* fuerit expressus." Vide eundem in πλὴν, Cap. XLVI, Sect. I, § 2. ubi simillimas formas Particularum profert ἀρχὴν, δίκην, χάριν. Itaque extra controversiam esto, πάλιν eadem analogia, per ellipsin Praepositionis κατὰ, similisve alius, dici, qua χάριν dicitur pro κατὰ χάριν, ἀρχὴν, pro κατ' ἀρχήν. Ceterum propria vis hujus voculae clare sentiri potest ex illo, Il. Z, 189. Τοὶ δ' οὔτι πάλιν οἶκόνδε νέοντο· πάντας γὰρ κατέπεφνεν *Ii vero nequaquam retro*, pp. *retrogrado motu*, (ut verbis utar *Hoogeveenii*) *domum iverunt: Omnes enim interfecit* eximius Bellerophontes. Adde in

pri-

primis, Il. Α, 380. Δ, 214. Ε, 257. Ζ, 189. &c. Etiam, cum Praepositione ἐν praemissa, dixerunt ἔμπαλιν, Vide *Hesiod.* Ἀσπ. vs. 145. *Hesych.* in voce, et ibidem viros doctos: cujus vocis eadem fortasse ratio est, quae alius ἔμπροσθεν. Porro observari debet, in voce hac ἔμπαλιν, Praepositionem praemissam ἐν, aeque ac Lat. IN, pro more veteris linguae, regere casum Accusativum πάλιν, nimirum, quia *motum aliquo versus* denotat: nisi placeat, ν hocce, in ἔμπαλιν, esse ἐφελκυστικὸν, propter sequentem vocalem; quod tamen in omnia exempla haud quadraret. E. S.]

Πάλλαξ *juvenis.* Proprie a πάλλω dicitur, *qui ad vibrandum* vel *pollendum* valet viribus. [„ Παλλὰς *Pallas.* Unde dicta sit *Minerva*, veteres inter se dissentiunt. Plures derivatam vocem putant a πάλλω *quatio*, quod poni solet de *vibranda* hasta; quum autem Minerva esset *consilii praeses et justi belli*, ideo dictam *Minervam* πάλλαδα, i. e., *vibratricem hastae*, et per consequens *bellicosam*. Alii volunt, *Minervam* inde dictam esse πάλλαδα, quod in bello, a diis cum Gigantibus gesto, Minerva occiderit Gigantem, cui nomen παλλὰς, et, in honorem illius facti, accepisse nomen PALLADIS. Verum haec etymologia refutatur ab ipsa Analogia: nam iste Gigas, in fabula, dicitur παλλὰς, in Genit. παλλάντος· atque adeo diversa vocis forma est, a qua forma foeminina non potuit descendere. Si diceretur παλλὶς, παλλίδος, potuisset ita analogice derivari. Verum sciendum est, in antiqua lingua Graeca πάλλος fuisse positum pro *juvene*, integris annis *robusto* et *innupto*: itidem, aucto vocabulo, πάλληξ, πάλληκος· unde πάλλαξ, παλλακὴ, et παλλακὶς, quod pro *pellice* poni solet. Porro analogice, ab isto πάλλος, est Foemininum παλλὰς, παλλάδος, *virgo.* Merebatur autem Minerva dici *virgo*, quia perpetuam virginitatem servavit; et quidem, hic illic, ut apparet ex Il. Α, 200. [Δ, 78. 541. Ε, 1. 61. 121. 256. &c.] velut epitheto proprii nominis addito, παλλὰς Ἀθήνη." T. H.]

Πάλλω *vibro*, *agito*. A πάλω, quod cum πάω componendum. Vide παίω. [A πάλλω inter alia derivata vox est παλμὸς, de qua ita T. II. " Παλμὸς, a πάλλειν *vibrare*, vel, neutra vi, *tremulo* et *reciproco motu subsilire*. De membrorum *salisationibus*, quas sic proprie Latini dicunt, et πάλλειν et ἅλλεσθαι ponitur. *Theocr.* Id. III, 37. ἅλλεται ὀφθαλμός μοι δέξιος, quod boni ominis erat. Omnium autem membrorum fere descripti erant παλμοὶ, *pulsus*, sive *salisationes*. *Melampodis* ἱερογραμματέως ad Ptolemaeum regem libellus exstat, περὶ παλμῶν μαντικὴ, quam, Romae primum editum, inter Aristotelis opera recentavit *Sylburgius*. Vide *Fabricii* Biblioth. Graec. L. I, c. 15. Παλμικὰ hujusmodi scripta vocabantur: quale *Posidonius* Philosophus etiam reliquerat; teste *Suida* in Οἰωνιστικὴν, Ποσειδώνιος, et Σίβυλλα Ἀπόλλωνος. Πηδᾷν *salire* eandem habet potestatem; sed potissimum de *cordis salisatione* ponitur. *Aristaenet.* L. II, Ep. 13. Hinc πήδημα τῆς καρδίας Medicis, et apud *Philostratum*" &c. Hactenus ille. Plura de verbo πάλλειν addere supervacuum; siquidem proprii usus exempla ubivis ad manum sint. Conf. *H. Stephani* Thes. Tom. III, col. 28—31. E. S.]

Πὰν *Pan*, *pastorum numen*. A πάω, de quo suo loco. Proprie notat *eum*, *qui possidet*, vel *agitat* pecus, *pastor*. [Derivatio haec magnopere praestat illi veterum, qui τὸν πανὰ dicebant γεγεννῆσθαι ἐκ πολλῶν· ὅθεν καὶ αὐτὴν εἴληφε τὴν ὀνομασίαν, *Etymol.* col. 554: 44. Nimirum Pan celebrabatur tanquam *ovium custos*, et ἀγρεὺς, uti docte admonet *Salmas.* in Exerc. Plinian. p. 291. ubi plura. E. S.]

Παππᾶς vox facta a sono. Πάππας *pater*. Duplicatum hoc pro πᾶς, quod a πάω, unde quoque ductum πατὴρ PATER. [Conf. tamen *Hesych.* in παπᾶς. E. S.]

Παπταίνω *circumspicio*. Forte repetendum est a πετάω, vel πατάω, unde παπατάω, παπτάω &c. notione ducta ab *expandendo*, *explicando*, *aperiendo* oculos. [Itaque syllaba πα, sive potius *prima* litera consonans,

nans, cum sequente vocali α, ante duas consonantes πτ, in πτάω, pro πετάω sive πατάω, repetita videtur: eadem fere analogia, qua διδάσκω dixerunt, pro δάσκω, τιτράσκω, pro τράσκω. E. S.]

Παρὰ praepositio, cujus vis proprie repetenda est a πάρω Lat. *paro*, unde *pareo*. Hinc et πάρος *ante* Adverbium loci. [Videntur παρὰ dixisse pro παρῷ, ex παραὶ, quod Poëtae servarunt. *Hesych.* παραὶ πόσι· παρὰ τοῖς ποσί. Respici ad Il. Ο, 180. cel. *Albertius* admonuit. Occurrit idem hoc παραὶ saepius in *Homero*, Il. Β, 711. Γ, 359. Ε, 837. Η, 253. Ο, 175. Π, 151. Ω, 410. Od. Α, 366. Ρ, 572. Σ, 212. quibus locis, modo cum *Genitivo*, modo cum *Dativo* aut *Accusativo*, constructum habetur: pro varia, nempe, significandi virtute, aut potius proprietate constructionis. Vide hic *Struchtmeyeriana* Rudim. p. 267. 268. Est igitur παραὶ (quod ipsum in multis quoque compositis mansit, παραιβάτης, παραιβάτης, παραιβόλος, παραίφασις &c.) pp. Dativus, vel Ablativus antiquus, a Nominativo παρὰ, quod pp. nobis praebet formam foemininam, a masc. παρὸς, ὴ, ὸν, hoc vero a πάρω, quod a πάω *premo*, et *premendo penetro*, Belgice *dringen*, *doordringen*; unde notio ducta *anterioritatis*, in Lat. PRAE, id quod Graece scriptum foret πραὶ, contractum quippe ex παραί. Ab eodem etiam παρὸς fuit forma mascul. Dativi παρῷ, contracta in πρῷ, unde orta PRO Latinorum, et Graec. πρό. Idem denique παρὸς, contractum in πρὸς, nobis dedit alteram Praepositionem Graecam πρός. Ex quibus jam satis superque apparet, ejusdem omnes familiae esse Praepositiones Graecas παραὶ, s. παρὰ, πρὸ, et πρὸς, quibus cognatum quoque fuit antiquum Gr. πρὶς pro παρὶς, unde mansit Lat. PRI, in PRIDIE, Graecorum item Accus. πρὶν, pro παρίν. Quemadmodum vero Graecis in usu promiscuo fuerunt olim formae ἀπὸ et ἀπαὶ, ὑπὸ et ὑπαὶ, sic, non nisi forma generis, diversa fuerunt, quae supra jam in medium dedimus πρὸ, pro παρῷ, παραὶ, unde nostrum παρὰ descendit, *jota* primum *subscripto*, (hoc modo παρᾷ)

 co-

eodemque mox neglecto, sic παρά. Hoc unum adhuc addendum est, a notione eadem illa primaria, quam diximus, *premendi*, usum induisse Praepositionis, et accepisse significationem *premendi*, quasi, *latus* alterius, cui *junctus sis*: qua propter per Lat. *juxta*, aut *praeter* (quod ipsum quoque originem suam ex περὶ pro παραὶ ostendit) commode reddi potest; unde denique composita παραγράφειν, Belg. *naast schrijven*, παραδράειν *administrare*, pp. *naast loopen*, παραθέειν *naast loopen* et *voorbij loopen*; παραβλέπειν *naast zien*, *voorbijzien*: et alia longe plurima. Desinamus in illa virorum eruditissimorum observatione, quam saepius inculcarunt, Praepositionem hanc παρὰ in compositis saepe indicare id, quod *male* et *quasi praeter scopum* fiat, ut sentiri potest ex eodem hoc, quod statim produximus, παραβλέπειν *voorbij-zien*, atque adeo *mis-zien*; παρακούειν *mis-horen*, *kwalijk horen* (alioquin etiam, *in transitu* et quasi *furtim audire*, Belg. *in 't voorbijgaan horen*) παρακρίνειν *mis-oordeelen* &c. Vide *Valcken.* Adnot. in Adoniaz. Theocr. vs. 47. 48. p. 356. 357. et conf. mox πάρφορος. E. S.]

[Πάρφορος *fatuus*, *a sana mente aberrans*, pp. *male oscillans*. Vocabulum formae Doricae, quod Jonice pronuntiatum fuit παρήορος. Post multas doctorum virorum conjecturas, luculenter exposuit cel. *Valcken.* in adnot. ad Theocriti Adoniaz. vs. 8. p. 239—247. Compositum esse docet ex παρὰ et αἰωρεῖσθαι i. e. *oscillari*, *oscillo jactari*. Unde παραιωρεῖσθαι, in Activa forma primitus scriptum παραιωρεῖν, hinc autem παραίορος, παρήορος, πάρφορος. Sed plura repete ab ipso viro summo, l. c. E. S.]

[Παρδακὸς *humidus*, *uvidus*. Unde in *Aristophanis* Pace, vs. 1148. χωρίον παρδακόν, quod Scholiastes exponit ὑγρόν. *Hesychius* παρδάκων· ὑγρῶν, ubi plura dabunt viri docti. *Isaac. Vossius*, ab *Albertio* ibidem laudatus, admonuit, esse repetendum ab Ἄρδω, π loco Digammatis praeposito. Confer Ἄρδω, supr. E. S.]

[Πάρ-

[Πάρδος *Pardus*. Vix a Graecis veteribus usurpata vox: quippe qui πάρδαλις et πόρδαλις dixere. *Pardum* ex antiquissima lingua Latini receperunt." Haec et alia habet T. H. ad Scholia in Aristophan. Plut. 232. Origo nominis haud dubie repetenda est ex Oriente. Conf. igitur Lexic. Hebr. sub נָמֵר. E. S.]

[Παρειὰ *mala*, *maxilla*, *gena*. [*Etymol.* in καλλιπάρῃον, col. 487. Παρειὰ δὲ „ inquit" παρὰ τὸ ἐπαΐειν, τὸ συνεσταλμένον μέρος τοῦ σώματος. Fortasse quemadmodum a γλυκὺς est γλυκεῖα, a τραχὺς, τραχεῖα, sic ab obsoleto παρὺς remansit παρεῖα, quod, mutato accentu, pronuntiatum fuerit παρειά. Παρὺς autem non, nisi dialecto, distitisse videtur a παρὸς, unde πρὸς, παρὰ &c. Unde παρειὰς *genas* dictas esse putem quasi *anteriores* capitis *partes*. E. S.]

[Παρθένος *virgo*, et Adjective *virgineus*, *intactus*. Varias hujus vocis derivationes, sed coactas admodum, praebebit *Etymologus*, c. 654: 40. Antiquissima forma Nominativi videtur fuisse παρθὴν, cujus Dativum παρθένι apud *Theocritum* etiamnum superesse, monuit vir doctiss. in Lexico *Hedericiano*. Stirps igitur πάρω, sive forma simpliciori πάω *premo*. A πάρω sunt πέπαρται, πάρθω pp. *premo*, *premendo penetro*. An hinc παρθὴν, et παρθένος, *virgo nubilis*, quam Arabes, eadem significationis ansa arrepta, خريدة, dixere? E. S.]

Πάρος *ante*, *antea*, *prius*. Proprie est forma Adjectiva, cujus foemininum παρὰ, sive potius casum ejusdem Dativum παραὶ, dedisse Praepositionem παρὰ, supra dictum est suo loco. A forma Dativi masculini antiqua, παροὶ, Adverbium factum est πάροιθε, et προπάροιθε. Ab eodem πάροι denuo descendit Adjectivum πάροιτος, cujus Comparativus παροίτερος, et Superlativus παροίτατος in usu manserunt. Etiam jota neglecto dictum est πάροτος, contracte πρῶτος, *primus*, παρότερος, πρότερος, παρότατος, πρότατος. A πάρις vero contractum oritur πρὶς, in Ablativo *pri*, unde Lat. *pridie*. Vide supra in παρά. E. S.]

Πᾶς, πᾶσα, πᾶν *omnis.* Contractum ex πάας. Stirps πάω *agito, possideo:* de quo suo loco. [Suspicabatur cl. *Hoogeveenius*, Doctr. Particul. Cap. XLII, 1. p. 1035., πᾶς contractum esse ex obsoleto πάνυς et πᾶν, ex πάνυ. Paullo aliter L. C. V. „ Vocula πᾶς" inquit „ quo pacto fuerit olim pronuntiata, demonstrat casus obliquus. Ex Genitivo, nimirum, παντὸς, si auferatur vocalis ο, redibit scriptio vetus παντ'ς quae vox, ad evitandam pronunciandi scabritiem, emollita fuit in πᾶς." Hactenus ille. Si compareremus Participia in ας, ut ἱςὰς, ἱςᾶσα, ἱςὰν, ἱςάντος, &c. cum illis, quae cel. *Lennepius* de iisdem admonuit, Analog. p. 129. et alibi, facile apparebit, nostrum πᾶς, in Genit. πάντος &c. simili quadam analogia factum esse, atque ἱςᾶς, ἱςάντος: nondum tamen perspicuum erit, cur dicatur πᾶς, cum *circumflexu*, qualis certe *circumflexus* in ἱςὰς, τύψας et similibus, non adest. Itaque, meo quidem judicio, nostrum πᾶς contractum omnino fuisse oportet ex πάας, pro πάανς, ut πάας pp. ductum sit a πάημι, quemadmodum ἱςὰς, ab ἵςημι, sive ἵςαμι. Jam vero si πάω proprie sit *premo, comprimo*, sive *premendo consolido* et intransitive *condensor*, sive *denseo*, facile simul apparebit ratio significationis, notabitque πᾶς pp. *densum* atque adeo *solidum*, et hinc *purum*, *merum*: unde πᾶσαν ἀληθείην, Il. Ω, 407. et Evang. Marc. V, 33. reddere possis, Belgice, *de zuivere waarheid*, et πάντα τάλαντα, Il. Τ, 247. pp. *densa*, id est *solida talenta*. Porro a notione hac *densitatis* est ea multitudinis copiosae, ac proprie *densae*, unde πάντες saepe reddi debet *permulti*, sive *plerique*. E. S.] [„ Ἅπαντες sunt *universi omnes*, *cuncti*, πάντες sunt *omnes*: imo vero *plerique omnes*. Haec observatio (quod Theologi usu deprehendent) ad plurima loca Novi Foederis intelligenda viam aperiet: in quibus *multi*, vel *plerique*, designantur voce πάντων. Ne loca nominem, de quibus Theologi disputant, in illo Act. Apost. Cap. II, 7. dicitur ἐξίςαντο πάντες OMNES *miraculum obstupefa-*

cti

eti admirabantur, et tamen, inter illos *omnes*, non erant vs. 13. memorati. Ergo πάντες ibi sunt *plerique*, vel *multi*. *Aristoteles* de Poëtica, Cap. XV, τὸ πάντες, inquit, ἀντὶ τοῦ πολλοὶ, κατὰ μεταφορὰν, εἴρηται. *Hesychius*: πάντες ἀντὶ τοῦ πλεῖστοι. *Apollodori* L. III, 5. Apollo dicitur *jaculis confixisse filios Niobes* πάντας, et tamen, paullo post, ex masculis servatus dicitur *Amphion*. Apud *Xenoph. Ephesium*, L. II, p. 36. πάντας τε ἀπέκτεινεν, ὀλίγους δὲ καὶ ζῶντας ἔλαβε· ad quem locum de usu isto notavit cel. *Hemsterhus.* in Observ. Miscell. Vol. V, p. 21. Sed, ut jam incepi dicere, quando Graece scribitur ἅπαντες, tunc semper *universi omnes*, *nemine excepto*, sunt intelligendi," L. C. V.] [De phrasi selecta τὸ πᾶν, i. e. *totusquantus*, lege eundem virum summum, Adnotat. in Adoniaz. Theocr. vs. 148. p. 416. E. S.]

Πάσσαλος *clavus*, *paxillus*. A πάσσω, quod idem ac πήγω, vel πάγω, unde πήγνυμι, *figo*. [A πάγω pp. est πάγαλος, at, γ mutato in duplex σσ, dicitur πάσσαλος, Attice πάτταλος. Hinc πατταλεύω &c. T. H.] [A verbo πάγω Futurum est πάγσω, (πάξω) A πάω est πάσω, πάσσω An hinc fortasse magis analogice repeti potest πάσσα, vel πασσάω, πάσσαλος? Conf. et cel. *Lennep*. ad voc. seq. E. S.]

Πάσσω *inspergo*. Proprie a πάω (unde quoque πάγω *figo*) πάσσω significat *affigo*, *superinjicio*, *inspergo*. [Nisi forte malis πάσσειν hoc nostrum comparare cum *pando*, *pandi*, *pansum* et PASSUM, *pandere*, *pandendo* vel *expandendo operire*: qualis vis sentitur in *alae passae*, *manus passae* &c. Jam conferantur porro *Homeri* Il. Δ, 219. 220. I, 214. *Aristoph.* Nub. vs. 1333. &c. E. S.]

Πάσχω *patior*. Pro πάθω. Convenit πάθω. Utrumque a πάω *agito*, *premo* &c. [Latinorum *patior*, quod et ipsum aeque ac alterum PANDO (de quo statim diximus in πάσσω) Supinum habet PASSUM, propiorem fortasse analogiae viam nobis praemonstrabit. Stirps utriusque verbi haud dubie eadem est, nempe, primigenium πάω *premo*. A πάω est

est in Futuro πάσω, in Perf. Pass. πέπαμαι, πέπασαι, πέπαται. A πέπαται analogice factum πάτος pp. *calcata* via. *Hesych.* πάτος, ἡ πεπατημένη καὶ λεωφόρος ὁδός. Porro verbum πατέω, id est *calco*, *conculco*. *Hesych.* πατέουσι· καταπατοῦσι. Huic vicina fuit altera forma πατίω, cujus Passivum, Depon. apud Latinos, superest PATIOR, pp. *ik worde gedrukt*, aut *ik worde getrapt*, atque adeo, per Metonymiam, *ik lijde*; unde fortasse etiam *uvae passae* nomen habent. Jam relegamus vestigia. A πάω Graece est in Praet. Perfect. πέπαγα, hinc πάγω, Lat. vetus PAGO, unde et PANGO &c. A πάγω, πάγσω, et trajecto σ, πάσγω. Hinc πάσχω. E. S.]

Πατάσσω *vehementer palpito*. Proprie *percutio*, a πατέω, quod a πάτος. Origo πάω *agito*, *percutio*. [Conf. dicta in παιῶ. E. S.]

Πατέω *calco*. A πάτος *agitatus*, *percussus*, *calcatus*. Alio loco vir clariss. „ A verbo πάω, significante idem quod πέω, vel πίω, unde πιέζω Lat. *premo*, nomen ortum πάτος notat *calcatus*, quasi dicas, *pedibus pressus*, quod *viis* in primis tribuitur. Inde πατέω *calco*. Hinc καταπατέω *conculco*, seu *plane calco*, vel *calcando obtero*. Inde porro transferri solet ad *contentionem*, cum injuria conjunctam, notatque idem fere quod *contumeliose tractare*. Ut v. gr. in Epist. ad Hebr. c. X, 29." Ceterum verbum πατέεσθαι in primis notat *vesci*, quod, dubitante licet *H. Stephano*, probavit Cl. *L. Bos*, Obss. Critic. p. 40. Plura de hoc verbi usu dederunt *Wessel.* et *Valck.* ad Herodot. L. II, 113. p. 135. quos vide etiam ad Herodot. L. IV, 281. p. 363. Propria vis verbi πατέεσθαι, eo sensu, videtur esse *premere*, *subigere*, pecul. *dentibus*. Conf. dicta in ἔδω, et L. C. V. infra in πάω. E. S.]

Πατὴρ *pater*. Proprie *altor*, a πάω *alo*, *nutrio*. Alibi vir celeb. „ Origo vocis πατὴρ est verbum πάω. Ab eo enim, analogice progrediendo, fit πατὴρ, et quidem retrocedendo, hac ratione: πατὴρ, πέπαται, πέπαμαι, πέπακα, πάσω, πάω. — Jam autem

tem verbum πάω significat speciatim *posſidere*, *curare*, vel proprie magis PASCERE, quod verbum *paſco* a Graeco πάω formatum est; ut omnia verba, tam Graeca, quam Latina, a verbis puris oriuntur. Ab iſta autem *paſcendi* notione altera *poſſidendi* profecta est; cujus ratio repetenda est ab antiquisſimorum temporum ſimplicitate. Tum enim *posſesſiones* in *pecoribus* (quae ipſi *paſcebant* homines) conſiſtebant: ut is, qui *paſceret*, ſimul *posſidere* intelligeretur. Hanc ob causſam *greges* ovium, quas deus paſtorum, *Pan*, *posſidere* credebatur, a Graeco poëta vocantur ἱερὰν πᾶμα Πανὸς, id est, *grata Panis posſesſio*. [Conf. *Valcken.* Animadv. ad Ammon. L. III, c. 7. p. 188. 189.] Non alia de causſa ab eodem verbo formatum nomen πᾶσις, in lexicis Graecis, redditur *posſesſio*. Ab iſta porro *alendi*, *paſcendi*, *posſidendi*que notione ſponte fluxit ea *curandi*. Omnes autem hae notiones apte quadrant in nomen πατὴρ, quod generatim idem est, ac Lat. PATER, a Graeco profectum." [Egregius locus est *Euripidis*, in Jone, τὸν βόσκοντα γὰρ εὐλογῶ· Τὸν δ' ὠφελιμὸν ἐμοὶ ΠΑΤΕ΄ΡΟΣ ὄνομα λέγω, quem ita Latine reddidit *Grotius* noſter, Excerpt. p. 332. „ *Hunc cujus* ALOR *munere*, *laudo*; *Hunc concelebro nomine* PATRIS." Ceterum conferri omnino meretur divinum illud *Moſis* Canticum, Deut. XXXII, 6. הלא הוא אביך קנך *Nonne ille* PATER *tuus est*, *qui te* POSSIDET? Ubi videmus, notionem *poſſesſoris*, cum illa *patris*, amicisſime conſpirare: ut haud contemnenda lux huic ipſi *Deuteronomii* loco, ex obſervatis *Lennepianis*, posſit accendi. E. S.] „ Πατὴρ Lat. PATER in uſu *genitorem* notat, ſed, in prima ſua ſignificatione, a qua frequenter uſus deflectit, denotavit pp. *altorem*, *nutritorem*, quorum prius ſemel de *parente* adhibuit *Cicero* de Natura Deor. L. II, 34. — *Plato*, quum pernosſet, voce πατὴρ *eum* deſignari pp. *qui nutrit*, ut *generatorem* ſignificaret, alio vocabulo adjecto, hoc noſtrum limitavit, in *Timaeo*, p. 37. ubi commemoratur ὁ γεννήσας πατὴρ *altor*, *qui genuit*. Platoni *Sophocles* ad-

adjungi poterit, in Electra, vs. 1432. &c. L. C. V.] [Vide porro in πάω. E. S.]

Παύω *cessare facio.* A πάω *premo, comprimo.* Alio loco vir celeberr. „ Παύειν, Activa vi, notionem habet *sedandi, compescendi*: Medium vero παύεσθαι notat *semet ipsum sedare.* Quapropter, sensu neutro, reddi solet *quiescere.* Inde nomen παῦσις, Latine *quies*, seu idem quod *pausam* veteres Latini dixerunt. Id nomen pro *quiete* positum, ex *Accio*, notat *Nonius Marcellus* p. 158. ubi „ *pausa loquendi*" dicitur pro παῦσις. Attici quoque παῦλαν dixerunt, et hujus compositum ἀνάπαυλαν, quocum convenit alterum ἀνάπαυσις, Lat. *requies.*"

Πάχνη *pruina.* A παχὺς, de quo mox. [Latina vox ducenda est a πρωὶ, πρωΐη, πρωϊνή, uti doctissime conjecit *Is. Vossius.* E. S.]

Παχὺς *spissus.* A πάγω, quod a πάω. Proprie notat *compactum.*

Πάω pp. *agito premendo, impellendo moveo.* Unde πάεσθαι de eo, qui *gregem agitat sibi*, atque adeo *curat, possidet.* [„ Πάω verbum est primitivum aeque ac πέω, πίω, πόω, πύω. Ex *quinque* istis formis, quibus una propria et prima est significatio, veluti totidem ejusdem arboris truncis, centena aliquot verba, cum suis derivatis, propullularunt. Πάω, vel πάομαι, in Lexicis vulgatis, Latine redditur *possideo*, item *gusto*, et *vescor.* Magna videtur istarum significationum dissimilitudo. Si res propius spectetur, amice conspirant. Prima et propria significatio est *curandi*, secunda *alendi*, vel *nutriendi.* Verbum ἀγαπάω *diligo*, compositum ex ἄγαν et πάω, pp. notat *magnam curam* alicujus *gero.* A veteri Graeco verbo πάω sunt Lat. PASCO, PAVI &c. nam a prima significatione *curandi* et *nutriendi* facile fluxit ea *pascendi. Gustare* et *vesci* nihil utique aliud est quam *pascere se ipsum.* Allenior est, primo adspectu, *possidendi* significatio. Haec tamen etiam pulchre convenit. Hominum vetustissimorum divitiae sitae erant in *pecoribus.* Qui *curabat*, et *pascebat*, pecus, is *pos-*

possidebat. Proximum superest verbi πάω derivatum παὸς, *adfinem* notans: pp. *illum*, quem quis velut *possessionem* sibi *adquisivit*; quo respexit *Euripides*, in Androm. vs. 641. γαμβρὸν πεπᾶσθαι *generum acquirere*, vel potius *possidere*: nam Praeter. pass. hujus verbi semper habet *possidendi* vim; ut et Praeteritum verbi κτάομαι. Παὸς autem Jonice pronuntiabatur πηὸς, unde remansit vox πηοσύνη, *affinitatem* significans. Πηὸς vero quum esset in linguam communem recepta, alteram formam *Doricam* vocarunt Grammatici, ex. gr. *Scholiastes Nicandri* de Theriac. vs. 3. A Praeterit. perf. pass. πέπαμαι, πέπασαι, πέπαται, vel πέπασται, nomina quaedam manarunt, Lexicographorum incuria fere obliterata. A *prima* persona superest πᾶμα, *rem ipsam* significans, quae *possidetur*; in primis autem adhiberi de *pecoribus*, ex duobus veterum poëtarum locis licet aestimare. *Theocritus* in Fistula, *oves* et *boves* pastorum vocat ἐρατὸν πᾶμα *amabilem possessionem*; et, in Ara *Dosiadae* prima, *pecora* appellantur πάματα Πανὸς *Panis possessio.* Illud autem πᾶμα, litera liquida duplicata, etiam pronuntiabatur πάμμα: quam formam *Aeolicam* esse, credidit *Eustath.* ad Hom. Il. Δ, p. 376. Apud *Apollodor.* in Biblioth. p. 183. nomen invenitur Πάμμων, filio Priami impositum, atque ea forma in compositis viget. Vid. nostr. Animadv. in Ammon. L. III, c. 7. A *secunda* pers. Praet. Pass. ortum, πᾶσις, nusplam in Lexicis vulgatis reperietur, sed apud *Hesychium* tantum [πᾶσις· κτῆσις]. Significat autem, secundum istam formam, *actionem possidendi.* Compositum certe ἔμπασις reperitur apud *Hesychium*, qui vocem ἐμπάσεις reddidit ἐγκτήσεις. A *tertia* Praeter. pass. (cujus forma fuit duplex πέπαται et πέπασται) derivata remanserunt, quorum origo vulgo a Grammaticis ignoratur. A πέπασται, nempe, oriuntur voces Graecae παστὸς et παστάς, ac Latina PASTOR. A πέπαται remansit πάτος, unde ortum fuit πατέω: atque hinc demum patet, cur Medium πατεῖσθαι, vel, Jonico flexu, πατέεσθαι notare potuerit *edere*, vel *vesci.* Isto quidem significatu, qui a Lexicographis

non

non adnotatus est, adhibetur hoc verbum ab *Herodoto*, et restitui debet *Agathocli* Cyziceno, apud Athenaeum, L. XIV, p. 650. ubi, pro πατέωντι, legendum est πατέωνται *comedunt*, *vescuntur*. L. C. V.] [Addenda his sunt, quae vir magnus dedit, in Adnotationibus in Adoniaz. Theocrit. vs. 90. p. 383. 384. Ceterum, quod supra jam a cel. *Lennepio*, nobisque, animadversum est, vix addubitare licet; quin πάω primariam notionem habeat *premendi*; *premendo stipandi*, *densandi*que, unde orta dein significatio *alendi*, quasi *cibis replendi* et *effarciendi*. Inde certe πάτος *via calcata*, *pavimentum*, πῦς pp. *compressus* s. *compactus*; *solidus* &c. Plura vide in παιάν, ubi notionem *curandi*, ex propria illa vi *premendi*, ita explicuit T. H., ut doceret, πάειν, *curare*, hoc sensu, idem esse quod *premere*, atque *in rem incumbere*. E. S.]

Πέδη *vinculum pedum*. Componenda vox cum Lat. PES, Gr. πῦς, πέδον &c. Oriuntur a πέω, cui vicinum πάω *premo*, *calco*. [Πέδα, pro μετὰ, Dorice, in compositis potissimum, dici, Grammatici passim monuerunt. Vide omnino *Maittair*. p. 251. 252. et locos veterum ab ipso indicatos. Itaque recte legitur apud *Hesych*. πέδα· μετὰ: quem locum a correctionibus aliorum vindicavit cl. *Albertius*, in Periculo Critico, et in Animadvers. ad *Hes*. T. II, c. 896. Utrum vero πέδα, pro μετὰ, Dores simpliciter dixerint, per variam dialectum, literis π et μ, τ et δ, inter se permutatis; an vero πέδα, hoc sensu acceptum, diversa quadam ab origine sit repetendum, nondum satis apparet. *Aemilius Portus* ad Euripidis Phoeniss. vs. 1034. de eo jam videtur addubitasse. Sane nimia foret ea literarum permutatio, qua pro μετὰ diceretur πέδα, neque ulla in lingua tales literarum mutationes fieri posse, existimem. Itaque πέδα hocce, pro diversa constructione, accipiendum potius vel pro *Accus. Singulari* antiquae formae πέδς, unde Lat. PES, PEDIS, ut πέδα idem sit, quod πόδα, id est, *pedem*; vel ita, ut πέδα, sive potius πέδ', pp. sit casus obliquus, vocis πέδον *solum*. Huc certe optime facit, quod

quod *Aemil. Portus* l. l. p. 15. conjecit, verbum πεδαμείβειν idem prorsus esse quod πέδον ἀμείβειν, h. e. *solum permutare*, *solum transire*. Idem vir eruditiss. rectissime τὸ πεδαίρειν exposuit per ἐκ πέδε [sive πέδε] αἴρειν, *ex solo* [vel *humi*] *tollere*, quorsum faciat illud *Euripidis* in Herc. Fur. vs. 872. „ *Vade in Olympum*, *o Iri*, πεδαίρεσα γενναῖον πόδα, id est πεδόθεν αἴρεσα, *solo attollens generosum pedem.*" Ceterum vix dubitandum videtur, quin alterum illud πέδη *vinculum pedis*, pp. sit Adjectivum f. g. a πέδος, η, ον, quod veteres formarint a Genitivo vocis πέδς, πέδος· uti factum est in aliis compluribus. Eadem ratio est vocis sequentis. E. S.]

Πέδιλον *calceus*. Ex πέδος, ab antiquo πὲς, Lat. PES, et ἴλος *involucrum*, ab ἴλω *volvo*: de quo supra. [Mallem simpliciter ducere a Dativo πέδι, ejusdem vocis πὲς, sive potius πέδς, quod eruditissimo *Marklando* et *Valckenario* nostro placuit: adjecta terminatione in λος, λη, λον. Conf. modo dicta in πέδη. E. S.]

Πέδον *solum*. A πὲς, cui vicinum πᾶς: vel a πέω *premo*, *calco*. Alio in loco vir celeberr. „ Antiquum nomen Gr. πὲς, superstes in lingua Latina, et vicinum alteri πᾶς, peperit nomen πέδον, significans *solum*. Inde πεδίον *campum* vocant Graeci, seu *locum planum* et *patulum*. Inde praeterea nomen πεδιὰς, *planitiem* notans, quae in Evangelio Lucae, c. VI, 17. exprimitur per τόπος πεδινός. Est autem πεδινὸς Adjectivum, q. d. *humi depressus*, atque sic *planus*, *campester*, factum itidem a πέδον."

Πείθω *impello ad aliquid faciendum*. A πέω, nempe, vel πίω, repetendum. Inde *persuadeo*. Alibi fusius de hoc verbo vir celeberr. „ Ab antiquo verbo πίω" inquit „ oriuntur verba πείθω et πίθω: quorum prius superest. Posterius vero remansit in quibusdam temporibus, quae verbo πείθω tribuuntur, nec non in variis derivatis. Significat autem πείθω, vel πίθω, *ligo*, *alligo*, quasi *premendo adjungo*, quae notio mani-

nifesta est in derivatis, ut πεῖσμα et πίθος, quorum illud *funem nauticum* denotat, *quo naves in littore alligari solent*: πίθος vero *dolium* significat, quod, nempe, *variis ex partibus compingitur et colligatur*. [Vide Amplisf. *D. Messinghii* Dissert. Philol. 19. de vocibus Belg. *tien* et *ton*:] Usu autem factum est, ut verbum πείθειν eximie tribueretur orationi, qua velut *alium constringas*, et tuae *alliges* sententiae: quod Latinis est *persuadere*. Eo sensu passim, cum aliis, tum praesertim oratoribus, tribuitur τὸ πείθειν, id quod *finem* esse orationis debere, praecipiunt Rhetores. Inde nomen Πειθώ, quo eximie vocarunt *deam persuasionis*, vel etiam sic dixerunt *vim orationis persuasivam*, qua blande alium in tuam sententiam perducas. Altius autem verbum πείθω, inde translatum, aliquando significat idem fere, quod *oratione placere*, vel *obsequi oratione*: uti quibusdam in locis S. Scripturae usurpatur. Conf. Matth. XXVIII, 14. 2. Cor. V, 11. Nec dissimilis ratio est loci Epist. ad Gal. I, 10. ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν, ubi reddendum est, *hominibusne, an Deo, obsequiar, mea oratione*, vel *doctrina*: ut manifeste declarant verba, quae adduntur, ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν ubi τὸ ἀρέσκειν *placere* satis explicat alterum πείθειν." [Idem verbum πείθομαι magnam difficultatem habet [in illo Agamemnonis apud *Homerum*] Il. A, 289. ἅτιν' οὐ πείσεσθαι ὀΐω Scholiastes exposuit πρὸς ἃ οὐ πεισθήσεσθαι. Censetur ἅτινα pendere ex praepositione, quae reticetur, πρὸς, hoc fere sensu, *ad quae ipsum permoveri non posse puto*, vel *ad quae illum nulla persuasione venturum esse puto*. Verum enim vero τὸ πείθεσθαι alio modo apud veteres, alio apud recentiores, usurpatur. Apud *Homerum* saepe ponitur pro *obedire*, *persuaderi sibi ad obediendum pati*. Verum etiam vim habet verbi πάσχω *patior*. Hoc pacto constructio erit plana et haud impedita. Belgice: *'t geen ik niet denk dat hem overkomen zal*. Sic dicimus πάσχειν κακόν τι, vel ἀγαθόν *pati aliquid mali* vel *boni*, *affici malo* aut *bono*. T. H.] [Verbum πείθειν ex origine signi-

significabat *ligare*. *Funes*, *quibus* navis terrae *alligabatur*, dicuntur πείσματα. Usus in hoc verbo est *persuadendi*, quasi dicas, *blanda oratione* aliquem *ligandi*, atque ad adsensum *obligandi*. A *tertia* Praeter. Pass. πέπεισμαι fluxit πεῖσις, postea scriptum πίστις, *fides*, *quae* persuadendo *nos ligat*. Hinc verbum πιστεύειν. L. C. V.]

Πείκω *pecto*, *carmino*. Forte componendum est cum πύκω, πόκω: oriturque a πέω *impello*, *pungo*. [*Etymol.* Πείκω καὶ πέκτω ἐστι τὸ κτενίζω· ὅθεν καὶ πεξαμένη. Ἢ παρὰ τὸ πέκω· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι, γίνεται πείκειν· σημαίνει τὸ ξαίνειν. Idem alibi, col. 655. Πέσκος σημαίνει κυρίως τὸ τοῦ προβάτου δέρμα. Παρὰ τὸ πείκω, πέκω, πέκος, καὶ πέσκος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ σ. Vera analogiae ratio haec videtur esse. A πέω, pp. *premo*, (cognato verbo alteri πάω) Perfectum fuit πέπεικα. Hinc πέκω, in Futuro πέκσω, et, transposito σ, πέσκω: ut a πάω factum est πέπακα, πάκω, πάκσω, πάσκω. A πέω etiam fluxit πείω; ut a πάω, παίω: hinc porro πέπεικα, πείκω &c. Uti autem τὸ ξαίνειν *radere* involvit notionem quandam *premendi*, sive *premendo* cultrum *radendi*, sic πείκειν significationem illam τοῦ ξαίνειν videtur accepisse a primigenia *premendi*. Nemo enim nescit *pectinationem* saepissime fieri cum *pressione* quadam *manus adactae*. E. S.]

Πεῖνα, et Jonice πείνη, *fames*. Forte a πέω *impello*, *premo*. [Malim a πέω *premo*. *Fame pressos* Latine etiam dicimus, ut Belgice „ *drukkende armoede*, *drukkenden honger*." Unde fit, ut πεινᾷν etiam dicatur, pro *pauperem esse*. Πεινῶντες (Luc. I, 53.) sunt *pauperes*, qui Graece alias πένητες dicuntur. Opponuntur enim, hoc loco, πλουτοῦντες *divites*. Πένης *pauper*, pp. *laborando victum* sibi *parans*, proximum est derivatum a verbo πένω. Hinc πεινῶ, πεινάω, significans *egeo cibi*, *esurio*. Forma verbi πεινάω (ut in Latinorum ESURIO) est Desiderativa. L. C. V.]

Πεῖρα *conatus*, *inceptum*. A πέρω *impello*, *figo*, *transfigo*: quod a πέω. Alio loco clariss. *Lennepius*: „ Graecum πέρω *transadigo* nomen peperit πεῖρα, significans *experientiam*: quomodo Graece dicitur πεῖραν λαμβάνειν τινὸς *experientiam facere alicujus rei*, vel *experiri aliquid*.

Sic πεῖραν ἔχειν τινὸς *experientiam habere alicujus rei.* Inde verbum πειράζω, ſignificans pp. *experientiam facio*, atque inde *experimento tento*: quomodo ſpeciatim interdum iis tribuitur, qui *aliquem tentant*, et *ſollicitant ad Venerem.* Latius longe ſumtum est a ſcriptoribus ſacris, unde deductum nomen πειρασμὸς, *tentationem*, veluti, *ad malum* aliquod denotat." [Vide mox in πείρω.]

Πείρω *transſigo.* A πέρω, de quo ad πεῖρα. [Πέρω et πείρω *perforando penetro.* Inde Lat. *pereo*, *peritus*, *periculum*, quorum hoc poſtremum pp. nihil aliud ſignificat, quam Gr. πεῖρα, ſeu *tentamen*, quo *in rem* aliquam *penetrare* nitimur. Iſtius verbi Praeter. Med. πέπορα nomen produxit πόρος, h. e. *porus*, *meatus*, *foramen.* Hinc compoſitum ἄπορος pp. id notat, *per quod exitus* et *meatus* pateat *nullus.* Propria iſta ſignificatione, qua rariſſime poſitum invenietur, occurrit apud *Platonem* in Timaeo, T. III, p. 25. commemorantem ἄπορον καὶ ἀδιερεύνητον πέλαγος *mare infeſtum* et ſcopuloſum, *per quod exitus* vel meatus *patet nullus.* Hinc figurate ἄπορος notat *pauperem*, *ſtupidum*, *dubitantem.* Quae videtur prima ſpecie, in iſtis tribus, ſignificationum pugna, illa, origine conſiderata, mox evaneſcet. Quis enim est *pauper*? is, *qui neſcit quo ſe vertat*, atque adeo *exitum* ſuis rebus reperit *nullum. Stupidus* autem est, qui *ad* quaevis *obvia* veluti *impeditus haeret.* Tandem, qui, *in bivio* cogitationum *ſtatutus*, *tranſitum non invenit*, quique ignarus ſit, quae via e duabus ſit eligenda, is *dubitat.* Ergo ἄπορος notat *dubium*, et, hinc productum, ἀπορέω *dubius haereo*, DUBITO: quod verbum Latinum, utpote deſignatae rei, flexu ſuo frequentativo, exprimendae, aptiſſimum judicabat *Jul. Caeſ. Scaliger*, pater, in Epiſtol. p. 466. De homine *dubitante Theognis* dixit, vs. 907. ἐν τριόδῳ ἕστηκα. *Qui dubitat*, inquit *Plato*, de Legg. L. VII, p. 799. *ſtat*, καθάπερ ἐν τριόδῳ γενόμενος, καὶ μὴ σφόδρα κατειδὼς ὁδόν. *Scholiaſt. Sophocl.* ad Ajac. vs. 179. ἀποροῦντες, inquit, οἱ καθ' ἓν ἵστανται &c. L. C. V.]

Πέλαγος *pelagus*, *aequor.* Componendum cum Lat.

PLANUS; quod a πελάω, πέλω, de quo suo loco. [Originem hanc vocis confirmare nonnihil videtur glossa *Hesychii* πέλαγος· πλάτος θαλάσσης, ubi vide, quae notavit *Albertius*. A voce πέλαγος porro denominativum est verbum πελαγίζειν· τὰς ἀκτὰς συγχεῖν, quasi dixeris, *maris instar fremere*. E. S.]

Πέλανος libi genus. Compone Lat. PLANUS, a πελάω, [et dicta in πέλαγος. Recte igitur *Apollonius* apud *Etymol.* c. 659: 19. πέλανοι λέγονται τὰ πέμματα, ἀπὸ τοῦ πεπλατύνθαι. E. S.]

Πελαργὸς ciconia. Ex πελλὸς *fuscus*, et ἀργὸς *albus*, [„ quoniam *pennas* habet *albas* et *nigras*." Vide *H. Stephani* Append. c. 1622. et scriptores ab ipso laudatos. E. S.]

Πέλας prope. A πελάω *propinquo*, quod a πέλω, de quo suo loco. [*Etymol.* Πέλας, καὶ τοπικὸν, καὶ χρονικὸν, καὶ ἐπὶ συγγενείας. Construitur cum Genitivo, ut Odyss. O, 257. ὅς ῥα τότε Τηλεμάχου πέλας ἵστατο. Unde verisimile est, πέλας pp. esse Accus. Pluralem, a Sing. obsol. πέλα, quod ductum a πέλω *verso*, pp. *versionem*, *conversionem*, *circumversionem* notet, et hinc, per ellipsin quandam Praepositionis, non aliter atque Arab. حول *haula*, pp. *circumversionem*, dein *circa*, *circum*, *prope*, significet, ut πέλας pp. sit pro κατὰ πέλας. E. S.]

[*Πέλεια* s. πελειὰς *columba*. A πελλὸς *niger*. vox repeti solet. Quia tamen *Herodotus*, L. II, 110. et alibi, adjecta voce *niger*, μέλαιναν πελειάδα *nigram columbam* memorat, malim equidem ducere a verbo πελέω *verto*, *inverto*, ut *columba* πελειὰς dicta sit ab *invertendo*, quod sedem captura saepius se *convertat*. Esse hoc isti avi maxime proprium, vel pueri norunt. Conf. etiam in πέλεκυς, et πελεμίζω. E. S.]

Πέλεκυς securis. Nescio, an a πέλω: ut sit componendum cum Lat. PELLO. [A πέλω, πελέω, πεπέλεκα, analogice factum est πέλεκυς, et πέλεκκος. A πελέω pp. *verso* descendit quoque Futur. πελέσω· unde Aoristus πέλεσσε *Hesiod.* 'Ασπ. vs. 36. et hinc novum verbum πελέσκω, quod dedit πελέσκεο, *secundam* Singularis Imperfecti Medii, semel lectam, Il. X, 433. ὅ μοι —

ἐυχωλὴ κατὰ ἄςυ ΠΕΛΕ΄ΣΚΕΟ *qui mihi gloria per urbem eras*, pp. VERSABARIS. Itaque et πέλεκυς *securis* a VERSANDO fortasse dicta: quam originem verbi πέλω confirmant haec *Etymologi*, col. 659: 26. σημαίνει δὲ καὶ ἀναςρέφεσθαι· ὅθεν ὁ μέλλων πελήσω· ἐξ οὗ καὶ πόλος, ὁ οὐρανός. E. S.]

Πελεμίζω *moveo, quasso, concutio*: a πέλεμος, quod cum πόλεμος componendum, oriturque a πέλω, unde in Praeter. Pasf. πεπέλεμαι, et hinc πέλεμος. Vide porro in πέλω. [Esse autem πελεμίζειν pp., non adeo *quassare*, quam potius *tremefacere*, observavit Cl. *Ernest.* ad Il. N, 443. et Π, 612. cui interpretationi obest locus Il. Π, 766. ubi βαθεῖαν πελεμιζέμεν ὕλην, haud dubie est *versare*, et hinc *conquassare, concutere*, κινεῖν, κραδαίνειν, uti exponunt Scholiastes, et Hesychius. Obsunt et alia poëtae dicta, Il. Θ, 443. Π, 612. Ρ, 528. Φ, 176. &c. quibuscum conferri poterit *Etymol.* c. 659: 28. qui πελεμίχθη reddidit ἐκινήθη, ἐσείσθη, simul opportune addens, ἀπὸ τοῦ πάλλω, ὡς οἶμαι, ἢ ἀπὸ τοῦ πέλω: quod posterius ita verum est, ut tamen satis appareat, πάλλω et πέλω vicinae significationis fuisse verba. E. S.]

Πέλλα *mulctra*, seu *mulctrale*; πέλμα *planta pedis*; πελλὸς *niger*, aut *fuscus*; πέλτη *pelta*, scutum brevius, orta videntur a πέλω, sed ratio significationis est minus aperta. [Vide ad sequens πέλω.]

Πέλω *sum*. A πέω, quod notat *agito, pello, versor, adsum*. Alibi haec habet *Lennepius*: „ πέλω, et πέλομαι vulgo redditur *adsum*: pp. tamen magis significat *versor* in aliquo loco: πέλω enim Active pp. est *verso*. [Vide in Σπλάγχνον. Propria notio verbi hujus, πέλω, vix melius sentiri potest, quam ex derivato nomine πόλος, sive hoc repereris a πέπολα, Praeterito vulgo dicto *Medio* verbi πέλω, sive idem recta malueris ducere a πόλω, forma verbi πέλω vicina. Πόλος autem Lat. POLUS, manifesto dictum est a *vertendo*: quare et a *Plinio* redditur VERTEX. Vide *Vossii* Etymologicum, voce VERTEX, et *Forcellinum*, in POLUS. Qua de re alibi etiam *Lennepius*. „ Vox πόλος" inquit

quit „ pp. significat *versionem:* unde ab Astronomis eximie tribui solet *coeli cardinibus*, in quibus, nempe, universum coelum *vertitur* suo axe: unde dein ab Astronomis transfertur ad ipsum *coelum*. Generalis autem notio *versandi* maxime spectari solet in voce πόλος, quando cum aliis componitur; quemadmodum inter alia in οἰοπόλος, i. e. *qui versatur circa oves*, pastor ovium &c. Simili ratione ὀνειροπόλος dicitur, *qui versatur circa somnia*, atque adeo *interpres somniorum*." Hactenus ille. A πέλω porro est περιπέλω et περιπέλομαι, cujus Participium περιπελόμενος contractum est in περιπλόμενος: unde περιπλομένου ἐνιαυτοῦ. Od. Α, 247. pp. sonat *circumvertente anno*, vel *circumvertente se anno*, h. e. dum annus *circumvolvitur*, vel *se ipse convertit*, *anno affecto* (ut *Favorinus* apud *Gellium*, Noct. Attic. L. III, 16. reddebat) *qui nondum ad finem ipsum, sed proxime finem, progressus deductusve erat.* Conf. Il. Ψ, 833. Od. Λ, 16. et Il. Σ, 220. ubi δηΐων ἄστυ περιπλομένων pp. est *hostium vertentium se*, vel *versantium circum urbem*. Sic et ἀμφίπολος eximie *minister*, *ministrave* vocatur, *circa* dominum dominamve *versans:* de qua notione plura diximus, occasione verbi גיל significantis *sollicite observare*, ad Ps. II, 11. Ex quibus jam satis constabit, opinor, πέλειν et πέλεσθαι pp. idem esse quod Lat. *versari*. unde notat *adesse alicui*, q. d. *versari circa aliquem*. Vide Il. Α, 284. Γ, 287. Δ, 450. Ε, 511. Θ, 64. &c. Ceterum a πέλω (media consonante geminata) est πέλλω, Lat. PELLO, PEPULI &c., cognatum alteri πάλλω, quod notionem habet *vibrandi*, *movendi*, atque adeo COMMOVENDI, ut in illo *Ciceronis* de Clar. Orator. c. 87. *Longi sermonis initium* PEPULISTI *Attice* cet. E. S.]

Πέλωρ *monstrum*. Forte a πέλω [*verto*. Ridicula videtur etymologia, qua dictam vocem nonnulli voluerunt, „ quasi πέλας ὄρους ὢν τῷ μεγέθει, *quod magnitudine proxime ad montem accedat*." Vide *H. Stephani* Append. c. 1628. Quemadmodum enim ab ἔχω est ἐχὼρ, ab ἔχω, ἰχὼρ, ab ὕδω, ὕδωρ, ab ἕλω, ἕλωρ et similia, us-

que a κέω est κάστωρ *Castor*, &c. et omnia nomina Latina in OR et OS recta a verbis in o descendunt, *amor* ab *amo* &c. eadem utique analogia, a πέλω, pp. id notans, quod *vertat*, sive *advertat* ad se alliciatque *oculos* hominum. Itaque πέλωρ ad amussim respondet voci Hebr. [illegible]. E. S.]

Πέμπω *mitto*. Compone πέω, *impello*. A πέπω [inserta μ sive ν. Ab eodem verbo πέπω verisimiliter admodum descendit vocabulum πέπων, πέπονος, quod redditur „ pp. *coctus*, *excoctus* a sole, et hinc *mollis*, *ignavus*" : porro πόποι. πόπαξ, πόπανον· de quibus infra suo loco. Videtur autem nostrum πέμπω, pro πέπω, rectissime repeti a πέω *pello*, *impello*: cujus propriae significationis clarissima vestigia sunt in illo verbi usu, quo exponitur *procul amandare*, q. d. *propellere*, vel *cum vehementia* quadam *depellere*, ut in illo Odyss. I, 461. τὸν κριὸν ἀπὸ ἕο πέμπε θύραζε, et πέμπειν φόβους, apud *Platonem*, quod *Cicero* reddebat *incutere terrorem*. Debemus haec *H. Stephano*, Thes. T. III, c. 196. apud quem reperias quoque ἀποπομπὴ *depulsio sceleris*, ἀποπομπαῖος *depulsorius*, et similia. E. S.]

Πέμφιξ *flatus*. Componendum forte cum πέμπω. [Est ejusdem formae vox ac σμῶδιξ *vibex*. Etiam pro *bulla*, quae in aquis et humidis quibuslibet, *flatu quodam*, *extruditur*, et supernatat, a *Nicandro* dici, in Theriac. vs. 272. annotavit *H. Stephanus*; ubi Scholiastes explicat, ejusdem originis et formae, voce πομφόλυξ, quod a πόμπω, ut πέμφιξ a πέμπω, forma vicina. E. S.]

Πενθερὸς *socer*. Nescio an componendum sit cum πένθος *moeror*, et hoc cum πένθω, πάθω, unde πέπονθα, quod ad πάσχω refertur. Vide et πάθος. [*Hesych.* Πενθερὸς τοῦ νυμφίου ὁ τῆς κόρης πατήρ· καὶ πενθερά, ἡ μήτηρ. Τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ γαμβροῦ. Alioquin ὁ γαμβρὸς, eodem docente Lexicographo, vocatur ὁ ἀνὴρ τῆς θυγατρός. Jam vero statim in oculos incurrit, quemadmodum γαμβρὸς, pro γαμερὸς, est a γάμος, ita πενθερὸς a πένθος,

ca-

eadem analogia, duci potuisse: ut utrumque tam γαμβρὸς, quam πενθερὸς, pp. sint formae in ερὸς, ab alia simpliciori in ος derivatae. — Πένθος est *luctus*, sive potius *passio*, aut (qua voce *Hesychius* explicat) συμφορὰ *eventus*, *in utramque partem*, sed in primis *infelix*. An igitur πενθερὸς pp. *is* est, qui *eventuum* tam *prosperorum*, quam *adversorum*, quales in eadem gente saepe existere solent, *particeps*, iisdem laete adficiatur, aut una indolescat: unde porro tam *generum* significaverit quam *socerum*? E. S.]

Πένομαι *facio opus*. A πένω, πέω, *agito*. [Uti verbum obsoletum πάειν (indice T. H. superius in παίω.) pp. valuit *premere*, dein in *rem incumbere* studiosius, quae vis primaria notissima quoque est in Hebr. עָשָׂה, *incubuit*. *operam* rei *dedit:* ita a πέω (cognata forma alteri isti πάω) facillime repeti potest nostrum πένω, quod *Eustathius* ad Il. Β, 291. p. 222: 38. exposuit τὸ σπουδαίως ἐνεργεῖν, indeque deduxit τὰ πένης, et γηπόνος. qua voce *agricola* dicitur *gnaviter operi suo incumbens*. Intelligetur jam simul, qua ansa idem nostrum πένομαι accipiatur pro *pauperem esse*, sive pp. *opus faciendo* vel *laborando victum sibi quaerere*. Conf. L. C. V. in voce πένω. E. S.]

Πέντε *quinque*. Forte Aeolicum πέμπε, componendum cum πέμπω *mitto*. [Videtur πέμπε, Lat. QUINQUE, (Π enim est. Lat. QU, ut in QUIDQUID, quod Osci, teste *Festo*, pronunciabant *pitpit*) πέμπε, inquam, videtur pp. esse Ablat. Sing. absolute positus, a Nominat. veteri πέμπις, *missio*, *emissio*, ut πέμπε sit pp. *emissione* vel *projectione* manus, quo actu numerum V significare solemus. Quod si vere conjecerim, facile patebit, alterum πέντε vix illinc differre, ductum quippe a Nomine πέντις, adfini alteri isti πέμπις. Ceterum, pro πέμπε, in forma Ablativi, veteres videntur etiam dixisse πέμπι, Lat. QUINQUI: unde Latinis *quinqueplico* et *quinquiplico*, *quinqueremis* et *quinquiremis* &c. E. S.]

Πέος *penis*. Componendum cum πὺς, a πέω. [*Etymol.*

mol. πέος σημαίνει τὸ αἰδοῖον· οἶμαι κατ' ἔλλειψιν τοῦ σ, ὅτι σπᾶ καὶ ἐντείνεται κ. τ. λ. Indicavit cel. *Lennepius*, in πένομαι, formas fuisse sibi invicem cognatas πέω et πένω. Ergo a πέω fuerit πέος, a πένω autem PENIS. Quodsi jam porro contuleris, quae de indole vicinae formae πέω, in παρὰ diximus, itemque in πένομαι, ratio appellationis vocabulorum πέος et PENIS facile in oculos incurret. Plura addere pudor vetat. E. S.]

Πέπερι *Piper.* [*Etymol.* πέπερι παρὰ τὸ πέσσω, πέπτω, τὸ εἰς πέψιν ἄγον τῇ θερμότητι τοῦ πνεύματος, sive „ *quod calore suo coctionem juvet.*" Sed valde dubito de hoc etymo. Est πέπερι arbor Indica, ideoque nomen habere videtur barbarum. Plura de voce dabit Appendix *Stephani*, c. 1631. E. S.]

Πέπλος PEPLUM. Pro πέπελος, a πέλω *verso*, quasi *involucrum.* [Eandem derivationem praeiverat *Etymologus* „ πέπλος· οἱονεὶ περίπλοός τις ὤν, ὁ περὶ τὸν φοροῦντα περιπελόμενος, καὶ εἰλούμενος. Ceterum, et alia forma, in ον, πέπλον, commemoratur ab *Hesychio*, cui plane respondet Lat. PEPLUM. E. S.]

Πέπτω *coquo.* A πέπω, quod a πέω *agito*, *pello.* [„ Πέπτειν est a primitivo πέπω, in Praeter. Med. πέποπα· unde πόπος, et foem. πόπη. Hinc πόπανος et neutrum πόπανον, quod, Substantive positum, significat *libum*, vel *placentam.* Πέπειν autem proprie significat *coquo*, ut πέπειν ἄρτον *coquere panem*, quod Latini quoque dicunt. Pro πέπτω dixerunt etiam πέττω, ut ὄπτομαι et ὄσσομαι, ἐνίπτω et ἐνίσσω &c. Unde apud *Aristophanem* est περιπέττειν *macerare panem eique crustam obducere:* unde figurate ponitur pro *rem deterioris notae specie* quadam *involvere* et *obtegere.* Sic *Clemens Alexandrinus* dixit περιπέττειν τὸ σῶμα χλάμυσι πορφυρέοις *corpus*, non formosum, *chlamydibus purpureis obcrustare*, sive *obtegere*, et sic *speciem formosam addere.* Περιπέττειν τὸ ψεῦδος *mendacium obcrustare* et *specie* quadam *veritatis obducere* &c. T. H.] [Latinorum COCTUM *Festus* a COGENDO dici putabat, quia

quia *coquendo coërcetur*. Vide *Vossii* Etymologicon. Malim equidem τὸ coquo (quod veteres coco pronuntiabant) recte ducere a πόπω, forma cognata alteri πέπω et πέπτω. Literae π et κ (five Lat. *c* et *qu*) saepissime fuerunt permutatae. Ceterum ab antiquiori isto πέπω superest πέπων, pp. *coctus*, seu *excoctus* a sole, *ad maturitatem perductus*, *maturus*: dein *mollis*, *mitis*, *suavis*. Vide *H. Stephani* Thes. T. III, c. 230. b. De origine vocis dicemus in πέσσω. E. S.]

Πὲρ. A πέρω, de quo suo loco. Compone περί. [Particula haec, vulgo *expletiva* dicta, per retractionem Accentus videtur dicta fuisse, pro περί. Ita certe, pro ἐνὶ dictum ἐν, pro ἐπὶ, ἐπ', pro ἐπὶ, ἐπ'. Plena igitur forma voculae hujus fuerit περὶ, a Graecis Latinisque eadem ratione apocopatum in πὲρ, sive PER. De quo nemo dubitaverit, qui componat, Gr. περιδεὴς, περικλυτὸς, περικτυπέω, περιμένω, περιπλεκτὸς, περιφιλέω, cum Lat. *pertimidus*, *percelebris*, *perstrepo*, *permaneo*, *perplexus*, *perdiligo* &c. Ergo, siquidem eadem analogia nostrum πὲρ se habeat ad περὶ, qua ἐν ad ἐνὶ, ἐκ ad ἐκὶ, ἐπ' ad ἐπὶ, nostrum πὲρ, (sive potius περὶ) pp. fuerit Dativus vel Ablativus Singularis obsoleti nominis περὶς, quod a πέρω *transeo*, sive potius *premo*, et *premendo* aut *cum vi quadam penetro*: ut περὶ pp. sit *penetrando*, sive *penetratione*; mirandumque adeo non sit, primariam hujus Particulae notionem a cl. *Hoogevenio*, Doctr. Part. Cap. XLIV, Sect. I, p. 1040. redditam fuisse per *omnino*, *penitus*, quasi *penetrando in rem*, ut in illo *Homeri*, ibidem laudato, οὐδὲ νύ πω ΠΕΡ ἐπεφράσω *ne nunc quidem adhuc* PENITUS *intellexisti*, id est PERVIDISTI, et *rem* quasi *penetrando cognovisti*. Ita in compluribus aliis, ibidem a cl. *Hoogevenio* observatis. Sed confer. in περί. E. S.]

Πέρα *ultra*. A πέρω. [Est, nempe, πέρα nostrum, pro πέρᾳ, pp. Dativus, sive Ablativus Singularis, vocis πέρα, pp. *penetratio*. Vide dicta in πεῖρα, πέρας, et πεύρω. Pro πέρα etiam adhibuerunt πέραν, vel πέ-

πέραν, id est, casum *Accusativi* ejusdem vocis πέρα, absolute positum: unde jam facile intelligetur, quare Particulae πέρα et πέραν post se habeant casum *Genitivi*, ut in his, πέραν θαλάσσης, πέρα πίστεως, *ultra mare*, *supra fidem*, pp. *transitu*, vel *pervasione maris*, *fidei* &c. Et sic πέρην κλυτῦ 'Ωκεανοῖο, *Hesiod.* Theog. vs. 215. 274. πέρην ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, Il. Ω, 752. &c. Conf. et cel. *Lenn.* in πέρας. E. S.]

Πέρας *finis*. A πέρω. Alio loco vir cel. „ Verbi πέρω, (unde ortum πείρω Lat. *penetro*) inter alia derivata sunt πέρα, et πέρας. Prius *Genitivo* junctum eximie valet *ultra*, vel *supra*, vel simile quid; atque ita dicitur πέρα τῦ δέοντος. Inde etiam πέραν eximie refertur ad *terminum ulteriorem*, atque ita Genitivo frequenter jungitur, ut πέραν θαλάττης, i. e. *in ulteriore maris litore*. Alterum πέρας, πέρατος, Substantive positum, generatim *terminum* quemcumque et *finem* denotat, atque ita a scriptoribus Graecis saepe memorantur πέρατα γῆς, quod, poëtis familiare, etiam legitur in Evang. Lucae, c. XI, 31. In Epist. ad Hebr. VI, 16. figurate ponitur de *jurejurando*, quod veluti *terminus* controversiarum, in multis caussis, est et earum *solutio*: quemadmodum πέρας inter alia quoque ab *Hesychio* redditur per λύσις."

Περάω *transeo*. A πέρω, unde πείρω. [A πέρα, pro πέραι, Dativo sive Ablativo antiquo Singulari vocis πέρα, πέρης, videntur descendisse nostrum περάω et alterum περαίνω, de quo ita T. H." Περαίνω *ad finem perduco*, est a πείρω *transfodio*, *perfodio*, *transeo*. Jam πέρας significat, *quo usque* aliquis *transire potest*, i. e. *finem*. Ita etiam usurpatur πέρα, unde est περαίνω *rem veluti perforatam ad finem perduco*." E. S.]

Πέρδω *pedo*. Factum a sono. [Futurum secundum habere dicitur παρδῶ, Aoristum secundum ἔπαρδον, Praeteritum Med. πέπορδα: sed haec videntur potius ducta a formis vicinis πάρδω, παρδέω, πόρδω. A postremo hoc certe aeque πορδὴ ac περδὴ *crepitus*, et alia fortasse, ut πρωκτὸς *podex*, contracte, pro παρωκτός. E. S.]

Πέρ-

Πέρθω *diruo.* Dictum pro περάω, a περῶ, quod a πέρω. [Etymologia haec multo verisimilior est illa veterum a περιθέω, τῦτ' ἐςι περιτρέχω τὴν γῆν, καὶ τὴν πόλιν. Latini, θ emollita in δ, dixerunt PERDO, ut in θεὸς *deus*, ἔνθε, sive ἔνθεν, *inde* similibusque. Nisi cum *J. M. Gesnero* tenere velis, *perdere* Latinorum verbum esse compositum ex *per* et *dare* sive vetus *dere*, quod in *addere*, *abdere*, *condere* item remansit. Esse autem verbum *perdere* vere compositum ex *per* et *dere*, non simplex, suadet magnopere vetus forma Praesentis Subjunctivi *perduim*, *perduis*, *perduit* &c. quae terminatio etiam est in simpliciori *do*, ut in illo *Terentii*, Andr. IV, 1, 43. *At tibi dii dignum factis exitium* DUINT! E. S.]

Περὶ *circa*, *circum* &c. Componendum est πὲρ, πέρας. Notat autem *circum*, quasi in *extremis terminis*. [Diximus supra, in πὲρ, voculam hanc περὶ pp. videri esse Dativum Singularem obsoleti Nominis περὶς, quod haud dubie a πέρω *penetro*, *transeo*. Itaque περὶ pp, foret q. d. *penetratione* ad *extremum terminum*, ut *Lennepii* verbis utar, sive *ad ipsam usque rei peripheriam:* unde notionem acceperit τῦ *circum* vel *circa*. Sentietur prius istud *penetrandi* etymon quam maxime in Latinorum PER, ex περὶ nostro haud dubie facto; ut v. gr. in isto *Horatii*, „PER *mare pauperiem fugiens*, PER *saxa*, PER IGNES, et altero *Virgiliano*, „*It hasta Tago* PER *tempus utrumque*" in verbis item compositis *peragere*, *percolare*, *percribrare*, *peredere*, *perfodere* cet. Significationem vero τῦ *circum* vel *circa*, in eodem nostro περὶ, siquidem, ex notione ista *penetrandi ad ambitum rei usque*, nimis forte subtiliter repeti tibi videatur, poterit etiam commodius aliquanto arcessi ex primigenio isto *premendi* usu, in Gr. πιέω (antea a *Lennepio* jam indicato:) ut, nempe, περὶς pp. fuerit *pressio* ab omni parte rei facta, nostrumque adeo περὶ pp. sit *pressione*, et quasi *circumstipatione*, undique *imminente*. „Περὶ," inquit cl. *Hoogeveen*, l. l. p. 1042. „est *circum*, *undique*, *ab omni parte*,

πε-

περικαλλὴς *undique pulcer*, περίλυπος *undique tristis*; apud Evangelistam Matth. XXVI, 38. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου *Anima mea undique tristitia est obsessa.* — Sic περίτρομος, περίφρακτος &c. Hactenus ille, et rursus *Lennepius* noster, alio loco. „ Verbum περιέχεσθαι," inquit „ vi praepositionis περὶ, significat pp. *ab omni parte circumdatum teneri*, ut v. gr. *corpus vestimento*, *anima humana*, ex opinione Platonicorum, *corpore et ossibus*. Inde transfertur verbum ad varias res, quibus quis *totus tenetur*, vel *continetur*, atque ita tum alibi, tum apud *Lucianum*, Dial. Mortuor. I, 19. est accipiendum" &c. Sentietur idem hoc perfacile ex formula illa οἱ ΠΕΡΙ' 'Αλέξανδρον, quae synonyma est alteri isti οἱ 'ΑΜΦΙ' 'Αλέξανδρον, de quibus doctissime *Hoogevenius* noster ad *Vigeri* Idiotism. p. 7. 8. 405. 591. E. S.] [„ In compositione τὸ περὶ plerumque notat *circum*, velut in περιπατεῖν, περιστρέφειν, et aliis centenis. Sed in paucis compositis περὶ intendit significationem simplicis, ut in περικρύπτειν, *studiose occultare*. Περιμένειν, aeque ac διαμένειν, significat *usque exspectare*, et Latine PERMANERE. *Qui in laetitia modum excedit*, dicitur περιχαρής· *valde meticulosus* περίφοβος, et περιδεής· „ *qui immoderata tristitia prostratus jacet*", περιαλγὴς dicebatur et περίλυπος. Postremum illud apte adhibuerunt Evangelistae, de JESU, in horto Gethsemanis, quando, sub forma hominis, DEUM tegens, et peccatorum humanorum pondere *pressus*, *paene opprimeretur*: tum JESUM fuisse scribunt περίλυπον *Matthaeus*, *Marcus* et *Lucas*." L. C. V.] [Eadem vis praepositionis PER apud Latinos, notissima est in *peracutus*, *perangustus*, *perarmatus*, *perblandus*, *percandidus*, *perdiligens*, *perjucundus* aliisque permultis. E. S.]

[Περιστερὰ *columba*. Multum laborant Lexicographi, in vera hujus vocis Etymologia exquirenda: quam primus videtur indicasse cl. *Bos*, in Dissert. de Etymol. Graeca p. 36. „ Meo judicio," inquit „ derivanda vox est a περισσότερα *abundantior*, *copiosior*: unde, per syncopen syllabae σο, habes περιστερά. Ratio de-

denominationis non longe petenda: est enim revera *abundantior* avis, quia saepius parit in anno." Nimirum ,, a περὶ, observante cel. *Lennepio*, oritur Adject. περισσὸς pp. notans *id quod redundat*: unde eximie tribuitur *numero impari*, q. d. numerum parem *excedentem*. Opponuntur, nempe, apud Graecos, ἀριθμὸς ἄρτιος *numerus par*, et ἀριθμὸς περισσὸς *numerus impar*. Generatim autem περισσὸς notat *quod supra modum velut est*" &c. E. S.]

[Περκνὸς, et, rarius usurpatum, πέρκος *niger*, sive potius *nigris distinctus maculis*: ut egregie probavit *H. Stephanus*, in Append. c. 1651. Ductum autem est a πέρκω, quod verbum, Graecis Latinisque perditum, lingua Gallica nobis servavit in suo PERCER. Stirps ejus analogice est πέρω, unde πέρκω, ut a δέρω, δέρκω &c. Jam vero πέρω pp. est *penetro*, *transadigo*. Vide in πείρω. Ergo et PERCER Gall. (ut est in *Nouveau Dictionaire de l'Academie Françoise*,) significat *penetrer*; aut, ut *Furetiere* exposuit, ,, *faire une ouverture avec un instrument pointu*." Hinc liquet, primariam notionem esse *pungere*, *pungendo penetrare*, et *pungendo notare*, *distinguere*. E. S.]

Περόνη *fibula*. A πέρας, quod a πέρω, unde πείρω. [Rectissime igitur *Etymologus*: Περόνη παρὰ τὸ πείρειν, ὃ ἐςὶ κεντᾶν, καὶ διαπερᾶν. Conf. etiam in περκνὸς. E. S.]

Πέρπερος *levis*, *vanus*. Forte reduplicatum, pro πέρος, a πέρω. [Hinc verbum περπερεύεσθαι, de quo ita L. C. V. ,, Περπερεύεσθαι non significat *perperam agere*, et tamen Graecum πέρπερος, in origine sua, idem est ac Latin. vocabulum antiquum *perperus*, quod *Nonius Marcellus* interpretatur *indoctum*, *stultum*, *rudem* &c. Adfert etiam vocem, *Accii* Tragici testimonio stabilitam, *perperitudo*, quam reddidit *levitatem*.— Teneatur, πέρπερος apud Graecos significare *jactatorem*, et περπερεύεσθαι *verbis se jactare* et *ostentare*. Haec est vera sententia *Casauboni*, in Casaubonianis explicita. 'Αλαζονεύεσθαι itidem notat *jactare se*, sed pp. *de illo* ponitur, *qui mendax falsa* de se *jactat*, quum contra περπερεύεσθαι dicatur, qui illa, quae ipsi vere in-

insunt; *bona nimia jactatione elevat et ostentat*: atque isto sensu verbum nostrum usurpavit *Paullus*, I. Ep. ad Corinth. XIII, 4. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται *vir charitate praeditus charitatem istam verbis non jactat.* Additur enim: οὐ φυσιοῦται *non inflatur.* Itaque recte *Glossator Sacer* ad h. l. p. 133. περπερεύεται explicat, in istum sensum, κατεπαίρεται *valde elevat sese.* *Hesychio*, πέρπερος est ὁ μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενος *qui cum jactatione se extollit.* In Excerptis etiam e vetusto Glossario, πέρπερος redditur VANUS. Succedat nunc valde notabilis locus *Scholiastae Sophoclis* ad Antigon. vs. 330. Is, quum verba *Sophoclis*, Κόμψευε νῦν τὴν δόξαν, explicuisset ποικιλλόλογει τὴν δόκησιν, i. e. *verbis exorna sententiam tuam*, mox subjicit: κομψὸς γὰρ ἔλεγον, ὃς νῦν ἡμεῖς περπέρως (male vulgatum περπείρως) καὶ πολυλάλως φαμὲν" &c.

Πέρυσι *superiori anno.* Forte cum περὶ componendum. [Quemadmodum βότρυσι est Dativus Pluralis, a Sing. βότρυς, μάρτυσι a μάρτυς, et similia plurima: ita vix dubitandum videtur, quin πέρυσι nostrum pp. sit Dativus antiquus Plur., per ellipsin quandam Praepositionis ἐν, ἐπὶ, vel similis, *Adverbialiter* positus. Nominativus Singularis, hoc pacto, fuerit obsol. πέρυς, quod cum πέρας componendum, ortumque videtur a πέρω, unde πείρω *transeo.* E. S.]

[Πέρω. Stirps in *Praesenti* quidem tempore obsoleta, unde tamen remansit Futurum πέρσω, quod verbo πέρθω tanquam proprium cessit. Origine plane eadem sunt πέρω, πείρω, πέρθω. Conf. supra in πείρω et πείρα. E. S.]

Πεσσὸς, seu Πεττὸς, *calculus lusorius.* Compone ἐπίσσω, πέσω, πέπτω. Dicitur forte ab *agitando*, *impellendo*. [Etymol. Πέσσοι, βόλοι κυβευτικοί — Ἔστι πέσω, ὁ σημαίνει τὸ καταπίπτειν ὁ μέλλων, πέσω· ἐξ αὐτοῦ ὄνομα πεσσὸς, ὁ πίπτων ἐν τῷ βάλλεσθαι, καὶ τροπῇ πεττὸς &c. Ceterum aliud est πεσσὸς, pro quo apud Latinos usitatum nomen *pessum*, in forma neutra, quod exponitur *medicamentum molli lana compositum*, de quo *Celsus*, L. V, 21. Nempe a *subigendo* et *emolliendo* di-

dictum: unde etiam verbum πέπτω, πέσσω, *coquendi* notionem accepit, q. d. *calore subigere et emollire.* Quin et a *pessus* illo etiam Latinis forma diminutiva *pessulum* mansit, apud *Coel. Aurelianum*, Acutor. L. III, 18. neque dubitandum est, quin aliud Latinorum *pessulus*, pro *vecti*, *quo fores* occlusae *obfirmantur intus*, similis originis vox sit: nempe idem quod cognatum Graecum πάσσαλος a *premendo* et *obfirmando* appellatum. E. S.]

[Πέσσω *subigo*, *emollio*. Est forma verbi Aeolica, pro qua communis lingua usurpat πέπτω. Usus ille proprius *subigendi* (unde notionem *coquendi* indicavimus supra in πέπτω et πέσσος) clare superest in *Homerico* (Il. Θ, 513.) ὥς τις τούτων γε βέλος καὶ οἴκοθι πέσσῃ, id est, καταπραΰνῃ, θεραπεύῃ, *emolliat*, *mitiget*, *leniat*, uti *Hesychius* exponit in πέσσει. Vide et omnino Il. Δ, 513. I, 61. Ω, 617. 638. Od. H, 119. E. S.]

Πέταυρον *pertica*. Forte a πετάω *extendo*. [Nimirum a πετάω, πεταύω, est πέταυρον, h. e. τὸ πέταλον, πλατύ· Uti docte jam dudum observavit *Guijetus*, laudatus a cel. *Albertio* ad *Hesych.* in hac voce: ubi plura reperies. E. S.]

Πετάω *pando*, *explico*. A πέτω, quod a πέω *agito*, *impello*: unde *expando*. Alio loco vir cel. „Verbi πέτω propria potestas est in *motu*, quo quid *expandas*. Quae virtus *expandendi* remansit in verbo πετάω, et, inde facto, πετάννυμι, Medioque πέτομαι, vi sua reciproca significante quasi *memet expando*, vel *alas meas expando*. In usu inde significavit *volare*. A πέτω derivata denuo fluxerunt πετάω, et contractum πτάω, unde factum πτῆμι *volo*, *volare*: praeterea πετέω, et contractum πτέω, unde deinceps πτέρω, proximum nomen peperit πτέρον, *alam* significans. Hinc verbum πτερόω, nec non πτερύσσω, a quorum priori πτέρωμα, a posteriori superest πτέρυξ. Ab hujus *Dativo* πτέρυγι nomen Diminutivum est πτερύγιον, nec non verbum πτερυγίζω, quo eleganter Graeci usi sunt de *pullis avium*, quando *mutis alis nituntur volare*."

Πέτομαι *volo.* A πέτω, de quo ad πετάω. Est quasi *memet impello extensis alis.* [Sive magis proprie, ut videtur, *memet expando:* ut vir cel. ad πετάω monuit. Vide et inferius in πέτω. E. S.]

Πέτρος *lapis* a πέτω *impello.* [Si πέτρος adhiberetur proprie de *lapide saxove* minori, quod manu *volveretur*, atque adeo *impelleretur*, vel et *jaculando emitteretur*, haud multum isti derivationi refragarer. Quia tamen πέτρος, et foemininum hujus πέτρα *saxum* potius *grandius*, *rupem*, *scopulumve* denotant, malim equidem a πέτω *expando*, deinde etiam *immineo*, *minor*, *minitor*, in voce nostra πέτρος, eam *scopuli* notionem repetere, quasi dixeris *expansum* longius, et proxime *imminentem mari*, vel et *minitantem*, *minantem* scopulum. Uti apud *Virgilium* est Aeneid. L. I, 166. *Hinc atque hinc vastae* RUPES *geminique* MINANTUR *in coelum* SCOPULI. Hoc adspectu a πέτω *expando* primum fuerit πέτος, hinc vero πετρὸς, πέτρος, πέτρα. E. S.]

Πέτω verbum est, in Activa forma, Graecis deperditum; Latinis servatum, quorum quidem notissimum est PETO, *petivi*, *petitum*, *petere.* Proprie significavit i. q. *pandere*, *expandere*; et hinc, intransitive, *expandere semet*, vel *expansis alis* aliquo versum *niti:* quod Graeci dixerint πέτεσθαι, in forma verbi Media. Latini propriam hanc verbi sui PETERE virtutem eleganter videntur indicasse verbo composito *adpetere*, quippe quod, si solvatur, nil aliud est, quam *petere ad*, h. e. *expandere se*, vel *alas*, *manusve* suas, *ad aliquid extendere.* Sentietur vis illa verbi propria in phrasi *appetere manibus*, id est, *expansis porrectisve* manibus aliquorsum *se extendere*, ut res capiatur. Itaque et *jugulum petere*, *eloquentiae principatum petere*, *gloriam petere*, cet. pp. videntur esse *extensa*, *exporrectaque manu*, illuc *festinare*, et festinanter *ferri.* Egregie indolem hujus verbi explicuit cel. *Perizonius* ad Sanctii Minervam, L. IV, c. 4. p. 590—592. §. 46. Cujus observatis addi tantum velim, notionem illam *celerrimi motus*

vo

volandique; in πέτεσθαι, haud dubie aliam agnoſcere primariam, quae eſt *expandere ſe*, unde πέτεσθαι pp. ſignificet *expandendo ſe* alasve ſuas *feſtinanter ferri*. Comparatio derivati noſtri πετάω *extendo*, *explico*, dubitandi anſam vix relinquet. E. S.]

Πεύκη *picea*. Forte componendum cum πύκω *condenſo*, cui verbo etiam cognatum eſt Adjectivum παχύς. [Videtur noſtrum πεύκη eſſe forma foeminina, ducta a maſc. πεῦκος, quod a ſimpliciori πέκος. Huc certe faciunt illa *Etymologi*: Πικρὸς, παρὰ τὸ πεῦκος, τὴν πικρίαν σημαίνει —— ἢ παρὰ τὸ πέκος, ὃ σημαίνει τὴν πεύκην. κ. τ. λ. Itaque dixerunt πεύκω et πύκω, ut τεύχω et τύχω. A πεύκω igitur facta πεῦκος, πεύκη, πεῦκον, pp. *denſus*, ſive *compactus*, *a*, *um*. Unde fortaſſe et Herculi datum cognomen Πευκεὺς, ab Etymologo commemoratum, in voce κὴρ, col. 511: 29., q. d. *duriter compactus*, *robuſtisſimus*. E. S.]

[Πῇ et πη: illud circumflexum cum iota ſubſcripto, hoc encliticam particulam exhibens. Utrumque origine idem eſt, et pp. notat *qua*, ſcil. ὁδῷ, i. e. *via*: uti rectisſime docuit cl. *Hoogeveen*, Doctr. Particul. L. Gr. Cap. XLV. Itaque πῇ, *qua* via? eſt interrogativum, πη autem, *aliqua* via, ſive *aliquo*, adhibetur extra interrogationem. Quibus addi poteſt, a πῇ iſto, vel πη, pp. non niſi generis terminatione, diverſum eſſe alterum πῷ, ſive πω· quippe quod pp. eſt *Dativus* ſive *Ablativus* Singularis, *maſculini* vel *neutrius* generis, idque formae antiquae, derivatus ab eodem Nominativo πὸς, cujus caſus forma foeminina eſt πῇ, ſive πη, aut πῇ, pro παί. Olim enim, uti ab οἶκος dixerunt primum οἴκοι, (dein οἴκῳ) utque a τιμὴ, ἡμέρα, formata ſunt τιμαὶ, et ἡμέραι, unde porro contracta τιμῇ, ἡμέρᾳ; ſic a πὸς, πὴ, facta ſunt ποῖ, et παὶ ſive πεὶ, et contracta πῷ ſive πῇ. Quae quidem aliquanto fient evidentiora, ſi obſerves, ſimili ratione etiam in Plurali dictum fuiſſe ποῖς, et dein πῶς, ut λεῷς pro λεοῖς. Itaque et πῶς *quo modo* pp. eſt *quibus*, ſc. modis *viisve*, ab eodem πὸς. Pro ποῖ dixerunt primum πῶ, dein πω, cum accentu re-

rejecto ad praecedentem vocem, tanquam encliticam. Quin et vocula πῦ UBI ejusdem plane est originis. Est, namque, pp. *Genitivus* a Nominativo obsoleto, quem diximus, πὸς, πὴ, quod Latini pronuntiarunt QUIS, QUAE &c. Tandem ab eodem πὸς derivanda quoque esse πότε, et ποτὲ, optime jam perspexisse videtur vir eruditissimus, in Lexico *Hedericiano*. Dixerunt, nempe, πότι, pro ποῖτε, compositione facta ex πῶ, sive πῷ, et vocula τε. Veteres pro ω scribebant ο, dein iota subscriptum neglexerunt, ut alibi saepissime Graeci fecerunt, et Latini faciunt semper, in *Dativo* et *Ablativo* Sing. Declinationis secundae. E. S.]

[Πηγὴ *fons*, *scatebra*. A πάγω *figo*; pp. quasi *scaturiginis fundus*, vel *cui infigitur* aqua saliens. [*Etymologus* nostrum πηγὴ repetebat a πηδῶ *salio*. Hunc secuti sunt plerique Lexicographi recentiores. Sed nimis dura est literarum δ et γ permutatio, quam ut illuc confugere liceat. Accedit, quod πηγαὶ ἄνυδροι commemorentur ab Apostolo *Petro*, 2 Epist. II, 17. Hoc si, ad proprietatem istam, a πηδάω ductum, vertendum foret „ *salientes* fontes *sine aqua*, vel *aqua carentes*," ecquis mortalium non intelligat *contradictionem*, quam Philosophi dicunt, *in adjecto*? Etiam ab *Hesychio* commemorantur πηγαὶ τῶν ὀφθαλμῶν, quae explicantur οἱ πρὸς τῇ ῥινὶ κανθοὶ, *anguli* oculorum ad *nares*. Itaque longe rectius instituit cel. *Lennepius* ipsum *scaturiginis fundum* intelligens, i. e. *foramen*, sive *aperturam* illam, *unde* aqua *prosiliat*, terrae quasi *infixum*, et Hebraice quoque עין, i. e. *oculum*, dictum: quod ipsum Lat. OCULUS, est ab *ocus*, hoc vero ab ὀκω, ὤκω, similiter *pungo*. Alia longe res est in πίδαξ, quod vide in πηδάω, et infra, suo loco. E. S.]

Πηγνύω, seu πήγνυμι, *compingo*. A πήγω, vel πάγω, *figo*, quod a πάω, de quo supra. [Vide dicta in πάγη — πάγω.]

Πηδάω *salio*, i. q. πιδύω, πιδάω, unde πίδαξ *fons saliens*. Oriuntur a πάω, παίω, *agito*, *impello*. [Obser-

servanda hac occasione iterum est mira vicinitas literarum δ et λ, quas toties confudit ipsa lingua Graeca et Latina. A πηδάω est πηδηθμὸς pp. *pulsus*, uti v. gr. in πηδηθμὸς φλεβῶν *pulsus arteriarum*. De hoc quidem si nemo facile dubitaverit, ecquis neget convenientiam dari inter πηδάω, (unde πηδηθμὸς,) et aliud πήληξ ;, *cristam* significans, ἀπὸ τῶ πάλλειν, quod *vibrante motu concussa contremiscat.*" Conf. etiam *Etymologus* in voce. Nimirum servavit lingua Graeca ipsum verbum πήλω, in Aoristo verbi πάλλω, unde Il. Π, 117. Πῆλ' αὔτως ἐν χειρὶ κολὸν δόρυ *vibrabat frustra in manu hastile mutilum*, et similia. E. S.]

Πηλὸς *lutum*. A πάω *agito*, unde πάλλω, παιόνω, [quin et ipsum vetus πήλω, ex quo verbo recta descendit πηλός. Ex origine illa statim intelligetur, quomodo πηλὸς dictum olim quoque fuerit *vinum*; non adeo παρὰ τὸ πάλλειν, καὶ σείειν ἡμῶν τὰς φρένας, ut *Etymologo* placuit (quem vide col. 670: 37.) quam potius, quod ipsum *vinum intus agitetur* et *effervescat*, ut πηλὸς pp. sit *agitatus*, unde *lutum*, pariter ab *agitatione*, et *vinum* dictum. Eadem significationum vicinitas est in Hebr. חֹמֶר *lutum* et חֶמֶר (Chald. חֲמַר, Arab. خمر *Chamron*) *vinum*, pecul. *generosius*. Vide Lexicon Hebr. p. 184. E. S.]

Πῆμα *damnum*. A πάω, quod dedit πάσχω. [*Etymol.* Πῆμα σημαίνει τὴν βλάβην, καὶ τὸ κακόν· παρὰ τὸ πήθω, τὸ πάσχω· ἐξ ὧ πημαίνω κ. τ. λ. Nimirum obsoletum thema πήθω (cujus *Futurum* pp. esse πήσω, docet laudatus *Etymologus*, col. 668: 44. et 671: 1.) idem fuit olim ac πάθω, unde descendit *Aoristus*, vulgo dictus, *secundus*, revera *Praesens*, Participii, παθών, uti et πάθος, πάθη &c. quod ipsum tamen πάθω, pro πάτω (unde πατέω, PATIO, PATIOR Lat.) manifeste productum fuit a πάω. Sive igitur nostrum πῆμα repetas a πήθω, sive a πάω, aut πέω pp. *premo* (unde in Perf. Pass. πέπεμαι, πέπημαι, et hinc πῆμα) res eodem redibit: dummodo teneas, πῆμα, hoc ex fonte ductum, pp. esse *onus*, quod *pondere* suo *immani* premat, hominemque adeo *opprimat* et *elidat*. Unde jam si-

ſimul rectius intelligas, qua elegantia noſtrum πῆμα adhibeatur de Paride, Il. Γ, 50. *Patrique tuo μέγα πῆμα* (Belgice *een groote last of bezwaar*) *civitatique, totique populo.* Vide ſis ibidem, vs. 160. Θ, 176. Κ, 453. Od. Μ, 125. Ρ, 446. Unde et pp. dicitur φέρε πῆμα *ferebat onus*, Od. Μ, 231. Elegantisſime vero *Hector* ὄβριμος (pp. *ponderoſus*) dicitur κυλίνδεσθαι πῆμα *molis inſtar* gravisſimae *volvi*, Il. Λ. 347. coll. Ρ, 688. Quin et hinc ſimul perſpicias, cur addito Genitivo dicatur πῆμα κακοῖο vulgo *damnum mali*, rectius, *onus mali* gravisſimi, Od. Γ, 152. ut πῆμα δύης *onus aerumnae* mergentis, Od. Ξ, 338. Quid quod, ex data hac origine, ſenſus oraculi iſtius obſcurisſimi Apollinis Delphici, apud *Herodotum*, L. I, 67. p. 32. in verbis καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται, nonnihil illuſtrabitur, dum vertas „ *onusque oneri incumbit*, nempe *ferrum, quod ſuper incude ferreo cuderetur*, ut *Herodotus* ipſe explicat in ſequentibus. E. S.]

Πῆνος *textum*; πήρα *pera, ſaccus*; πηρὸς *mutilus*; πῆχυς *cubitus*; videntur quidem esſe originis Graecae; ſed minus certa ejus ratio. [Reſumamus ſingula. Πῆνος *textum* ſeu *tela*, *Heſychio* ὕφασμα. Antiquisſima ſcribendi ratio fuit ΠΕ'ΝΟΣ, per ε. Itaque recte ad πένω, h. e. ἐνεργῶ *operor*, pp. *cum diligentia ſumma et defatigatione*, videtur referri. Πένω certe (unde πένομαι ſupra explicuimus) pp. est *incumbere ſtudioſius*: atque ab *Etymologo* exponitur per ἐνεργῶ καὶ πράττω, col. 660: 15. vel ἐνεργῶ καὶ κάμνω. Vide ib. col. 682: 18. A πένω igitur ductum πένος poſtea ſcriptum fuit πῆνος, vel et, in forma foeminina, πήνη, pp. *cui incumbitur*, vel *ſtudioſius opera impenditur*, tela; qualis v. gr. tela Penelopes. E. S.]

Πήρα *pera.* „ Πήρα dicitur *ſaccus* ille, *in quem veteres condebant edulia, iter facturi*, vel *paſtores*. Hinc Philoſophorum Cynicorum PERA celebris est apud veteres, qua *panem, victumque vilem*, et *edulia* portabant. Est autem a πήρω, quod a πάω *paſco*. Hinc πήρος *qui paſcit*, et *cibos paſtum praebet*" &c. Hactenus ille. [„ Proprio uſu vox πήρα ponitur a *Luca* Evang.

Cap.

Cap. IX, 3. Est Adjectivum foemininum, a πάω *pasco* derivatum. — In primis autem celebratur πήρα *pastoralis sacculus*, quem ex humero suspensum, vel post tergum rejectum, ad pascua abituri gestabant. Confer Animadversf. ad *Ammonium*, L. III, cap. 9. p. 195. 196. &c." L. C. V.]

[Πηρὸς *mutilus*, sive *captus aliqua parte corporis*, ὁ κατά τι μέρος τοῦ σώματος βεβλαμμένος, uti ex Scholiaste *Homeri*, et aliunde, luculenter exposuit *H. Stephanus*, Thes. T. III, c. 281. seqq. Stirps prima, praeeunte T. H. in voce πήρα, omnino videtur esse πάω, vel πιέω *premo*: ut πηρὸς pp. sit *pressus*, *oppressus* noxa, vel damno: in primis autem *coecus*, sive oculis captus, aut MUTUS, quae vox Latina (a *muo* μύω *claudo*, *praecludo* ducta) hanc ipsam vocis notionem servavit in altero productiori MUTILUS. Concinit aliqua ratione *Etymologus*, πηρὸς, ὁ τυφλός, ἀπὸ τοῦ πήθω, πήσω, πηρὸς, ὁ ἐπὶ παντὸς μέρους πεπονθώς· ἐξαιρέτως δὲ ἐπὶ τῆς ὄψεως. Conferantur, quae diximus, in πῆμα. E. S.]

[Πῆχυς *Cubitus*. Derivationem hanc praebet *Etymologus*: πῆχυς· ἀπὸ τοῦ πεπηγέναι ἀκρῷ τῷ βραχίονι. Vix inde diversum videtur alterum παχὺς, quod Adjective *densum*, pp. autem *compactum*, notat. An ratio denominationis inde fortasse ducta est, quia „ hujus „ *ossis*, quod *cubitum* speciatim nominant, sinus uter„ que VALIDIS LIGAMENTIS radio colligatur"? uti est apud *H. Stephanum*, qui praeclare in primis de voce nostra, ejusque diversis significationibus, egit, Thes. T. III, col. 283. 284. Itaque a *compingendo* dictum fuerit πῆχυς *cubitus*, qui Latinis a *cubando*. Nempe, „ *quod ad cibos sumendos in eo cubamus*, si fides *Isidoro*, L. XI, Cap. 1. Malim equidem magis universe dici: nihil enim aeque obvium est, quam homines *edentes*, *bibentes*, *in prato jacentes*, *ludentes* &c. cubito incumbere. E. S.]

Πῖδαξ *fons*. Vide supra in πηδάω. [Vocalem η, sive ει et ι, veteres permutabant; ut et hodierni Graeci η, tanquam ι, pronuntiant. Itaque πηδάω et πιδάω eadem significatione videntur dixisse, uti πιδύω et πυ-

δύω idem verbum est, et *scaturire* sive *prosilire* notat; *pecul.* cum *vi* quadam ac *vehementia*, quasi *premente*: quae notio est stirpium πίω et πίω, unde πιδάω, πηδάω, πιδύω, et πηδύω, sunt propagata. *Etymologus* geminam praebet derivandi rationem, quarum tamen posterior haud dubie vera est, col. 671: 19. Πίδαξ, σταγών, πηγή· παρά τὸ πίω, ἀφ' οὗ καὶ πιεῖν· Τινὲς δὲ παρὰ τὸ πηδᾷν, κατὰ μετάθεσιν τοῦ η εἰς τὸ ι. Βοιωτικῶς, ὥσπερ ἥκω, ἵκω· πηδᾷν γὰρ λέγεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἁλλομένου ὕδατος κ. τ. λ. E. S.]

Πιέζω *premo.* A πίω *premo*, *agito.* [Originariam hanc significationem egregie declarant haec *Hesychii*: πιέζειν· κατέχειν, θλίβειν, σφίγγειν, μαλάσσειν, βαρεῖν· in quibus omnibus *vis* illa *premens gravis*que facile deprehenditur: ut et in phrasibus πιέζειν λιμῷ *fame premere*, πιέζεσθαι νόσῳ, πενίᾳ, *premi morbo*, *paupertate*, aliisque apud *H. Stephan.* T. III, c. 289. *Etymol.* c. 671: 29. Ἴωνες μὲν οὖν καὶ Ἀττικοὶ πιέζω λέγουσιν· οἱ δὲ Δωριεῖς πιάζω. E. S.] [„ Μέτρον πεπιεσμένον. in Evangel. Lucae Cap. VI, 38., notat *confertam* et *pressatam mensuram.* Verbum πιέζειν, in Onomastico veteri, recte redditur *pressare* [Gall. *presser*] sive *frequenter premere*, et *premendo exprimere.* Proprio sensu medicus (ex Medicis discendae sunt verborum proprietates) *Philotimus*: *Malum Persicum* πιεζόμενον, EXPRESSUM, *multum dare succi*, scribit apud *Athenaeum*, L. III, p. 508. Figurate frequentius adhibetur pro *premere* quomodocumque. Attica verbi forma est πιέζειν, vetus Dorica πιάζειν. Haec tamen in linguam communem recepta est, et ter adhibita in Evang. *Joannis*, Cap. VII, 30. 32. et 34. Inservit haec forma [πιάζω] saepius, apud *Hesychium*, aliis verbis explicandis: quibus in locis non debuerat ista forma suspecta esse Cl. Johanni Albertio, qui tum non recordabatur, πιάζειν, in libris nostris sacris, quoque inveniri. L. C. V.]

Πίθος *dolium.* A πίθω, quod a πίω *premo*, *premendo affigo*: unde πίσσα *pix.* [Quod ipsum adeo PIX ejusdem plane originis est. Conf. *Vossii* Etymologicum, in PIX. Ceterum vide infra, in πίσσα. E. S.]

Πι-

Πικρὸς *amarus*. A πίκω, πίω, *figo*, *pungo*. Compone πύκω. [*Etymol.* c. 671: 50. Πικρὸς, παρὰ τὸ πεῦκος, τὴν πικρίαν, σημαίνει ὀδυνηρὸν, χαλεπόν· ἢ παρὰ τὸ πεῦκος, ὃ σημαίνει τὴν πεύκην, πλεονασμῷ τοῦ ρ, καὶ τροπῇ πικρὸς, πικραίνω. Fallitur haud dubie Grammaticus doctissimus. Quemadmodum enim a nomine μικὸς (quod, Dorice pronuntiatum μικκὸς, a Th. μίκω descendit) factum est μικερὸς, contracte μικρὸς· sic a πικὸς (quod et πεικὸς prolatum) fluxit πικερὸς, πικρός. Πικὸς et πεικὸς servata sunt, apud *Hesychium*, descenduntque a πίκω s. πείκω, quod, Graecis Latinisque deperditum, servasse videntur Galli in suo PIQUER, h. e. „ *poindre*, *percer*, *entamer*, *legerement*, *aveo quelque chose de pointu*," uti est in *Dictionaire* de l'Academie, aut, praeeunte *Furetiere*, „ PIQUER, *faire entrer une pointe*, *un aiguillon dans quelque chose*." Itaque nostrum πικρὸς, origine sua, idem pp. fuerit, quod Gall. *piquant*: utque Galli dicunt *des paroles piquantes*, haud aliter Graecis trita sunt λόγοι πικροί. Exemplorum copiam praebebit cel. *Valcken.* ad *Euripidis* Phoen. vs. 963. p. 351. 352. ac nescio an πικροὶ ὀϊστοὶ, Il. E, 110. Ψ, 867. et πικρὰ βέλεμνα, Il. X, 206. a *pungendo* in primis appellentur. E. S.]

Πῖλος *pileum*. A πίω *premo*, *compingo*, *cogo*, *constipo*. [„ Vetus verbum πίω, unde πιέω, πιέζω, πιέω, πιέζω, *comprimo*, *cogo*. Hinc quidquid ex *lana coactili* et *densata* est *compactum*, Graeci πίλους vocant. Hinc πιλεῖν πίλους, vel συμπιλεῖν *in unum condensare et contundere*, et πιλητοὶ *lanarum coactores* apud *Pollucem*, L. VII, Segm. 171. Πῖλοι itaque in *Thucydid.* L. IV, 34. ut Scholiastes ait, ἐξ ἐρίου πηκτὰ ἐνδύματα, quae pectori sub lorica apponebantur, et caput, ne a galea pressum laederetur, velabant. Idem quoque *pedulibus* nomen, quibus *crura pedesque* involvebantur, de quibus *Pollux*, L. X, Segm. 50. et Comm. *Foësius* in Oecon. Hippocr. Idcirco glossae veteres πιλητὸν et πιλωτὸν *coactile* interpretantur. Quandoquidem vero ex eadem materia *capitis integumenta* conficerentur, πῖλοι itidem *pilei* sunt dicti: *Thessalice* ve-

ρο, et *Arcadici*, in primis apud veteres fuerunt commendati. Diminutam vocem πιλίδιον *Demosthenes* habet de Falsa legatione, πιλίδιον λαβὼν ἐπὶ τὴν κεφαλήν· ubi vide *Ulpianum*, quod scil. eorum est, *qui, re turpi patrata, se subducebant, hominumque conspectum fugiebant.*" T. H.] [*Etymol.* col. 672: 5. Γίνεται παρὰ τὸ πιέζω, πιέσω, οἱονεὶ πιελός τις ὤν, καὶ κατὰ κρᾶσιν πῖλος, ἐπεὶ συμπεπίληται. Plura dabit *J.* G. *Graevius* in Lect. Hesiod. ad Ἐργ. vs. 542. E. S.]

Πιμελὴ *pinguedo.* Forte a πίω *constipa*, unde πίος, πίων· de quo suo loco. [Analogice a πίω est πέπιμαι, hinc πῖμος, πιμελός, ἡ, όν. Haec nisi rationes linguae postulare viderentur, verisimilis alicui videri posset *Etymologi* derivatio, „ πιμελὴ παρὰ τὸ πῖον, καὶ τὸ μέλος, πιομέλη τὶς οὖσα, ἢ πιαίνουσα τὰ μέλη." E. S.]

Πίναξ *tabula*; πῖνος *sordes*; πίννα *pinna*; stirps dubia. [De prima voce, alio in loco, cel. *Lennepius*: „ πίναξ Graecis pp. dicitur" inquit „ *tabula* seu *asser*. Ita πίνακες νεῶν ab *Homero* (Odyss. M, 67.) vocantur *navium tabulae*. Speciatim autem πίναξ, inter alia, significat quoque *tabulam scriptoriam*; atque, isto sensu, ab hujus nominis Dativo πίνακι, nomen ortum πινάκιον *tabellam* notat, vel *codicillum*. Notandum enim, veteres *tabellis ligneis* ceram obducere solitos fuisse, in eaque cera, stilo ferreo, *scripsisse*, sive *sculpsisse* literas, et verba: id quod Graece proprie dicebatur γράφειν &c. Hactenus ille. [„ Πίναξ, forma vocis Graecis familiaris, ut πλοῦτος, πλοῦταξ &c. Sic quoque πῖνος, πίναξ. Πῖνος apud veteres Graecos idem erat, quod apud Latinos PINUS, sed postea ex dialecto usurparunt πίτυς. Itaque πίναξ pp. significat *tabulam pineam*, sive *ex pineo ligno confectam*: dein autem *cujuslibet ligni tabulam.*" &c. T. H.] [A πῖνος factum fuit πίναξ, significans *tabulam ex ligno pineo factam*. Hinc Diminutivum πινακίς, et secundum Diminutivum πινακίδιον, *tabellas* significat, quibus *cera* inductis *literas inarabant*. Istiusmodi *tabellas* δέλτον vocant Graeci, et δέλτοι δίπτυχοι, quia *tabellae complicabantur*. *Biplices* dixere Ro-

Romani, et *triplices*." L. C. V.] [*Homerus* (Il. Ζ, 169.) literas Bellerophontis commemorans πίνακα πτυκτὸν jam habet, Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά. E. S.]

[Πῖνος *sordes*. „ *Theophrastus* de Causſ. Plant. L. VI, 17. pro PINU accepisſe putatur." Verba ſunt *H. Stephani*, Theſ. T. III, c. 300. Redi ad vocem πίναξ. Alioquin πῖνος *ſordes* notat &c. Ratio denominationis repetenda est e ſtirpe πίω *premo*, *compingo*, *appingo*. Unde PINUS dicta, tanquam arbor *ligni* maxime *compacti*, *durisſimique*: *ſordes* item ab *appingendo*, quaſi *corpori concretae* et *tenacisſime adhaerentes*. Unde et dicitur τῆς ἀρχαιότητος πῖνος *ſermonis antiqui ſqualor*, *ſqualor ſitusque vetuſtatis*, et alia ſimilia, ab *Henr. Stephano* laudata. E. S.]

[Πίννα, ſive πίνη *pinna*, genus conchae &c. Vide *Stephani* Append, c. 1664. ubi haec *Plinii* excerpta e libro IX, c. 42. *Concharum genus* et PINNA *est*. — *Illa* (pinna) ORE COMPRESSO *quidquid incluſit*, *exanimat* &c. Itaque a *comprimendo* dicta est, e ſtirpe πίω, πίννα, ſive πίνη, quaſi *compresſa*, ſive *arctius ſeſe comprimens*. E. S.]

Πίνω *bibo*. A πίω *presſis labiis bibo*. Alio loco vir celeb. „ Proprium quidem est verbum πίνειν animalibus, quae *ſugendo* vel *labiis compresſis bibunt*, oppoſite ad ea, quae *lambunt*: quod Graecis est λάπτειν. Generatim tamen magis pro *quovis modo bibere* uſurpatur: quin et rebus variis, quae *humore inſici* posſunt, tribuitur, quemadmodum quoque a Latinis *lana bibula* dicitur, et *bibere colorem*, quando ea *inficitur* et *tingitur*." &c. Ceterum hoc in verbo obſervanda est varietas cognatarum ſtirpium, ex quibus *tempora obliqua* ducta ſunt. *Futurum*, nempe, est πώσω, *Perfectum* πέπωκα, haud dubie formata a πόω, forma adfini: a qua etiam πόσις, πότης &c. *Aoriſtus*, vulgo dictus *ſecundus*, ἔπιον est a πίω. unde et *Futurum Medium* vetus πίσομαι. Alibi *Futurum*, ſive potius *Praeſens Deponentis*, est πίομαι. *Infinitivus* autem πιεῖν (pro πιέειν, quod in *Homero* quinquies reperias)

rias) certissime est a πιέω, unde et repetendum πιῦμαι Futurum Medium, pro πιέομαι, hoc autem pro πιέσομαι. Reliqua facile expedientur. E. S.]

[Πίος *pinguedo*, et πῖαρ, unde πιαρὸς &c. propriam notionem habent *ubertatis succulentae*, ut eleganter notavit *Schultensius*, in Comm. ad Prov. 2: 8. p. 12. ubi Hebr. חָסִד, et חָסִיד, simili ex proprietate illustrantur. Confer infra in πίων. E. S.]

Πίπος *Pipus*, avis marina. Forte a sono [quem et Belgice vero *piepen* dicimus. Gr. πιπίζειν. E. S.]

[Πιπράσκω *vendo*. „ Verbum πέρνω auctum fuit ex πέρω, pro quo περάω, περάσκω, πράσκω, et, per reduplicationem, πιπράσκω, i. e. *vendo*. Unde jam significatio primitivi verbi patet. Πέρειν enim pp. significat *penetrare* in alias regiones, *vendendi*, vel *emendi caussa*. Unde πέρος *penetratio*, in alias longinquas terras, et ἔμπορος *mercator*, qui proficiscitur in alias terras, *vendendi* et *emendi* merces *gratia*. Differt autem ἔμπορος a κάπηλος, sive *caupo*. Nam hic pp. dicitur, qui illo *in loco*, *ubi habitat*, cauponam exercet, ἔμπορος vero, uti diximus, qui ad alias se regiones confert et ibi commercium exercet" &c. T. H.] [Vide dicta in κάπηλος. Quemadmodum vero a δάω, factum est δάσω, δάσκω, διδάσκω· a πίω, πίσω, πίσκω, πιπίσκω, sic a πράω, πράσω, πράσκω, πιπράσκω. E. S.]

Πίπτω *cado*. A πιπέτω, quod a πέτω, πέω *agito*, *premo*. [„ Verbi Graeci πίπτω, et Latini *cado*, XX diversos usus adnotavit *Alb. Schultensius*, Orig. Hebr. Vol. II, p. 143. et seqq. Verbum vetus πέτω pp. significavit *explico*, *expando*. Reduplicatum illud πιπέτω, hinc contractum πίπτω· sicut ex γιγένω ortum Lat. GIGNO, ex μιμένω, μίμνω. (Conf. adnotata ad *Euripidis* Phoeniss. vs. 1396. p. 470.) Gr. πέτω Latinum est PETO. Illinc orta quoque sunt πετάω et πετόω, atque hinc contracta πτάω et πτόω· cujus postremi verbi tempora manserunt in usu, a Grammaticis ad πίπτω relata. Ab ἔπτωσαι etiam πτῶσις *lapsus*, *casus*" &c. L. C. V.] [Si vera sint, quae supra adsumsimus in πέτω, proprietatem hujus verbi positam esse in *motu*

ce-

celerrimo, adhuc facilius aliquanto apparebit ratio significationis *cadendi*, *ruendi*, in nostro πίπτω. Compone etiam, quae, de composito ἐπιπίπτειν, dedit cl. *L. Bos*, in Exercit. ad Evang. Marci, Cap. III, 10. Respondet illud quam exactissime Belgarum nostro *overvallen*, *op het lijf vallen*, quod graviter etiam tribuitur creditoribus in debitorem irruentibus. E. S.]

Πίσσα *pix*. A πίσσω. Vide ad πίθος. [Graec. πίσσα nihil aliud est pp. quam Latinorum *spissa*: Adjectivum, nempe, foem. gen. Substantive acceptum, a masc. πίσσος, unde praeposita, ab initio, *s*, σ, ortum Lat. SPISSUS, A, UM, a quo non nisi dialecto leviter distat alterum σπιδὸς, pro σπιδνός. Stirps igitur est πίω, a cujus Perfecto Activo πέπικα, facta sunt πίκα, et πίκος, quod contractum in πὶκς, sive πὶξ, PIX. Rursus ab ejusdem verbi πίω, *Futuro* πίσω, πίσσω, s. πίττω, est πίσσος, quod et πίττος, unde πίσσα, vel πίττα, PIX. Hinc apparet, Graecorum πίσσαν, a Lat. PIX, non nisi forma distare. Simul etiam in oculos incurrit, a *spissitudine* opportune admodum *picem* fuisse dictam. Vide omnino *Plinii*, H. N. Lib. XIV, 20. XVI, 11. XXIV, 7. ab *H. Stephano*, Th. III, c. 329. laudatum: de praefixione vero literae, *s*, sive σ, legatur *Vossii* libell. de Permutatione literarum, et Analogiae *Lennep*. p. 212. 213. E. S.]

[Πίω pp. *premo*, *comprimo*, *premendo constipo*, *condenso* &c. De obsoleta hac forma verbi, unde plurima tamen derivata remanserunt, vide dicta in πάω, πίνω, πίσσα &c. Ipsum vero verbum apud Latinos mansit, quibus PIO, PIAVI, PIATUM, PIARE, pp. notasse videtur idem, quod cognatum *compescere*, h. e. *subigere*, *componere*, uti v. gr. motos fluctus, atque adeo *placare*. Hoc metaphorico usu occurrit apud *Propertium*, L. III, 17, 18. *Quo tempore matris* IRAM *natorum caede* PIAVIT *amor*: et alibi. E. S.]

Πίων *pinguis*. A πίω *premo*, *coago*, *constipo*. [Nimirum id ipsum Latinorum PINGUIS ejusdem quoque familiae vox est. A πίω factum est πίγω, πίγγω, πίγγος, PINGUIS, πίγγος vero cognatum est alteri πα-

χύς.

χύς. A notione *crassitiei* et *obesitatis* est illa *pinguedinis*, unde et Latini *pingue* pro *crasso* dicunt. Etiam Belgice vulgo *dik vet vleesch* dicimus: ut in his nemo obhaerere possit. E. S.]

Πλάγιος *obliquus*. A πλάω, unde πλάζω *huc illuc agito:* quod vide suo loco. [A stirpe πέλω, media geminata, factum est πέλλω PELLO. Ab eodem πέλω est πέλαω, πελάγω, πλάγω, πλάγος, πλάγιος. Unde videri queat, πλάγιον pp. esse *impulsum*, atque adeo *obliquum*, ubi τῷ ὀρθῷ, sive ὄρθιος, opponitur. Vide *Stephani* Appendic. c. 1669. 1670. et confer infra in πλάζω. E. S.]

[Πλαγκτὸς *vagus*, *erroneus*. Proprie *pulsus*, *impulsus* vel *expulsus*. Formata vox est a πέπλαγκται, tertia Praeteriti Perfecti Pass. verbi πλάγω, de quo in πλάγιος. Πλαγκταὶ *Homero* quaenam *Petrae* dictae fuerint, pluribus inquirit cel. *Lennepius*, in Commentar. ad *Phalaridis* Epistol. p. 53. 54. Conf. infra in πλάζω. E. S.]

Πλάδος sive πλάδων *superfluus humor*. Forte a πλάω, πλέω, πλάζω &c. [Plura de hac voce dabunt *Foësius* in Oeconom. Hippocr. et *H. Stephan.* in Append. col. 1670. qui ex *Scholiaste* Nicandri annotavit, *corpus* πλαδόειν, sive πλαδαρὸν, dici, quod *digito pressum* ἐνδιδωσί τε καὶ κοιλαίνεται, πάλιν δὲ εὐθέως ἀναδίδωσι, καὶ γεμίζει τὸ κοίλωμα. Ex quibus conjicere forsitan licebit, πλάδον pp. esse *quod digito premi* et *impelli se patiatur:* ut a *premendo*, *imprimendo* dicatur, stirps adeoque sit πέλω, a πέω *premo*. E. S.]

Πλάζω *huc illuc agito*, *errare facio:* a πελάζω, quod a πέλω *pello*. [Alio loco cel. *Lennep.* „ πλάζω oritur a πλάω, quod per contractionem a πελάω. Originem habet πέλω, cujus Medium πέλομαι vulgo redditur *adsum:* proprie tamen magis significat *versor in* aliquo *loco*, quum Activum πέλω notet *verso*. Ex hac autem notione apparet, quo modo hujus verbi derivata varia *errandi* notionem acceperint; ut, praeter πλάζομαι, cernitur in nomine πλάνος, quo denotatur *errabundus*, et translate *impostor*, vel *erro*. Similis ratio est ver-

verbi, inde facti, πλανάω: cujus Medium πλανᾶσθαι itidem reddi solet *errare.* Peperit illud nomen πλανήτης, quo, vi terminationis, *is* designatur *qui errat.* Ex quo factum est, ut speciatim ab Astronomis *septem stellae errantes* πλανῆται fuerint dictae. Praeterea ab altero πλάζομαι, et quidem a *tertia* Praeteriti perf. Pass. πέπλακται, nomen est πλακτὸς, et, interposita ν, πλαγκτὸς, *errantem* significans vel *huc illuc jactatum*: unde a poëtis, tanquam epitheton, interdum tribuitur *navibus*, maris undis *jactatis.* Hujus autem foemininum Plurale πλαγκταὶ speciatim a veteribus fuit adhibitum, de *scopulis*, in mari *latentibus*, qui *motu undarum se movere* huc illuc videantur. Quare saepe interpretes reddunt *fluctuantes scopulos.* Intelligitur autem, in nomine πλαγκταὶ, Substantivum πέτραι, ut interdum πέτραι πλαγκταὶ etiam dicantur, quae alio nomine vocantur χοιράδες" &c. Vide supra in πλαγκταὶ, suo loco. E. S.]

Πλάνη *error.* A πλάνος *vagabundus.* A πλάω. Confer in πλάζω.

Πλάσσω *fingo.* Proprie convenit cum πλάζω, quasi *huc illuc impellendo constipo, figo,* et *fingo.* A πελάω, πέλω, πέω. [Conf. in πλάω, et Cl. *L. Bos*, Exercitat. in Epist. ad Roman. Cap. IX, 20. p. 112. 113. E. S.]

Πλατὺς *latus, amplus.* A πλάω *huc illuc impello.* Conf. πλάζω. [A πλατὺς hocce foemininum est πλατεῖα. „Πλατὺς notat *spatiosum in latitudine.* Πλατεῖα ὁδὸς *via est lata, spatiosa.* Usu accidit, ut, suppressa voce ὁδὸς, elliptice πλατεῖα diceretur *via lata*, vel *in latitudine spatiosa.* Nomen ad Latinos propagatum PLATEA" &c. L. C. V.] [Etiam πλωτὺς Aeolice dicebatur: unde Lat. PLOTUS, PLAUTUS. Vide *Salmas.* de Pallio, p. 221. E. S.]

Πλέθρον *jugerum.* A πλέω. [Contractam esse hanc vocem ex trisyllaba πέλεθρον, docebit glossa *Hesychii*, ad quem vide viros doctos, editionis *Albert.* T. II, col. 957. 904. Itaque, analogia duce, revolvimur ad verbum πελέω, pp. *verto*, sive *verso*: de quo dictum

ctum est in πέλεκυς. Verbi πελεῖν stirps est πέλω, Latine PELLO, impello. Ab impellendis bovibus, aratro junctis, πέλεθρον, πλέθρον, fortasse notionem hanc jugeri accepit: uti et, pro parte stadii, dictum esse, monuit Cl. D'Arnaud, Animadverf. Critic. p. 160. 161. E. S.]

Πλέκω necto complicando. A πελέω, πλέω. Stirps πέλω. [Nempe huic verbo πλέκω alia vicina forma fuit πλίκω; unde apud Graecos superest vox πλίγμα: ipsum autem PLICO in usu servavit lingua Latina. A Graecorum πλέκω Latini habent suum productius PLECTO; quod, in eadem *flectendi*, *plicandi*, *implicandi*, significatione, hic illic reperitur, uti v. gr. apud *Phaedr.* Fabul. L. V, 9. 1—3: *Augusto in aditu taurus luctans cornibus, Quum vix intrare posset ad praesepia, Monstrabat vitulus, quo* SE *pacto* PLECTERET. Et in illo *Juvenal.* Sat. VI, 494. *altera laevum Extendit* PLECTITQUE *comas et volvit in orbem.* Plura dabunt ad *Phaedrum Schefferus*, et, instar omnium, *Forcellinus* in Lexico. Ubi obiter adhuc observare licebit, hoc ipsum *plectere*, eo usu, a Latinis postea dictum esse *flectere*, pro litera *p*, ut saepe alias, in pronunciando substituta *f*. Diversum quidem ab isto *plectere* censetur alterum PLECTERE, id est *ferire*, *percutere*, *punire* &c. sed revera ejusdem hoc est originis. Licet enim fere ducatur a Gr. πλήσσειν, (unde et πλῆκτρον *plectrum* repeti solet) uti fecit post alios *Vossius* in Etymologico, Analogia tamen linguae Graecae requirit thema πλέκω, a cujus *tertia Perfecti Pass.* πέπλεκται, descendisse oportet πλέκτρον, quod, (vocali longa η pro ε recepta) scriptum fuit πλῆκτρον. Res tamen facile expediri potest, secundum has leges. A πέλω Graecorum (quod Latino PELLO respondere diximus) orta est notio *percutiendi*, manu fortius vehementiusque *impulsa*: cujus quidem *impellendi*, *agendive*, usus vestigia quoque deprehendas in ipso Graecorum πλέκω, quatenus πλέκειν τὸν αἰῶνα dixerunt, pro *agere aevum*, καταπλέκειν, διαπλέκειν τὸν βίον: de quibus lege viros eruditissimos ad *Herodotum*, L. V, p. 422. VII, 46, 532. Quin et idem *Hesychius*, (qui πλέ-

τῶς expofuit πλέγμα) verbum πλέκεται reddit μακιγῦται· unde notio *plectendi* (fenfu hoc ufitatiori) apud Latinos, clarisfime elucet. E. S.]

Πλέος *plenus*. A πλέω *verfo*, quod a πιλέω. [Latinorum PLENUS et Gr. πλέος unam eandemque originem agnofcunt; ftirpem nempe πέω, unde πέλω, πιλέω &c. Sed ratio fignificationis minus est in promtu. *Etymologus*, quidem, col. 675: 7. Ἐκ τοῦ πολὺς, πολέος „ inquit" ἐν συγκοπῇ, πλέος, καὶ μετὰ τοῦ ι, πλεῖος &c. quae vel ideo parum funt verifimilia, quia πλέος *plenus*, et πολὺς *multus*, quotidiano ufu a fe nimis diftant, quam ut idem fignificare potuerint: etfi alioquin haud diffiteamur, ftirpem πέω, unde πολὺς, ultima ab origine defcenderit, et alteram πέω, unde πλέος, esfe cognatas. Vide infra in πλήθω. E. S.]

[Πλευρὰ *latus*. Vide in πλέω unde, πλεύω &c. et Arab. جنب in Doct. *Willmeti* Lex. Ar. p. 155. E. S.]

Πλέω *navigo*. Proprie *verfo*, *agito huc illuc*. [Contractum fortasfe verbum est ex πιλέω f. πολέω, unde et πολεύω, quod dare potuit πλεύω: unde Futur. πλεύσω, verbo πλέω noftro tanquam proprium adjungi folitum. Ab *impellendis*, *verfandis*que remis, notio *navigandi* facile duci potuit. Prifci mortales, antequam vela facerent, *remis* potisfimum ufi videntur fuisfe. Ab eodem ifto πολεύω, contracto in πλεύω, defcendere quoque potuit πλευρὰ *latus*, quod pp. esfe Adjectivum *f. g.* a mafc. πλευρὸς, verifimile reddit altera forma *n. g.* πλευρὸν, etiam pro *latere* adhibita. LATUS autem (quae vox Latina ab obfoleto *lao* facta videtur, cujus quidem *lao*, five λάω, veftigium exftat in *fero*, *tuli*, LATUM, *ferre*) *Latus*, inquam, πλευρὰ dici potuit, a *verfando* &c. E. S.]

[Πλήθω *impleo*, *repleo*. „ Verbum πλήθω factum fuit a πλέω, ficut a νέω, est νήθω, ab ἀλέω, ἀλήθω. Graecum verbum Romani transfumfere in compofitis fuperftitibus: qualia funt *impleo*, *repleo*, et rarisfimo *depleo*, quod *Manilius* adhibuit Aftronom. L. IV, 13. — A πλέω, praeter Adjectivum πλήρης, antiquitus in ufu fuit πλῆθος, unde natum verbum πλη-

θύω.

ρόω. Latini antiqui non tantum PLENUS; sed et PLERUS, dicebant: unde remansit vox PLERIQUE. *Plerus* adhibitum fuit a *Catone*, in Libro I. Origin. teste *Prisciano*, his verbis: *Ager, quem Volsci habuerunt, campestris* PLERUS *Aboriginum fuit.*" L. C. V.] [Plura dabunt *Vossius* in Etymologico voce *Plenus*; et *Forcellinus*, in voce *Plerus*. Jam vero haud anxie nimis quaerendum erit; quid pp. significaverit thema πλέω, unde πλέος nostrum; et Lat. PLENUS: A notione; nempe, *premendi* et *densandi*, in stirpe πέω; videtur esse; in πλέω; adscita ea *premendo effarciendi*, et *distendendi*: uti sentitur in compositis Latinis *implere*, *explere* &c. Proprii usus exempla sunt in sequentibus locis, qui *Forcellino* et *Gesnero* debentur, *Virgil.* Aen. I, 215. IMPLENTUR *veteris Bacchi*, *pinguisque ferinae*, sc. *copia*: (Belg. *zij proppen zich op met enz.*) eadem emphasi, qua est apud *Petroni* cap. 16. *Coena nos* IMPLEVIMUS: et apud *Celsum*, L. I, 2. *Si quis interdiu se explevit* &c. Egregius in primis quoque locus est *Virgil.* Aen. VII, 23. *Neptunus ventis* IMPLEVIT *vela secundis*, quippe in quo clarius etiam exprimitur vis illa *premendi*, et *premendo distendendi*, sive *pellendi*, *impellendi*, quae in πέω, πέλω, PELLO, est primaria. E. S.]

[Πλήμη *aestus maris*, et πλήμνη *modiolus rotae*; *cui axis inseritur*. Differentiam harum vocum indicavit *Ammonius*, p. 114. ad quem plura dabit *Valcken.*, Animadv. p. 197. Origo certissima est verbum πλέω, pro πελέω: unde πέπλημαι &c. Stirps πέω, πέλω PELLO &c. Vide in πλέος, et πλημμύρα &c. E. S.]

[Πλῆμι *appropinquo*, et *impleo*. Pro πέλημι, πελάω. Vide omnino cel. *Ruhnken.* Epist. Crit. I, p. 91. ubi confirmatur ex Codice Parisino elegans *Guyeti* emendatio, in *Hesiodi* Theogon. vs. 193. ἔπλητο, pp. *impellebatur* i. e. *appropinquabat*. Stirps adeoque est πλέω, pro πελέω, a πέλω PELLO, *impello*. E. S.]

[Πλημμύρα *accessus maris aestuantis*. „ A verbo πλέω,

πλέω, πλήθω, πέπλημμαι, πλῆμμος et πλήμμη oriuntur. Forma fuit antiqua πλῆμμυς: hinc πλήμμυρος. In usu remanserunt πλημμύρα, et πλημμυρίς. Sic dicebatur eximie *aestus maris adfluentis*. Contrarium erat ἄμπωτις, *aquarum* quasi *resorbtio*. Nec tantum tamen de *maris aestu* πλημμύρα, sed et de *aestu fluvii inundantis* et *ripas egressi*, adhibetur, ut in loco *Evang. Lucae*, Cap. VI, 48." L. C. V.] [Conf. et *Lennep.* ad *Phalar.* Epist. LXXV, p. 224. *Salmas.* Exc. Plin. p. 203. b. F. Egregie vero adnotavit Cl. *D'Arnaud*, Lect. Gr. p. 123. verbum πλημμυρεῖν, „ de *mammis* quoque poni, *adeo lacte distentis ut effluat*." Ex quibus notio illa primaria *pellendi* ac *distendendi*, de qua dictum in πλέος, facile elucet: ut πλημμύρα pp. videatur notasse *impulsum majorem aquae*. Veram analogiae rationem jam diu perviderat *Etymologus*, col. 676: 25. E. S.]

Πλὴν *praeterquam*. Forte a πλέω, πλῆμι, repetendum. [Rectissime vidit jam clar. *Hoogeveen*, particulam πλὴν pp. esse *casum Accusativi*, ut ἀρχὴν, δίκην, &c. Vide ipsum, Doctr. Particul. Cap. XLVI, p. 1059. ss. Mihi quidem casus ejusdem rectus videtur idem fuisse, qui est Adverbii πάλαι, de quo vide suo loco et dicta in πάλιν. Originariae vero significationis translatio paullo diversa est. Πλὴν nempe, pro πάλην, pp. videtur notasse idem, ac si dixeris *excussione*, sive *expulsione*, atque adeo *rejectione* alterius: dein *separatione*, *exceptione*. Nativa vis sentietur fortasse in hoc *Platonis* Apolog. Socr. p. 25. (laudato, at diversimode paullisper exposito, ab eruditiss. *Hoogeveenio*) *Omnes igitur, ut videtur, Athenienses bonos honestosque reddunt juvenes*, πλὴν ἐμοῦ, pp. *excussione*, vel *expulsione mei*, i. e. me rejecto, vel *me separato*, *excepto*. Plura exempla suppeditabunt *H. Stephan.* T. III, 386—387. et *Hoogev.* l. l. Recte igitur *Etymologus*, col. 676. πλὴν σημαίνει τὸ χωρὶς et *Hesych.* πλὴν, ἐκτὸς &c. E. S.]

Πλήσσω *percutio*. A πέλω *pello*. [Hinc, nempe, orta sunt πελάω, πλέω, πλήτω &c. Ex eodem autem

hoc fonte derivatum esse πλέκω, pro πελέκω, supra observatum jam est loco suo: ut mirum non sit, πλῆκτρον *plectrum* ad πλήσσω nostrum relatum fuisse, etsi forte ad cognationem ejus propius pertineat, quam ad formam verbi, proprie sic dictam. Πλῆκτρον enim pp. est a πλήκω. E. S.]

[Πλίνθος *later*. Proprie dicitur notare *laterem coctum*. *Hesych*. πλίνθος· πηλὸς ὀπτηθείς. *Salmasius* tamen, Excercit. Plinian. p. 869. B. „ *Graecos distinguere* observat *inter* ὠμὴν πλίνθον *laterem crudum*, et ὀπτὴν *coctam*. *Quin et absolute* πλίνθον, quum nominant, de *latere crudo* intelligere." Origo est paullo obscurior. Quod enim *Etymologus* censet, col. 677. πλίνθον, dici παρὰ τὸ πηλὸν θεῖν εἶναι, simplicitati linguae nimis repugnat. Ergo potius recurrendum ad obsoletum verbum πλίνω, quod cognatum videtur fuisse alteri πλίσσω, e stirpe πέλω, *gradiri* sive potius *pedibus impulsis calcare* significanti: ut πλίνθος forte a *calcando*, quasi *calcatum* lutum, dictum fuerit. Vicinum fortasse quoque fuit πλάσσω *fingo*, *formo*. E. S.]

Πλίσσω *gradior*. Forte convenit cum πλήσσω. Ductum est a πλέω. [Thema certe πέλω est, quod saepius jam collatum fuit cum Lat. PELLO, ut ab *impulsu* pedum, vel *pulsatione* humi, sit notio *saliendi*, quam huic verbo nostro πλίσσω tribuit Cl. *D'Arnaud*, in Animadvers. Crit. ubi in *Callimachi* Hymn. in Dian. vs. 243. pro πλήσσουσιν, mallet πλίσσουσιν. Sed *Graevius* illud retinuit. Cum altero, eoque cognato, verbo πλέκεσθαι nostrum πλίσσεσθαι jam olim contulerunt viri docti. Vide *H. Stephani* Append. col. 1677. 1678. apud quem et πλίχας et πλιχὰς exposita reperias *cutem*, quae *pudendis subest*, et a *plicando complicando* dici potuit. Postremum hoc si cui verisimile visum fuerit, placuerit fortasse, Graec. vetus πλέκω et Lat. PLICO eadem esse verba. Conf. tamen *D'Arnaud*, Lect. Gr. p. 40. E. S.]

Πλοῦτος *divitiae*. A πλέω, quod idem ac πλέω, a πελέω, πέλω: unde πολὺς, πολλὸς, *multus*. Alio loco

Len-

Lennepius: πλῦτος quum terminetur syllaba τος, apparet, esse Adjectivum verbale, formatum a 3. pers. Praet. Perfecti Passivi. Jam autem circumflexus, nomini πλῦτος impositus, indicio est syllabae contractae: ut adeo πλῦτος dicatur pro πλέετος, quod, ex regula memorata, descendit a πεπλέεται. Hoc oriri debuit a *prima pers.* πεπλέεμαι, quod a Perfecto Act. πεπλέεκα, quod tempus a πλεέσω, hoc a πλεέω. Πλεέω denuo a simpliciori forma πλέω est, quod tum ipsum superest, tum multa derivata peperit, tam Graeca, quam Latina, et in primis quidem Gr. πλέος, et Lat. PLEO, unde composita *impleo*, *compleo*: praeterea Adjectivum PLENUS aliaque. A notione autem verbi πλέω, (idem notantis, quod Lat. PLEO, vel *compleo*) nostrum derivatum πλέετος, vel πλῦτος, nihil aliud notat, quam *impletus*, *repletus*. Unde apte translatum est ad *copiam* designandam: atque sic tandem ad *opes* et *divitias*; quemadmodum in usu passim poni solet; tametsi generatim etiam pro *copia* rerum quarumvis usurpari interdum solet." Vide etiam in πλέτων. Aliter paullo L. C. V. ,, Πλῦτος *divitias* notat: πλύσιος est *dives*, antiquitus πλύτιος dictus. Vox πλύσιος Grammaticos fefellit, quam ortam crediderunt ex πολυέσιος. Est origo vocis diversissima. Notum est, εο contrahi in ῦ. Hoc non tantum obtinet in nominibus *simplicibus*, sed et in istis *compositis*, in quibus pars secunda compositionis ab ε incipiat: nam κλειδῦχος *claviger* contractum est ex κλειδέοχος· χειρῦργος *chirurgus* ex χειρέεργος. Hujusmodi alia suppeditabit *A. Caninius* in Hellenismo, p. 75. Ad eam normam πλῦτος primo contractum ex πλέετος, hoc vero est ex πολέετος, composito ex πολὺς, ὴ, ὺν, *copiosus*, et ἔτος *annus*. Ne quis autem illud miretur: prima vocalis ex πολὺς, sive πολὺς, elisa quoque fuit in πλείων, πλεῖστος. Igitur ἔτος est *annus*. *Annus copiosus*, vel *frugifer*, a rusticis Graecis dicebatur πολὺ [sive πολὺν] ἔτος *annus multus*, id est *copiosus*. Ex πολὺ ἔτος primum πλέετος factum, dein πλῦτος. Priscorum hominum divitiae, dum omnes essent ruricolae, si-

fitae erant in *frugibus:* ut hodiedum in iis regionibus, in quibus major pecuniae penuria. Legatur tantum elegantisfima illa Parabola, in Evang. *Lucae*, Cap. XII, 16. ff. Quibus *annus* fuerat *frugifer*, qui *multas fruges* collegerant, hi, ex origine vocis, πλούτιοι dicebantur, et postea πλούσιοι. Rerum facie deinceps mutata, quibusvis *divitiis* significandis vox πλοῦτος inservit. Originem spectabat vetus fabula, qua *Ceres Plutum* peperisse dicebatur *Hesiodo*, cujus hunc dimidium vers. citavit auctor *Etymologici* magni, p. 677. Δημήτηρ μὲν πλοῦτον ἐγείνατο. Est enim δημήτηρ *terra*, *mater* omnium animantium. Ejus *maritus* vocabatur *Aether*, imbres et foecundas pluvias, velut semen genitale, in terram, *conjugem* suam, profundens, atque ita omnia vegetans. *Plutus*, divitiarum deus, fingebatur propterea *Cereris* ex *Jasione* filius, teste *Scholiasta Theocriti*, ad Carm. X, 19." L. C. V.]

[Πλούτων *Dis*, *Pluto*. Alibi *Lennepius* haec de voce habet: „ Πλούτων nomen proprium est *dei infernalis*, qui Latinis *Pluto*. Fuit autem idem habitus *deus divitiarum*, quod, nempe, res pretiofae *e terra* eruuntur. Inde autem ratio denominationis repetenda est. Si enim naturam vocis respiciamus, nihil aliud significare eam videbimus, quam *eum*, *qui multas habeat divitias*. Est enim πλούτων nomen ex eorum genere, quae *collectiva* vocantur, seu *multitudinem* et *copiam* designant: quae ab aliis nominibus oriri solent, mutata terminatione in ων. Hac ratione πλούτων vocatur a nomine πλοῦτος, quo eximie Graeci *divitias* designarunt: ut adeo πλούτων is dici posfit, *qui multas divitias habet*" &c. Vide dicta in πλοῦτος. E. S.]

[Πλύνω *Lavo*. Pro παλύνω, a πάλω *quatio*, *agito*. [„ Πλύνειν pp. significat *ita lavare*, ut *concutias* in aqua, vel *pedibus conculces*. Itaque pp. usurpatur de *rebus fordidatis*, quarum *fordes eluuntur*. Sic πλύνειν ἐσθῆτα *vestem eluere*, quod etiam ἐκπλύνειν &c. T. H.] [Adi, sis, *H. Stephani* Th. III, 401. ubi observatum reperies, πλύνειν nostrum peculiariter dici de *vestimentis*, λούειν de *corpore*, νίπτειν de *manibus*

pe-

pedibusque: eleganter vero πλύνειν adhiberi, pro ἐλέγχειν, ut Galli dicant *laver la tête a quelqu'un* &c. Qua metaphora Belgae etiam utuntur, dicentes; *iemand wasschen*, *iemand de oren wasschen*. *Eustathius*, ad *Homer*. Od. X, 21. p. 1917: 44. nostrum πλύνω repetit a πλύω, Δωρικῇ, ut ait, προσθέσει facta: quam quidem derivationem a simpliciori πλύω verissimam esse, satis probant eodem ex fonte derivata nomina πλῦμα *sordidata aqua*, πλύτης *lotor* vestimentorum, πλυτικὸς, &c. Ceterum Lat. PLUO rationem habet paullo diversam, neque adeo conferendum est cum nostro Gr. πλύω, quippe quod cum φλύω potius videtur convenire. E. S.]

Πνέω *flo*. A πινέω *comprimo*, & sic *flatum exprimo*. — [Alio loco vir celeberr. „ Πνεῦμα pp. dicitur *id quod spirando*, vel *flando*, *efficitur*, *flatus*, *spiritus* adeoque: unde pp. *vento* tribuitur. Oritur a πνεύω, quod a πνέω; hoc autem a πινέω, & hoc a πίνω, cujus prima stirps est πίω *premo*. Itaque pp. notat *premendo spiritum* vel *flatum efficere*." Nescio tamen, an haberi possit verbum a sono factum. E. S.]

Πνίγω *suffoco*. A πνίω, πινίω, quod pp. idem ac πινέω. — Alibi haec habet cel. *Lennep*. „ Verbum πνίγω speciatim significat *suffoco*: cujus notionis proprietas repetenda est ab illa *premendi*. Oritur enim hoc verbum ab origine πίω, vel πέω. Unde πίνω, πινίω, & contractum πνίω, quod peperit πνίγω. Inde praeter alia est compositum ἀποπνίξαι, quod idem valet ac *suffocando perimere*: quae potestas est Praepositionis ἀπὸ, in benemultis. Ita v. gr. ἀποκαρτερεῖν dicuntur, *qui vitam finiunt inedia*, ἀπάγξασθαι *qui laqueo*, ἀποπνιγῆναι *qui suffocati vitam finiunt*, quo sensu proprio hoc verbum legitur de *porcis*, *undis maris mersis*, in Evangelio *Lucae*, C. VIII, 33. Ab ista autem notione eleganter (eodem in capite, vs. 7.) *spinae* dicuntur ἀποπνίξαι τὰ φυὲν, quum, *absumto humore* & *fertilitate terrae*, *opprimunt*, atque sic *perimunt* sata." [Eximie πνίγειν est *premendo* spiritum *intercludere*, atque ita *suffocare*. *Herbae* dicuntur

tur ἀποπνίγεσθαι, quando *vigor impeditur crescendi*, humoris *meatibus interclusis*. L. C. V.]

Πόα *herba*. A πόω, quod pp. idem ac πάω, πάω. [Pro πόα, sive πόη, etiam ποίη dicitur. Unde Odyss. Σ, 369. legitur ποίη δὲ παρείη, ubi fuse de ea voce disputat *Eustathius*, p. 1851: 48. (ss.) — *Hesychius*, in ποίη, πόα. Πόα δέ ἐστιν „ inquit" ἡ τῆς γῆς αὐτομάτως βλαστάνουσα φυτεία &c. ubi plura dabunt viri docti. De origine verbi πόω dictum jam in πάω, ex quibus apparuit, πάω pp. esse *premere*, *densare*, unde notio *alendi*, quasi *cibis replendi* & *effarciendi*. A πάω ductum verbum notissimum est πάσκω Lat. PASCO, uti a cognato βόω est βόσκω, a βόω item βοτάνη &c. Jam vero πόω & βόω maxime videntur convenisse. Redi ad βόω. E. S.]

Πόθος *desiderium*. A πόω. Confer πάσχω, πάθος &c. Alibi haec cel. *Lennepius*: vox πόθος, usitata in *amore*, pp. differt ab ἔρως, & quidem, definientibus vetustis Grammaticis, ἔρως est *rei praesentis*, πόθος vero *rei absentis*: qua virtute fere convenit cum Lat. *desiderium*. Inde verbum ποθέω, quod peperit ποθητὸς *desideratus* vel *desiderabilis*: & inde compositum περιπόθητος *undique ab omnibus desiderabilis*, quae quidem vis Praepositionis περὶ attendenda quoque est in περίβλεπτος, περιβόητος" &c. [Conf. dicta in περί.] Eandem vocabulorum πόθος & ἔρως differentiam jam observaverat *Plato* in Cratylo, p. 420. Ubi indicare videtur, πόθος, hoc sensu, factum esse a πόθεν *unde?* Quod tamen, hac Analogiae luce, neminem facile secuturum puto. Ceterum „ a πόθος masculino est foem. ποθὴ, accentu mutato, ut in χόλος, χολὴ, ἦχος, ἠχή." E. S.]

Ποιέω *facio*. A πόω, quod pp. idem ac πάω, πόω de quibus supra. [Igitur primaria hujus verbi significatio videtur esse posita in *premendo*, *incumbendo* studiosius, & quasi *cum nisu* quodam; quae vis est etiam in Hebr. עשה. De *opere rustico* fortasse primitus ποιέω nostrum adhibitum fuit: cui quidem *operi* pos-

postea in primis verbum πονέω tributum: unde πόνηρος *laboriosus*, quod vocabulum saepius exponi γεωργὸν, passim ad *Aristophanis Plutum* monuit T. H. Ex illa vero *premendi* propria notione aptius nonnihil fortasse explicari poterit phrasis ποιῶ σε κακῶς *afficio te malis*, pp. *premo te malis*, κακῶς, pro κακοῖς: atque ita indidem lucem capient plurimi alii hujus verbi usus, copiose indicati ab *H. Stephano*, Th. III. col. 423-432. Ubi forma quoque simplicior ποῶ, Etymologo commemorata (col. 679: 23. ff.) non reticetur. E. S.]

[Ποικίλος *varius*. *Etymol.* Παρὰ τὸ πέλω, τὸ ὑπάρχω, γίνεται πεκίλος, καὶ, τροπῇ τοῦ ε εἰς ο, ποικίλος. Quod facile intelligitur veram derivationem non praebere. Igitur alia tentemus via. A πέκω, in Praeterito, vulgo dicto Medio, est πέποκα, hinc πόκος, &, forma veteri, πόκις, quae vox notare debuit *vellus*, *pellem*-ve *depexam*, aut *decerptam*. Porro εἴλω s. ἴλω pp. est *volvo*. An hinc factum ποικίλος, q. d. *pellem volvens*, *devolvens*, *mutans*, *versipellis*, *versicolor*? Nisi forte rectius statuas, ποικίλος esse formam simplicem, a πόκις, ποίκις, propagatam. E. S.]

Ποιμὴν *pastor*. A ποέω, πόω, quocum convenit πάω· unde πατὴρ & PASTOR. [„ Ποιμένες, secundum vim vocis, sunt *pastores ovium*. Vidit *L. Bos*, in Dissert. de Etymol. Gr. p. 37. vocem esse repetendam a veteri verbo, Lexicographis ignoto, ποιέω, significante *herbas pasco*: cujus proximum derivatum superest πόα, s. ποία, *herba*. A *pastoribus* vox transducta fuit ad quosvis *rectores*, *regesque* adeo ipsos, significandos. *Regem* saepe *Homerus* vocat ποιμένα λαῶν. *Navis magister* dicitur ποιμὴν apud *Aeschylum*, in Agamemn. vs. 666. Quomodocumque vox sumatur, magnifice *rector populi sui* CHRISTUS dicitur ὁ ἀρχιποίμην *summus pastorum*, 1 Petr. V, 4. Quam vocem rarissimam *Hesychius* adhibet, ubi notat, *Cretenses* τὸν ἀρχιποιμένα vocasse ἀρχίλαν, i. e. ἀρχίλαον, *principem populi*: nam sic apud Graecos nomina contrahebantur. Agesilaus, Ἀγεσίλαος, Ἀγεσίλας dicebatur." L. C. V.]

Ποινὴ *poena*. Forte a πόω *premo*. [Ratio nominis

paul-

paullo est obscurior. *Etymol. M.* col. 678. Ποινὴ, ἡ ὑπὲρ φόνου ζημία, καὶ ἀντέκτισις, καὶ τιμωρία, φονή τις οὖσα, πλεονασμῷ τοῦ ι. — Ἢ ἀπὸ τοῦ πόνος γίνεται πονὴ, καὶ ποινὴ &c. Posterius videtur verissimum. Thema πένω (ut supra expositum in πένομαι) significat pp. *graviter premere:* unde πόνος pp. *moles premens, molestia* &c. Hinc porro πόνος, et nostrum ποινὴ, *molestia, aegritudo*, et pp. quidem *mulcta gravior*, quam *ferre* et *solvere* debeas. E. S.]

[Ποιπνύω *ministerium facio sedulo.* „ Significatio verbi ex pluribus locis satis clara est: origo vero admodum obscura. Pro more Grammatici, ex ποιεῖν & πόνος, compositum volunt. Melius alii πνύειν deducunt a πνέω. Πνύειν significat pp. *anhelare:* ποιπνύειν *anhelando discurrere*, & dein *festinare*, ac *festinato pede ministrare.*" T. H.]

Πόλεμος *bellum.* Vide πολεμίζω. Proxime est a πολέω.

Πολέω *verso*, a πόλος, quod a πέλω s. πέλομαι: de quo supra. [„ Πολεῖν est *vertere.* Hinc περίπολοι *circitores;* et πολεῖσθαι Hesychio, περὶ τὸ αὐτὸ ἀναστρέφεσθαι; et πολεῖν γῆν *terram* aratris *vertere.* Unde & τρίπολος ἄρουρα *quae tertio arata est*" &c. Haec & similia vide apud *Salmas.* Exercit. Plinian. p. 450. b. F. 514. b. D. 693. a. G. & alibi. Est et alia forma πολεύω, unde πολεύων *qui terram versat* aratro. &c. Vid. *Valcken.* Diatr. in Fragm. Euripid. p. 246. ubi plura. E. S.]

Πολιὸς *canus*, pp. *candidus*, a πόλος, unde POLIO Latin. quod compone. [Πολίω, verbum apud Graecos obsoletum, servavit nobis lingua Latina in POLIO, *polivi, politum, polire.* Proprie de *iis* dici observat *Forcellinus*, quae *fricando* et *terendo nitorem acquirunt:* ubi complura exempla in medium adferuntur. Origo certissima est πόω, πόλω &c. ubi notio *premendi* primaria, in verbo πολέω, ita elucet, ut *fricationem* intelligere debeamus, quae *pressa validiusque adacta manu fiat.* Estque adeo leviter diversum POLIO a πολέω, POLEO, quod in hoc verbo *motus in circulum, vi*

qua-

quasi *impulsus*, et *circumactus*, attendatur; in illo vero *vis premens radensque* in ligno &c. potissimum sentiatur; etsi discrimen hoc, in derivatis, non est perpetuum. E. S.]

Πόλις civitas. A *multitudine* dicitur. Compone πολύς. [Proprie, nimirum, significat τὸ πλῆθος, καὶ τὸν λαόν, uti egregie expressit *Etymologus* in πόλις, col. 680. & pluribus exemplis probavit Cel. *Valcken.* ad Euripid. Phoen. p. 343. et in Diatr. ad Dram. deperd. p. 217. a. B. Eximie porro *Etymolog.* l. l. Γίνεται ἐκ τοῦ πέλω, τὸ ἀναστρέφομαι· παρὰ τὸ πολεῖν ἐν αὐτῇ· ἐν ᾗ ἀναστρέφονται οἱ ἄνθρωποι κατὰ τὸ αὐτό &c. Vide & *Valck.* in voce sequenti. E. S.]

Πολύς multus. A πέλω, πέλομαι, *adsum.* [„ Antiqua forma fuit πολλὸς et πολύς. Nec enim veteres Graeci literas duplicabant. Illinc manavit vox usitatissima πόλις, *multitudinem hominum* significans, *in unum* locum *collectorum*, sive *civitatem.*" L. C. V.] [Malim *multitudinem* hominum *in uno loco* VERSANTIUM. Conf. supra in πέλομαι. E. S.]

Πόνηρος laboriosus, miser: πονηρὸς *improbus; scelestus.* Alio loco cel. *Lennep.* „ Verbum πένομαι, *laboro*, peperit nomen πόνος, *laborem* notans, et translate quoque, *molestiam, aerumnas*, quae *graviorem laborem comitari* solent. Ab isto Adjectivum est πόνηρος, quod pp. notat *laboriosum*, et translate *aerumnosum.* — Sicut autem, apud Latinos, *homines laboriosi, astuti*, similesque, interdum *malesedula* dicuntur: sic, in deterius conversa significatione, πονηρὸς eximie quoque notat *hominem malitiosum, astutum, veteratorem* &c. accentu, in posteriori hac significatione, semper posito, ad ultimam syllabam. — Valet autem tum idem fere, atque apud Graecos πανοῦργος: quae vox, itidem *mediae* significationis, plerumque tamen in *deteriorem partem* accipitur, de *homine* ad omne genus *malarum artium procliviti* et *apto:* et quidem, apud Atticos, nomen πανοῦργος (sicut etiam πονηρὸς) summi convitii loco habebatur. Eadem nomina, non sine *astutiae* et *malitiae* significatione, aptissime a scriptoribus sacris tribuun-

buuntur Satanae. —— Ita et αἰὼν πονηρὸς (Epist. ad Galat. I, 4.) accipi potest de *seculo ad omne genus flagitiorum apto.*" Πόνηρον et γεωργὸν permutari, supra jam observatum ex T. H. unde facile perspicitur illius vocis proprietas. Redi ad ποιέω. E. S.]

Πόντος *pontus*, *mare.* Diversas derivationes praebet *Etymologus*, col. 682. Πόντος ἀπὸ τοῦ πνέω· ἐν ᾧ αἱ πνοαὶ, καὶ οἱ ἄνεμοι· ἢ ἀπὸ τοῦ πόνος, πόντος, καθ' ὃν πεπόνηται περὶ τὸν πλοῦν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. Καὶ ἀπὸ τοῦ πνέω πνόντος, καὶ πόντος &c. An fortasse a πόνος *labor*, „ quia *plenus laboris*" ? ut alii apud *Vossium.* Sed et ipsum πόνος, ni fallor, est a *flando*, sive *efflando*, quatenus vehementius *laborantes* spiritum *efflant trahuntque* cum difficultate, et πόντος, pro πόνεος, commodissime *mare* dicitur, quod *perflatur ventis.* Notetur etiam phrasis Homerica: Πόντος ἁλὸς πολιῆς, Il. Φ, 69. *pontus sali cani*, ubi ad *agitationem ventorum* manifesto alluditur. E. S.]

[Πόποι *daemones*, *dii.* Unde ὦ πόποι passim apud *Homerum.* „ Veteres Grammatici dissentiunt, quo pacto sit intelligendum. Scholiasta exponit Φεῦ, παπαί, addens, „ *Adverbium esse* σχετλιαστικὸν, *quod querelas et tristitiam adfert.*" Hac ex sententia ὦ πόποι nihil aliud foret, quam *imitamen vocis querelarum*, idemque adeo quod Latinis *o papae!* Fuere alii, inter quos *Appion*, Alexandr. Grammaticus eruditus, et *Heraclides*, omnium Grammaticorum doctissimus, qui dicerent, πόποι, esse nomen *deorum*, ex Dialecto sumtum, atque adeo ὦ πόποι idem esse quod ὦ θεοὶ &c. T. H.] [Verissime instituisse videtur vir doctus, in Lexico Hedericiano, qui conferebat vocem πέπων *mitis*, *placidus.* Huic certe vicina vox altera potuit esse πόπος *mitis*, pp. *coctus*, quod a πέπω, unde πέπτω. Ab eodem πέπω, nisi malis a πόπω, superest quoque derivatum πόπανον *placenta tenuis*, pp. *cocta*, quin et POPA, pp. ut videtur, quasi *coctor* carnium; unde et *popa venter* fortasse apud *Persium* (Sat. 6: 74.) i. e. venter, qui *cibos coquat*, *concoquat*, immani copia. Observandum enim est, formas nominum

in

in ος, modo *activam* vim habuisse, modo *passivam*, ut πόπος potuerit notare et *eum qui coquat*, et *eum*, qui *coctus* sit, adeoque MITIS: unde πόποι, in notione Passiva, *cocti*, id est MITES, *minime crudi*. E. S.]

Ποππύζω *sibilo*. Factum a sono. [„ Nempe a *sono*, qui editur, *ad* aliquem *appellandum*. Sic ποππύζειν κυνὶ, ἵππῳ, *per sonum blandiri equo*, *cani*, et *ad se appellare*. Hinc frequens Graecis non tantum est ποππυσμὸς, sed Latinis etiam *poppysmus* &c. Apud *Clement. Alexandrinum*, non satis intellecti ab interpretibus, ποππυσμοὶ δούλου, i. e. *vocationes servi per poppysmum*." T. H.] [Plura dabit *H. Stephan.* Appendix, c. 1692. Conf. et *Eustath.* ad Homer. p. 565: 10. *Etymol.* p. 191: 21. in voce βατταρίζειν. E. S.]

[Πόρκης „ *annulus*, *cujus circumplexu ferrum sive cuspis hastae*, *cum hastili*, *vincitur*." „ Hedericus." Occurrit vox Il. Z, 320. et Θ, 495. περὶ δὲ χρύσεος θέε πόρκης *circumque* hastam *aureus ambibat circulus*. Vide in πόρκος. E. S.]

[Πόρκος *rete piscatorium*, *quod circulariter spargitur*, *et in orbem funditur*. *Etymologus* c. 683: 28. repetit, quasi, ἀπὸ τοῦ περικεῖσθαι, ut πέρκον dixerint, διὰ τὸ περιλαμβάνειν καὶ περιέχειν τὸν εἰσδύοντα ἰχθύν. Analogia suadet, ut repetatur a verbo πέρκω, quod pp. notasse *pungo*, *pungendo penetro*, *perforo*, &c. supra jam observatum est, in περκνός. Ab illa *perforandi* notione vox PORCUS, (quae apud Latinos superest) *suem domesticum* notat, *rostro suo* quaevis obvia *scrutantem*, et quasi *perforantem*. Sed idem verbum πέρκω notionem *ambiendi cingendique* olim videtur habuisse, ab eadem origine *pungendi* ductam: quatenus, nempe, πέρκειν peculiariter fuit *pungere in orbem*: quemadmodum נקף *circumivit* Hebr. idem verbum est quod Ar. نقب *pupugit*, at alio flexu adhibitum. Jam vero a *circumeundo*, *cingendo*, πόρκος *rete in orbem fundi solitum*, πόρκης *annulus* ferrum hastae *cingens* &c. E. S.]

Πόρνη, *meretrix*; et mascul. πόρνος Lat. *exoletus*, vel

vel *cinaedus* seu *scortum masculum*, cum suis derivatis, oriuntur a verbo antiquo πέρνω, unde πέρνημι, *vendo*. Dicitur autem a *vendendo*, quod publice prostituti quaestum facerent corpore, secus atque honestiores meretriculae, quae hujus illiusve libidini tantum inserviebant, quaeque honestiori vocabulo vocantur ἑταίραι i. e. *sociae*, Latinis etiam *amicae* dictae. A *scortis* autem distinguebantur *amasii*, qui vel ἐρώμενοι a Graecis dicebantur, vel τὰ παιδικὰ, vel etiam παῖδες, cui postremo respondet apud Latinos PUER. Eosdem *Corn. Nepos*, in Praefatione, vocat quoque *adolescentulos*. A nomine autem πόρνος ductum πορνεία latissime patet, et omne genus *scortationis* comprehendit." Cf. LENNEP. ad Phal. p. 130.

Πόρπη *fibula*. A πόρω, vel πέρω, unde etiam περόνη *fibula*, vel *subula*. [„ Πόρπη pp. *annulus*, aut *orbicularis circellus*, cui *fibula* vel περόνη inserta tenetur; sed et non raro ipsam *fibulam* notat. Hinc πόρπαξ *annulus major*, cui, ad interiorem clypei partem adfixo, brachium immittitur. Forma in ξ desinens, (rarius diminutae potestatis, ut apud *Hesychium* in βώμαξ) maxime *augmenti* et *magnitudinis* est indicium, ὑσσὸς, ὕσσαξ· πύνδος FUNDUS, πύνδαξ *latior* et *amplior fundus*. Ad *personas*, eadem forma, etiam pertinet πλοῦτος, πλούταξ *divitiis affluens*, πῆλος, πήλαξ *luto oblitus* et *contaminatus*, unde πηλακίζειν, et, frequentiore composito, προπηλακίζειν *contumelia adficere*; σόμφος *immanis strepitus*, σόμφαξ, apud Comicos, *blaterator*. Πόρπαξ vero, a *Scholiaste Aristophanis* ad *Equites*, vs. 845. exponitur ὁ ἐνεχορεὺς τῆς ἀσπίδος. Quoniam autem in medio clypei haereret, idcirco in *Euripidis* Phoenissis, vs. 1134, πόρπακ' ὑπ' αὐτὸν enarrator vetus exponit ὑπ' αὐτὸ τὸ μέσον. Dictus etiam ἀντιλαβεύς" &c. T. H.]

Πόρτις *vitulus*, sive *juvencus*, et *vitula* s. *juvenca*. Originem vocis, a πορεύεσθαι *incedendo*, repetunt veteres. *Etymol.* c. 684: 2. Παρὰ τὸ ἄρτι εἰς πορείαν, καὶ νομὴν ἔρχεσθαι, οἷον πόρος, πόρις, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ τ, πόρτις κ. τ. λ. Et sic *Eustathius*, c. 1663: 33. Πόρτιες, ἤγουν νέαι βόες, ἄρτι ἀρξάμεναι πορεύεσθαι. Idem *Eustathius*

thius admonet, „ modo πόρτιες dici, modo πόρτακες." Conf. quae vir illustris, *H. Tollius*, de forma simpliciori πόριες, dedit, in Animadv. ad *Apollonii* Lex. Homer. p. 561. Itaque, uti πόρις, forma simplex, ducta est, sive a πέπορα; Praeterito perf. Medio verbi πείρω, sive rectâ, ab obsoleto verbo πόρω, sic ab ejusdem verbi, πόρω, tertia perf. Praeter. perf. pasf. πέπορται est πόρτις. Vide plura ad seq. πόρω. E. S.]

Πόρφυρα *purpura*, *genus conchae marinae*. A πῦρ, (quod cum πῦρ componendum) et φύρω *misceo*, dicitur PURPURA, πόρφυρα, ab *igneo colore admisto*. [Veteres parum verisimilia, de etymo, praebent, ut *Etymol.* c. 684: 12. quando dicit, vocem factam παρὰ τὸ περιφέρειν τὸν νοῦν &c. Nescio equidem, an πόρφυρα rectius repeti possit a πορφύρω, hoc vero sit forma verbi reduplicati, ducta a φύρω s. φόρω *misceo*: ut πορφύρω pp. sit *vehementer misceo, perturboque*, quod de *mari* dictum, *vehementius perturbato, agitatoque*; et dein metaphorice de *animo*, *curarum aestu jactato*. Conf. Iliad. Φ, 551. Od. Δ, 527. 572. &c. Quodsi verum sit, πόρφυρα pp. *jactata*, sive *aestu ejecta*, dicta fortasse primum fuerit *concha marina*, et dein eximie *concha*, unde *purpura* conficiebatur. E. S.]

[Πόρω verbum obsoletum, quod multa sui vestigia, in lingua Graeca, reliquit. Ab eo enim non tantum repeti potest vulgatissima vox πόρος PORUS, *meatus*, *transitus*, et πὸρ, quomodo Lacedaemonios dixisse, pro πῦς, *pes*, auctor est *Hesychius*: verum etiam πόρε, quod alias, cum *augmento*, ἔπορε, 3 pers. Sing. Praetert. imperf. Activi, quin et πορέω, unde πορεῖν, et forma reduplicata πεπορεῖν, quam habet *Hesychius*. Stirps πόω cognata fuit aliis πάω, πέω, πίω, *premo*. A *premendo* videtur esse ducta notio *calcandi*, porro ea *incedendi*, et *permeandi*, unde et Latinorum PORTA: nempe qua *permeatur*, et PORTUS, quo *penetratur*, quo *receditur*, (quam vocem pro *domo* etiam posuisse veteres, auctor est *Festus*) quin et ea *dandi* notio, in primis *tecte* et *occulte*, repetita forsan est ab illa *pre-*

premendi, uti Belgae etiam dicimus *iemand iets in de hand drukken:* nisi malis, notionem *dandi*, *donandive* esse ductam a *transmittendo* et *praebendo* alteri &c. Πὼς vero *pes* quin dici potuerit a *premendo* et *calcando*, nemo dubitet. Eadem certe origo est vulgati πὼς PES. E. S.]

Ποσειδῶν *Neptunus*. Forte a πόσις (quod cum ποῦς componendum) et δέω, quasi *ambiens terrae pedem*. [Ποσειδῶν haud dubie contracta forma est, pro ποσειδέων, qua voce *Herodotus* passim utitur, sive potius pro ποσειδάων, quod semper legas apud *Homerum*; qui, ne semel quidem, contractum ποσειδῶν adhibuit. Etiam ποσιδήϊος, et ποσιδῶν est in *Etymologo*, c. 684: 25. ubi variae praebentur derivationes, incertae omnes, aut apertè falsae. *Herodotus* L. II, p. 128: 84. 85. nomen ποσειδέων ab Afris repetere videtur, ut origine Punicum sit, magnoque adeo *Bocharto* interprete (in Geogr. Sacr. L. I, c. II, c. 9.) idem quod פשיטן, quod *latum* et *expansum* sonet, a פשט *pandere*, *expandere*. *Bocharti* sententiae favet nonnihil, quod etiam ποτειδᾶν dixerint, indice *Salmasio*, in exercit. Plin. p. 111. b. et 580. a. E. S.]

[Πόσθη *pellis*, qua glans pudendi virilis tegitur, vel *ipsum* αἰδοῖον *virile*. *Etymologus* c. 684: 55. πλεονασμῷ τοῦ σ dictam censet, quasi, πόθη, δι' ἧς τὰ τῆς πόθης γίνεται· quod longius petitum est. Simplicior fuerit ratio appellationis, a πόω *premo*, *vim facio*, unde πόσις *vir*, pecul. *maritus*; a *premendo*, quemadmodum איש Hebraeis similiter dictus est ab אוש *pressit*, *compressit*, Lexici Hebr. nostri p. 18. Hoc si fortasse alicui ideo minus placeat, quod πόσθη pp. sit *pellicula pudendi* (unde de *ipso pudendo* vox deinceps per metonymiam demum dicta sit, quemadmodum *cuticula* apud Latinos pro *corpore* ipso dicitur, *cute* induto) cogitet, an πόσθη, cum adspiratione, pro πόση, dici potuerit quasi *repressa*, aut *retracta*, quod *retrahatur* retecto αἰδοίῳ. Sed haec pluribus explicuisse non refert. E. S.]

Ποταμὸς *fluvius*. A ποτὸν, quod a πότος. Stirps πόω, quod idem ac πίω *bibo*. [„Proprie significat *aquam po-*

potabilem, oppoſite ad *marinam* ſive *ſalſam*. Oritur autem a ποτὰ, neutra Plurali vocis ποτός, quae a πόω. Latinum verbum *potandi* inde formatum est. Ejusdem vero formae, ac noſtrum ποταμὸς, ſunt voces πλόκαμος, θάλαμος, ὄρχαμος, et ſimiles." L. C. V.]

Πότερος *uter*, quaſi ex πὸς, et ἕτερος, de quo ſupra. Πὸς vide in πῦ. [Nobis quidem nullum dubium, quin πότερος *uter*, ſit, pro pleniori ὁπότερος: qua de voce dictum jam ſupra. Ὁπότερος hocce, ſive ὁππότερος, frequenter legitur apud *Homerum*, qui alterum illud πότερος, ſemel tantum, adhibuit, Il. Ε, 85. E. S.]

Πότμος *ſors*, *fatum*. Pro π εμος, et hoc a πόω, quod idem ac πέω, componendum cum πίπτω *cado*. [Neſcio, an vox πότμος tanquam contracta ſit habenda, ex πότιμος, i. e. *qui bibitur*, ſive *ebibitur*, nempe, *calix*: unde adſumi potuit notio *ſortis*, quae alicui *calicis inſtar obtingat*. Sic כוס *calix*, pro *portione*, ſ. *ſorte*, Pſ. 11: 6. 16: 5. 23: 5. et alibi aeque in ſacris, atque apud Arabes, occurrit. Stirps hoc pacto fuerit πόω, unde πότος, ποτὸν, POTUS, ποτὴρ *poculum*, et ποτήριον, quod et ipſum, figurato uſu, pro *portione*, legitur, Matth. 20: 22. 23. 26: 39. Joh. 18: 11. Apocal. 14: 10. 16: 19. 18: 6. &c. Quodſi autem πότμος, hac quidem ex origine, idem pp. ſit ac ποτήριον, tanto magis quadrabit in hanc vocem non tantum epitheton ἀδευκὴς *amarus*, *acerbus*, (ut Od. Κ, 245. ἀδευκέα πότμον, pp. ſit *amarum poculum*) verum etiam phraſis Homerica, ἐπισπᾶν πότμον *attrahere*, i. e. *continente tractu ebibere poculum* fati, quod *Lucianus*, (indice *Stephano*, Theſ. T. III, c. 920.) forma verbi Media, dixit ἐπισπάσασθαι τὴν κυλίκα, *calicem attrahere*, ſive *uno hauſtu ebibere*. Vide Il. Θ, 359. Ζ, 412. &c. Itaque et πότμος ἑτοῖμος, Il. Σ, 96. pp. fuerit *poculum* mortis *paratum*. E. S.]

Πότνιος *venerandus*. Forte a *prolabendo*, ut ſit, *quem ſupplex adores*. Hoc pacto origo erit πόω, de quo modo in πότμος. [Ita fere *Etymol.* c. 685: 50. Πότνια· σεβασμία, ἔντιμος· παρὰ τὸ πίπτω, ποτῶ, καὶ ποτνιῶ· οἱ γὰρ σεβόμενοι πρόσπιπτουσι· ὅθεν ποτνιᾶσθαι τὸ προσπίπτειν κ. τ. λ.

Conf.

Conf. et *Eustath.* p. 865: 59. In *Hesychio* πότνια γῆ exponitur καλὴ γῆ· et πότνα, inter alia, redditur καλή. Possent, hoc adspectu, πότνος, et πότνιος, dicta forsan videri pro πόθνος et πόθνιος, a πόθω *desidero*, unde πόθος *desiderium*: ut πόθνιος pp. sit, quasi, *desiderabilis*, *desiderium* sui *movens*, atque adeo *pulchra admodum* res. E. S.]

[Πῦ *ubi*. Recte vir eruditiss. in Lexico *Hedericiano*, repetit ab antiquo πὸς, πὴ, πόν. Cum πὸς convenit Latinis usitatum QUIS, QUAE &c. Itaque πῦ, ποῖ, πῇ, πῆ, pp. casus *Genitivi* et *Dativi* sunt, per ellipsin *Praepositionis* cujusdam, absolute adhibiti. Conf. dicta superius in πῆ et πη, et cl. *Hoogeveen* Doctr. Part. Cap. XLV. ff. E. S.]

Πῦς *pes*, pro πόος, a πόω. Vide supra in πέδον. [Genitivus ποδὸς, Lat. PEDIS, suadere videtur, literam δ, in forma hujus vocis prisca, non defuisse. An igitur a πέδω factum fortasse est πέδος, πέδς, PES, *pedis*, a πόδω vero πόδος, et, δ elisa, πόος, quod contractum dein in πῦς? Sane δ in medio Genitivo, ab *Jonibus* potissimum, ejectum fuisse, apparet ex Genitivis Πάριος et Θέτιος, pro Πάριδος, Θέτιδος, a *Maittairio* commemoratis, p. 109. Conf. et Aeolica Ἀρτέμιος, μήνιος, pro Ἀρτέμιδος, μήνιδος, apud *Vossium*, de Litterar. Permutatione. Hac via delabimur ad verba πέδω, ac πόδω, quae, a πέω et πόω orta, vim habuisse oportet *premendi*: ut πῦς, hac ratione, contractum ex πόος, pro πόδος, et PES Lat. pro πέδς, ex πέδος, originem duxerint, notionemque acceperint a *pressione*, quae, *pedibus* positis, fiat. E. S.]

[Πόω, idem origine, quod cognata πάω, πέω, πίω, at, in usu linguae, obsoletum. Vestigia hujus verbi certissima deprehendas, non tantum in derivatis πόσις, πόμα, πότος, ποτὸν &c. sed etiam in Futuro πώσω, et Perfecto πέπωκα, ad Thema πίνω, vulgo referri solitis. A πέπωκα hoc, inter alia, ductum est πόκος, obsol. Lat. POCUS, cujus diminutivum *poculum* in usu mansit. Quodsi jam stirpes illas cognatas πάω, πέω, πίω, attentius consideraveris, perquam verisimile

mile fiet, nostrum πίω, aeque ac πίω, (unde πίνω) pp. significasse *premendo labia*, vel *labiis compressis bibere*. De πόα, pp. *herba densa*, supra jam dictum, suo loco. E. S.]

Πρᾶος *mitis*. Forte a περάω *transadigo*, *transfigo*, ut πρᾶος proprie sit *tractabilis*. Conf. πράσσω. [Forma altera πρᾷος, cum iota subscripto, probat, contractam esse vocem ex πραῖος, quod forte pro πέραιος, unde περαιόω *transmitto*. Proprietas verbi, a cel. *Lennepio* indicata, confirmari posse videtur ex collatione cognati verbi περαίνειν, quatenus *inire* foeminam notat. Itaque πρᾷον pro πέραιον, pp. fuerit *quod penetrari*, *transfodi*, facile possit, oppositum alteri χαλεπὸς *durus*, *difficilis*. E. S.]

Πράσσω *facio*, *ago*, *tracto*. A περάω, de quo supra. [Nimirum e περάω, in Futuro περάσω, (litera σ geminata, et facta contractione) ortum est πράσσω. Ab ejusdem autem verbi περάω (contracti in πράω) Praeterito antiquo Activo πεπέραγα, (unde natum postea πέπραχα) ductum nomen Substantivum superest πρᾶγος, cum accentu *circumflexo* notatum, pro πέραγος: eadem fere ratione, atque a Perfecto Pass. πέπραγμαι, pro πεπέραγμαι, nomen factum est πρᾶγμα, itidem circumflexum, pro πέραγμα. Jam vero tali ex fonte derivatum verbum πράσσω, quod Attici dixerunt πράττω, pp. notasse videtur *ad exitum*, *finemve*, *perduco*; unde πρᾶγος et „ πρᾶγμα pp. *res gesta*, vel *acta*" quemadmodum alio loco cel. *Lennepius* explicuit „ ut diversum sit ab altero χρῆμα", quod ab *usu* dicitur, quasi res, qua *utaris*." Porro ab ejusdem verbi πράσσω, sive potius ab antiqui πράω, pro περάω, tertia pers. Praeteriti Pass. πέπρακται, est nomen πράκτωρ, quod „ apud veteres, speciatim, significavit *eum*, qui τὸν ἐπικείμενον εἰσπράττεται φόρον, i. e. *impositum tributum exigit*, ut *Suidas*, hac in voce, interpretatur. Latius autem paullo sumtum idem nomen etiam dicitur de eo, qui *ultor* est alicujus *rei*, atque ita πράκτωρ φόνου *ultor caedis*. Apud Hellenistas autem inde porro transiit, ad significandum *lictorem*:

 quo

quo ſenſu accipitur, v. gr. in loco *Lucae* Evang. c. XII, 58." E. S.]

Πρέμνον *ſtipes*, *ſtirps*. Pro πρέμενον, a πρέω, περέω, quaſi *transfigendo praeminere facio*. [*Heſychius* πρέμνον inter alia esſe, ait, πᾶν ῥίζωμα δένδρου τὸ γήρασκον, ἢ τῆς ἀμπέλου πρὸς τῇ γῇ *Quascumque arborum radices aridas* &c. Clarius eo *Etymologus*, c. 686: 36. πρέμνον, inquit, τὸ ἀπογήρασκον τῶν ςελέχων λέγεται, *trunci* vel *ſtipites* arborum *emortuae*. Praeterea *Heſychio* commemoratur πρέμνον ἑςίας *foci ima pars*. Unde vix dubitandum videtur, quin πρέμνον, per vocalem ε loco η, ſcriptum, (ut ſolebant veteres) exponendum ſit, ex collato verbo πρήθω *incendo*, cujus *Praeter. perf. Act.* πέπρηκα dederit *Particip. Pasſ. praeter.* πεπρήμενος, pp. *incenſus* vel *incendi ſolitus*. Hinc, demto augmento, πρήμενος, πρέμνος, et neutro, πρέμνον, Belg. *Brandhout*, et idem nomen, alio adſpectu, de *foco* dictum ejus *ima pars* h. e. *brandplaats*, vel *ſtookplaats*. *Ligna* vero, ſive radices *vitium*, imprimis *foco incendendo* inſerviisſe, res notisſima est, vel ex illo *Ezechielis*, Cap. XV, 2–6. E. S.]

Πρέπω *decorus ſum*, *excello*. Inde πρέμνον. [Conf. modo dicta. *Etymologus* c. 686: 56. factum conjiciebat ex Praepoſitione παρὰ et ἔπω *dico*: ut primo fuerit παρέπω, et, contractione facta, πρέπω. Quae derivatio ſpeciem quidem veri habet, at conſtructioni tamen, et uſui hujus verbi, nonnihil repugnat. Rectius fortasſe repetas, ex πάρω, παρέω, πρέω &c. ut πρέπειν pp. ſit *convenire*, *ſimilem esſe*: unde notio *decori*. *Heſychius* πρέπον, ὅμοιον exponit; eidemque πρέπτα ſunt φαντάσματα, εἰκόνες. E. S.]

Πρέσβυς *ſenex*. Forte ex πρὲς (quod cum πρὸ, πρὸς &c. deſcendit a πρέω, de quo in πρέμνον) et βῦς, a βύω, quod cum βάω, βίω, componendum. [Vir eruditisſimus, *L. Bos*, Disſert. de Etym. Graeca, p. 38. 39. „ vulgarium Lexicographorum ſententiam" explodens, „ qui πρέσβυν *ſenem* dictum voluerunt, a πῦρ et σβέω *extinguo*, quod in *ſenibus calor nativus* extingui ſoleat, ſimilesque derivationes alias damnans,

con-

conjecturam ipse suam proposuit, quia πρέσβυς *senex* per contractionem appellatus fuerit, „ quasi πορέσεβυς, ut sit ἀπὸ τῦ πόρειν et σέβεσθαι· quia *senex venerationem* sibi *conciliet*, sitque *venerabilis*." Hactenus ille. Sed, nomen πρέσβυς esse vocem *simplicem*, *non compositam*, satis, opinor, docebit collatio *Aeolicae* hujus nominis formae, πρέσγυς, quod cum Lat. PRISCUS jam compararunt *Vossius*, et *Schrevelius*. Syllaba enim γυς est mera terminatio, qualis est altera illa notissima Latinorum in-*cus*. Porro, quod, pro πρέσβυς, etiam dixerint πρέσβος (unde πρέσβα θέα, apud *Etymologum*, col. 687: 3. et *Hesychium*, T. II, c. 1017.) et πρέσβις, (unde πρεσβίων et πρέσβιστος, uti a λάλις, quod poëtae servarunt, est λαλίων, λάλιστος, in eodem *Etymologo*, c. 753: 21. 23. et 687: 11. 14.) quin et πρείγυς (unde πρείγιστος, in inscriptionibus Asiaticis, laudatis a summo viro, L. C. V. in Adnotat. ad Theocriti Adoniaz. p. 319. 320.) haec igitur omnia eo magis confirmabunt, terminationes βυς, γυς, γις, hac quidem in voce, nihil commune habere cum verbo βύω, vocemque adeo πρέσβυς, cum vicinis formis, esse *simplicem*, non vero *compositam*. Jam vero, si praeterea comparaveris, quam modo dixi, vocem Lat. PRISCUS, cum Aeol. πρέσγυς, et alia voce obsoleta PRIS, unde PRI, in PRIDIE et Gr. πρίν, (de quibus dictum supra, in παρὰ.) manifesto fluxerunt, utriusque origo facile admodum in oculos incurret. Hoc enim pacto, a πάρω, obsoleta stirpe, (de qua dictum in παρθένος) facta sunt παρέω, παρίδω &c. unde πρέω, πρήθω, πρέβω, πρέσβω, πρέσβυς, quin et πρέγω, πρείγω, πρεῖγυς &c. quae omnia notionem propriam habent *perrumpendi*, *procedendi*, aut *provehendi*: unde πρέσβυς, et πρεῖγος, pp. videntur idem notasse ac *provectus*, et, a priori illo, ducta forma Comparativa πρεσβύτερος *provectior*, pecul. *aetate*, vel *annis*, unde notio *senioris honorati*, *legati* &c. Conf. porro, quae dedit *Valckenaer.* ad Adoniazus. Theocrit. l. l. E. S.]

Πρήθω *incendo*. A πρέω repetendum. [Propriam verbi vim in *perrumpendo* positam esse, observavimus,

mus, in πρέσβυς. A πρήθω, vel forma simpliciori, πρέω, ductum est nomen πρηστὴρ, quod, *Hesychio* indice, notat ἄνεμον σφοδρόν &c. i. e. (ut cel. *Lennep.* Animadv. ad Coluth. Cap. XII. exponit) *ventum vehementem* et, *summa* cum vi, *furentem*, pp. *perrumpentem*, sive *prorumpentem*. Vide plura apud dulcissimum praeceptorem, l. l. Notio ea *perrumpendi*, *proficiendique*, admodum clare perspicitur in illo poëtae (Iliad. Λ, 551.) de *leone*, *carnium cupidissimo*, *qui* ἰθύει, i. e. *recta irruat*, *at* ἔτι πρήσσει, h. e. *perrumpere non possit* &c. Ab eadem autem notione *perrumpendi*, sive *penetrandi*, orta quoque est illa *flammae pervadentis*, et *cuspide suo* cuncta, quasi, *findentis*. E. S.]

Πρηνὴς *pronus*. [,, Πρηνὴς pp. significat *pronum in faciem*. Quod *Virgilius* dixit (Aeneid. I, 119.) *pronus volvitur in caput*, id expresserat ex his *Homeri*, Il. Z, 42. Αὐτὸς δ' ἐκ δίφροιο &c. Idem alibi (Il. E, 586.) dixit κύμβαχος, h. e. ita *in caput pronus*, *ut pedes in altum educantur*. Apud *Athenaeum*, L. IV, p. 153. ἐπὶ τὸ ἔδαφος πρηνὴς προπετὴν προσκυνεῖ. — Est haec usitata vocis significatio, a qua recedendum quoque minime videtur in loco celebri (Act. Apost. Cap. I, 18.) de *Juda* proditore, καὶ πρηνὴς γενόμενος, i. e. *cum pronus in faciem concidisset*, *crepuit medius*. Nempe, optime posse conciliari videntur scriptores sacri (*Matthaeus* et *Lucas*) quomodo rem concepit *Isaacus Casaubonus*. *Judas* consilium ceperat, quod etiam exsecutus est, *laqueo gulam strangulandi*. Id narrat *Matthaeus* (Cap. XXVII, 5.) Sed vero *Judae pendentis* fractus videtur fuisse laqueus, *ita ut*, *in terram pronus*, *caderet in praecipitium*: *quo facto medius crepuit*, et *intestina ejus fuere in terram effusa*. Hoc memoriae prodidit *Lucas*, Act. Apl. l. l. Id vero, ne cui videatur, ad scriptores nostros conciliandos, pulchre excogitatum, dabo similem plane historiam ex *Apuleji* Milesiacis, L. I, c. 12. ubi quendam introducit, ad hunc modum conquerentem: *Adscenso grabbatulo*, *ad exitium sublimatus*, *immisso ca-*

capite laqueum induo. Sed, dum pede altero fulcimentum, quo ſuſtinebar, repello, ut, ponderis deductu, reſtis, ad ingluviem adſtricta, ſpiritus officia diseluderet, repente, putris alioquin, et vetus, funis disrumpitur; atque ego, de alto decidens, in terram devolvor." L. C. V.] [Itaque et πρηνὴς, forma tantum diverſa vox a Lat. PRONUS, ex indole thematis πρέω, (in verbo πρήθω indicata) idem pp. notavit atque *cum impetu proruens*. E. S.]

Πρηὼν *eminentia* montis, quod et πρὼν, a πράω, πρῶ. Conf. πρέω in πρέμνον. [Est et alia forma πρώων, unde πρώονες ἄκροι *cacumina ſumma*, Il. Θ, 553. Π, 299. Itaque vel hinc apparet, olim in uſu fuisſe πράω, πρέω, πρόω, unde diverſae hae formae ductae. E. S.]

Πρίαμαι *emo*. Compone περάω, πράω, et πιπράσκω. [Est autem πρίαμαι pp. *Praeſens* verbi, forma *Media*, repetenda ab Activo πρίημι, ut ἵσαμαι ab ἵσημι, pro ἵσκμι. *Activam* formam *Suidas* nobis ſervavit πρίημι: ἀγοράζω. Vide et *Etymolog.* c. 132: 50. Πριῶ ὧν πρίημι· ἐξ ὧ καὶ, πριῶ μοὶ, Φησὶν ὁ κωμῳδὸς, σελάχιον. E. S.]

Πρὶν *ante*. Compone πρὸ, in πρέσβυς, [et quae ibidem, ac in παρὰ, a nobis fuerunt obſervata. E. S.]

Πρίω *ſeco ſerrâ*. Dubium, utrum a *ſono*, an a περάω *transigo*.

Πρὸ *ante*, pp. idem quod πρὸς, a πέρω. Dicitur a *prominendo*. Confer πρηὼν &c. [Πρὸ pp. idem est, quod παρῷ, nempe *Dativus*, vel *Ablativus* antiquisſimus vocis παρὸς, ῷ, ὀν. Diximus de eo jam ſupra in παρὰ. E. S.]

Πρόβατον *pecus*. A προβάω, quod ex πρὸ et βάω, [*Etymol. M.* p. 688: 25. ἢ πρόβατον, παρὰ τὸ προβαίνειν τῇ βοσκῇ. Nempe, quia *agitur* vel *procedere cogitur* a paſtore. Forma vocis Pasſiva hanc poſteriorem originem unice videtur commendare. E. S.]

Προηγορεὼν *ingluvies*, *gula*, idem pp. quod πρόλοβος, ex πρὸ *ante*, et ἀγείρω *congrego*. Hinc eximie *locus* est *anterior*, vel *ubi ante cibi congregantur*. [Confe-

 ren-

rendus omnino *Suidas*, in voce, et ibid. *Kusterus* in notis. Quam vero idem Lexicographus praebet vicinam formam πρυγοςεῖν, ea explicanda est ex cognatione praepositionum πρὸ et πρὶ, sive potius πρὰ, pro παρὰ, ex antiquo παραὶ, Dativo Singul. f. g. cujus *masc. forma* pp. est πρό pro παρῷ. Redi ad παρὰ, et πρὸ. E. S.]

Προὶξ *donum*. A προΐσσομαι, quod cum προϊέναι componendum. [Προὶξ contracte pro προῒξ, ut pro ὄϊς dicitur οἶς, proprie dicitur ea *res*, quae *praebetur* alteri; ideoque etiam *dos*, quae *sponsae* a parentibus datur. Composita vox est ex πρὸ, et ἵκω *mitto*, προΐκω *praemitto*, vel *promitto*. Jam omne *donum*, quod *gratis* alicui *tribuitur*, dicitur προῖξ. Hinc προῖκα, quasi dicas κατὰ προῖκα, notat *gratis*." T. H.]

Πρόκα *statim*. Forte a πρό. [Vox *Herodoto* usitata. Vide Cl. *Alberti* ad *Hesychii* πρόκα· εὐθὺς, ἐξαίφνης. Apud Latinos veteres PROCI iidem erant, qui postea *proceres*. Vide *Festum*, L. XIV, p. 377. ubi et „ PROCI dicuntur, qui *poscunt* aliquam in matrimonium." An igitur PROCI, quasi προΐκοι, et πρόκα *statim* pro προΐκα, pp. *praemissione?* Vide T. H. in προΐξ. E. S.]

Πρὸς *ad*. Vide πρό. [Plura diximus in παρὰ. E. S.]

Πρόσπαιος *recens*. Ex πρὸ, et σπάω *traho*. [Conf. *H. Stephan.* in Append. c. 1727.]

Πρυμνὸς *extremus* pro πρύμενος, a πρόω. Conf. πρέμνον, a πρίω, et πέρνει. [Vide *L. Bos*, Diss. de Etymol. Graeca, p. 39.]

[Πρύτανις *praefectus*. Πρυτάνεις iidem erant, qui postea οἱ πρῶτοι. Itaque verisimilis quidem est etymologia, quam adtulit vir eruditissimus in Lexico *Hedericiano*, „ repetendam vocem esse a πρό." Analogiae tamen congrua magis erit derivatio, si a πέρω, περύω, repetas πρύω· unde non tantum πρύμενος, πρυμνὸς, sed etiam πρύτος, πρυτάω, πρυτάνω &c. E. S.]

[Πρωὶ *mane*. A πρό. [Πρωὴν *nuper* pp. est Accusativus a πρώος, quod auctum est a πρός. Ex πρὸς etiam aliud

aliud auctum Adjectivum, πρώιος scil., quod contracte dicitur πρῷος, cum iota subscripto, unde πρωὶ mane, et πρωῒν, quod subintellectam habet vocem ἡμέραν notatque *pridie*. Sed inde ponitur pro *nuper* T. H.] [Nempe πρὸς pp. contracte dictum pro παρὸς, quod in Dativo habuit παρῷ, πρῷ, unde jam πρώιος &c. Πρωὶ vero videtur esse pp. Dativus alius formae πρωὶς, ut HERI ab HERIS &c. E. S.]

Πρῶρα PRORA, a πρό. [Nimirum ab antiqua παρῷ, πρῷ, videtur factum πρώιρος, πρῶρος. Hinc foem. forma πρῶρα, PRORA, i. e. ANTERIOR *navis pars*, vox Substantive posita. E. S.]

Πταίρω *sternuto*. Factum a *sono* [sternutantis, ut Lat. *Sternuto*. Forma simplicior fuit πτάρω, unde πταρμὸς *sternutatio* &c. E. S.]

Πταίω *impingo*. Vel, per contractionem, a πετάω est, vel pro παίω, inserto τ. Conf. πίπτω. [„ Πταίω contractum est ex πεταίω, quod auctum ex πετάω, idque est a πέτω, pro quo dicitur πίπτω. Πταίω autem significat *ita offendo, ut cadam*: unde pro *labare*, et *vacillare*, accipitur. Ut vero *labi* a Latinis ponitur pro *errare*, sic πταίειν quoque apud Graecos, hac potestate, usurpatur, ut πταίει Εὐριπίδης *errat Euripides*: et, apud Grammaticos saepe: πταίει Ἀρίσταρχος *errat Aristarchus*. Compositum προσπταίειν significat *ad lapidem offendendo labi*.'' T. H.]

Πτερὸν *ala*. Forte a πέτω, per contractionem. [„ Πτέρυξ *ala* auctum est ex πτερὸς, ὸν, quod pp. adjectivum est, a πτέω, πτάω, unde πτῆμι, ἵπτημι pp. *expando*, de avibus, *alas expandentibus*, et, per consequens, *volantibus*. Πτέω autem contrahitur ex πετέω &c. A πτέω igitur hoc est πτερὸς, unde πτέρυξ, et auctum πτερυγίζειν, quod notat *alas motito*, et pp. de *pullis* avium dicitur, *experiuntibus volatum*, *motitando* alas, quamvis nihil adhuc possint facere. In hoc autem verbo duplex est translatio: primo de iis, qui *experimento praeludunt* rei gerendae. Ita ex. gr. quando *parantur* milites ad disciplinam militarem, et *exercentur*, *sine vero bello*, dicuntur πτερυγίζειν. Dein poni-

nitur etiam pro *inanem operam facere*, ut *Aristoph.* Plut. vs. 575. &c. T. H.] [Conf. *Hesych.* in πτερυγίζειν et ibid. *Albert.* T. II, p. 1071. E. S.]

Πτέω pro πετέω *volo.* Ductum est a πέτω, de quo ita *Etymol. M.* col. 363: 39. Ἀπὸ τοῦ πέτω, ἔπετον, ἐπετόμην, ἐπέτετο, πέτεσθαι, καὶ συγκοπῇ πτέσθαι. Vide supra, suo loco, et T. H. in πτερόν. E. S.]

Πτίλος *cui ex ciliis pili periere.* Forte pro πίλος, de quo vide suo loco. [Docuit vir cel. *Analog. Gr.* p. 207. literam Π, aeque ac Β, nonnunquam ab initio esse *praefixam*, adeoque *non-radicalem.* Hoc quidem in voce nostra πτίλος, (quae etiam πτίλλος scribitur, media λ geminata) unice videtur tenendum: ut stirps pp. sit τίλω, sive τίλλω *vellico.* Vidit veram hanc originem jam *Etymol.* col. 342: 42. ἀπὸ τοῦ τετίλθαι τὰ βλέφαρα, et col. 694: 34. πτίλος — ἐπὶ τῶν ἀποτετιλμένων τὰ βλέφαρα. Vide porro *Hesych.* T. II, c. 1072. et ibid. *Albert.* E. S.]

Πτίσσω *pinso.* Forte pro πίσσω, a πίω, unde quoque PINSO Latinorum. [Eadem ratione τ insertum est post primam literam vocis, in πτόλις pro πόλις, πτόλεμος pro πόλεμος. Vide *Maittaire* Alphab. Diall. p. 296. Adde his, quod πτίσσω proprie dicatur ab *expandenda massam.* E. S.]

Πτοίω *consterno.* A πετάω, quod componendum cum πίπτω, et πταίω. [Conf. infra in πτύρω.]

[Πτόρθος *germen.* „Est a πτείρω, quod ex πτέω, contracto ex πετέω, pro quo etiam πετάω. Notat autem *pando, expando:* unde a πετάω est πέταλον *folium expansum.* Eadem significatio est in πτείρω, unde πτερὸς et πτερὸν, *ala expansa*, dein πτόρθος, notans *propullulationem primam arborum, fruticum* et *herbarum.*" T. H.]

[Πτύον *ventilabrum*, quo rustici, frumento excusso, paleas excernunt. Formam vocis nostrae Atticam, omissam a Lexicographis, πτέον, servavit *Eustath.* in Comm. ad Hom. Il. Ν, p. 925. Verbum superest, unde proxime oritur πτύον, πτύω, quod cum olim significaverit in genere *excernere*, ad peculiarem *spuendi* signi-

significatum translatum fuit. A *spuendo* fluxit tertia hujus vocis significatio *contumeliandi*, vel *contumeliose tractandi*, quae vis praesertim haeret in composito ἀποπτύειν, unde formatum ἀπόπτυστος significat *hominem*, dignum, *quem* omnes *conspuant*, vel *in quem* omnes *despuant*. Hinc pro *scelerato* coepit vox a Tragicis adhiberi, *Aeschylo*, in Eumen. vs. 191. *Sophocle*, in Oedipo Tyr. vs. 1379. *Euripide*, in Medea vs. 1373." L. C. V.] [Conf. infra in πτύω. E. S.]

[Πτύρω *terreo*. „ pp. *extendo* corpus, prae terrore et formidine. Contractum autem est ex πιτύω. A πέτω sunt πετέω, πετόω, πτόω. A πτόω, πτοέω, est πτόα, vel πτόη, *formido*, *metus*, qui facit, ut quis corpus *extendat*. Eadem vis est in πτύρω· sed hoc maxime ponitur de *equis*, qui repente alicujus rei formidine *perculsi* sunt, Belgice *Schigtig*, Graece ἵπποι πτυρταὶ, et πτυρτικοί. In genere autem πτύρειν ponitur de omni *repentina formidine*, qua quis correptus *membra intendere nititur*. T. H.]

Πτύσσω *plico*. A πετύω, cognato verbi alteri πετάω. Inde πτύσσω pp. *expansum complico*.

Πτύω *spuo*. Factum a *sono*. Alio loco vir celeb. „ Verbum πτύω, et ei respondens Lat. SPUO, factum est a sono *despuentis*. A Graeco πτύω nomen πτύον eximie *ventilabrum* notat, quo *secerni* paleae, et veluti *despui*, solent. Inde composita apud Graecos καταπτύειν, et προσπτύειν, speciatim usurpata sunt ad *summi contemptus* significationem conficiendam. Ita καταπτύειν τινὸς Graeci dixerunt, quasi *despuendo* in aliquem *contemptum* suum *significare*, et summopere aliquem *contemnere* et *despicere*. Idem fere composito ἐκπτύειν significavit *Paullus* (Epist. ad Gall. IV, 14.) Hoc autem cum pp. respondeat Lat. *exspuere*, in metaphora idem est, quasi dicas, *tanquam sputum*, *aliquem ejicere*, et sic *contemnere*." [Conf. omnino Apocal. III, 16. et supra in πτύον. E. S.]

[Πτῶσις *lapsus*, *ruina*. „ Vox πτῶσις orta ab ἔπτακαι formae πτόω, cujus plena πετόω manat a πέτω." L. C. V.]

[Πτωχὸς *mendicus.* „ A verbo πτόω, vel πτήσσω, *terrefacio*, nomen πτωχὸς ſignificat pp. *eum*, *qui terrefaciat*, atque inde *hominem mendicum*, qui *petat ſtipem.* Hoc ſenſu differt a nomine πένης, quo *pauper* deſignatur, pp. *is qui manibus victum quaerit* &c. Latius autem a Scriptoribus ſacris ſumtum πτωχὸς aliquando idem fere ſignificat, quod πένης." Conf. ſupra in πεῖνα, et πένομαι. Paullo aliter L. C. V. „ Non a *Praeteritis* tantum Paſſivis et *Mediis*" inquit „ ſed et ab *Activis*, nomina naſcuntur. Triplex est *Activa* Praeteritorum *terminatio*, in κα, χα, φα. Quidquid itaque nominum est in κος, χος, φος, in κη, χη, φη, id omne derivatur a *Praeteritis Activis* verborum. Noſtrum πτωχὸς, ab ἔπτωχα, verbi πτώσσω, quod pp. notat *metu contractum cadere.* Hinc transfertur πτωχὸς ad ſignificatum *mendici*, ſive *ad genua alterius accidentis.* Novit *Homerus* vocis originem, eamque indicavit in Odyſſ. Ρ, 220. 227." E. S.]

Πυγὴ *nates.* A πύγω, πύω *denſo.* [Nimirum, docente *Euſtath.* ad Hom. Il. Ε, p. 522: 29., πυγαὶ ſunt τὰ μετὰ τὴν ὀσφὺν σαρκώδη, ἐφ' ὧν καθίζομεν. E. S.]

[Πυγμὴ *pugnus*, *pugilatus.* „ Obſervandum est, πύκτην ſaepe a Graecis dici *pugilem victorem*, et *corona donatum*, neque unquam fere alia poteſtate in Inſcriptionibus occurrere, ut δὶς-τρὶς-πύκτης. Pari modo PYCTEN Latini uſurpant, eaque re a PUGILE, quod *artis*, *certaminis*que nomen est, non *victoriae*, differt: ut bene docet *Marq. Guidius*, ad Phaedr. L. IV, fab. 24. Πύκτης orationis est proſae, πυγμάχος et πυγμαχίη ad poëtas pertinet. Πυκταλίζειν verbum Jonicum, et ab *Anacreonte* uſurpatum (apud *Euſtath.* ad Hom. p. 1322.) ab Adject. πύκταλος. PUGNAM vetuſti Latini pp. nominabant: ut origo vocabuli ſatis oſtendit. Vetus enim *puginus*, contracte PUGNUS, unde PUGNA: ut apud Graecos πύγιμος, πύγμος, et πυγμή." T. H.]

[Ab obſol. πύκω *denſo*, Praeter. Paſſ. regulariter est πέπυγμαι. An hinc πύγμος pp. *clauſus*, *denſus*, et eximie πυγμὴ i. q. PUGNUS ſive *manus denſata*, et *in pugnum clauſa* et *contracta*? Hinc certe πυγμῇ adverbialiter,

ter, q. d. DENSO, id est *crebro*, *frequenter*: ut recte per *crebro* reddebat *Vulgatus* interpres, Marc. VII, 3. docte defensus a *Jac. Hasaeo*, Bibl. Brem. Cl. IV, p. 322. 323. Conf. infra πύκα, πυκνὰ, et in primis L. C. V. in πυκτεύω. E. S.]

[Πύελος *alveus*. pp. ὄρυγμα. Videtur vox esse formae productioris, a simpliciori πύος, quod a πύω. Conf. quae dedi ante hos XXIV annos, ex observatis cel. *Ruhnkenii*, ad Cant. Hisk. p. 26. E. S.]

Πύθω *putrefacio*. A πύω *premo deorsum*: unde πυθμὴν *fundus*, et πύθω forte *in imo sedere facio*, *putrefacio*. [Vide, si tanti est, Dissert. nostram ad Cant. Hisk. p. 24. 25. E. S.]

[Πύθων *Pytho*, *draco*, quem Apollo interemit: unde et πύθιος dictus creditur. De hac quidem voce cel. *Lennep.* alio loco: „ ὁ Πύθιος. Sic dicitur *Apollo*, sive a serpente *Pythone*, quem interfecisse dicitur, sive, quod verisimilius est, ab antiquissimo oppido Phocidis [*Pytho*] ubi dein conditum templum Apollinis Delphici, et celebratissimum oraculum *Delphicum* fuit, cujus sacerdos primaria etiam dicta Πυθία *Pythia*." At T. H. „ Ambigitur" inquit „ unde fluxerit nomen πυθώ. Ad fabulam spectat, adeoque verisimilitudine caret, quod plerique a verbo πύθεσθαι, quod *putrescendi* significationem habet, derivent: quoniam Πύθων, immanis draco, sagittis Apollinis suffixus, ibi *computruerit*, *Scholiastes Apollonii Rhodii*, ad L. I, 207. — Ut igitur haec *Pythus*, vel *Pythonis* urbis Etymologia nullam habet probabilitatis speciem, sic multo potior videtur eorum sententia, qui ad τὸ πεύθειν, sive πύθειν, vel πύθεσθαι, (unde πυνθάνεσθαι manavit) revocandum putent. Hoc autem verbum de *consulendis*, *interrogandisque* oraculis, pp. veteres usurpasse, non pauca sunt argumenta. Sic et *Apollo* πύθιος, *quem sciscitabantur*, *quique* oraculum flagitantibus *responsa dabat*, commode potest intelligi. Aliam longe viam ingressus est *S. Bochartus*, Phal. L. I, c. 2. p. 11. originemque a *Put*, Chami filio (Gen. X, 6.) deduxit: cujus opinionis nullum aliud, praeter literas utrius-

utriusque vocabuli non dissimiles, fundamentum invenio. Dignus tamen idem, qui adeatur, Hieroz. P. II, L. III, c. 5. p. 383. &c."

Πύκα *dense*. A πύω *premo*, *conspisso*. [Legitur Od. Α, 333. ubi de Penelope Στῆ ῥα παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο. Idem saepe redit, Od. Π, 415. Σ, 208. Φ, 64. Vocem „ πύκα Scholiasta exponit ἐπιμελῶς κατεσκευασμένον, i. e. *magna cum cura confectum*. Voluere alii Graeci, significari *firmiter* et *dense* confectum. Sed praeferenda est Scholiastae parvi interpretatio." T. H.] [Conf. *Hesych.* T. II, c. 1078. 1079. et ibid. notata. Πύκα, pro ἐπιμελῶς, *accurate*, *affabre*, *scite*, manifesto adhibitum quoque fuit, Il. Ε, 70. Ξ, 607. Od. Α, 436. Rursus πύκα, idem est, quod πυκνὰ, pp. *dense*, *firmiter*, Il. Ο, 689. et *vehementer*, i. e. *densis ictibus*, sive *frequenter*, Il. Ι, 584. quin et translate πύκα *solide*, de mente *bene firma*, ac *minime levi*, Il. Ξ, 217. A qua postrema virtute fluxisse videtur notio ejus, quod *accurate* et *sapienter* fiat. Plura vide mox in πυκνά. E. S.]

[Πυκνὰ *frequenter*. Cel. *Lennep.* alio in loco: „ Graecum πύκω *condenso*, *stipo*, inter alia derivata, peperit Adjectivum πυκινὸς, et contractum πυκνὸς, quod pp. notat *densum*: unde dein varie transfertur. Et (*Lucae*) quidem (Cap. V, 33.) neutrum plurale πυκνὰ, verbo junctum, *adverbii* loco est, ac significat *frequenter*, quod et πυκνῶς. Apud Graecos scriptores *Adjectiva neutra Pluralia* passim inveniuntur pro *Adverbiis*: quorsum etiam pertinent nomina quaedam, vulgo pro *Adverbiis* haberi solita, ut μάλιστα, quod est ab antiquo μάλιστος, τάχιστα a τάχιστος." Quid quod et πυκνῶς pp. nil aliud est, quam casus *Dativus* sive *Ablat. Plur.* item *Adverbialiter* positus pro πυκνοῖς *densis*, s. *crebris* scil. *vicibus*? Omnino hic adeundus est *A. Schultens*, de Deff. Ling. Hebr. p. 204. qui nostrum πυκνὸς egregie illustravit, et *Toup.* Epist. Crit. p. 116. ubi et πτερὰ πύκνα, pp. *alae densae* &c. E. S.]

[Πυκτεύω *pugil sum*, vel *pugilatu certo*. „ Docte interpres Vulgatus (1 Ep. ad Cor. IX, 26.) reddidit PU-

PUGNO: nam Latinorum verbum PUGNARE, in origine sua, nihil est aliud, quam Gr. πυκτεύειν· cujus origo πύω. Ab hujus Praeter. Activo πέπυκα factum est πύκω. A πύκω, πύκος, et contracte πὺκς, πύξ, quod est Lat. PUGNUS. Praeteritum Pass. verbi πύκω fuit πέπυγμαι, ξαι, ται. Inde remansit πυγμὴ, quod significat et *pugnum* et *certamen pugillatus*. A *tertia* pers. remansit πύκτης *pugil*. Pro πυκτεύειν, in Jonia, (ut ex *Eustathio* novimus) dicebant πυκταλίζειν." L. C. V.] [Videatur vir summus de hoc verbo in Adnot. ad Eurip. Hippol. p. 188. 2. D. de πυκτεύω vero cel. *L. Bos*, in Exercit. Phil. p. 137. ff. E. S.]

Πύλη *porta*. Forte a πύω *premo*, *conspisso*. [*Hesychius* πύλος interpretatur πόλις, et πύλη, θύρα. Igiturne, uti πύλος et πόλις nomina vicina sunt, sic etiam verbum πύλω idem fortasse notavit, ac πόλω, πολέω *verto*, *verso*? Quo pacto πύλη pp. foret, quae *versatur*, id est, *huc illuc reciprocatur*, eximie *porta*. Verum, quia πύλη non adeo *januam* portae, quam potius ipsam PORTAM, qua *penetratur*, sive *ingressus fit*, significat, malim equidem repetere a πόλω, pro πόρω, pp. *penetro*. A πόρω certe antiquo, sive *Praeterito perf. Pass.* ejus πέπορται, est Lat. PORTA. E. S.]

Πυνθάνομαι *sciscitor*. A πύω. Ratio notionis dubia. [Verbum hoc, in forma *Media*, adhibitum ad literam fere idem est ac Lat. URINOR, sive *demergo me in fundum* aquae. Quo sensu legitur in Fragmento quodam *Ciceronis*, apud *Nonium*, c. 7. c. 57. (laudato a *Forcellino* in verbo *Urinari*) *Si quando nos demersimus*, *ut faciunt*, *qui urinantur* cet. Nimirum a πύω productum est πύθω: hinc πύθος, et πύνθος, quae vir eruditiss. in Lexico *Hedericiano*, „ eadem fuisse observat, atque βυθὸς et FUNDUS Latinorum." A πύνθος porro, id est, FUNDUS, sive potius a *foeminina* hujus forma obsoleta πύνθα, quae vox a Latinis servata quoque fuit, in FUNDA, (*sinum* annuli designante) fluxit verbum πυνθάω, vel auctius πυνθάνω, id est, *fundum peto*, unde Medium πυνθάνομαι, pp. *in fundum me demitto*: quod jam, eleganti adhibita metaphora, idem

idem fere est quod *percontari*, h. e. *alte intentia in mente alterius cognoscere studere*, et quasi *expiscari*, Belgar. *peilen*, Gallorum *sonder*. Ceterum, quod de πυνθάνεσθαι dictum, idem de πεύθεσθαι ac πύθεσθαι (simili gaudentibus origine ac πυθὸς, vel πεῦθος) valet. *Etymol. M.* col. 696. Πυνθάνεσθαι, μανθάνειν, διδάσκειν, ἱστορεῖν, ἐρωτᾷν κ. τ. λ. Eandem vero esse indolem verbi Hebr. שָׁאַל, pluribus demonstrare conati fuimus, in Diss. ad Cant. Hisk. p. 25-27. E. S.]

[Πὺξ *pugno*. A πύω, πύκω. Vide πύκα, [et L. C. V. in πυκτεύω. Itaque πὺξ, ex πύκος, fuerit pro κατὰ πύκος, vel simili ellipsi, qua casus *Accusativus*, pro *Adverbio*, accipitur. Eadem ratio est vocis λὰξ, de qua confer dicta superius. E. S.]

Πύππαξ *vox poppysmatis*. Facta a sono. [Conf. *H. Stephani* Append. c. 1743.]

[Πῦρ *ignis*. „ Videtur vox peregrina, quae cum ipso usu *ignis* pervenerit in Graeciam. Ab ista voce manant multae formae Graecae: praeter cetera, πυρόω, πυρέω, πυρίω, πυρόω, quorum ultimum, significans *incendo*, usu teritur. A πυρέω ortum πυρετὸς, pp. notat *flammam*, vel *incendium*: usus vero vocem transtulit ad significandam *febrem ardentem*. Sive *hac vi* sumamus vocem, sive *propria*, in *Homeri* versu, perinde est. Utrumque enim dici potest de *sidere caniculae*, in Iliad. Χ, 31. Καί τε φέρει πολλὸν ΠΥΡΕΤΟ'Ν δειλοῖσι βροτοῖσι. [Conf. *Scholiast.* h. l.] Versum sic *Virgilius* interpretatus est, Aeneid. X, 274. *Ille* SITIM *morbosque ferens mortalibus aegris*. *Incendia* in genere intellexit *Manilius*, Astr. L. V, 17. — *canis in totum portans* INCENDIA *mundum*." L. C. V.] [Vocem esse peregrinam, vix et ne vix quidem concedendum. Est enim omnibus regionibus proprium, quasi, et indigenum elementum *ignis*: deinde voces orientales, *ignem* indicantes, אֵשׁ *eesch*, similesque, nimium quantum videntur distare, quam ut inde Graecum ΠΥΡ commode depravari potuerit. Quid si statuas, verba πύρω et πέρω, eandem olim habuisse vim propriam

pe-

penetrandi ac *pervadendi* cuncta; IGNIS vero, a *vi* *acieque subtilissima*, nomen πῦρ adeptus fuerit? E. S.]

[Πύργος *turris*. Inepta videtur veterum sententia, statuens, *turrim* a Graecis πύργον dici παρὰ τὸ ὑπερέχειν γῆς ἵστασθαι. Vide *Etymol. M.* c. 697. *C. Schrevelius* cum *Martinio*, a πῦρ repetebat: „ *quia flammae instar in acutum tendit.*" Hoc certe analogiae magis consentaneum est. A *splendendo*, sive potius *eminendo*, ductane vox est; ut πυρέω pp. sit *splendeo*, *splendorem praebeo*, (unde πυρετὸς de *sidere caniculae* positum) utque porro hinc facta sint πυρέγω, πύργος, πύργος? an vero magis, placet, vocem esse ex Oriente petitam. Arabibus enim dicitur برج, de qua voce adeatur *Willmetus* noster, Lex. Ar. p. 60. E. S.]

[Πύρην *nucleus*: vel potius quod in *pomo ligneum osseumve* est. Conf. *H. Stephan.* Thes. T. III, c. 636. 637. A *pervadendo* fortasse nomen habet. Vide dicta in πῦρ. E. S.]

[Πυρὸς *triticum*. Si contuleris πυῤῥὸς *rufus*, sive *rubeus*, a πῦρ *ignis* derivatum, dubitandum vix videbitur, quin a *rubore*, aut *candore*, quasi, *igneo*, nobilissimum *frumenti* genus ita nominatum fuerit. *Goudgeele tarwe* et nostrates laudare solent. E. S.]

[Πύω verbum obsoletum, a quo tamen manifesto remansit *tertia Futuri* πύσει, Iliad. Δ, 174. σέο δ' ὀστέα πύσει ἄρουρα, quod per σήψει, *putrefaciet*, Grammatici exponunt, et referre solent ad usitatum Praesens πύθω. Conf. Ill. *Tollium*, ad Apollon. p. 579. Ab eodem πύω haud dubie sunt πύαρ et πύον *lac concretum*: de quibus vocibus plura dabit *D'Arnaud*, Lect. Graec. p. 117. 118. Unde simul facile apparebit, πύων nostrum a notione *premendi*, quam habet, eam *comprimendi*, *densandi*, *concrescendi* accepisse: unde quoque πύον, s. πύος Lat. PUS &c. E. S.]

[Πώγων *barba*. Male veteres inde deducebant, quod πῆξιν ἡλικίας *aetatis robur* significet. Vide *Etymol. M.* col. 698. Rectius aliquanto alii, quod sit, quasi πόα γενύων, *herba fruticans in mento*. Habet utique vox nostra cum πόα *herba*, pp. *densa*, cogna-

gnationem haud obscuram: sed altera syllaba γων, mere *servilis terminatio* est, notatque ων *collectionem quandam*, ut in Ἀγκὼν, de quo dictum. Itaque πώγων, ωνος, proxime videtur esse a πάγος, pro πόαγος. E. S.]

Πωλέω *vendo*. Forte a πολέω *verso*: de quo supra. Alio loco vir celeberr. „Verbum πέλω significat *verto*: unde πόλος *versionem* notat, atque inde, apud Astronomos Graecos, ipsum *coelum*, quod circa axes *vertitur*. Litera autem ο in ω mutata, inde factum est πώλεω, quod tempore *Homeri* etiamnum proprie usurpatum fuit sensu *versandi*. Quum autem antiquitus merces *venderentur*, non *pecunia*, sed *commutando* res alias: inde factum est, ut deinceps πωλεῖν *vendendi* notione generatim positum fuerit." [Πολέω olim scribebatur, per simplex ο, a πέλω, quod a verbo πέλω. Sic saepius ο transit, in istiusmodi verbis, in ω, ut in στρωφάω *circumago*, τρωπάω *in fugam verto*, τρωχάω *curro*, νωμάω *distribuo*. Jam vero verbum πέλειν significavit, praeter alia, *vertere*, *versare*. Ista quidem vi verbum in Lexicis non invenietur: quae tamen liquet, vel ex composito περιπέλομαι, unde contraxit *Hesiodus* (Ἐργ. vs. 386.) περιπλομένυ ἐνιαυτῦ *anno vertente*. Superest, a πέπολα ductum, nomen πόλος, qua designabatur *stella in ursa minore*, circa quam *orbis verti credebatur*, teste *Eratosthene*, Cap. II. *Hygino*, Poët. Astron. L. III, 1. Hinc formatum πολεῖν *vertere*. In usu quoque fuit πολέσκειν. Formae fuere diversae olim, πολάω, πελέω, et πολίω. Ex his *polare* et *polire* Romani receperunt. *Versando* vel *vertendo* res *poliuntur*, quod in *rota figuli* animadverti potest. *Ennius* dixit *polare agros* [Fragm. ex Annal. L. VIII, p. 84.] quod *Hesiodo* (Ἐργ. vs. 462.) πολεῖν *vertere* glebas. Non quidem simplex *polare* usurpatur Romanis, sed compositum *interpolare*, quod nihil aliud est quam *vertendo immittere*, et *interponere*, ac *novam formam* e veteri *fingere*, secundum *Nonium Marcellum*, [L. I, § 145.] A *vertendo* autem facile nostrum πωλεῖν venit in signifi-

ca-

catum *vendendi*. Quid utique *venditio* est aliud, quam *mutatio* ac *conversio*? Tales erant in veteri Graecia *emptiones*, et *venditiones*. Tempore belli Trojani, cum naves, vino onustae, ad navale Graecorum appulerant, a mercatoribus Lemniis *emunt* Graeci *vinum*, *non* utique *pecunia*, qua carebant, sed, ut est apud Homer. Il. Η, 473. ff. Ἄλλοι μὲν χαλκῷ κ. τ. λ. *Alii quidem aere, alii autem splendido ferro, alii autem pellibus, alii vero ipsis bobus, alii demum mancipiis*. Haec erat veterum pp. dicta πώλησις. Postea tamen temporis, quo fieri solebant *emptiones pecunia* numerata, vetus tamen verbum in usu remansit." L. C. V.]

[Πᾶλος *pullus*. Vocem contractam esse ex πόαλος conjicit *Etymol. M.* col. 698: 13. hanc vero compositam ex πόα *herba* et ἄλλεσθαι *salire*, ut πῶλοι pp. sint οἱ νέοι Ἵπποι, οἱ περὶ πόαν ἀλλόμενοι. Sed compositio ista non placet. Accedit, quód de ipsis hominibus etiam dicantur πῶλοι, *juvenes*, sive *puellae*. Quare, ut Lat. *pullus* manifeste contractum est ex *puëllus*, observante *Forcellino*, (qui locum *Festi* laudat, de Q. Fabio, Jovis *pullo*:) ita vix dubitaverim, quin πᾶλος sit pro πόϊλος, a πόϊρ PUËR; qua de voce saepe *Salmasius*, De Trapez. foen. p. 737. de Hellenist. p. 429. &c. Saepius autem πᾶλος (quippe pp. vocem adjectivam, *Substantive* acceptam) *puëllam* vertendum esse, quam *puerum*, notavit *D'Arnaud*, Animadv. p. 107. 108. E. S.]


Πῶμα *operculum*. A πόω *premo*, *obstruo*. [Nimirum pro πόομα: nisi malis a πάω, cognata forma, ut sit pp. pro πάομα. Etiam πῶμα, (*Etymol.* col. 794: 36. Πῶμα· τὸν πότον, καὶ ὁ πόμα) a πόω, cognato alteri πίω, et πίνω. Vide sub πίνω. E. S.]

Πῶρος. Forte a πόρος *meatus*, πῶρος pp. *lapis porosus*. Compone tamen πηρός. [Πῶρος, docente *H. Stephano*, Thes. T. III, col. 646. et 647. notat vel *luctum*, vel *callum*: a qua posteriori notione est πωρόω *callo obduco*, sive *durum reddo*. A priori vero illa est compositum ταλαίπωρος *aerumnosus*. De hác voce

ita T. H. „ Ταλαίπωρος *miser*. Τάλας, Aeolice τάλαις. Τάλας a τάλω, ταλάω, quod idem ac TOLLO, et TOLERO Latinorum. Pro ταλάω veteres dixerunt etiam τολάω, unde τόλμη. Ταλάω vero contracte dicitur τλάω; unde etiam τλῆμι. Ταλᾶν ut et Lat. *tolero*, pp. notat *sustinere*: hinc τάλας significat *miserum*, qui *onere premitur*. Illud τάλας ingreditur compositiones, vel per τάλα et τάλαι, vel τάλασι. Sic dicitur ταλασίφρων, ταλασίπωρος, vel ταλαίπωρος, *miser*. Πῶρος enim contractum est ex πάορος, a πάω unde πάθω, πήθω. Πῶρος igitur significat *rem ingratam*, quam quis *patitur*." Conf. quae de voce πῶρος dederat vir summus ad *Aristophan. Plut.* vs. 33. p. 22. 23. E. S.]

Πῶς *Quomodo*. Ex ὡς, praefixo π, ut in ποῖος, ab οἷος. [Malim equidem πῶς repetere ab obsoleto πὸς, i. e. Lat. QUIS, ut πῆ est *quae*: unde πῇ *qua*, scil. *ratione* vel *via*? Ita πῶς *Dativ.* vel *Abl. Plur.* n. g. pro πῷς, sive ποῖς, i. e. *quibus*, nempe *modis*, aut *quibus rationibus*? Eodem modo explicari potest εἴπως *si forte*, pro εἰ ποῖς *si quibus rationibus*; plane ut Latini dicunt *si qua ratione*: μήπως *ne forte*, pro μὴ ποῖς, *ne quibus* modis, *ne qua* via. Vide dicta in πῇ, et consule cl. *Hoogeveen*, Doctr. Partic. Cap. LI. E. S.]

Πῶυ *grex*, in Genitivo πώεος. Ad Stirpem πάω, πῶ, *possideo*, retulit *H. Stephanus* (Thes. T. III, c. 112. 113.) secutus in eo *Etymologum M.*, qui col. 699: 4. παρὰ τὸ πῶ „ inquit" τὸ κτῶμαι. Subjicit ibidem *Etymologus*, ἢ παρὰ τὸ πῶ, τὸ πίνω, ὅτι ποτῷ ἥδεται, καὶ εὐφραίνεται &c. Priorem tamen illam derivationem veriorem esse, persuadebunt ea, quae eruditissime notavit Cel. L. C. V. Conf. sis dicta, et cogita simul, vicinas olim formas fuisse πάω, πίω, πίω, πόω a quarum postrema nostrum πῶυ (tanquam *neutra* forma a masc πῶυς, ut ἡδὺ ab ἡδύς) commodissime duci potuit. E. S.]



Ρ.

Ῥα enclitica particula, *certe*, *utique*. A ῥάω *fluo*. [Apud *Sophoclem* ῥὰ, vel potius ῥᾷ, idem est quod ῥᾴδιον *facile*, indice *H. Stephano*, Append. Part. II, col. 1. ubi testem appellat *Eustathium* ad Homerum. Vide Indicem *Devarii* in Eustath. Haec quidem scriptio voculae ῥᾷ, per iota suppositum τῷ α, si vera esset, mihi quidem probare potius videretur, ῥὰ nostrum dictum fuisse pro ῥᾷ, hoc vero pro ῥαὶ, ortamque adeo esse hanc particulam a *Dativo* vel *Ablativo* Singulari obsoletae voculae ῥὰ, quae, a stirpe ῥάω *fluo* orta, pp. *fluxum*, *lapsum*ve *facilem* denotare potuit. Conf. quae de ῥὰ, nomine *fluvii* et *radicis* cujusdam, quam veteres omnes ῥᾶον vel ῥῆον vocaverint, dedit *Salmas.* Exc. Plin. p. 560. E. Ceterum hoc pacto ῥὰ, pro ῥᾷ, ex ῥαὶ, ejusdem formae particula foret, atque alterum καὶ, a κὰ descendens: de qua derivatione vide dicta superius. Ut vero ῥὰ dixere, pro ῥαὶ, similiter κατὰ, παρὰ, sunt pro καταὶ, παραί. Plura de nostro ῥὰ dabit cl. *Hoogeveen.* Doctr. Partic. Cap. LII. cui tamen viro eruditissimo ῥὰ videbatur dictum, pro ἄρα. E. S.]

Ῥάβδος *virga*. Pro ῥάδος, quod conferatur cum ῥάδαμνος, ῥάδιξ. [Nimirum literam β saepe insertam esse in medio vocabulorum, probarunt *Vossius*, *Maittaire*, alii. *Etymologus M.* col. 701: 41. nostrum ῥάβδος derivabat a ῥάσσω, „ id est *amputo*, *abscindo*. Est enim *ramulus longior* ab arbore *resectus*:" ut est in *Martinii* Etymologico ad hanc vocem. Ῥάσσω

haud

haud dubie factum est a ῥάτω, quod a ῥάω. Hebraei *ramum* vocavere אָמִיר, ab אָמַר *fluxit*, pp. *leni motu huc illuc impulsus fuit.* An eadem fortasse ratio est vocis Graecae? Conf. nomen sequens. E. S]

Ῥάδαμνος *ramus tener*, quasi a ῥαδάω, quod a ῥάω. Hoc cum vicinis ῥέω cet. notionem propriam fere habet *soni* aquae *profluentis*, indeque eam *vergendi*, *movendi*, *agitandi*, *faciendi* &c. [*Hesychius* exponit βλαστὸς ἁπαλὸς, κλάδος, ὄζος, et similia; in quibus omnibus eadem notio *motus reciprocati* clare admodum cernitur. Conf. in ῥάβδος. E. S.]

Ῥαδινὸς, ἡ, ὸν, *mollis*, *tener*. Conf. cum ῥᾴδιος *facilis*. Utrumque est a ῥάω, de quo modo ante. [Vide in ῥάδαμνος.]

Ῥάδιξ *ramus*, a *vergendo*, et quasi *profluendo*. Origo ῥάω. [*Salmas.* in Exercit. Plin. p. 291. a. D. „ ῥαδὶξ" inquit „ Graecis est, *quod facile inflectitur.*" Inde ῥαδιξ, ῥάδικος, ῥάδικα. Ex quo Latinum RADICA." Neque sane Lat. RADIX, RADICIS, a Gr. ῥάδιξ, si originem spectes, quidquam videtur distare: ut recte *Vossius*, *Forcellinus* et alii observarunt. E. S.]

[Ῥᾴδιος *facilis*. Dignus est, qui de hac voce legatur *Etymol. M.* col. 700. ubi tamen falsa reperias mista veris. Iota subscriptum haud dubie ideo est, quia veteres dixere ῥαίδιος quod ipsum *iota* subscriptum etiam in ῥᾷ cernere est. A ῥάω *fluo* ducta fortasse fuit vox obsoleta quaedam ῥαῒς, unde in Dativo ῥαΐδι, et hinc ῥαΐδιος, ῥᾴδιος. „ Contrahitur autem in ῥᾷος: quae contractio fere semper locum habuit in *Comparativo* ῥᾴων, et *Superlativo* ῥᾷστος cum ab ῥᾴδιος sit ῥᾳδίων, ῥᾴδιστος." T. H.] [Originem a *fluendo* sic declaravit *Etymologus M.* c. 700: 56. παρὰ τὸ ῥέω· τὸ γὰρ εὐχερῶς γινόμενον ῥύσει ἔοικε. Neque dubitandum est, quin ipsum Lat. RADIUS eadem vox sit. Conf. porro in ῥαίω. E. S.]

[Ῥάθαγος *strepitus*, pp. qualis est *remi*, aquam *percutientis*, aut *sonitus*, quem fluctus scopulis allisi edunt. Vox ducta e Praeter. perf. verbi ῥαθάω vel ῥαθάσσω. a *sono* haud dubie facto verbo. Conf. Scholiasten Nican-

candri, laudatum *H. Stephano*, Th. T. III, col. 693. et alia ibidem. E. S.]

[Ῥαθάμιγξ *gutta*. Artificiosa nimis est derivatio *Etymologi M.* c. 702: 16. παρὰ τὸ θαμά. θαμίζω, θάμιξ· κατὰ πλεονασμὸν τοῦ γ, μετὰ τοῦ ῥέω, ῥεθάμιγξ, καὶ, τροπῇ τοῦ ε εἰς α, ῥαθάμιγξ. Rectius forte dixeris, a verbo obsoleto ῥαθάω, unde superest ῥαθάσσω, et ῥάθαγος; in Praeter. perf. pass. (ἐῤῥάθαμαι) fluxisse ῥάθαμις· hinc ῥαθαμίω, ῥαθαμίγω, porro ῥαθαμίγκω, ῥαθάμιγκος, et contracte ῥαθάμιγξ. Ceterum a *feriendi*, sive *percutiendi*, notione, (quae est in ῥαθάσσω) significationem vocis commode repetas: ut sentiri potest ex illo Il. Ψ, 502. Αἰεὶ δ' ἡνίοχον κονίης ῥαθάμιγγες ἜΒΑΛΛΟΝ, quod *Clarkius* ad literam sic reddidit: *Assiduo vero aurigam pulveris* GUTTAE PERCUTIEBANT. E. S.]

Ῥαιβὸς *varus*, *cruribus incurvis*. A ῥαίω *profligo*, *corrumpo*. [Etiam nomine composito ῥαιβοσκελὴς appellari *H. Stephanus* admonet, Append. col. 2. in *Hesychio* est ῥαιβόν· ἐπικαμπές, τὸ μὴ ὀρθόν, καμπύλον, στρεβλόν, σκαμβόν. Si adsumseris, (quod infra pluribus monebitur) stirpem ῥάω, cum cognata ῥέω, ῥίω, propriam vim habuisse *motus huc illuc reciprocati*, notio *intorquendi*, *distorquendive*; inde facili via poterit repeti, ut ῥαιβὸς pp. sit *intortus*, *distortus*. Conf. infra in ῥάμφος. E. S.]

Ῥαίνω *perfundo*, a ῥάω *fundo*, *fluo*. [Nimirum ῥαίνειν pp. est *adspergere*, vel *inspergere*, *manu* identidem *mota* et *reciprocata*, quod eadem fere proprietate Hebraeis est נוף. Vide infra in ῥαντίζω. E. S.]

Ῥαίω a *fundendo* transiit ad *profligandi* notionem. Vir cel. alio loco: „ A verbo ῥαίω, quo significatur *quicquid facile fluit*, nomen est ῥαΐδιος, vulgo *facilis*, quod Jones pronunciarunt ῥηΐδιος, Attici vero, per contractionem, ῥᾴδιος. Praeterea et inde est nomen ῥᾴων, itidem contractum ex ῥαΐων, quod tanquam *Comparativum* vocis ῥᾴδιος usurpant Graeci. A notione autem, quam dixi, *facile fluendi* nomen ῥώμη eximie ponitur de *agilitate* membrorum, vel etiam de *firmiore* corporis *habitu*; atque sic ῥώμην εἶναι dicitur, qui con-

convalescit, sive *qui a morbo recreatur:* quod Graeci etiam, simplici verbo derivato, ῥαΐζω exprimunt. Quemadmodum autem, *facili humorum fluxu*, haec ad *sanitatem* transferuntur, sic quoque fere translatum verbum vicinum ῥώννυσθαι. Verba, nimirum, vicina sunt, idemque significantia fere ῥάω, ῥέω, ῥίω, ῥόω, et ῥύω. A verbo ῥόω proxime ortum nomen ῥώμη, in usu, valet *robur*, quale est *corporis sani:* atque inde ῥώννυσθαι dicitur *robustum esse*, *corpore valere*. In primis autem cernitur *sanitatis* haec notio in formula *valedicendi*, ἔῤῥωσο, qua Graeci eodem modo utuntur, ac Latini suo VALE."

[Ῥαιδς *surculus*, *ramus*. Hinc in *Hesychio*. Ῥαίδικες· ὀρόδαμνοι, κλάδοι. A *frangendo lacerandove* dici, facile apparet. E. S.]

Ῥάκος *lacera vestis*. [„ Proprie est *pannus laceratus*, a ῥάκω, quod idem ac ῥάγω, ῥήγω: unde ῥήγνω, ῥηγνύω, ῥήγνυμι *frango*. Ῥάκος igitur pp. notat *fragmen* sive *ruptum* quid &c. Hinc ponitur pro *veste lacerata*; eoque modo opponitur τῷ ἱματίῳ, quod notat *vestimentum honestum*, *non scissum*, vel *ruptum*. Plurale ῥάκη apud Graecos ponitur pro *rugis*, quae *scindunt* quasi et *lacerant* faciem: unde porro ῥακόειν *corrugare*, sive *in rugas contrahere*." T. H.] [*Hesychius:* Ῥάκος διεῤῥωγὸς ἱμάτιον. Conf. porro in ῥήσσω. E. S.]

Ῥάμνος *frutex spinosus*. A ῥάω, de quo jam supra. [A *frangendo lacerandove* dici videtur ῥάμνος, pro ῥαμένος, estque pp. forma Participialis. E. S.]

Ῥάμφος *rostrum avium*. Pro ῥάφος, quod a ῥάπτω, unde Lat. RAPIO. [De *aquilarum rostro* pp. dici, ex *Eustathii* (Comm. ad Iliad Π, 428. p. 1068: 52.) adnotavit *H. Stephanus*. Nescio, an a forma *adunca*, quasi *aduncus* vel *intortus* dicatur. Confer dicta in ῥαιβός E. S.]

[Ῥαντίζω *aspergo*, *inspergo*. Haud dubie productior forma est a ῥάω, ῥάνω, unde ῥαίνω: de quo dictum supra. A prisca forma ῥάω *duplex* superest *forma*, ejusdem significationis, ῥάζω et ῥαίνω. Ῥαίνειν, apud opti-

rimos ſcriptores Graecos, ſignificabat *liquore quocumque ſpargere*. Legitur in loco *Anaxandridis* Comici apud Athenaeum, L. II, p. 48. — ῥάνον δόμους Στρῶσόν τε κοίτας *aedes* AQUA SPARGE *et ſterne lectos*. In Adonidis Epitaphio *Bionaeo*, vs. 77. est Ῥαῖνε δέ μιν μύρτοισιν ἀλείφατι. ῥαῖνε μύροισι. Optime vir doctiſſimus emendavit ῥαῖνε δέ μιν Συρίοισιν ἀλείφασιν *Adſperſit ipſum Syriis unguentis*: et μύροις ῥαίνειν legitur apud *Athen.* L. V, p. 195. Ab hujus verbi tertia Praeter. Paſſ. ἔῤῥανται ortum ῥαντὶς verbum produxit ῥαντίζειν, unde formatum ῥαντισμὸς &c. L. C. V.]

[Ῥαπάτη *calamus*. „ Vox commemorata apud *Athenaeum*, indice *Salmaſio*, Exc. Plin. p. 88. et 585. atque *Heſychium*, T. II, col. 1102. ubi conſule viros doctos. Stirps haud dubie est ῥάπω, ductum a primitivo ῥάω. A ῥάπω ſunt ῥάπτω, et ῥαπάω, *conſuo*: unde ῥαπατος, ῥαπάτη, pp. *conſuta*, vel *conjuncta*, ſcil. *arundo*. Notiſſimum est illud *Virgilli* Ecl. II, 33. Pan primus *calamos cera conjungere plures* inſtituit. Uti et alterum, *Ovidii* Metam. L. XI, 154. Et leve *cerata* modulatur *arundine carmen*, i. e. cerae ope *conjuncta arundine*, adeoque ῥαπάτη. E. S.]

Ῥαπὶς *virga*. Conf. ῥάπτω, et ῥίπτω, unde ῥιπίζω. [A ῥαπὶς ſimiliter est ῥαπίζειν, quod vulgo exponitur *virga* vel *baculo caedere*; at cl. *Pierſono* ad Moerid. Att, p. 324., *Polycarpum* ſecuto, ῥαπίζειν „ de *colaphis* adhibitum fuiſſe videtur, qui in eo diſcrepent ab *alapa*, quod *alapa porrecta manu*, *colaphus* vero *compreſſis digitis*, impingatur." Diverſam expoſitionem dedit *H. Stephanus* in Append. c. 4. recte monens, „ Si ῥαπίζειν eſſet *colaphos impingere*, Matthaeum (Evang. Cap. XXVI, 67.) post καὶ ἐκολάφισαν αὐτὸν, non additurum fuiſſe οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν." Ipſa vox ῥαπὶς, quam *Heſychius* exponit ῥάβδος &c. ducta a th. ῥάπω (unde ῥάπτω) pp. notare potuit *conſutionem*, *colligationem*que virgarum, et hinc *faſciculum*, *faſcem*. Argumento ſit, quod in eodem *Heſychio* ῥαπίδες reddatur per ὑποδήματα, a *conſuendo* certiſſime vo-

cata. Nisi malis, ῥαπίδα *virgam* simpliciter dici a *reciproco motu*; de quo in ῥάω. E. S.]

Ῥάπτω *consuo*. A ῥάπω, Lat. RAPIO, i. e. *vergere facio*. [„ Ῥάπτειν pp. est *suere*, *consuere*. Hinc ῥάπτειν ᾠδὰς, i. e. *ex poëmate* multas *partes* decerptas *consuere* et *decantare*. Ὠιδαὶ simpliciter vocatae *partes carminum Homeri*, quae publice cantabantur, et ad quae audienda multi concurrebant." Qui has *partes canebant*, dicebantur, ῥαψῳδοὶ &c. T. H.] [Plura de hujus verbi proprietate dabit *H. Stephani* Thes. P. III, c. 667. et *Salmas*. Exerc. Plin. p. 609. Vide et infra in ῥάω E. S.]

Ῥάσσω *allido*. Stirps ῥάω. A *profluendo* transiit ad notionem *allidendi* cum impetu. [*Budaeus* et *Stephanus* pro ἀράσσω dictum censebant. Vide hujus Thes. T. I, c. 517. 518. Sed, ut alia taceam, vel solum verbum compositum προσράσσω, quod *Suidas* idem esse dicit, ac προσρήγνυμι satis superque evincit, ῥάσσειν nostrum cum ῥήγνυμι maximam habere adfinitatem, atque adeo stirpem potius utriusque verbi statuendam esse ῥάω, ῥέω. Habet autem ἀράσσω ab initio adscitam vocalem α. Vide *Analog*. p. 201-203., et infra in ῥάω. E. S.]

Ῥάφανος *rhaphanus*, *radix* seu *radicula*. A ῥάπτω, ῥάπω, dici videtur. [„ Ῥαφανὶς, et ῥαφανὸς, quomodo inter se differant, recte docuit *Scholiast*. Aristoph. ad Plut. vs. 544. &c. T. H.] [Dici autem videtur a *vi*, quacum e terra quasi *rapiatur* et *evellatur*. Conf. ῥάω. E. S.]

[Ῥαφὶς *acus*. „ Pp. *Instrumentum sarciendi* ab ἔῤῥαφα, Praeter. perf. verbi ῥάπτω." Inde et ῥαφῆ *futura* &c. T. H.]

[Ῥάω verbum obsoletum: unde derivata sunt ῥάσσω, dictum pro ῥάσω, quod pp. nil aliud est quam Futurum verbi nostri ῥάω. Porro inde facta sunt ῥάζω, ῥάκω, ῥάγω &c. Primigenia horum omnium et similium verborum vis videtur sita fuisse in *motu*, huc illuc *reciprocato*, et quidem *cum vehementia quadam*, et *fractione*, quae ipsa pronunciatione vocis fere signifi-

ca-

catur: unde ſatis apparet verbum fuiſſe ὀνοματοπεποιημένον. Huic autem verbo ῥάω alia vicina fuerunt ῥέω, ῥίω, ῥόω, ῥύω. Quin et Latinorum RADERE, RUERE, RUMPERE, &c. eundem *motum vehementiorem* clariſſime etiam exprimunt. Speciatim autem ῥάπειν et ῥάπτειν videntur ſignificaſſe *motum* illum *manus reciprocatum*, qualis in *ſuendo*, *conſuendo*, et *conſarcinando* cernitur: unde repetendum quoque Lat. RAPO, RAPTO &c. *Heſychius* vicinum ῥαίει exponit πορθεῖ, φθείρει, nempe, *cum vi* quadam *rumpendi*, *rapiendi*. E. S.]

Ῥέγχω vel ῥέγκω *ſterto*, *ronchiſſo*. A ſono factum: [Vide dicta de *imitatione ſoni*, in ῥάω. Unde ſimul jam apparebit, ῥέγκειν noſtrum exprimere *ſonum* illum *reciprocatum deſtertentis*: qualis fere ipſis hujus verbi literis radicalibus exprimitur. A notione *motus reciprocati* repetenda quoque videtur illa *moderandi* in verbo REGO, REGERE, apud Latinos, (quatenus pp. adhibitum verbum fuiſſe videtur de *habena*, *frenis*ve, *aurigae* manu *reciprocatis*:) unde et Lat. REX, pro REGS, a ῥέγος, uti LEX pro LEGS, a λέγος. Hoc forte aptius eo, quod cl. *L. Bos*, in Diſſert. de Etymol. Gr. p. 29. conjiciebat, Latinum REGO, transpoſitis literis, factum eſſe ex Graec. κρέω, unde ῥέκω, REGO. A ῥέγω iſto priori, ſive ῥέκω proxime deſcendit etiam vox ῥέκτηρ: de qua in ῥέζω. E. S.]

Ῥέδα, vel ῥέδη *rheda*: vehiculum penſile. Diminutiva forma ſupereſt apud *Heſychium*, in ῥεδίων. A *motu reciprocato*, quo inter agitandum ferri ſolet, dictum. E. S.]

Ῥέζω *facio*. A facilitate *fluendi*. [„ Ῥέζειν et ἔρδειν idem utrumque verbum eſt, nec niſi ſcribendi forma dialectique varietate, diverſum. Obſervandum vero, ab *Homero* ſemper de *animalibus immolatis* uſurpari. Sic ἔρδειν, vel ῥέζειν τεληέσσας ἑκατόμβας, Il. A, 315. B, 306. &c. *Porphyr.* de Abſt. anim. II, 59. ὃ γὰρ ἡμεῖς νῦν ΘΥΕΙΝ λέγομεν, ἜΡΔΕΙΝ ἔλεγον οἱ πάλαιοι. Patet, hoſtiarum Accuſativos apponi. Verum ἱερὰ ῥέζειν *ſacra facere* maxime celebratur *Heſiodo*, Oper. et dier. vs. 336. additque, velut explicandi cauſa,

ἐπὶ δ' ἀχλάδα μυρίκα καίειν. "Ἱερὰ ῥέζειν ὗν apud *Athenaeum*, L. IX, p. 376. Jones praecipue hujus verbi usum retinuere, unde ἔρδειν θυσίας *Herodoto* frequens &c." T. H.] [Nimirum a ῥέδω recta via descendit ῥέδσω, id est, ῥέζω, litera duplici ζ adhibita, pro duabus δσ. Rursus ῥέδω et ἔρδω, non, nisi metathesi, alioquin satis usitata, differunt. Origo significationis *faciendi*, sive *operandi*, in utroque verbo ῥέζω, et ἔρδω, unice repetenda videtur a notione *motus* illius *reciprocati*, in ῥέω, ῥέω &c. de quo diximus in ῥάω. Conf. etiam in ῥέπω. Ad idem ῥέζω referri quoque solent ῥέκτης, et ῥεκτὴρ, et ῥέκτος, quam vocem *Hesychius* exponit per ἀνδρεῖος. Haec tamen potius referenda sunt ad ῥέγνυ. Conf. Lat. RECTOR. E. S.]

ῬΈΘΟΣ *membrum*, a ῥέω, ῥέζω, *facio*. [Nisi praeplaceat, a *motu* dici. Conf. ῥέδα. Sunt vero ῥέθη *quaevis membra corporis:* in primis *facies*, ut in illo *Euripidis* Hercul. fur. vs. 1204. ἀπόδικε, ῥέθος ἀελίῳ δεῖξον, *rejice* vestem, *faciem ostende soli*. Vide *Etymol. M.* c. 701. et *H. Stephani* Append. c. 5. E. S.]

ῬΈΜΒΩ *in gyrum ago*. Pro ῥέβω, quod cum ῥέπω componendum. [*Hesychius* ῥέμβεται· πλανᾶται, γυρεύει. A *motu reciprocato* dictum videtur, quo modo huc, modo illuc, *temere feraris*. E. S.]

ῬΈΠΩ *vergeo*. A ῥέω *fluo*. Vir cel. alio in loco: „ Verbum ῥέπειν pp. significat *lente se movere*, quomodo interdum idem fere est, quod *ire*. Speciatim autem de *rebus gravibus* vel *ponderosis* ponitur, quae gravitate sua *deorsum tendant*. Hoc sensu pp. *lancibus* tribuitur, *gravitate deorsum vergentibus:* atque inde nomen est ῥοπὴ, speciatim *inclinationem lancis* significans. Porro transfertur ad alia multa, et modo INCLINATIONEM, modo MOMENTUM, modo NUTUM, similiaque notat." [Nempe ῥοπὴ, apud *Hesychium*, idem est ac κλίσις, νεῦμα: quod ipsum νεῦμα NUTUS propriam istam vim verbi, in *motu*, modo *adscendente*, modo *descendente*, sive *reciprocato*, clare innuit. Talem *motum* in *bilancibus* unusquisque observat. Commendatur etiam haec etymologia, collatione vocis ἀποῤῥεπία,

quae

quae pp. *aequalem lancium motum*, *descensumve*, *in utramque partem*, et hinc *aequilibrium*, notat. Ceterum ex eadem *motus reciprocati* notione, uberius illustrari adhuc meretur verbum Latinum REPO. Conf. Schol. *Horatii* ad Serm. L. I, 5, 25. et quae de Hebr. רָשַׁף diximus ad *W. Green*, Oude Dichtst. p. 199—201. E. S.]

ῥέω *fluo*. Vide supra ad Ῥάδαμνος. A *fluendo* transiit ad notionem *dicendi*. Alio loco vir celeb. „ Fuit olim duplex verbum, ῥέω et ῥύω. Inde orta verba ῥεύω et ῥεύω: porro nomina ῥῆσις, ῥῆμα, ῥήτωρ. Praeterea a ῥύω sunt nomina ῥυάς, ῥύαξ, ῥύμα, ῥυτός, atque a ῥύω, ῥύημα: quibus omnibus, a *fluendo* et *fundendo*, notiones suae obtigerunt; et illa quidem verbis ῥέω et ῥύω maxime propria fuit. Hinc et compositum verbum παραῤῥύειν (in Epist. Hebr. c. II, 1.) quod conferendum est cum altero παραβαίνειν. Uti enim παραβαίνειν, metaphora a *viis* ducta, de iis ponitur, quae *recedunt a* lege, vel *eam praetergrediuntur*, sic nostrum παραῤῥύειν, metaphora ducta a *cursu* fluminis, eleganter ponitur de iis, qui *ad audita non attendentes*, *et* inde veluti *recedentes*, *prono* quasi *cursu*, *praeterfluunt*. Hic vero insuper adhuc observari meretur, praepositionem παρά, ut in compluribus aliis, significationem verbi *in deterius* convertere: quod idem obtinet in παραβαίνειν." [A ῥέω *fluo*, *verbum* Graecis ῥῆμα dicitur, estque pp. *quod* ore *effluit*: Ad originem hujus vocis, *Homerum* secuti, adludunt *Theocritus* et *Bion*: ille quidem Carm. XX, vs. 27. ἔῤῥεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μέλι κηρῶ *Ex ore mihi fluebat vox melle dulcior*; hic vero, in fine Carm. IV, *quando* „ ait" *Heroa*, *vel deum laudo*, *tum lingua mihi titubat*: *Sed quando cano in honorem Amoris et Lycidae*, χαίροισα διὰ στόματος ῥέει ᾠδά *facilis fluit per os cantilena*. &c." L. C. V.] [Conf. etiam *Schult*. Comm. in Job. III, 2. (occasione vocis יַעַן) de hac *fluendi* notione disserentem. Observetur autem in primis, in hoc ῥέω, notio illa *motus ultro citroque facti*, qualis in *fluendo* et *refluendo* cernitur. Quorsum etiam

etiam pertinet, quod *H. Stephanus*, Thes. T. III, 679. notavit, non solum ὕδωρ, sed et θάλασσαν ῥέειν (*mare fluere* et *refluere*, i. e. *fluxu reciprocato commoveri*) aliaque illuc referenda sunt ibidem observata. E. S.]

[Ῥηπαὶ *tigilla substructionibus, fulturisque accommodata*. A ῥήπω, quod pp. idem atque ῥέπω. Dubium autem, utrum à *motu*, an a *subeundo*, et quasi *surrependo*, dicatur: quasi Belg. dixeris *kruipers*. E. S.]

Ῥήσσω *frango*. Confer cum ῥάσσω. [„ Ῥάω, ῥέω, et ῥείω, et ῥήω, a quo verbum auctum est ῥήκω, ῥήγω, ῥήγνω, ῥηγνύω, ῥήγνυμι. Pro ῥήγω dicitur quoque ῥήσσω et ῥήττω *frango*. Sed ῥαίω potius significat *tundo*, et, per consequens, *tundendo perdo*. Ea potestas *tundendi* clare patet e derivatis. Nam ab ἔῤῥαισται est ῥαιστὴρ *malleus*. Ab hac *tundendi* potestate ῥαίειν positum est pro *perdere*, *comminuere*. Pari modo usurpatur ἀποῤῥαίειν, notatque etiam *contundere*, *perdere*: ut in illo Odyss. A, 403. ὅστις σ' ἀέκοντα βίηφι κτήματ' ἀποῤῥαίσει. Ubi duplex Accusativus gignit *significationem praegnantem*, h. m. *Qui te vexando, opes tuas disperdet ac dilapidabit*." T. H.] [Idem vir summus, alio loco." Phrasi ῥῆξαι ἀντίπαλον saepe usus est *Artemidorus* Oneirocr. L. I, 14. et 62. i. e. *rumpere*, quasi, et, *fracto* ejus *statu*, in terram *dejicere adversarium*. Priore loco male *Cornarius*, interpres, *impetum facere*, posteriore paullo melius vertit: neque minus Ill. *Spanhemium* ejus verbi vis fefellit, ad *Juliani* Orat. I, p. 262. Quod enim *Chrysostomus* scribit, Homil. II. in Jud., οὐχ' ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ τρὶς ἐπιχειρήσαντας, καὶ ῥαγέντας, καθάπερ ἐν τοῖς ὀλυμπιακοῖς ἀγῶσι, Latine dandum non erat (cum *P. Fabro* Agon. I, 27) *non semel, aut bis, sed ter id aggressos et cum impetu quidem* &c. verum *non semel, aut iterum, sed tertia quoque vice* templum Hierosolymitanum redintegrare *aggressos, et solo afflictos*, prostratosque, *ut in Olympiacis fieri solet certaminibus*. Uti ῥαγέντας nihil aliud est, quam καταβληθέντας, cujus verbi usum *in lucta* ipse post-

postmodum exponit. Hinc et ῥῆξαι, vulgi usu, simpliciter *terrae affligere, in terram projicere*. Sic ῥῆξαι δηνάριον *denarium* solo *allidere*, ut sonitu bonitatem experiaris, Arrian. in Epictet. L. I, c. 20. p. 138. neque aliter intelligi debet, quod plerosque interpretes fefellit, *Matth.* VII, 6. *Lucae* Evang. IX, 42." T. H.] [Ceterum censet *J. Scapula*, a ῥήσσω factum esse ῥηγνύω: id quod aliter se habere docuit observatio viri summi, initio exposita. Verba, nempe, vicina sunt, ῥήκω et ῥήγω, utrumque a ῥέω ortum: nisi praeplaceat forte, ῥάγω et ῥήγω, esse *a sono facta* verba. „ Quaecumque *magna cum vi eruperunt*, sive quae *vehementi cum impetu in obstantia quaevis* feruntur *illisa*, ῥαγῆναι dicuntur, sive ἐῤῥωγέναι, ἐκραγῆναι &c." Verba sunt L. C. V. ad Euripidis Hippol. vs. 1338. p. 309. E. S.]

Ῥῖγος pp. *rigor*. Forte a *fluendo, protendendo*, et sic *vigendo, rigendoque*. [„ Aeoles dicebant Φρίγος, vel Βρῖγος, quod peperit Lat. FRIGUS. A ῥῖγος vero est ῥίγιον, quod notat *terrorem* et *frigus incutiens. Horrere* apud Latinos etiam de *frigore* usurpatur. Eo pacto ῥίγιος notat *horrendus, metuendus*. Ῥιγεῖν ab *Homero* ponitur pro *metu rigere*. Hinc apud *Hippocratem* ῥῖγος πυρετοῦ, de *febri*, quae facit, ut quis *rigore concutiatur*" &c. T. H.] [Est haec fortasse primaria vocis notio, ut significatio *concussionis*, quam *febris* corporis *membris adfert*, alteri isti ansam dederit. Sane ῥῖγος et ῥῆγος, quantumlibet prima fronte diversa esse videantur, olim tamen cognata fuisse vocabula, vix est, quod dubitemus. Conferantur, quaeso, observata de verbis ῥάω, ῥέω, ῥίω, &c. E. S.]

Ῥίζα *radix*. A ῥίω, cui vicina ῥάω et ῥέω. [Quae *Etymologus* habet, vix operae pretium est, ut recenseamus. Ῥίζα· δι' ἧς ῥέει τὸ ζῆν ἄνω τοῖς δένδροις κ. τ. λ. A *motu reciprocato* commodius repetas. E. S.]

Ῥικνὸς *rugosus*. A ῥίγω, cui vicinum ῥύγω, unde Lat. RUGA. Sunt autem a ῥίω, ῥύω. [Etiam cognata forma ῥυτὶς facit, quo minus de origine commu-

mu-

muni vocum ῥυτὶς, et RUGA Lat., dubites. A *reciprocatione ductuum*, five *linearum vultus* dici putaverim. Conf. verbum Graec. ῥικνοῦσθαι. Vide infra T. H. in voce ῥυτὶς. E. S.]

Ῥὶν *nasus*. A ῥίω *fluo*. [Ῥὶς vel ῥὶν dicitur, ut θὶς et θὶν, δελφὶς et δελφίν. Vide *Thomam Magistr.* in voce Δελφίς &c. T. H.] [Addantur his, quae *Etymologus* habet in voce ῥώψ, col. 395. et in τιὼν, col. 749. Originem eandem vocis, a ῥέω *fluo*, idem praebet *Etymol.* col. 21. ubi *per diphthongum scribi oportuisse* censet; ἐκ γὰρ τῆς ῥινὸς ῥέουσι, καὶ κατέρχονται τὰ περιττώματα τῆς κεφαλῆς κ. τ. λ. Mihi quidem vix dubitandum videtur, quin ῥινὲς *nares* pp. dicti sint a *reciprocatione animae*, five *halitus*. Vide in ῥίνη. E. S.]

Ῥίνη *lima*. Forte cum ῥὶν componendum. [Nempe ejusdem originis vocabula sunt ῥὶν et ῥὶς, pro ῥῖνς, quod contractum videtur ex ῥίνος. Ῥίνος igitur pp. est *qui reciprocatur*: unde *spiritus*, vel *anhelitus* hac voce eximie dicitur. Ῥίνη vero, in forma foeminina, pp. *quae reciprocatur*, i. e. *sursum deorsum ducitur*, lima. E. S.]

Ῥινὸς *pellis*. Forte a ῥίω, ῥέω *fluo*. [*Pellem* animalium et ipsam a *reciproco* motu, quo in *equis*, *canibus* &c. agi videatur, dici potuisse, quis neget? Haec certe derivatio magis placebit illa *Etymologi*, col. 704. qui ἀπὸ τῦ ῥίνη dictum censet, i. e. εἶδος ἰχθύος *piscis genere*. E. S.]

Ῥίον *montis cacumen*. Forte repetendum est a ῥὶν *nasus*. [Nimirum quasi *montis nasum* dixeris; ut انف *anf* Arabum, (i. e. Hebr. אַף, pro אַנְף) pp. *nasum* notat, et hinc peculiariter de *montis cacumine*, five potius *promontorio* adhibetur. Itaque et ῥίον Graecis eximie est *promontorium*. Vide cel. *Valckenar.* ad *Theocriti* Idyll. A, p. 33. 34. laudatum jam supra, in Ἠρίον. E. S.]

Ῥίπτω *projicio*. A ῥέπω, quod a ῥίω *fluo*, *profundo*. [A *vibratione* five *motu reciproco*, dici non dubitaveris, collata voce ῥιπὶς, quae *flabellum* et *ventilabrum* signi-

significat, et ῥιπὴ ὀφθαλμοῦ *vibratus, momentum oculi* &c. quin et Lat. RIPA, ab *impetu continuo* ac *reciprocato fluctuum* videatur dicta. Conf. et ῥοῖζος. E. S.]

Ῥοὰ *malus Punica*, ῥόδον *rosa*. Forte a ῥέω *fluo*. [*Etymologus* col. 705. vocem ῥόδον *rosa* repetebat ab ὄζω, κατὰ ἀντίφρασιν, nempe *quod odorem gratissimum diffunderet*. Sed antiphrasin quis hodie non rideat? Ergo potius cum Cl. *Lennepio* a *fundendo* dictam *rosam* putemus. *Rosa fundit folia* sua, et *odores diffundit* gratissimos. Cogitemus tamen simul, *fusionem* hic talem innui, quae cum *reciprocatione* ramusculorum fiat, quibus quidem *rosae ramusculis*, a vento *agitatis*, *reciprocatisque*, *fusio* illa copiosa foliorum solet contingere. Ceterum vox Gr. ῥόδος ejusdem omnino originis est, atque Lat. ROSA. A ῥέω, nempe, est ῥόσω, ῥόσος, η, ον. Conf. et ὄρδαος. E. S.]

Ῥόθος *undarum refluentium motus* et *strepitus*, a ῥέω *fluo*. [Proprie ῥόθος est *reciprocatio undarum*. Eximie etiam dicitur de *agitatione*, sive *reciprocatione remorum*: ex quo quidem vocis usu primaria virtus facile elucescit. Hinc et ῥόθιος *impetuosus*, pp. *motu* identidem *reciprocato petens* fluctus. Odyss. E, 411. de *saxis*, Ἀμφὶ δὲ κῦμα βέβρυχεν ῥόθιον &c. Ubi vide *Clarkium*. E. S.]

Ῥοῖζος *stridor*. Factum a *sono rei celeriter motae* et veluti *profluentis*. [Rectius, opinor, *reciprocatae*. Hesychius ῥύμα σφοδρὸν *impetum vehementem* reddit, nempe *talem*, qui *identidem repetatur*, et *reciprocetur*. Subest hinc voci forte etiam ὀνοματοποιΐα, ut in illo Iliad. Π, 361. de Ajace, observante ὀϊστῶν τε ῥοῖζον, καὶ δοῦπον ἀκόντων *sagittarumque stridorem et sonitum jaculorum*." E. S.]

[Ῥόμβος *tornus*, *turbo*. Atticos ῥύμβον dixisse, docuit vir summus *D. Ruhnkenius*, ad *Timaeum*, p. 163. 164. Origo haud dubie est a ῥέω, sive ῥόω, ῥύω, atque ab *impetu repetito*, quo *convertitur* et *reciprocatur*, dictum videtur. A ῥέω nempe est ῥέβω, ῥέμβω, et ab hujus Praeterito Medio ῥόμβος, nisi Praeteritum hoc *Medium*, similiaque omnia alia, cum *Lennepio* no-

nostro, rectâ malis repetere a formis verborum in *ο*, ut sit pp. a ῥέω, ῥέβω, ῥέβος, ῥόμβος. Conf. et cel. L. C. V. in ῥομφαία. E. S.]

ʽῬομφαία *hastam* notat *breviorem*: sed, in libris nostris sacris, et ab *Alexandrinis interpretibus*, ponitur de *gladio*. Vocem, velut Graecam, *H. Stephanus* et *J. Scapula* retulerunt ad radicem suam ῥέπω. Saltem potuerant ad ῥέμβω [*in gyrum ago*] retulisse. Sed neque huc referendum est vocabulum, originis non Graecae; verum *Thracicum*, et ex *Thracia* in *Graeciam* illatum: qualia vocabula, Thracicae originis, dantur, in Graeca lingua, plurima. Poëtas et Musicos, e Thracia ortos, Graeci admirati sunt." L. C. V.] [*Henrico Stephano* praeiverat *Etymologus*, col. 705. ubi ῥομφαία, inquit, παρὰ τὸ ῥέπω, ῥοπὴ, ῥοπαία, καὶ ῥομφαῖα. Magnum *Valckenarium* in viam videtur duxisse *Hesychius*, qui ῥομφαίαν docuit esse Θρακικὸν ἀμυντήριον, κ. τ. λ. Conf. cl. *Albertium* T. II, c. 1122. E. S.]

ʽῬύγχος *rictus*. A ῥύχος, quod a ῥύκω, ῥύω, *traho*. Vide et cel. *Lennep.* in ἠρύγγιον. Eximie ῥύγχος dicitur *rostrum* canis, quo *odoratur*, sive potius *eruit* et *scrutatur*. Vide *Theocriti*, Idyll. VI, 30. Igitur stirps est ῥύω Lat. RUO, de quo dicetur inferius. E. S.]

ʽῬυθμὸς *rhythmus*. A ῥύω *fluo*. [„ A ῥύω pp. *recta eo*, dein *ire facio*, *duco*, est ῥύμη et, Lat. RUMOR, pp. *recta motio*, *processus*, *cursus*, *lapsus* &c. Unde RUMORE *secundo labitur uncta vadis abies*. *Virgil.* Aen. VIII, 90. ut alio loco (Aen. X.) *Labitur alta secans* FLUCTU*que aestuque* SECUNDO. Porro ῥυθμὸς *recta motio*, s. *ordinata motio*, *ratio*, *quam ad se invicem habent res*, *quae apte disponantur*, *ac mutuo connectantur*." &c. THOM. BURGESS. ad *Dawes.* Miscell. Crit. p. 445-451, quem vide, et de ῥυσμὸς eadem voce, sed [diverse] enunciata. E. S.]

[ʽῬύμη *impetus*, *platea*. Proprie est adjectivum, forma foem. a masc. ῥυμὸς, quod a prima Praeteriti Pass. ἔῤῥυμαι, verbi ῥύω pp. *traho*, *attraho*. Itaque

que ῥυμὸς pp. est *tractus*, *attractus*, et, Substantivo usu, *lorum* currus, ac *temo*, qui *trahitur* ab equis. Porro ῥύμη f. g. pp. *tracta*, *protracta* linea, dicitur de *ordine recto*, adeoque *via* protensa, *vico*, *platea* &c. Etiam de *impetu* quasi *producto* et *continuato*. Apud *Hesychium* est ῥύμη ὁρμή. Vide, laudatum ibidem ab *Albertio*, *Foësium* in Oecon. Hippocratis, et confer *Burgess.* in ῥυθμός. E. S.]

Ῥύπος *sordes*. A ῥύω *fluo*. [Ῥύειν pp. esse *trahere*, infra dicetur, suo loco. A ῥύω hocce est ῥύπτω, quod pp. notat *fortius traho*, *attraho*, *avello*, *effringo*: ut satis patet vel ex uno Praeterito perf. RUPI, quod Latini servarunt in suo RUMPO, RUPI, RUPTUM. Itaque et nostrum ῥύπος a viro doctissimo, ad Lexicon *Hedericianum*, recte componi videtur cum ῥύπτω, reddique *id quod deruitur*, *detrahitur*, *tergendo* et *fricando*." Confirmantur autem haec, collato in primis usu vocis nostrae ῥύπος, in quo pp. adhibetur de *cera* sigillatoria, qua RUPTA literae, arcae, scrinia, resignarentur: ut ῥύπος, hac quidem notione m. g. pp. significet quae *rumpatur*, sc. cera; ῥύπον vero neutra forma, (ut ῥύπος alio usu, masculinum,) *sordes*, *inquinamenta* &c. quae *appacta* corpori *defricentur* et quasi *detrahantur*. Vide *Salmasium* de Modo Usur. p. 448. 449. Porro „ a ῥύπη, in masc. ῥύπος, (quae vox *sordes* notat *quascumque*, *corpori* ipsi *adhaerentes*, sive *vestibus* aliisque rebus) est verbum ῥυπάω, quod ponitur, pro *sordidus sum*. Sed a ῥυπάω est aliud verbum ῥυπαίνω *sordidum facio*. Sic dicitur ῥυπαίνειν τὸν βίον ἑαυτῦ *maculare vitam*." T. H.] [De forma ῥύπαξ, Lat. RUPAX, pp. *sordidus*, *incultus*, a ῥύπος, ut πλύταξ a πλῦτος &c. vide *Salmas.* Notas in Tertull. Pall. p. 283. cui etiam ῥυπαροὶ *avari*, pp. *sordidi* de Foenore Trapez. p. 185. 186. E. S.]

[Ῥυσὸς *rugosus*. Vel simplici σ, vel duplici σσ,

 scri-

ſcribitur. Est autem ῥυτὸς a ῥέω confluo in unum: Est enim proximum verbum ῥέω, vel ῥεύω. Jam vero *cutis confluere*, apud *Columellam*, dicitur, quando *contrahitur in rugas*. A ῥύω est ῥυτὸς, unde ῥυτὶς RUGA." T. H.] [Conf. in ῥυτίς.]

[Ῥυτὶς *ruga*. A ῥύω *traho*. Alibi T. H. „ a ῥύω *traho* est ῥυτὸς pp. *tractus*, et Subſtantive ῥυτὶς, *tracta* facies, pro *ruga contracta*, *in facie ſenili*. Ῥυτὶς in Genitivo habet ῥυτίδος, hinc verbum ῥυτιδόω, quod Active ſumitur, pro *in rugas contraho*." Conf. etiam *L. Bos*, in Exercit. p. 188. E. S.]

Ῥύω *traho*, quaſi *fluere facio*, idem quod ῥέω. Alio loco vir celeberr. „ Verbum ῥύειν, et ἐρύειν, propriam notionem habent *trahendi*. A Graecis in Latium tranſierunt, ubi nota verba RUERE, et ERUERE. Graecis autem in primis uſitatum fuit Medium ῥύεσθαι, ſicut Activum ἐρύειν. Et ῥύεσθαι, quidem, inter alias notiones, ſpeciatim eam accepit *liberandi*: in quo loquendi genere eadem translationis ratio est, quae in verbo Lat. *extrahere*, quando ponitur pro *liberare* &c. [Vide dicta in ἐρύω, et quae clar. *Lennepius* habet in ῥέω. Praeiverat alibi T. H., ubi ῥύειν „ inquit" pp. est *trahere*, in Medio ῥύεσθαι, *ad ſe trahendo liberare*. Ita dicitur, v. gr. ῥύεσθαί τινα ἐκ τοῦ ὕδατος *trahendo liberare aliquem ex aqua*. Hinc derivatum ῥυτὸς *tractus*" &c. Hactenus ille. Plenius L. C. V. „ Verba ἐρύειν et ῥύειν, apud *Homerum*, permutantur, et ſignificant *trahere*. Forma Activa, paene obſolefacta, apud poſteros invaluere ῥύεσθαι et ἐρύεσθαι, in quibus vis Media viguit *ad ſe trahendi*. Inde manavit notio *liberandi*, *liberatumque ſibi vindicandi*. *Extrahere* Latinis etiam est *liberare*. *Neſcis, ex quanta me aerumna extraxeris*, *Terentii* verſus est in Hecyra, Act. IV, ſc. 4, 35. Eximie ῥύεσθαι ſignificabat *a morte liberare*, ἐκ θανάτου ἕλκειν, ut interpretatur *Ammonius*. Hac vi adhibetur in ſcriptis Novi Foederis, et apud ſcriptores veteres op-

optimos, *Herodotum* ex. gr. p. 446. *Sophoclem* in Ajace, vs. 1299." — Ceterum, quum *tractio* illa, sive *extractio*, *attractio*, fieri soleat *nisu* saepe *repetito*, et *manu* quasi *reciprocata*, inde facile apparebit cognatio hujus formae, cum praecedentibus ῥέω, ῥάω, &c. E. S.]

[Ῥωγὰς *locus abruptus*, *hiatus saxi* &c. ῥωγὴ, ῥωγμὸς, et ῥωγμὴ idem. Descendunt a stirpe ῥώω, sive ῥόω veteri, quod cum ῥέω, ῥάω &c. communem habuit notionem primariam *motus reciprocati*, unde illa *attrahendi*, *rumpendi*, *abrumpendi*. Vide dicta in ῥέω, ῥήσσω &c. E. S.]

Ῥάθων, ωνος, *nares*. A ῥόω. Conf. ῥὶν &c. [Ῥάθων vetus Lexicon explicabat per *partem gutturis*, referente *H. Stephano* in Appendice. Porro ῥάθωνες pro *naribus* in Plurali, potius quam in singulari, idem dici putat *Stephanus*. Duci videtur a *reciprocatione* spiritus, quae notio in *guttur*, aeque ac *nares*, quadret. E. S.]

Ῥωννύω *corroboro*, quasi *bene fluere facio*. [In Futuro est ῥώσω, quod cognationem arctissimam probat cum verbo ῥόω. Ῥώεσθαι porro in Medio est RUERE, IRRUERE. Ab eodem ῥόω est ῥώμη *robur*, *vis*, pp., ut videtur, *impetus repetitus*, *nisusque* adeo *fortior*. Stirps ῥόω, i. q. ῥύω, RUO, *repetito* saepius *nisu traho*. Vide omnino *Salmas.* in Exercit. Plin. p. 5. occasione vocis ῥώμη *Roma*, veteribus *Valentia* dicta. E. S.]

[Ῥάξ, ῥωγὸς *fissura*. A ῥέγω, sive malis a Praeterito veteri verbi ῥόω. Conf. dicta in ῥωγὰς, ῥωγὴ &c. Verbum ROGO servavit nobis lingua Latina, de *petitione*, saepius *repetita*, pp., ut videtur, adhibitum. Sentietur haec vis, ni fallor, in phrasibus, *mutuum rogare*, *rogare pecuniam*, *rogare utendum* &c. quippe quae *petitionem iteratam* saepius comprehendunt. Hinc etiam fortasse plenius percipietur, quid pp. sit *rogare legem*, quum nempe, in comitiis Romanis, singuli saepe cives essent ap-

appellandi, et, *repetitis vicibus*, lex aliqua iis proponenda, atque argumentis in medium allatis, commendanda ac suadenda. Quin et, eadem ex origine, discrimen tanto melius perviderі poterit, quod est inter verba duo *petere* et *rogare*. Conf. *J. M. Gesneri* Thesaur. L. L. et *J. A. Ernesti* Clavis Ciceroniana, in PETERE et ROGARE. Denique vox Lat. ROGUS, pro *strue lignorum*, (huc illuc *congesta* et quasi *reciprocata* forma disposita,) ejusdem haud dubie originis est ac Gr. ῥωγὴ, de quo in ῥωγὰς dictum. ROGUS, nimirum, est pp. forma adjectiva *masculina*; ῥωγὴ autem *foeminina*. E. S.]

[Ῥώω *roboro*. Conf. dicta in ῥωννύω. Ab hujus verbi ῥώω Praeterito perfecto fluxit obsoletum ῥώκω, unde ῥώκομαι, porro ῥωκέω, ῥώχω. Vide *Pierson*. ad Moerid. Att. p. 101. E. S.]



Σ.

Σ.

[Σάββατον *Sabbatum.* Est vox Hebraea (שבת) pp. *defixionem* in loco, adeoque *quietem*, notans. Stirps est שבת, pp. Lat. *figere*, Belg. *steeken*, *staeken.* Vide Lex. Hebr. „ In sacris Novi Testamenti literis ista voce *numerus dierum septem* saepe significatur, sive *dierum hebdomas:* saepe etiam eximie dicitur σάββατον *septimus dies*, apud Judaeos divinitus *quieti dicatus.* Putaverunt viri docti nonnulli, ipse etiam *Grotius*, dierum quemque *septimum*, apud veteres quoque Graecos *gentiles*, eximie fuisse *sacrum*, et profert, eam in rem, *Clemens Alexandrinus* versus aliquot, tanquam *Homeri*, *Hesiodi*, *Callimachi*, sive *Lini.* Uno excepto, omnes isti versus *spurii* sunt, et *facti* a Judaeo quodam mendace, qui commentarios scripsit in legem Moysis. Est inter versus istos hic velut *Homericus:* Ἕβδομον ἦμαρ ἔην, καὶ οἱ τετύκοντο ἅπαντα *Septimus erat dies, et ipsi perfecta erant omnia.* Apud *Homerum* . . . vs. . . legitur, de *Ulysse* positus, qui *quarto die* navem absolverat, sic scriptus: Τέταρτον ἦμαρ ἔην, καὶ οἱ τετύκοντο ἅπαντα. Falsarius Judaeus voci, *quartum* significanti, *septimum* substituit, ut demonstraret, *diem septimum*, inter *gentiles* etiam, *fuisse sacrum.* L. C. V.]

[Σαγήνη *Sagena.* A verbo σάττω, sive σάσσω, repetit *Etymologus*, col. 141. 2. Παρὰ τὸ ἀρῶ, ἀρήνη, ὡς σάσσω σαγήνη, καὶ λάμπω, λαμπήνη. Σάσσω autem, ex ejusdem interpretatione, idem est ac Φορτῶ *onero.* Vide col. 707: 39. 708: 22. Analogia suadet, ut ad stir-

ſtirpem *σάω* referatur, unde *σάσαγμα*, *σάγμα*, *σάγος*, *σάγη* &c. Ab *involvendis* piſcibus *σαγήνη* dicta posſit videri, uti *σάγματα* ſunt *involucra* ſcutorum: de quo *Valck.* ad Eurip. Phoen. vs. 786. p. 290.: niſi malis, cum *Martinio* et veteribus illis, ab *onerando* repetere. Mihi quidem dubium nonnihil est, an forte tenenda ſit notio prima verbi *σάω*, adeoque a *ciendo*, *commovendo*, dictum ſit, ut vel ipſum *σάγμα* et *σάγος* SAGUM, non ſecus atque Hebr. רְדִיד *pallium*, a *motu* nomen habent. E. S.]

Σαθρός. Vir cel. alio loco: „ Diſtinguunt Grammatici" inquit „ inter nomina *σαθρὸς*, et *σαπρὸς*, quorum alterum Atticum eſſe dicunt, alterum, *σαπρὸς*, dialecti communis. Rectius autem alii, ratione ſignificationis, differre notant, et quidem *σαθρὸν* ſpeciatim convenire *rebus vetuſtate detritis*, atque ſic *corruptis*, dum *σαπρὸς* proprium est *rebus putridis*, vel *putredine corruptis*. Ita *σαθρὰ ἱμάτια* dicuntur *veſtimenta*, *vetuſtate et uſu detrita* &c." [Stirps utriusque est *σάω* pp. *moveo*. Conf. vir doctiſſ. in Lexico Hedericiano, ac Foëſii Oecon. E. S.]

[*Σαίνω quatio.* „ *Canes* et alia *animantia*, dum *caudam blande movent*, hominibusque *alludunt*, proprie *σαίνειν* dicuntur, *προσσαίνειν*, *περισαίνειν*, et *ὑποσαίνειν*. Ab iſtac origine manarunt elegantes loquendi formae" &c. L. C. V. in Adnot. ad Euripid. Hippol. p. 256. Stirps *σάω*, cui vicinum *σείω*. E. S.]

Σαίρω verro. Forte in hoc, ut aliis multis, praefixum est *σ*, ut ſit ab *αἴρω tollo.* Alioquin est a *σάω moveo.* Alibi vir celeb. „ *Σαίρειν* ſpeciatim ſignificat *ſcopis purgare*, unde, latius ſumtum, est univerſe *purgare*, *mundum facere:* atque ita *σαίρειν οἶκον* idem est, quod *aedes mundas facere*, vel *emundare*. Pro *σαίρειν* autem, in dialecto plebeja et Helleniſtarum, dictum fuit *σαρόω*: unde *σεσαρωμένον*, Luc. XV, 8. ubi, quod additur *κεκοσμημένον*, etſi reddi posſit *ornatum*, accipiendum tamen est de *aedibus*, in quibus omnia *ordine ſint diſpoſita et bene inſtructa*" &c.

[Σά-

[Σάκος *textum*. Hinc *clypeus*, *scutum*. „ Σάκος ῥαπίων *vas* five *textum vimineum*. Unde, nunc de *calo*, nunc de *scuto* usurpetur." *Toup.* in Epist. Critic. p. 121. Pro σάκος, geminata media, dixisse veteres σάκκος, observat vir doctisf. in Lexico Hedericiano. *Etymologus* col. 707: 39. σάκκος derivabat παρὰ τὸ σάσσω, τὸ φορτῶ. Quatuor deinde nomina fuisse observat, quae per duo κκ scribantur, λάκκος, κάκκος, μάκκος, σάκκος. Commodissima est etymologia a σάω *moveo*, *quatio*; unde in Praeterito perf. σέσακα. Aliud fortasse est Hebr. שַׂק, unde in Novo Test. σάκκος *vestis ex materia crassa*. Vide *Schoetgen.* in Lex. et laudatum ibidem cel. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. L. XIX, 107. E. S.]

[Σάλευω *moveo* pp. *instar sali.* Conf. σάλος. E. S.]

Σάλος *salum*. Componendum cum ἅλς, ἁλός. [Nimirum spiritus asper in σ mutatur, ut in multis aliis. Est autem σάλος adjectivum pp. in forma masculina, cujus neutrum est SALUM. *Hesych.* Σάλος· κλύδων, καὶ ἡ τῆς θαλάσσης κλύδωνος κίνησις. Hinc metaphorice apud eundem σάλος, φροντὶς, ταραχὴ, nempe phrasi hac ducta a *mari commoto.* Vide de origine *Etymol.* col. 707: 55. laudatum a cl. *Bos*, Disf. de Etym. Gr. p. 50. cui a σάλος est σαλεύω. E. S.]

Σάνδαλον *sandalium*. Pro σάδαλον, quod cum σάττω *onero* componendum est. [„ Σανὶς, σανίδος, *tabula lignea.* Hinc Adjectivum σανίδαλος, σάνδαλος, et σανδάλιος, quod, neutro genere, σανδάλιον, Substantivi formam induit. Ratio nominis, quod, rudiori aevo, *ligneas* tantum *tabellas* pedibus suppositas gestarent, et alligatas; quas commodior usus postea *soleis coriaceis*, aliisve, *molliore materia* confectis, mutavit. Ut autem Latini *calceos* et *soleas*, ita Graeci ὑποδήματα, et σανδάλια distinguunt. Priora sunt *cava*, quibus pes immittitur. Inde ὑποδέσεις κοῖλαι, quae vox restitui debet *Diodoro Siculo*, L. V, p. 222. pro κοίναις: posteriora, plantae tantum pedis adaptata, reticulato vinculorum plexu, tenentur et adstringuntur. Hinc facile licet in concordiam redigere, quae pri-

primo adſpectu pugnare videntur, CHRISTI praecepta, Matth. X, 10. et Marc. VI, 9. ut docuit *Salmaſius*, ad Tertulliani Pallium, p. 388. &c. T. H.]

Σανὶς *tabula*. Compone cum σάττω *onero*: quod a σάω. [*Etymologus*, col. 708: 13. dictum cenſet quaſi τανὶς, παρὰ τὸ τέτασθαι, exponitque τὸ ἐπίμηκες ξύλον, *lignum oblongum*. Stirps potius ſtatuenda est σάω *moveo*. unde σάνω pp., ut videtur, *agiliter moveo*, et hinc ortum obſol. σάνος. Latinis SANUS. Itaque SANUS, *Priſciano* teſte, idem est, ac *validus*; et SANE, i. q. *valide*, pp. *qui moveatur agilius*, vel *quod vehementius moveat*. A *motu geſticulatorio* σάννας olim dictus videtur fuiſſe μωρὸς i. e. *ſtultus*, teſte *Cratino*, apud *Euſtath.* in Homer. p. 777: 61. et 1669: 44. τὸν μωρὸν οἴδαμεν ΣΑΝΝΑΝ καλεῖσθαι κ. τ. λ. Conf. et Lat. SANNA. An ab eadem origine σανὶς pp. dicta fuit *tabella levior*, et *mobilis*, unde σανδάλιον, pro σανιδάλιον, de quo ſupra? Ceterum omnino legendus est *Salmaſius* de Modo uſurar. p. 464. 637. ſſ. E. S.]

[Σαπρὸς *putris*. „ Contractum ex σαπερὸς, quod a σάπω, pro quo dicitur σήπω. Σήπειν autem, et Active et Neutro ſenſu, dictum pro *putrefacere* et *putrefieri*. Hinc igitur σαπερὸς, σαπρὸς, pp. notat, *quod vetuſtate collapſum ac putrefactum est*. Inde est, quod *Scholiaſtes* ad Ariſtophan. Pacem, vs. 552. exponit τὸ παλαιὸν καὶ σεσηπὸς διὰ τὸν χρόνον Hinc oritur poteſtas *debilis* et *imbecillis*; et σαπρὰ dicuntur, quae *imbecillia* ſunt, quaſi *putrida*. *Ariſtophanes* in Pace [vs. 553.] dixit εἰρήνη σαπρὰ *putris pax*, i. e. non diu duratura. Sic etiam dicitur οἶνος σαπρὸς *vinum*, quod jam *prae vetuſtate vires*, et *guſtum* amiſit. Sed recentiores σαπρὸς poſuere pro *inutili* et *malo*: ut apud ſacros ſcriptores, Epiſt. ad Epheſ. IV, 29. λόγος σαπρός. Itaque huic Adjectivo ſaepe opponitur ἀγαθὸς et καλὸς, Matth. VII, 17. XII, 33." &c. T. H.] [Σαπρὸν pp. dicitur *id* omne, *quod vetuſtate computruit*, a verbo σάπω, vel σήπω. A σάπω manat Lat. SAPIO, de eo *qui bonum habet ſaporem*. Quia autem *putredine firmitas* etiam *perit*, in uſu loquendi, quaevis corrupta vocabantur

ca-

σαπρὰ. In proprio fenfu *oleum putrefactum* ἔλαιον σαπρὸν *Theophrasto* dicitur, Character. Cap. XX. De *piscibus putrefactis* proprie etiam adhibetur, apud *Athenaeum* L. II, p. 67. *Calceorum corrigiae* dicuntur σαπρὰ a *Menandro*, apud *Clementem Alexandrinum*." L. C. V.] [Origo haud dubie est σάω *moveo*. An inde σάπω pp. notavit *movendo folvo*, *disfolvo*: et mox *disfolvo* univerfe? Hinc σάπων, σάπονος, Lat. SAPO dictum videri poslit a *folvendis*, *disfolvendis*que fordibus, verbum SAPIO autem, quafi *particulas* rei *folutas* guftu *percipio* &c. Denique σαπρὸς pp. fuerit *folutus*, *disfolutus*, in *partes* fuas, atque adeo *putris*, *putridus*. E. S.]

[Σάπφειρος *Sapphirus*, gemmae nomen. Est vox Orientalis, Hebr. ספּיר. E. S.]

[Σαργάνη *fporta*, *corbis*. Apud *Hefychium* σάργανος redditur, ἀγροῖκος, et σαργάναι, δεσμοὶ καὶ πλέγματα γυργαθώδη &c. ubi confule *Albertium*. Videri posfit vox orientalis, in Graeciam adfcita: cujus ftirps fit שׂרג *implicuit*. Sed malim e Graeco fonte repetere. Verbum obfoletum σάρω (unde σαρὸς, et alia, de quibus vide in σαρόω) pp. notavit *moveo*, *movendo rado*, hinc *erado*, *verro* et *verrendo colligo*. A σάρω fieri potuit σάργω, hinc σαργάνω &c. Unde σαργάνη *corbis* forte dicta a *colligendo*, quod in eam res disperfae *colliguntur*, et quafi *corradantur*. Ab eadem *corradendi* origine verbum σάττειν notionem *onerandi* videtur accepisfe. Vide infra fuo loco. Elegans est magni L. C. V. obfervatio: „ Linguae Graecae radices nativae" inquit „ nullam habent adfinitatem cum linguis orientalibus. Formae quidem nominum productae, quod ad fonum, faepe conveniunt cum Hebraeis: fed fortuita est ifta convenientia; nam lenocinium Hebraicae originis, quod prima facies oftentabat, illud omne dilabitur, quam primum ifta vocabula referuntur ad fuam originem Graecam" &c. E. S.]

Σάρξ *caro*. Forte conferendum cum σάττω *farcio*. [Genitivus σαρκὸς clare demonftrat ftirpem σάρω, unde σίσαρκα, et hinc σαρκὸς, quod contractum in σάρκς, fi-

ve σάρξ. Jam vero σαίρω inter alia notavit *rado*, *radendo purgo*, *nitido*: de qua notione vide mox, in σαρόω. *Carnem* Hebraei בשר dixere a *nitore rasili*. An eadem ratio significationis est in Graeco σάρξ? Confirmabitur fortasse haec origo ex glossis *Hesychii*, Σαρκὸν· σιευρὸν, et σάρματα· καλλύσματα. Ceterum a σάρξ derivata est forma Adjectiva σαρκικὸς, scriptoribus Novi Testamenti frequentata, et inde derivata ad scriptores Christianos recentiores, quorum loca collegit *Suicerus* in Thesauro Ecclesiastico. *Corinthios*, quasi necdum a sordibus satis purgatos, σαρκικοὺς appellat Paullus, 1 Cor. III, 1. Formam veteribus potius usitatam σαρκινὸς semel etiam legere licet in N. Test. 2 Cor. III, 3. et 2 Chron. XXXII, 8. in versione Graeca, memorantur βραχίονες σαρκινοί. L. C. V.]

[Σαρόω *verro*. „ Duplex est verbi forma, quarum illa Attica, haec communis est. Significat utraque *verrere*, *verrendo expurgare*, atque adeo etiam *nitidum reddere*: nam *Hesychius* non tantum σαίρειν per σαροῦν, sed et per κοσμεῖν, explicat. A verbo veteri σάω non tantum σαίω, σαίρω, sed et σαρῶ fuit productum. Hinc remansit σαρὸς, significans *scopas*, *verriculum*. Κάλλυντρον a Grammaticis redditur, h. e. *instrumentum*, cujus ope, *sordibus abstersis*, restituuntur res *nitori suo*. A σαρὸς formatum nostrum σαρόω. Hinc orta nomina σάρωμα, et σάρωσις reperiuntur apud *Suidam*." L. C. V.] [Confer *Lennepium* in σαίρω.]

Σάττω *onero*. A σάω *moveo*, *quatio*: unde *conculco*, *constipo*, *farcio*, *onero*. [Propriam vim hujus verbi eleganter exposuit *Foësius*, in Oecon. Hippocr. „ Σάττειν, inquit, pro quo etiam σασσειν dicitur, est *infarcire*, *refercire*, *implere*, unde ἐπισάττειν *constipare*, *fartim implere*, aut *pressim*; *conculcare* et *condensare*. Legatur etiam cel. *Wesselingius* ad Herodoti L. III, 161. p. 196. Quae quidem si vera sint, ut sunt verissima, quomodo, quaeso, σάττω nostrum, quod pp. significet *infarcio*, *constipo*, a stirpe σάω *moveo* repeti poterit? Responsum in promtu est. Σάω est *moveo*, σάτ-

τω

σω autem, pro σάσσω, hoc vero dictum pro σάδσω, pp. pertinet ad stirpem ἄδω, sive ἅδω, unde, spiritu aspero in σ resoluto, primum factum est σάδω, dein σάδσω, mox σάσσω, σάττω. Vide dicta ad ἄδην, sive ἅδην, et confer Lat. SATIS, SATIO, SATUR, SATURA cet. in quibus omnibus eadem referciendi et constipandi notio manifesta est. E. S.]

Σάτυρος Satyrus. A σάττω farcio, constipo. [Forma vocis est adjectiva, eaque masculina, cujus foeminina σάτυρα, SATURA, a Latinis servata est, atque, omisso nomine substantivo, adhibita fuit, vel pro „ genere FARCIMINIS, multis rebus REFERTO, nempe uva passa, polenta, et nucleis pineis, ex mulso consperfis; vel pro lance, variis frugum, pomorum vel similium generibus REFERTA. Vide Forcellinum. Masculina forma σάτυρος, Lat. Satyrus, unde dicatur, malim equidem, ex Hesychio et doctorum virorum, ad eundem, observationibus, colligi, quam hic loci exponere. E. S.]

Σαυλὸς delicatus, mollis. Pro σάλος, a σάω moveo, quatio. Vide Hesych. in σαυλοῦ, quod inter alia exponit κοῦφον LEVEM, mobilem. Diversum hinc est cognomen σαῦλος, ductum quippe ex Hebr. שָׁאוּל, quod significat rogatum, vel praebitum, a DEO virum: quod nomen fuit proprium Apostoli, in N. Test. celebratissimi. Qui tamen, ne inter Graecos homines, voce σαυλοῦ, pro homine levi et molli utentes, intempestivis jocis pateret, nomen illud suum, cum alio nomine παῦλος, videtur commutasse. Vide Act. Apostol. XIII, 7. 9. E. S.]

[Σαῦρα, vel σαύρα lacerta. [Masculina forma σαυρὸς superest etiam apud Hesychium. Idem videtur esse nomen Adjectivum, ac σαυλὸς pp. levis, mobilis: ut a mobilitate dicta sit lacerta. Conf. vox sequens. E. S.]

[Σαυρωτὴρ cuspis in ima hasta. [„ Aeolica vox σαυρὸς et σαυλὸς et σαυὸς, in acutum ab infima parte definens. Erat enim inferior pars hastae acuta, ut ea facilius in terram defigi posset. Junxit Pausanias αἰχμὴν, et

σαυ-

σαυρωτῆρα, ut oppositas hastae partes, L. VIII, p. 700. *Aelianus* de Animal. L. XIV, c. 7. Idem et σύραξ, masculino genere. Saepius, diminuta forma, ξυράκιον, *Thucydid.* L. II, c. 4. ubi *Scholiast.* per σαυρωτῆρα explicat. In utraque voce consulendus est *Hesych.* et *Pollux*, L. X, Segm. 143. Ignorat haec vocabula *Homerus*, proque iis, quod antiquius est, habet οὐρίαχον, Il. N, 443. Π, 612. Scholiastes, ad eum locum, duas praeterea voces ejusdem virtutis suppeditat, γρόνθος et σύρθυγξ. Apud *Hesychium* reperitur σόρθη. Accedat σώνξ, quod quidem *rem omnem in acutum desinentem* notat." T. H.] [Aliter *Salmas.* de Pallio, p. 407. Etymon vocis σαυρωτὴρ valde incertum est. *Eustath.* ad Il. K, p. 795: 30. quasi σαυρωτῆρα dici censet, quia *terrae infixam hastam*, ἤγουν ξαυρὸν, ἱστᾶναι ποιεῖ. Rectius repetas a σαυρὸς *mobilis*, unde σαυρόω, σεσαύρωται, σαυρωτὴρ, quasi *mobilem* et *trementem hastam* dixeris, quae *terrae infixa* huc illuc *commoveatur* et *intremiscat*. E. S.]

Σαφὴς *manifestus*. Componendum cum σοφός. [„ Altera forma est σάφος, minus vulgata. Hinc σάφα *accurate*, *clare*." T. H.] [*Hesych.* Σάφα· σαφῶς, φανερῶς, λαμπρῶς. Stirps videtur esse σάω unde σάτω, σάφω, pp. *excutio* rem, atque ita *palam facio*, *coramque omnibus expono*. Eadem proprietas est vocis Lat. PALAM: de qua vide in πάλαι. E. S.]

[Σάω. Egregie vir doctiss. in Lexico Hedericiano „ pp. habet significationem" inquit „ *movendi impellendo*, *quatiendo*" &c. Docuerat jam *Valckenarius*, in Digress. II. a Theocriteis p. 256. verbi hujus superesse formas, per *quatuor* de *quinque* vocalibus *variatas*, σάω, σέω, σόω, σύω: ex σύω autem ortum fuisse σεύω, unde Medium σεῦθαι, cum diversis formis fuit, ut σοῦσθε, in *Aristophanis* Vesp. vs. 456. ubi σοῦσθ' ἐς κόρακας idem sit atque ὁρμᾶσθε, i. e. *concitato impetu ruite* &c. Vide et *Bergler.* ad h. l. p. 604. Quatuor illis formis *quintam* addere licebit, σίω, quod pronunciarunt σείω, ut Latini SI dicunt et SEI. Porro a σάω hocce ferme obsoleto, superest σάσαι, apud

apud *Hesychium*, id est καθίσαι pp. *demittere se* cum *impetu* quodam, et hinc *sedere:* eadem fere *metaphora*, qua وثب et יָשַׁב, nota sunt, apud Hebraeos Arabasque. Conf. etiam σέβω, et σεύω. E. S.]

Σβέννυμι *exstinguo*. A σβέω, quod a βέω, cui vicinum βύω *obstruo*, *obturo*. [Egregie confirmat hanc *Lennepii* etymologiam usus linguae Graecae. Odyss. Γ, 182. legitur οὐδέ ποτ' ἜΣΒΗ οὖρος *neque unquam* DESIIT pp. *compressus* et quasi *suffocatus fuit*) *ventus* &c. ubi *Eustathius*, in Comment., varia movet, a quibus, si cognitam habuisset primariam hanc verbi potestatem, potuisset abstinere. Laudat idem *Eustath.* ad Il. X, p. 1260. versum *Hesiodi* [Ἐργ. vs. 590.] γάλα τ' αἰγῶν σβεννυμενάων, h. e. παυσαμένων τοῦ θηλάζειν, *lac caprarum non amplius lactantium.* Proprietas linguae habet *lac caprarum obturatarum*, *compressarum.* Vide et loca *Hippocratis* in Oecon. *Foësii.* E. S.]

Σέβω *veneror*. Compone cum σεύω, quod a σέω, *agito*. Alio loco vir celeberr. „ Differt σέβειν a τιμᾶν, ut σέβειν quidem dicatur ratione *deorum*, τιμᾶν vero ratione *hominum*. Ut enim τιμᾶν τοὺς γονέας *colere parentes*, ita σέβειν τοὺς θεοὺς *venerari deos*, propria genera loquendi sunt, apud Graecos. Neque tamen istam differentiam semper servarunt scriptores." Nempe τιμᾶν pp. est *in pretio habere*, σέβειν autem, et in Medio σέβεσθαι, *cum tremore venerari*, pp. *tremere*, vel *tremore adfici* erga aliquem. Conf. derivatum σέβας, quod ab *Hesychio* exponitur θάμβος, ἔκπληξις. Eidem Lexicographo σεβάσσατο est ἐνετράπη, quod glossema propriam vim eleganter indicat. Similis metaphora est in Hebr. אֱלֹהִים, Ar. الله. De σέβας et σέβεσθαι adeatur in primis *Eustath.* ad Hom. Il. Δ, 242. p. 468: 3. A σέβας autem videtur fluxisse σεβάζω, unde σέβασμα *numen*, pp. *tremendum*, Hebr. אֱלוֹהַּ, σεβαστὸς pp. *tremendus*, hinc *summo opere venerandus* &c. E. S.]

Σειρὰ *catena*. Forte ab ἔρω, εἴρω *necto*. [Verissimam hanc originem vidit jam *Etymologus*, c. 710. 17.

17. Παρὰ τὸ εἴρω τὸ συμπλέκω γίνεται εἰρὰ· καὶ, πλεονασμῷ τοῦ σ, σειρὰ κ. τ. λ. Nimirum pro *spiritu* est σ, ut in multis aliis. Vid. *Analog.* p. 212. E. S.]

Σείω concutio. Cum formis vicinis proprium est *motui* vibratili. [Inter verba σείειν, et σαλεύειν, a se invicem, in sermone quotidiano, non multum diversa, ea tamen erat differentia, ut σαλεύειν notaret *quassationem* magis *violentam*. Duo ista distinxit *Lucas* Act. Apost. XVI, 26. ubi ad preces Pauli, et Silae (sive Sylvani) σεισμὸς ἐγένετο μέγας *tantus accidit terrae motus*, ὥστε σαλευθῆναι *ut vehementer conquassarentur carceris fundamenta*. Unius verbi veteris formae fuerunt olim in usu haec certe quatuor, σέω, ἕω, σίω et ἴω &c. L. C. V. Conf. in σέω. E. S.]

Σέλας *fulgur*. Ab ἕλας, cui vicinum ἕλος, de quo supra. Conf. et σελήνη.]

Σελευκὶς poculi genus. A proprio nomine σέλευκος. [Conf. *Hesych.* in voce.]

Σελήνη *luna*. Vir cel. alio loco: „ Proprie nihil aliud est quam *splendida*. A mascul. obsoleto σέληνος *splendidus*. Hoc autem a nomine σέλος vel σέλας, significante *splendorem*. Ejusdem formae nomen est εἰρήνη, a masc. εἴρηνος." [Sol Graecis ἥλιος dicebatur, a voce ἕλας, unde remansit ἕλη *splendor*. Ab ἕλη formarunt Adjectivum ἕληνος. Σ praefixo, inde fit σελήνη *luna*. Fluxerunt igitur hae voces ex uno fonte. *Luna* accipit suum lumen a *sole*; velut haec terra. Poëtis ergo dicebatur *luna* solis sive *filia*, sive *soror*, &c. L. C. V.] [Conf. porro in σέλλος et *Lennep.* ad Phalar. p. 308: 1: 2.]

Σελὶς, *spatium inter lineas*. [A *splendore* haud dubie dictum. Vide σέλας &c. E. S.]

Σέλλος nomen proprium, pro ἕλλος, quod idem atque Ἕλλην, *Graecus*. Vide in Ἕλλην. [Dubitari nulla ratione potest, quin ἕλλην ab alio descendat simpliciore nomine ἕλλος, unde oriri demum potuit ἕλλας, urbis ab Hellen constructae nomen. *Pausan.* L. III, c. 262. Ἕλλος autem et σέλλος idem est, more linguae veteris, in qua ab initio vocum litera vetusta H,

(quae

(quae postmodum, ordine, quem apud Latinos obtinuit; relicto in adspirationis signum abiit) aut Σ, promiscue solent in dialecto poni. Sic ἕλη et σέλη, σέλας, unde ἥλιος et σελήνη promanant: ὑφέρκος et συφέρκος, in qua voce vide *Hesychium*, Ἴλλος et σίλλος, de quibus ad *Pollucem*, L. IX, Segm. 148., illamque scribendi formam duplicem, etiam quando prima vocalis *spiritum* habet *lenem*, frequenter in urbium locorumque nominibus exstare docuerunt *If. Casaubonus* ad Strabon. L. I, p. 86. not. 4. et *Holstenius* ad Stephan. in voce Ἡρακλεία, apud quem nihil differunt ἔγκηπα et σέγκηπα, ἴμυρα et σίμυρα: parique, modo ἐρμύλιοι, et σερμύλιοι, in Codicibus vetustis Thucyd. L. I, c. 65. Eundem usum Latinis, ut Graecam adspirationem in s convertant, Pelasgi et Aeoles tradiderunt: ut liquet ex ὅλος SOLUS, SOLIDUS, ἅλς, ἁλὸς SAL, SALUM, ἑκυρὸς SOCER, ἅλω, ἅλλω SALIO, ἵδω, SIDO, ἕπομαι SEQUOR, ἕξ SEX, ἑπτὰ SEPTEM. Jam *Helli*, aut *Selli*, Pelasgorum, Graeciae vetustissimorum, aut pars, aut propago in prisca *Hellade*, quae circa *Dodonem* et *Acheloum* fluvium erant, sedes habuerunt" &c. T. H.]

Σέμνος *venerandus*. Componendum cum σέβω. Alio loco, vir celeb. A verbo σέβεσθαι, vel σέβειν, ortum proprie Participium σεσεμένος, praetermisso augmento et contractione facta, peperit σεμνὸς ejusdem formae nomen, cujus sunt κρημνὸς, ὑμνὸς, ποιμνὴ &c. quae omnia proxime a Participiis oriuntur. Jam autem σέβειν idem fere est, quod Lat. *venerari*, *colere*, et quidem a verbo τιμᾶν sic distingui volunt Grammatici, ut σέβειν de *veneratione Divina*, τιμᾶν de *cultu paterno* dicatur. — Ab hoc autem verbo, σεμνὸς pp. notat *venerandum*, quod cum venerationi divinae proprium sit, mirum non est, Graecos specIatim *Eumenidas*, sive *deas* scelerum *ultrices*, quas etiam *Furias* nominabant, vocasse σεμνὰς θεὰς, q. d. *deas venerandas*. Latius autem sumta voce, *quicquid splendore* et *magnificentia venerationem efficit*, σεμνὸν dicitur. — De re *splendidissima* dictum fuit

σεμ-

σεμνότερον τῆς Περσῶν ἀρχῆς, proverbio sumto a *splendore et divitiis summis aulae Persicae.* [Nisi malis, σεμνὰς θεὰς dictas esse *Furias*, quasi *deas tremendas.* Redi ad verbum σέβω. Porro σεμνὸν *magnificum* dici videtur, quasi *terrorem incutiens*, eadem proprietate, qua nota sunt Hebr. נורא, Ezech. I, 22. et Arab. روع, de quo vide *Schultens.* ad Exc. Hamas. p. 405. 406. E. S.]

[Σεύω *agito, concito.* Vix differre videtur origine sua a σέβω. Pro vocali υ saepissime est ϐ. Stirps σέω cognata fuit aliis formis σάω, σέω (σείω) σόω et σύω, de quibus supra. Elegans in primis locus est Il. Λ, 292-295. de *Hectore*, venatoris instar, Trojanos *incitante*: quibus lectis, et comparatis cum vs. 414-420. aliisque Homericis, facile in eam conjecturam incidas, verbum σεύειν cum adfinibus suis σύω &c. proprie esse ὀνοματοπεποιημένον, a sono illo, σεῦσυ, quo *canes*, feraeque, *incitantur.* E. S.]

Σηκὸς *stabulum.* A σάω, unde σάττω: de quo supra. [Vir doctissimus, in Lexico Hedericiano, docet, pp. esse *septum*: unde aliae significationes ductae sunt. An igitur σηκὸς aσέσηκα verbi σάω, vel σέω, pp. est *locus*, quo *agitentur* et *cum sono quodam impellantur* oves, caprae &c.? Conf. dicta in σεύω. Porro σηκὸν, in *templis* deorum, eximie dictam fuisse *cellam*, in qua *dei sedes* esset, quae pp. etiam ναὸς vocaretur, observavit cel. *Valcken.* ad *Herodoti* L. VI, 338. p. 446. Hebraei דביר dixere, 2 Reg. X, 25. ut σηκὸς Ἀθηνᾶς in *Euripidis* Rhes. vs. 501. „ Proprie ναοὶ et ἱερὰ sunt *deorum*, *heroum*, σηκοὶ, ut docuit *Pollux*, L. I, Segm. 6. *Ammonius*, et *Thomas Magister*, in voce. Eam differentiam, etsi plerumque negligatur, saepe tamen observavit *Pausanias.*" T. H.] [Conf. omnino cl. *D'Arnaud* Animadv. Graec. p. 1-3.]

Σῆμα *signum.* A σάω *agito.* [Nimirum a σέσημαι, prima Praeteriti perf. Pass. verbi σάω, vel σέω, *agito*, vox σῆμα notare potuit *agitatum*, sive *undique congestum* et quasi *concitatum*, *pulverem*, qui cada-

veri

veri sepulto *infundebatur.* Unde Il. Z, 418. *Ipsum combussit cum armis artificiose factis,* ἠδ' ἐπὶ ΣΗΜ' ἔχεεν, pp. *et pulverem concitatum* SUPER *ipsum* FUDIT, et Il. H, 48-86. *At cadaver ad naves remittam, ut ipsi* σῆμα χεύωσιν &c. Alio usu σῆμα, item a σείω *moveo*, pecul. *manum*, atque ita *mota manu innuo*, videtur notasse *signum*, ex quo quid cognoscitur, Il. Θ, 17. Z, 168. 176. N, 244. &c. E. S.]

Σήμερον *hodie.* Vir clarisf. alibi. „ Pro σήμερον Attici dicunt τήμερον, ubi litera τ praefixa *vim* habet *demonstrandi*, quemadmodum in vocabulis τοσοῦτος, τόσος, τοῖος, τηλίκος, τηλικοῦτος, et similibus. Τήμερον igitur idem est, quod ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ *hoc die*, seu *hodie.* Est, nempe, ἥμερον, aeque ac ἡμέρα, a mascul. ἥμερος, neque adeo differt, significatione sua, ab ἡμέρα. [De ἡμέρα vide supra. Τήμερον fortasse dixerunt, pro τὸ ἥμερον, hoc vero pro κατὰ τὸ ἥμερον. E. S.]

Σήπω *putrefacio.* A σέω *agito.* [Vide in σαπρὸς. E. S.]

[Σὴρ, (in Genit. σηρὸς) dicitur *Vermiculus*, a quo τὸ σηρικὸν (SERICUM) fit. *Suidas:* Σὴρ, σηρὸς, ὁ σκώληξ. Origo eadem vocis σὴς, σητὸς. Literae σ et ρ solent permutari: praesertim in fine vocum. Stirps hoc pacto foret σέω *moveo*, unde σήπω, σὴς, et σέρω, vel σήρω, σήρ. Fuisse autem, putem, Graecis duplex σέρω, alterum ductum ab ἔρω, NECTO, de quo supra; alterum a σέω MOVEO, et *movendo spargo*, vel *texo*, unde σὴρ. Latini discrimen satis manifesto exhibent in suis *sero, serui, sertum, serere*, et SERO, SEVI, SATUM, SERERE: quae quidem duo verba adeo diversa sunt, ut eandem originem non possint habere. Vide et seq. σὴς. E. S.]

Σὴς, in Genit. σητὸς, *tinea.* Alibi cel. *Lennep.* „ Distinguunt Graeci" inquit „ inter θρὶψ, et σής: θρὶψ *vermiculus* est, qui ligna *perforat*, [a τρίβω *tero* dictus.] Inde ξύλα θριπόβρωτα sunt *ligna a vermibus exesa.* Σὴς autem *vermiculus* est, qui *vestimenta exedit:* quare etiam ἱμάτια σητόβρωτα *vestimenta* dicuntur, *a vermibus exesa.*" [„ *Menander* apud Stobaeum, τὸ δὲ ἱμάτιον οἱ σητὲς, ἡ δὲ θρὶψ ξύλον." L. C. V.] [„ Σὴς

vermiculus vel *tinea*, quae *inter vestes versatur*. Unde σητόκοπα ἱμάτια &c." *Salmas.* Hyl. Jatricae p. 166. Origo haud dubie est σίω, vel σέω, σείω, *moveo*, unde σὴς. *Vermiculus* ejusmodi dicitur a *motu celerrimo*, quo *ruit*. Σὴρ autem pp. *vermiculum* videtur notasse, qui SERIT, i. e. *movendo texit*, Belg. *een zijdeworm*. E. S.]

Σῆτες *hoc anno*. Ex σήτες, quod (ut σήμερον, ab ἡμέρα) factum, praefixo σ. Gaudet autem hoc Praefixum σ vi *demonstrandi*, quae in τ quoque cernitur. Est ab ἔτος *annus*: quasi τέτῳ τῷ ἔτει. [Nimirum, pro σῆτες Attici dixerunt τῆτες, ut, pro σήμερον, τήμερον. Contractio fortasse facta est ex τ' ἔτες, pro τὸ ἔτες, hoc vero pro κατὰ τὸ ἔτος. Prima syllaba vocis ἔτες longius producta, habebis ἧτες, unde τ' ἧτες, τῆτες, mox σῆτες, ut solent τ et σ permutari. E. S.]

Σθένω *valeo*. Forte a θέω, praefixo σ. De θέω vide supra. [*Etymol.* c. 711: 51. σθένος, δύναμις· καὶ σθένω δύναμαι· οἶμαι παρὰ τὸ θέω, θένος, καὶ σθένος· ὁ γὰρ ταχὺς, καὶ δυνατός, θέει. Addit idem ἢ παρὰ τὸ ἵστημι, στήσω, στένος, καὶ σθένος. Posterius hoc fortasse rectius. E. S.]

Σιαγὼν *mala*, *maxilla*, et

Σίαλον *saliva*. Utrumque fortasse a σίω, σείω, *moveo*. [De priori voce *Etymolog.* c. 711. σιαγὼν ὅτι σείονται πεμαγόμενοι· de posteriore idem legendum est, columna sequenti, ubi differentiam enarrat inter σίαλον et πτύαλον. E. S.] [Ceterum ad vocem σίαλον *saliva* pertinet altera σιγαλόεις pp. *saliva plenus*. „ Uti enim ab ἄνεμος *ventus*, est ἀνεμόεις et ἀνεμώδης; ab ἄνθεμον *flos*, ἀνθεμόεις et ἀνθεμώδης: sic a σίαλος, σιαλόεις et σιαλώδης. Unde ἡνία σιγαλόεντα *habenae* sunt, equorum spumantium *saliva plenae*. Porro, uti *mollia*, instar *roris*, dicuntur δροσώδη et δροσόεντα, ita σιγαλόεντα dicta sunt *mollia*, *tenera* vestimenta" &c. L. C. V.]

Σίβυλλα *Sibylla*. Vates Jovis Dodonaei. Ab Aeolico σιὸς, quod Laconicum σιὸρ, vulgo θεὸς. Inde σιύλλα, et, β inserto, pro more Doricae Dialecti, σίβυλλα. *Salmas.* ad Solin. p. 50. „ Σίβυλλα nomen pro-

proprium est diminutivae formae, a principali σίβη, quod Aeolicum est, pro σίδη: ut βιλφὺς et δελφύς· βέλφυς, pro δέλφυς, ἡ μήτρα: inde Lat. VULVA. Ἀπὸ τῆς σίβης, σίβυλλα, ut ἀπὸ τῆς ἥβης, ἡβύλλα, a ἥμος, ἡμικύλλα —— ab ἥμα, ἡμύλλα; et similia. Prima autem mulier divinatrix, quum σίβυλλα, proprio nomine, vocaretur, ceteris postea mulieribus, vaticinandi arte claris, idem nominis attributum est de parilitate scientiae: ut viris Bacidis" &c. &c. E. S.]

Σιγάω *sileo, taceo.* A σιγὴ, quod forte a σίω *moveo.* [Ab ὀνοματοποιΐᾳ videtur esse ortum verbum. Nempe, Graecorum aeque ac Latinorum nota silentii fuit *st.* Conf. *Toupius*, Emend. in Suid. T. II, 189. ubi docet, in *Euripidis* Suppl. vs. 1150. pro verbis στάσω· πῦ με δέξεται γάνος, alia facta vocum divisione; at ne litera quidem mutata, legendum esse, ΣΤ. 'ΑΣΩΠΟΥ με δέξεται γάνος. Jam vero a sono isto, *ss*, *si*, vel *st*, ducta videntur σιὼ, σιγὴ, σιγάω. Idem σιγάω cum σίζω *strideo*, (quod et ipsum procul dubio a sono factum est,) jam comparaverat *Eustath.* ad Hom. Il. P, p. 966. 17. E. S.]

[Σίδηρος *ferrum.* Etymol. c. 712: 26. derivat a σίζω, τὸ ἦχον ἀποτελῶ. Dein σίζω docet esse verbum ὀνοματοπεποιημένον. E. S.]

[Σίκερα *sicera.* „ Vox οἶνος *vinum* est orientalis, sed in Graecam civitatem recepta, aeque ac in Italiam, et alias regiones. VINI namque usus ex oriente, una cum nomine orientali, pervenit ad alias gentes. Hinc appellatio est, in linguis diversis, fere eadem: sed vox σίκερα, inaudita Graecis, prorsus est Hebraica, literis tantum Graecis scripta" &c. L. C. V.] [Hebraice, nimirum, scribitur שֵׁכָר, quam vocem Graeci Vet. Test. interpretes, Jes. XXVIII, 7, et plus decem aliis locis reddiderunt σίκερα. E. S.]

Σίμβλος *alveare.* Forte a σιμὸς, unde σιμαὶ *apes.* Hoc peperit σίμελος, σίμλος, σίμβλος.

Σιμὸς SIMUS. Forte a σίω. Alio loco cel. *Lennep.* „ Σιμὸς, unde Lat. SIMUS, is dicitur, cujus nasus *depressior* est. Ei opponitur γρυπὸς, quomodo is dici-

tur, qui *naso adunco* est et *aquilino*. Ab utroque nomine verbum factum est σιμόω, et γρυπόω, quorum alterum convenit in *simum*, alterum in eum, qui *naso adunco* est. A σιμόω, ἀποσιμοῦσθαι, quod, vi praepositionis ἀπὸ, significat *plane simum fieri*, ut *ultra simus fieri non possis* &c. [Stirps fortasse est ἵω, a quo ἵζω *sedere facio*, *deprimo*. Unde ἶγος vel ἶμος, ut ab ἵω, ἦμος. Pro ἶμος autem (quod Latini servarunt in suo IMUS) *spiritu* aspero, in σ resoluto, dixerunt σιμὸς pp. *depressus* pecul. naribus. E. S.]

Σίνω *laedo*. A σίω *moveo*, *agito*. „ Alibi fusius de hoc verbo egit eruditissimus *Lennepius*, occasione verbi σινιάσαι. „ Origo" inquit „ σίω, cui vicinum σείω, pp. *concutio*. Rectissime igitur σινιάσαι primo loco ab *Hesychio* redditum fuit σεῖσαι. Ab isto autem σίω porro aliud verbum factum est σίνω; unde apud Graecos superstes est nomen σίνος *noxa*, nec non σίνις, quod ab *Hesychio* redditur κλέπτης, πανοῦργος, λῃστὴς, atque ista virtute nomen σίνις reperitur apud poëtas Graecos. [Consule viros doctos, ad *Hesych.* T. II, c. 1190. In Evangelio *Lucae* est, Cap. XXII, 31. *Satanas studuit* τοῦ σινιάσαι ὑμᾶς ὡς τὸν σῖτον, h. e. *ut vanno* CONCUTERET, vel *cribraret*, *tanquam frumentum*." [„ Verbum σινιάσαι est de illis, quae vix reperiantur, praeterquam apud Grammaticos. *Hesychius*, locum Lucae Evang. XXII, 31. spectans, illud interpretatus fuit σεῖσαι, κοσκινεῦσαι *vanno concutere*, *cribrare*. Aliud nomen verbale subministrat Glossarium vetus, in quo haec prostant: σινίασμα ἡ ῥυπαρία τοῦ σίτου, DETRIMENTUM, RETRIMENTUM, INTERTRIMENTUM. Est, in eodem Glossario, haec glossa notatu dignissima: σινιάσον CERNE. Ponitur ibi verbum CERNO propria sua vi, e qua reliquae virtutes manarunt. CERNERE enim, ut Graec. κρίνειν, pp. notat *cernere cribro*, qua vi etiam verbum Lat. CERNERE adhiberi, docuit *Lud. Kusterus* &c. L. C. V.] [Apparet, verbum σίνειν pp. esse *concutere huc illuc*, quod pecul. de *vanno* dicitur. Notionem vero hanc *concutiendi* ad eam *vexandi*, *expilandi*, *praedandi*, fuis-

fuisse translatam, docebunt nomina σίνις, σίνις, σίντη, σίντωρ, et *Homericum* illud σίντιες ἄνδρες, Il. A, 594. aut σίντιας ἀγριοφώνους, SINTIES, pp. *concusfores*, five *excusfores*: de qua voce T. H." Recte „ inquit" Scholiastes exponit Λήμνιοι LEMNII: quippe illud nomen *Lemni* incolis fuit antiquisfimum. Pergit Scholiastes, ἀπὸ τοῦ σίνεσθαι καὶ βλάπτειν *a nocendo et laedendo*, additque ὄντες πειραταὶ *quippe qui esfent piratae*. Addit tamen; ἢ ὅτι δοκοῦσιν αὐτοὶ πρῶτοι ἐπινενοηκέναι τὰ πρὸς πόλεμον ὅπλα, i. e. *aut quod hi primum videntur excogitasse arma ad bellum* gerendum. Lemnios vero fuisse *piratas*, itidem ex antiquis historiis constat, unde merito dicti sunt σίντιες &c." Ceteroquin, verbum Graecorum σίνω videri posfit cognatum esse Lat. SINO, *fivi*, *fitum*, *finere*, i. e. *permittere*, notione ducta ab illa *excutiendi*, *folvendi*: ut in illo *Terentii*, Andr. I, 2, 17. *Dum tempus ad eam rem tulit*, SIVI; *animum ut expleret fuum*; quasi diceret: SIVI, i. e. *folvi* frenum ejus, ut, quo vellet, rueret &c. Sed magis placet, literam S, ab initio praepositam, pro servili litera accipere: ut stirps Latini verbi SINO, potius sit ἴω, cognata forma alteri ἵω, unde ἵημι. Ab ἴω formari potuit SIO &c. Praeteritum Lat. SIVI, (quod contraxere in SII,) posteriorem hanc etymologiam magis commendat: nisi fortasse et ipsum Graecorum σίω, ab ἴω, repetere velis. Conf. *Analog. Lennep.* p. 112. 518. E. S.]

Σινώπη *Sinope*. Nomen, proprium scorti cujusdam &c. A σίνος *noxius*, et ὤψ *oculus*. [Vide *Etymologicon*, col. 713: 51. 735: 56. Nempe, uti σίντιες ἄνδρες pp. sunt *piratae*, *raptores*, (de quo vide in σίνω:) sic σινώπη, voce composita, ex σίνος, sive σίνη, et ὤψ, significare potuit *eam*, *quae oculo suo rapiat* amasios, atque *in sui amorem vi* quadam *pertrahat*. E. S.]

[Σιπύη *arca*, pp. *arca panaria*. „ Dicitur etiam „ σιπυὶς, σιπυίδος· suntque haec vocabula ab antiquo verbo σίπω, σιπάω, σιπέω: unde Lat. SIPARE et OBSIPARE. Σίπτω notat *confertim ingerere*, et *infarcire*.

 Hinc

Hinc σιπὺς, ύη, ύΐς, *ciſtella*, in quam *edulia confertim injuncta conſervantur*. His autem *ciſtellis* impoſita *edulia* praebebantur in menſa." T. H.]

Σῖτος *frumentum*. Si Graeca vox eſt, repetendum videtur a σίω *agito*. [De ſtirpe σίω abunde dictum jam eſt in voce σιμὸς. Videtur autem appellatum *frumentum* σῖτος a *concutiendo*, pecul. in *cribro*, atque adeo *ventilando*. Conf. huc iterum locus in Evangel. Lucae XXII, 31. ſupra laudatus. Etiam, neutro genere, σῖτον adhibuere, ea inducta ſignificationis differentia „ ut σῖτος m. g. notet *frumentum*, nondum *paratum*, σῖτον vero n. g. ponatur de *panibus, jam coctis*." T. H.] [„ Stirps σίω: hinc σίτος, unde porro σιτέω, σιτεύειν, et σιτίζειν. Σιτευτὸς *ſaginatus*, ſive *frugibus bene paſtus*, Luc. XV, 23. Matthaeus c. XXII, 4. σιτιςὸς dixit &c." L. C. V.]

Σιωπάω *taceo*. A σιωπὴ *ſilentium*, quod a σίω. Compone cum σιγάω. [„ Sicut, apud Latinos, nonnihil differunt *tacere* et *ſilere*, *taciturnitas* et *ſilentium*: ſimiliter apud Graecos σιωπάω et σιγάω. Σιωπὴ *ſilentium* notat, σιγὴ *taciturnitatem*: σιγᾶν eſt *tacere*, σιωπᾶν *ſilere*. Differre verba Latina vel *Plautini* verſus indicant, in Prologo Poenuli: SILETE et TACETE, *atque animum advortite*. *Cornelius Fronto*, SILET „ inquit" *cujus loquentis ſermo comprimitur, ab ipſa ſignificatione literae* ſ: TACET, *qui ne loqui quidem coepit*. Illinc illuſtrari debuiſſet *Ammonii* obſervatio, p. 128. in σιωπὴ: a qua voce duplex manavit Adjectivi forma, σιωπηλὸς et σιωπηρός. L. C. V.]

Σκάζω *claudico*. A κάω CAVO: de quo ſupra. [Conf. infra in σκαιὸς et σκάνδαλον.]

[Σκαιὸς SCAEVUS. ETYMOL. c. 716. Σκαιὸς ἐκ τοῦ σκάζω, τὸ χωλαίνω, ἢ τὸ οὐκ ὀρθῶς βαδίζω· ἐξ οὗ καὶ σκαμβὸς, ὁ μὴ οὐκ ὀρθῶς βαδίζων κ. τ. λ. „ Σκάω pp. ſignificat *claudum, mutilumque* aliquod *reddo*. Hinc σκάβος, et interpoſito μ, σκάμβος *obliquus* et *claudus*." T. H.]

Σκαίρω *ſalio*. A κάω. Dicitur autem ab *incurvando* membra. [Vide in σπαίρω et σκιρτάω.]

Σκάλ-

Σκάλλω *fodio*. A κάω CAVO. [Hinc nimirum κάλω, κάλλω, σκάλλω: Conf. et κέλλω. E. S.]

Σκαμμωνία *Scammonia:* herbae genus. A σκάπτω *fodio*.

[Σκάνδαλον *scandalum*. Vir celeb. alio loco: Verbum σκάζω, vulgo significans *claudico*, ab *obliquitate* nomen accepit. Inde deductum nomen σκάδαλον, et, inserto ν, σκάνδαλον, pp. significavit *paxillum* in decipula, cujus ope animalia *capi* solent: exponentibus ita vocem hanc vetustis Grammaticis. Quanquam autem ea virtute vox σκάνδαλον non invenitur posita, imo, apud scriptores Graecos in universum, ne existat quidem nomen hoc σκάνδαλον, superest tamen forma productior σκανδάληθρον, qua metaphorice usus est *Aristophanes* in Acharnens. vs. 687. translatione facta a *decipula*, vel *paxillo decipulae* ad *verborum fallacias*. Sic, nimirum, accipiendum est, quod dicit ille, σκανδάληθρ' ἱστὰς ἐπῶν, i. e. *verborum struens fallacias*. A memorata virtute vox σκάνδαλον scriptoribus transfertur ad quodvis *offendiculum*." Alibi haec addit, „ Fit σκάνδαλον a verbo σκάζω, seu antiquo σκάδω, quod, interposito ν, peperit Lat. SCANDO. Remotior origo est κάω, quod, inter alia, significavit CAVO &c." Paullo aliter L. C. V. σκάνδαλον „ inquit" pp. significat *trabem in via positam*, *ad quam* facile quis pedem *offendat*. — Origo σκάζειν. Videtur autem vox σκάνδαλον ex σκανίδαλον fuisse contracta, uti certe σάνδαλον contractum fuit ex σανίδαλον &c." E. S.]

Σκάνδιξ *genus oleris*. A σκάζω. [Conf. σκάδω, σκάνδω SCANDO, in σκάνδαλον.]

Σκάπτω *fodio*. A σκάω. Vide σκάλλω. Alibi haec habet vir celeb. „ Verbi σκάπτειν origo est κάω, quod cernitur in Lat. CAVO. Inde derivata sunt κάβω, κάπω, κάπτω, et, praefixa σ, σκάπτω. Inde in Evangelio Lucae (c. VI, 48.) conjuncta legas ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, per figuram, quam vocant ἓν διὰ δυοῖν. Est enim idem, ac si Latine dixeris, *fodiendo excavavit*. Porro, a *Praeterito perfecto* ἔσκαφα ortum, nomen σκά-

σκάφη (ut a γέγραφα, γραφὴ, a βέβαφα, βαφὴ &c.) in usu eximie significavit *parvum* navigii *genus*, quod fieri solebat, EXCAVANDO arboris *truncum majorem*. SCAPHAM dixerunt Latini. Huic nomini σκάφη vicinum est alterum σκαφὶς, a cujus casu Dativo σκαφίδι formatum est σκαφίδιον *scaphula*. [„ Σκάπτειν pp. est *fodiendo cavare*. Hinc τὰ ἐσκαμμένα, et σκάμματα, *fossae* dictae, quae duci solebant in *stadio*. Earum latitudo *saltu* fuit superanda. Rem, non satis perceptam, commode declarat Scholiastes Pindari ad Nem. Ode V, 26. Sed usus jussit, iisdem nominibus appellari *terminum*, sive *alterum* fossae *marginem*, ad quem *saltu* perveniebant. Probe autem animadvertendum est, (quod ignoratum plures doctos viros in errorem dedit) multum differre potestatem hanc ab alio, quae ad *palaestram* spectat. Nam et *certaminis locus*, vel *stadium*, σκάμμα vocatur, duplicem ob caussam, quod tum *fossa* et vallo praecinctum esset, tum arena *effossa* constratum. Hoc voluit *Hesychius*: Σκάμματα, ἀγῶνες, στάδια. Unde apud patres Ecclesiasticos multiplex, ad *Christianam*, et in primis *monachicam*, *palaestram*, in hac voce, translatio. *Evagrius*, Hist. Eccles. V, 6. τοῖς μοναχικοῖς ἐναποδύσασθαι σκάμμασι *ad severam monachorum disciplinam sese, veluti athletam, positis vestibus, comparare*. Prae ceteris hoc vocabulo delectatur *Chrysostomus*, nec Latini patres refugere, *Ambrosius* de Jejunio, cap. 21. *Aldhelmus* de laud. Virgin. c. 1. *Ennodius*, L. II, ep. 3. In *Hieronymo* vox, saepe corrupta, abiit in *stemma*: ut egregie ostendit *Paul. Leopardus*, Emend. L. I, 22. *Isidorus*, in Glossis, σκάμματα *arenae, ubi Athletae luctantur*. Caeterum de adagio πηδᾶν, vel ἅλλεσθαι ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, quod a priore hujus vocabuli potestate ductum, de *malesedulis hominibus* usurpatur, qui nimia diligentia *praescriptos limites*, et rerum modum excedunt, vide *Andr. Schottum* ad *Zenobium*. Cent. VI, 4. 23. In eo explicando lapsus est *G. J. Vossius*, Etymologico, in voce SCAMMA &c." T. H.] [Literam, hac in

in voce praefixam esse, neque ad radicales literas pertinere, facillime probet alia vox κάπετος, *fossa*, apud *Homerum:* unde Il. O, 356. ὄχθας καπέτοιο βαθείης, et Il. Ω, 797. εἰς οἴλην κάπετον θέσαν. Pro eodem hoc κάπετος, apud *Hesychium*, T. II, c. 1202. legas σκάπετος, ubi adi viros doctos. E. S.]

Σκάριφος *stylus*. Pro κάριφος, quod cum κάρφος componendum, de quo supra, suo loco. [*Hesychius*, σκαριφᾶσθαι· ξύειν, σκάπτειν, γράφειν· ὅθεν καὶ ὁ σκάριφος, ξέσις, γραφὴ κ. τ. λ. Ubi vide *Albertium*, ex *Schefferi* Adversariis (Miscell. Obss. Vol. VIII, 3. p. 445. insertis) egregia promentem. Recte vero, eodem indice *Albertio*, admonuit *H. Stephanus*, „ σκαριφᾶσθαι potius repetendum videri a σκάριφος, quam, contra, σκάριφος a σκαριφᾶσθαι." Sane σκαριφᾶσθαι esse productius verbum, nemo non videt. Sed necesse est, ut paullo altius adscendamus. Stirps haud dubie est κάω· hinc descendit κάρω· a κάρω porro καρίω, καρίπτω, καρίφω, et, praefixa σ, σκαρίφω. *Glossae* veteres *Philoxeni*, et aliorum, p. 169." SCARIFO, χαράσσω, κατακνίζω. SCARIFAT, κατασχίζει, κατακνίζει, καταχαράσσει." Ubi tamen simul observandum est, SCARIFO a Latinis contracte dictum esse, in *Praesenti* Indicativi, pro SCARIFAO, σκαριφάω, σκαριφῶ, ut *amo* pro *amao*, ἀμάω, ἀμῶ· adeoque Lat. SCARIFARE, et Gr. σκαριφᾶν, (unde σκαριφᾶσθαι,) esse eadem verba. A Lat. SCARIFO diversum nonnihil est alterum *scarifico*, usitatius verbum, sive hoc placeat esse formae productioris, sive malis compositae, ut *magnifico*, &c. Illud certum est, formam simpliciorem κάρω, unde σκάρω &c. alteramque χάρω, (unde χαράω, χαράσσω,) sibi cognatas fuisse, commodissimeque adeo Latinorum SCARIFARE, per χαράσσειν, a Glossatoribus, fuisse redditum. Cetera dabit *Schefferus* l. l. E. S.]

Σκιδάω *dissipo*. Repetendum est a κίω, vel κίω *moveo*. Verbo σκίδω vicina forma fuit altera σκίδω, quod a SCIDO, et SCINDO, origine sua ac potestate, non differt. A σκίδω porro est σκίδνω et σκίδνημι, a σκίδω, σκιδάω, σκιδάνω, σκιδάννυμι &c. T. H.] [Jam vero, quem-

quemadmodum vidimus, σάκετος et σκάπετος fuiſſe easdem voces, ſola litera σ praefixa, inter pronuntiandum leviter diverſas, ſic obſervandum est, σκεδάω et κεδάω, σκίδναμαι et κίδναμαι, aeque parum a ſe invicem differre, Prima eorum omnium notio est *findi*, *diffindi*: unde orta est altera *diſſipandi*. Conf. Il. Ψ, 227. cum Π, 347. Od. Β, 252. E. S.]

Σκεθρὸς *exactus*. Fortasſe a σκέω, de quo vide ad σκεῦος. [*Heſychius* σκεθρὸς, ἀκριβός. Plura dabit (ab *Albertio* ibidem jam laudatus) *Foëſius* in Oeconomia. Verbum σκέδω pp. idem esſe atque vicinum σκίδω ſ. σχίδω, Lat. SCIDO, et SCINDO, ſupra obſervavit T. H. A σκέδω, ſive σχέδω, est Lat. SCHEDA, et Diminut. SCHEDULA, uti a σκίδω ſ. σχίδω, σχίδος, σχίδη, σχίδιον. Notio *exacti*, in σκεθρὸς, duci forte potuit ab illa *ſcindendi*, et *in partes ſecandi*: unde σκεθρὰ δίαιτα, apud *Hippocratem*, ſit pp. *victus ratio*, quaſi, *ſciſſa* in partes et *diviſa*. An huc etiam referri potest Gloſſa *Erotiani*, qua σκεθρὰ exponuntur ὅμοια *ſimilia*, quaſi dixeris, *ad* eundem modum *ſciſſa*? E. S.]

Σκείρων *Sciron*: *ventus a Scironiis ſaxis ſpirans*. Componendum est cum σκαίρω de quo ſupra. [Etiam Σκείρων, ſive Σκίρων *Sciron*, fuit latronis nomen. Apparet, vocem hanc esſe pp. Participium praeſens verbi σκείρω, quod idem fuiſſe putem ac κείρω *tondeo*. Conf. de *formis Participialibus* hujusmodi (quae in nomina propria abierunt, ut κρείων &c.) Analog. Lenn. Cap. X, p. 136. E. S.]

Σκέλλω *arefacio*, *attenuo*. A κέω, quod cum καίω *uro* componendum. [Confer omnino verbum κέλω et κέλλω, a quo, litera σ praefixa, factum est noſtrum σκέλλω. Plura dabit vir celeb. ad σκέλος et σκληρός. E. S.]

Σκέλος *crus*. Cum σκέλλω componendum. Alibi haec praebuit vir celeb. „ A verbo κέλω (unde derivatum κέλλω Lat. CELLO, i. e. *tundo*, *allido*) oriuntur κελέω et κελάω. Hinc κλάω, quod, a *tundendi*, *allidendive* notione, eam *frangendi* accepit. Alterum κελέω produxit contractum κλέω, et, praeposi-

te

το σ, σκλέω, quemadmodum a ἕλλω derivatum σκέλλω. Hinc proxime descendit σκέλος, qua voce, ab *allidendo*, et *duritie*, dicitur *crus*, *tibia*. Porro a σκλέω ortum est σκελετὸς: in quo notio *frangendi* eximie transfertur ad *duritiem ossium arefactorum*; itaque σκελετὸν, Substantive positum, dicitur *cadaver*, *carnibus privatum*, et *ossibus* tantum *constans*." Vide porro in σκληρός.]

Σκέπαρνον *ascia*. A κέω. Componatur cum σκέπτω.

Σκέπτομαι *dispicio*, *considero*. A σκέπω *tego*. [Vide mox in σκέπω.]

Σκέπω *tego*. A κέω, quod cum κεύθω componendum. Alibi ita vir cel. ,, Σκέπω pp. est *tego*: unde σκέπη *tegmen*. Inde σκέπομαι, et, hujus loco pronuntiatum, σκέπτομαι pp. *memet tego*, vel *apud animum tego*. A *prospectu* oculorum verbum hoc transiit ad *considerationem*, et *contemplationem*, *quam quis mentis oculis secum facit*. Quare σκέπτεσθαι reddi solet per *considerare*, *contemplari animo*. Quae notio quoque cernitur in derivatis σκέμμα, σκέψις, σκέπτης, et hinc formato σκεπτικὸς, quod nomen ei convenit, *qui*, de omnibus dubitans, *semper considerat*, *et nunquam definit*: qua virtute dicti sunt *Sceptici*. Porro a verbo σκέπτομαι, seu *Praeterito Medio* ἔσκοπα, nomen σκοπὴ eximie significat *speculam*, in qua quis *tecte latens*, aliorum actiones considerat, et *speculatur*; unde et σκοπὸς *terminus*, *meta*, quam quis *considerat*, dum eo collineare conatur &c. A memorato autem σκέπτεσθαι, compositum ἐπισκέπτεσθαι *curae* et *inspectionis* potissimum accepit significationem, quemadmodum ἐπιβλέπειν, et similia composita, usurpantur. Inde nominati ἐπίσκοποι in N. T. ecclesiae *inspectores* et *curatores*." [Σκέπτομαι est a σκέπω, quod pp. notat *obtendo* manum oculis. Σκέπτομαι *manu* oculis *praetensa* aliquid *video*. Hoc, ad *mentem* translatum, idem significat ac *considero*, et *tanquam scopum habeo propositum*. Hinc σκοπὸς *scopus*, visui *praetensus*. T. H.]

Σκεῦος *vas*. A κέω *tego*: de quo modo ante diximus. Alio

Alio loco cel. Lennepius: origo est verbum κύω, vel κυίω turgeo. Unde proximum derivatum κεύθω, Latine occulto. Litera σ, ante consonantem, ab initio verborum, originalis non est. Ita σκόλοψ dicitur pro κόλοψ, σκέλλω pro κέλλω &c. [Quaecumque *instrumenta* ad *supellectilem* spectant, ea a Graecis dicuntur σκεύη. Recte igitur *Hesychius* σκεῦος interpretatur ἀγγεῖον ἅπαν *quodvis vas. Domesticam supellectilem Eunuchus* comicus appellavit σκεύη τὰ κατ' οἰκίαν, in Adulatoribus, teste *Polluce*, Onomast. X, segm. 10. —— Hinc κατασκευάζειν *ornamentis instruere* &c. L. C. V.]

Σκηνὴ *tentorium*. A κέω *tego*. [Σκηνὴ dictum fuit à σκηνὸς, quod a verbo σκέω. Hoc ex σακέω contractum, quod a σάκος. Sic a Poëtis *clypeus* dicebatur, voce orta a Praeterito perf. Activo verbi σάω, vel σέω. Pro verbo σκέω, significante *tego*, dixerunt etiam σκίω, unde remansit σκία *umbra*. Hinc σκιάζειν *umbrare*. A verbo σκέω ductum etiam σκεύω nomen produxit σκεῦος, *vestem* denotans, *quo* adversus aëris injurias corpus *tegimus*. Σκηνὴ *tentorium* pp. *tectum* erat, in quibus primi mortales etiam habitabant. Postea apud Graecos non tantum *militaria tentoria* dicta sunt σκηναὶ, sed et in oppidis Graecis, sicubi solennitas quaedam celebraretur, *tabernae*, quas, in foro et publicis viis, defigebant mercatores, σκηναὶ vocabantur. Vocem *Theophrasto* restituit *Casaubonus*, c. 24. et plura adnotavit in Animadversf. ad *Athenaeum*, L. IV, c. 20. &c. L. C. V.]

Σκήπτω *nitor*. A σάω *cavo*, *incurvo*. [Σκήπτομαι pp. *nitor*: unde σκῆπτρον *sceptrum*, s. *baculus*, *quo* quis *innititur*. Transfertur etiam ad significationem *praetexendi*, sive *praetextum adferendi*, *quo* quis *innititur*. Sic ἔμπορος σκήπτομαι, *Aristophan*. Plut. vs, 905.) *simulo me esse mercatorem*. Apud Athenienses mercatores liberi erant a multis vectigalibus, ut eo magis mercaturam promoverent. Si ergo pecunia esset conferenda, aut in bellum eundum, multi *praetexebant*, se mercatores esse, adeoque non debere

pe-

pecuniam conferre, aut militare. T. H.] [Alio loco idem vir summus de voce σκῆπτρον:" Aberrant, quibus origo repetitur ab Hebr. שֵׁבֶט vel Chald. שַׁרְבִיט. Forma prorsus est Graeca, atque ea, quae *instrumentorum* significationem habet. Σκήπτω, vel σκήπτομαι, *nitor*, *innitor* baculo, aut cuicumque rei *ad gressus firmandos*. *Homerus* per se, absolute, ponit σκηπτόμενος *baculo incessum sustentans*, sive, ut *Scholiastes* interpretatur, ἐρειδόμενος, Od. Ρ, 203. 338. Et constructe, Il. Ξ, 457. (ἄκοντι) σκηπτόμενος. *Apollon. Rhod.* II, 198. βάκτρῳ σκηπτόμενος. Hinc igitur σκῆπτρον, similiter ac βάκτρον, a βάω, βάζω, βέβαα, et βακτηρία, pp. *instrumentum*, *cui* quis *innititur*, et apud Romanos, ab eodem fonte derivatum, BACULUS. Illam vim nativam servarunt Iones. vid. *Herodot.* L. I, c. 195. Ab eodem verbo deflexa σκηπάνιον, σκηπίων, σκίπων· ut, apud *Strabonem*, p. 938. σκίπωνα, ἀντὶ σκήπτρου &c. T. H.]

Σκία *umbra*. A σία, quod idem ac σέω *tego*. Vide σκέπω *tego*. [Duplex fuit verbum, σκέω et σκίω. Hinc σκία *umbra*, σκιάζειν *tegere*, *obumbrare*: cujus composita ἐπισκιάζειν, et κατασκιάζειν, simplici verbo magis frequentantur. L. C. V.] [*Etymologo* c. 718: 33. σκία dici videbatur παρὰ τὸ κίω, τὸ ἀκολουθῶ σία, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ σ, σκία, ἡ συνακολουθοῦσα. E. S.]

Σκίλλα *scilla*. Componendum forte cum σίω, σύω, *turgeo*. [Σκίλλα *scilla*: *frutex* vel *herba de ceparum genere*, quae singulari (ut putabant) ad purgandum virtute pollens, lanae implicata, corpori circumdabatur. Hinc σκίλλῃ περικαθαίρειν, *Theophrasto*, Charact. XVI, ubi egregia notavit *Casaubonus*, p. 135. T. H.]

Σκιμαλίζω *medium digitum porrigo*. Componendum est cum σκίμπτω, et hoc cum σκήπτω: quod vide suo loco. [Plura dabit *H. Stephanus*, in Append. Thesauri, c. 40. E. S.]

Σκινδαψὸς *genus plantae similis hederae*. Forte a σχίδω *findo*. [Etiam a *Joba* ὄργανον μουσικὸν reddi, observavit *Etymologus*, c. 201: 3. E. S.]

Σκιρὸς *scrupus.* A σκίρω, quod cum σκῶλος componendum.

Σκιρτάω *salio, exsilio.* Verbum hoc ejusmodi *saltum* pp. notat, quem Latini exprimunt verbo *tripudiare.* Differt autem forma tantum fere a verbo σκαίρω, cujus loco Attici quoque, praefixo α, pronuntiant ἀσκαίρω. Ut autem origo cognoscatur, abjicienda primo est litera σ. Oritur, nimirum, a remotiore origine σίω, ut σκαίρω a vicina forma σκῶ: Est his verbis propria potestas in primis *cavandi*: quod ipsum verbum Lat. CAVO non aliud est, nisi Graec. σκάω, ad morem Aeolum pronuntiatum. Aeoles, nimirum, ad hiatum vocalium fugiendum, interponere solebant *digamma* suum ϝ, quae litera ejusdem potestatis est, ac Lat. v, vel Graecorum β, mollius pronuntiatum. Ab isto igitur σάω, praefixa κ, ortum est σκάω: a σίω autem σκίω. A σκάω porro duplex verbum factum σκάζω et σκάρω. Ex his prius (σκάζω) in usu, ab *incurvando*, vel *cavando*, speciatim ad *claudicandi* notionem fuit translatum: alterum σκάρω peperit memoratum σκαίρω, quod, vi originis, significat *corpus*; seu *membra*, *inclinando*, *curvandoque*, atque adeo varie *flectendo*, *saltare* seu *tripudiare.* A σκίω vero, et, inde facto, σκίρω, nomen profectum est σκίρτης, sicut a σκάρω factum σκάρτης, quod pro *agili*, in *saltu*, reperitur apud *Hesychium*: Ipsum σκίρτης in usu non est: sed peperit ex se verbum σκιρτάω, frequentis usus apud veteres. De *foetu*, in utero matris *subsiliente*, ad imitationem loci in Evangelio Lucae, I, 44. [et Genes. XXV, 22.] usus est *Nonnus*, in Dionys. L. VIII, 224. &c. [Significat saepe *saltationem lascivientem*, *quae numeris non respondeat.* Saepe ponitur de *animalibus*, quae in pabulis *exsiliunt.* Hinc homines quoque dicuntur σκιρτᾶν, qui *lascivo saltatu laetantur*, qui, *laetitiae testandae gratia*, *exsiliunt.* T. H.] [Latet origo verbi. Adfinis significationis sunt σκαίρειν et σκιρτᾶν. Prius saepe permutatur cum σπαίρειν *palpitare.* — Posterius σκιρτᾶν, *saltare*, non ponitur, nisi de *motu* ve-

vehementiore. Adhibentur igitur ab *Heſychio*, ad verbum σκιρτᾶν explicandum, verba ἅλλεσθαι, σείεσθαι, ὀρχεῖσθαι *ſalire*, *ſaltare*, *ſe movere*. L. C. V.]

Σκίταλοι *homines leves*. Forte a σείω *moveo*. [Vide *Heſychium*, T. II, c. 1213. et ibid. eruditiſſ. *F. Fabrum* cet. E. S.]

Σκληρὸς *durus*. A verbo κλάω *frango* nomen ortum est κληρὸς *fragilis*: quae notio conſervata est in derivato σκληρὸς, quod pp. idem ac κληρὸς, praefixa tantum litera σ. Inde autem, ad *duritiem*, translatum vocabulum est, ſiquidem vicinae ſunt *fragilitatis* et *duritiae* notiones. [Alia forma σκληρὺς, quae in Lexicis non proſtat, e verbo σκληρύνειν, linguae Graecae est reſtituendum. Verba enim in ύνειν formata ſunt a nominibus in υς· ut ὠκύνειν *celerare*, ab ὠκὺς, πλατύνειν *dilatare*, a πλατὺς, αἰσχύνειν *pudefacere*, ab αἰσχὺς. Σκληρὺς in veteri lingua *durities* dicebatur. In uſu remanſit σκληρὸς *durus*, derivatum a verbo σκλέω: hoc contractum est ex σκελέω, quod a verbo σκέλω. Σκέλειν, et σκέλλειν, ſuperest, ſignificans *arefacere*. Proximum verbi σκέλω derivatum est σκέλος, *crus*, ſive *tibia*, ab *oſſis duritie* ſic dicta. Aoriſtus σκῆλαι, idem ac ξηρᾶναι, *arefacere*, occurrit apud *Homerum*, Il. Ψ, 191. Conf. *Heſychius*. A σκέλω, σκελέω, et σκλέω *dureſco*, *durus ſio* et *ſiccus*. A σκελέω remanſit σκελητὸς *duratus*. Cadaver *duratum*, ſive *oſſa cadaveris*, σκελετὸν vocant Medici. Superſunt derivata ἀποσκλῆναι, et κατασκλῆναι Lat. *prorſus areſcere*. Uſurpavit iſta duo *Alciphron*, L. III, Ep. 3. et 4. Rariſſimum compoſitum προσκλῆναι, (figurate ſignificans *rei* alicui ita *deditum eſſe*, *ut illi* veluti *inareſcat*) attigit T. H. ad *Heſych.* in voce Ἐσκληκότα. L. C. V.] [Conf. ſimilis tranſlatio in ipſo Graecorum ἀρέσκειν, Lat. pp. ARESCERE ſupra in ἄζω. E. S.]

Σκολιὸς *obliquus*. Quaſi a σκόλος, quod cum σκέλω, σκέλλω, componendum. [Σκολιὸς est *curvus*, *obliquus*, pp. *contractus ex ariditate*. Oritur enim a verbo σκέλω, in quo litera λ duplicata fuit. Σκέλλειν au-

autem significabat *arefacere* et *arefactum indurare* &c. L. C. V.]

Σκολόπαξ *gallinago*. Forte a σκόλοψ, de quo vide suo loco. [Alias legitur ἀσκολόπαξ, monente *H. Stephano*, Append. c. 43. quem vide, et adi viros doctos, *Albertio* laudatos, T. II, c. 1215. E. S.]

Σκολοπένδρα *Scolopendra*: Animalculum ex genere multipedum. A σκόλοψ, et ἕδρα.

Σκόλοψ *palus acutus*: A σκολόπτω, quod cum σκολύπτω, et κολούω componendum. De hoc autem vide supra. [*Etymol.* c. 718. Σκόλοπες· ὀξέα ξύλα, ἅπερ ἐπήγνυον τῷ τείχει· παρὰ τὸ σολάπτω, σολάψω, σόλαψ κ. τ. λ. Conf. supra in κόλλοψ. Verbum fuit σέλω, σέλλω Lat. CELLO, pp. *pello*, *impello*: Huic cognata alia forma σόλω dedit σολέω, σολόπτω· unde deinde σόλοψ, et, praefixa σ, σκόλοψ. Vide omnino in σόλω, supra. E. S.]

Σκόροδον *allium*, σκορπίζω *dissipo*, σκόρπιος SCORPIUS. Forte originem habent vicinam verbum σορέω et simil. [Resumamus singula. Σκόροδον *allium*, pro quo etiam contracte dixerunt σκόρδον, repetendum omnino videtur a κόρω, cognata forma alteri σέρω et τείρω. Conf. *H. Stephani* Append. c. 44. E. S.]

Σκορπίζω *dissipo*: Alibi de hac voce sic *Lennepius*: „ Verbum proprium est dialecto Jonicae: unde transiit ad Hellenistas, et dialecti plebejae scriptores. Valet autem idem, quod σκεδάζω, et σκεδάννυμι, id est, *dispergere* &c. [Σκορπίζειν, et διασκορπίζειν, ignota Graecis veteribus verba, Macedonibus tamen usurpabantur. Alexander Macedo, quum coloniam in Aegyptum misisset, atque ibi suo de nomine condidisset *Alexandriam*, Macedonica dialectus pervenit ad Iudaeos, qui Alexandriae sedem fixerant, quique illic sub Alexandri successoribus saepe res habuerunt satis laetas". &c. L. C. V.]

[Σκορπίος *scorpius*. Derivatio hujus vocis incertior. Veteres nonnulli repetebant παρὰ τὸ σκαιῶς ἕρπειν, alii magis etiam coacte. Vide *Etymol.* col. 719: 20. ff. et *Bocharti* Hieroz. P. II, 4, 29. col. 633. 634.

Co-

Cognationem habet cum praecedenti σκορπίζω. Possis etiam recta repetere a verbo κέρω, sive κόρω *seco*, unde σκόρω, σκόρπω, σκορπίω, ut ab *aculeo* nomen habuisse videatur, non aliter atque Hebr. עקרב, et Ar. عقرب. E. S.]

Σκότος *tenebrae*. A κόω, cui vicinum κίω. Vide σκίω. [*Etymol.* c. 719: 29. σκότος ἀπὸ τοῦ σκιάζειν ὠνόμασται. Quae derivatio, etsi non satis justa sit, facile tamen ad verum etymon reduci poterit, modo cogitemus, thema esse κόω, cognatum alteri κίω. Jam vero, uti a κίω, σκίω, factum est σκία, sic a κόω, σκόω, (in 3 pers. Praeter. Perf. Pass. ἔσκοται) ortum fuit σκότος. Redi ad voces σκία, σκέπω, &c. E. S.]

[Σκύβαλον *stercus, fimus.* *Hesychius:* Σκύβαλα· κόπρος. Plura dabit *Gatakerus*, Adverf. Miscell. Cap. XLIII, col. 868-877. Stirps haud dubie est κύω *turgeo.* Conf. κύβος. Superesse etiam dicitur simplicior forma κύβαλον apud *Pollucem*, (L. II, Segm. 140.) sed ibi rectius legitur κύβαλον, quod *Hippocrates* κύβιτον dixerit. E. S.]

Σκυδμαίνω *irascor.* Pro κυμαίνω, quod a κῦμα: hoc vero a κύω *turgeo.* [*Etymologus*, c. 719: 54. Σκυδμαίνειν, τὸ σκυθρωπάζειν, καὶ ὀργίζεσθαι κ. τ. λ. *Hesychius* addit insuper, explicationis loco, τὸ νεμεσᾶν. Apud eundem porro σκύδμαινος idem est ac σκυθρωπός· Originem *turgendi*, nempe, *prae ira* pluribus indicabit cel. *Lennep.* in σκυθρωπός. E. S.]

Σκυθρωπὸς *tristis vultu.* De hac voce alibi *Lennepius:* „ Vox σκυθρωπὸς, si originem spectes et formationem, eadem est, inquit" quod σκυθρὼψ, quod compositum ex σκυθρὸς, et ὤψ: sicuti composita sunt τυφλὼψ ex τυφλὸς et ὤψ· χαρὼψ, ex χαρὰ et ὤψ. Significat χαρὼψ *eum, qui vultu laeto est:* ejus loco etiam dicitur χαροπός. Σκυθρὸς porro contractum est ex σκυθερὸς: id quod a nomine σκύθος oritur, et hoc a σκύθω, quod (sicut Medium σκύθεσθαι, *Hesychio* interprete,) idem est ac χολοῦσθαι, θυμοῦσθαι, et σκυθρωπάζειν. Verbo porro σκύθω vicinae formae fuerunt σκύδειν, et σκύζειν: quorum prius peperit usitatum verbum σκυδμαίνειν.

 Quae

Quae autem ab *Hesychio* interpretatio addita est, θυμοῦσθαι, ea viam nobis facilem reddit ad originem indagandam, quae est verbum κύω, Latine *turgeo:* unde transiit ad *iram*, qua quis *intumescat* ac *turgeat;* cujus generis translatio etiam spectatur in nomine κύων *canis*, pp. *turgens*, sive *in iram intumescens*. [Conf. supra in κύων. Addit haec L. C. V. „ Usus vocis σκυθρωπὸς ab aliis satis fuit adfirmatus, ut a *Joh. Alberti*, et *Jac. Elsnero*. Vox σκυθρωπὸς pp. est casus secundus formae veteris σκυθρώψ. Uti enim ὕδρωψ, κυκλώψ, χαρώψ, sic et antiquis Graecis σκυθρὼψ dicebatur. — Σκυθρὸς a Grammaticis redditur συγνὸς, χαλεπὸς, ὠμὸς, σκυθρωπός. Quando, in *Hesychii* Lexico, forma intensiva σκύθραξ, (ista enim terminatio *intendit vim simplicis*, ut in πλύταξ, νέαξ, similibusque) redditur μεῖραξ *adolescens:* cogitandum est de loco quodam Comici, in quo adolescens tristis et severus ita diceretur." Ipsum Latinorum OBSCURUS ad eandem stirpem (unde Graeca σκυθρὸς, et σκυθρωπὸς, propogata sunt) manifesto pertinere, nuperrime nos admonebat vir, in his literis princeps. *Bochmanni* nugae erant, vocem illam OBSCURUS ductam esse e fonte Hebraeo: quasi vero ab Hebr. שחור *niger fuit*, descendissent Lat. *scorus*, *scaurus*, *scurus*, unde dein *obscurus*. Longe rectius observaverat jam *Is. Vossius*, cum isto *scurus* componenda esse Gr. σκιερὸς, σκοία, σκοιερὸς, σκοτερὸς, σκότος. Totam tamen analogiae normam nondum perspexerat ille *Vossius*. Stirps est σκύω, sive κύω, unde σκυθρὸς· quibus cognata σκέω, σκίω, et hinc σκέπω, σκιόω, σκιά, σκιερὸς &c. E. S.]

Σκύλλω *vexo*. Compone cum σκέλλω. [Ortum est a σκύω, quod pp. significabat *tegmen lacero*, et *lacerando detraho*. Illinc ortum, σκῦτος, *pellem* notat *animali detractam*. Illinc *spolia* dicuntur σκῦλα, *detracta* quippe *cadaveribus occisorum*. Permutantur verba σκυλεύειν, et ἐκδιδύσκειν, 1 Chr. X, 8. et 1 Regn. XXXI, 8. A σκύω itidem ortum, σκύλλω, significat *venari*, *fatigare*. Verbum hoc (a *Luca* in Euang.

Euang. c. VII, 6. VIII, 49. et *Marco* item c. V, 35. adhibitum) est sane quam antiquissimum: et tamen vix unquam positum reperietur a scriptoribus Graecis, qui florente lingua scripsere. Evitatum, nempe, fuit ab Atticis, propter pronunciandi quandam scabritiem. Semel adhibitum legitur in *Aeschyli* Persis, vs. 577. Natus est *Aeschylus* annis DXXV ante CHRISTI natales. Legat quis *Aeschylo* recentiores omnes scriptores Atticos, nusquam adhibitum inveniet illud verbum. Postea videtur renatum: in linguis enim *Multa renascentur, quae jam cecidere, cadentque, quae nunc sunt in honore, vocabula. Eustathius*, interpres Homeri, vixit MCC circitur annis, post Christum natum. Is pro *venari* verbum σκύλλεσθαι bis adhibuit, in Iliad. I, p. 670. et in Od. Δ, p. 197. Epigrammatum scriptores, interea temporis, vocem σκυλμὸν adhibuerant. Vide Epigramm. apud Cl. *Ruhnken*. Epist. Crit. I, p. 41. Est locus in Evangel. *Matthaei* (c. IX, 36.) ubi, quum de *hominibus*, instar *ovium pastore carentium*, et *huc illuc errantium*, legantur Participia ἐκλελυμένοι, καὶ ἐῤῥιμμένοι *soluti* et *disjecti*, quod in quibusdam codicibus manuscriptis legitur ἐσκυλμένοι, a viris quibusdam primariis fuit probatum. Videtur tamen potius esse alterius participii interpretamentum. L. C. V.] [Gr. σκύλλειν pp. esse *vellere*, *vellicare*, satis evicit Cl. *Kypke* ad Matth. IX, 36. Vide porro in σκύτος. E. S.]

[Σκυλον *spolium*. Vide in σκύτος.]

Σκύνιον *summa palpebra*, *cilium*. A κύω *turgeo*. [*Etymol.* c. 720: 3. Σκύνιον λέγεται ἡ ὀφρύς· καὶ ἐξ αὐτοῦ γίνεται σκυνίζω, καὶ σκύζω. *Martinius* confert verbum σκηνῶν, dictumque putat, *quod tegat oculum*. *Lennepii* rationes propius accedunt ad κύω, unde σκύω &c. E. S.]

Σκύτος *corium*. A κύω *turgeo*. [Pro σκύτος etiam dixere σκύλος. Ejusdem ambo sunt originis: quippe a σκύω, ex quo auctum σκύλω, vel σκύλλω. Utrumque proprie notat *quatio*, et *concutio*, *detrahendi* ali-

aliquid gratia. Quare σκύλλειν νεκρὸν est *quatere cadaver*, ut ejus vestem exuas. Hinc σκῦλον etiam ponitur pro *spolio*, alicui *detracto*, et τὰ τῶν πολεμίων σκῦλα sunt *spolia*, *hostibus detracta*. Si de *animalibus* est sermo, quae *occisa excoriantur*, σκύτος *pellem* notat *quatiendo detractam*. Distinguuntur autem δέρμα *pellis*, et σκῦλον, quod significat *pellem*, jam *subactam* et *maceratam* &c. T. H.]

Σκύφος *scyphus.* A σκύω *turgeo.*

[Σκώληξ *vermis.* Viro summo, *S. Bocharto*, Hierozoici P. II, L. 4. cap. 26. p. 619. haud displicebat derivatio *Etymologi* magni, qui „ per multas ambages nomen hoc tandem deflexerit ἀπὸ τοῦ σκέλλειν." Verba *Etymologi* col. 719: 44. haec sunt: σκώληξ, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν κῶλον, ἤγουν ὀστέον, κατὰ ἀντίφρασιν, πλεονασμῷ τοῦ σ· τὸ δὲ κῶλον παρὰ τὸ κλῶ· τὸ δὲ κλῶ παρὰ τὸ σκέλλω, τὸ ξηραίνω· καὶ γὰρ σκληρότερον ἐστι, καὶ ξηρότερον. Sanior etymologia ejusmodi ambages ridet. Literam σ ab initio esse servilem, satis evincet collatio similium. Relege dicta ad σκάζω, σκάλλω, σκάπτω &c. Hoc autem est a κέλω, sive κόλω, quod cognatum fuisse alteri κέλω, notionemque habuisse *pellendi*, *impellendi*, *impellendo agendi*, observavimus supra. Potuit autem *vermis*, sive potius, *lumbricus* (qui pp. dictus videtur σκώληξ, ut Il. N, 654. ὥστε σκώληξ, ἐπὶ γαίῃ, κεῖτο ταθείς·) ab *impellendo* facile appellari, quum inter rependum *se identidem propellat.* E. S.]

Σκώπτω *cavillor.* A κόπτω repetendum. [Proprie notat *gestu* et *vocis imitatione* aliquem *irridere*. Hinc σκῶμμα *gestus irrisorius* et *jocularis*. Comicis proprie σκώπτειν τινὰ dicitur *aliquem in scena illudere*, unde σκῶπται *irrisores*, *illusores*. T. H.] [Plura vide infra in voce σκὼψ, suo loco. E. S.]

[Σκὼρ *stercus.* Genitivum habet σκατὸς, repetendum a forma cognata σκὰρ sive σκὰς. De hac voce haec habet T. H. „ Σκὼρ, in Genit. σκατὸς, unde σκατίω, et compositum, apud *Clementem Alexandrinum*, διασκατίω *merda conspurco.* Quare huic Philo-

losophia Epicureorum dicitur διεσκατωμένη, id est, *sordida.*" Origo haud dubie est κόρος, unde κορέω *verro*, pecul. *scopis*. Inde σκὼρ pp. videtur esse, *quod scopis everritur*, *stercus*, Hebr. גלל dictum proprietate eadem. Hinc et σκωρία SCORIA, pecul. *aeris*, *plumbi*, *ferri*, &c. E. S.]

[Σκὼψ *bubo*, *avis e genere noctuarum*. *Etymologus* col. 719: 50. dictum tradit, παρὰ τὸ σκαιὸν ἔχειν ὦπα. Nec melius aliis composita vox videtur „ ex σκία et ὢψ *oculus*, quod in umbra, sive tenebris, acutius cernat." Erudite de hac voce egit *Bochartus*, Hieroz. P. II, L. 3. cap. 11. p. 410. ubi existimat, verbum σκώπτειν pp. notasse, SCOPIS *instar*, *imitatione ridicula aliquid effingere*. Hactenus ille. Paria fere habet ὁ πάνυ, T. H. „ σκῶμμα" inquit „ a σκώπτω, quod a σκὼψ. quae vox maxime ponitur de *homine joculari*. Sunt enim pp. *aves*, quae dicuntur σκῶπες, *imitantes* hominum *actiones*. Ea proprietas est hujus verbi, scilicet *imitando exprimere* alicujus *actiones*, et, per consequens, *ludificare aliquem dicteriis*." Nisi obstarent tantae auctoritates, τὸ σκώπτειν videri possit ipsum verbum esse, unde vox σκὼψ effecta sit. Neque enim dubitandum est, quin σκώπτειν, sit pro κόπτειν· hoc autem manifesto eandem vim habet propriam, quam κόπτειν *tundere*: ut a *tundendo* ducta sit notio *illudendi* alterum. Conf. omnino *Hesychii* glossa ῥαπίζει· σκώπτει. E. S.]

Σμαραγέω *resono*. Factum a sono. [*Etymol.* col. 720. σμαραγεῖ ψοφεῖ, κτυπεῖ. Ἀπὸ τοῦ σμάραγος, σμαραγῶ. Conf. in μάραγδος.]

Σμάω *abstergo*. A μάω, quod cum μάσσω componendum: de quo supra.

Σμῆνος *examen apum*. Forte a σμάω [*Etymol.* c. 721: 10. Σμῆνος, τὸ μελισσόβοτον ἢ τὸ σύστημα τῶν μελισσῶν. Σημαίνει καὶ τὸ πλῆγμα, καὶ γίνεται ἀπὸ τοῦ σμῶ, σμήσσω, τὸ πλήσσω. Ex oriente vocem repetiit *Martinius*, quum شمع *sam'* Arabibus sit *cera*. At longe opportunior foret derivatio Etymologi, a σμάω, σμῶ,

 per-

percutio. Mihi tamen vix dubium, quin nomen sit a σάω pp. *magno cum impetu feror:* de quo Verbo vide supra. E. S.]

[Σμίλαξ *Arbor venenata*, et σμίλη *scalprum.* An a μίω? Conf. μιςύλλω. E. S.]

Σμύχω *uro*, *inflammo.* A μύω, unde μυχὸς *locus interior*, *penetrale.* Hinc σμύχεσθαι pp. dicitur *ignis latens sub cinere.* Nempe σμύχεσθαι pp. idem est, quod Belgae dicunt SMEULEN. Lege omnino, quae de hoc verbo habet vir summus T. H. ad *Luciani* Colloq. Select. p. 35. et *Luciani* Opp. T. I, p. 351. E. S.]

Σμῶδιξ *vibex.* A σμάω, quod vicinum verbo σμάω. [Conf. in τέρφιξ *Etymol.* c. 721: 20. παρὰ τὸ σμῶξαι· οὕτω δὲ λέγουσιν οἱ Ἴωνες τὸ πατάξαι. Ὁ δὲ Θεόγνωστος, ἀπὸ τὸ μῶ, τὸ πλήσσω: κ. τ. λ. E. S.]

Σμώχω *mando.* A μάω, quod cum μάω, μάσσω, μασσάω &c. componendum.

Σοβέω *abigo.* A σόβος *citato gradu incedens.* Stirps σόω, vel σέω *agito.* [Nimirum, β interposita est, pro more. Σόβω, vel σοβέω, notat *concutere:* sed apud Graecos et Atticos praeterea passim ponitur pro *magna cum pompa*, *magnoque fastu incedere.* Sic *gressus* saepe dicitur σεσοβημένος *fastuosus*, σοβαρῶς εἰς ἀγορὰν ἥκει *magno cum fastu* et *pompa in forum venit* &c. T. H.]

[Σόλος *massa ferri solidi.* „ Distinguunt Graeci inter δίσκον et σόλον quorum ille sit *lapideus*, sive λίθος τετρημένος *lapis perforatus;* hic vero *ferreus* aut *aeneus.* Vide *Eustath.* ad. Il. Ψ, p. 1332. et *Ammonium* in voce, ad quem plura notat *Valck.* in Animadv. L. I. c. 14. Oritur autem vox σόλος ab σέλλω, vel στέλλω *explanare*, *in longum latumque dilatare.* Nam, quod *Eustathius*, p. 140. σέλλειν κατὰ γλῶσσαν notare dicit ὁρμᾷν *impetu ferre*, *nulla nititur* auctoritate veterum: quamvis analogia haud sane repugnet. Sic enim deduci potest a σεῖν, σείειν, σέλειν, σέλλειν." T. H.] [Σόλος *massa ferri solidi*, eaque *rotunda*, sim-

ſimplicisſime repeti posſe videtur ab obſoleto verbo ἔλω, pp. VOLVO, de quo vide dicta in ὅλος, ὁλοὸς &c. A notione *volvendi* facillime repetitur ea τῦ ὁρμᾷν, quaſi dicas *volvi*, *provolvi cum impetu*, quae translatio notisſima quoque est in ipſo Lat. *provolvi*, *devolvi*, et Arabicis جعل, جل &c. Ceterum ab ἔλειν esſe σίλειν, ipſe vir ſummus ſatis docuerat in σέλλος &c. E. S.]

Σομφὸ: *inanis*, et *fungoſus* veluti *ſpongia*. Porro σομφὸς, ſive σόμφος, ſubſtantive, *cucurbita ſilveſtris*. *Heſychius* exponit per χαῦνον ubi adi viros doctos. Stirps forte est ὄω, unde ὄιω, *fero*. Hinc praepoſita σ, factum σόω. σόϝω, σόμφω, ut σόμφος pp. *elatum*, *tumidumque* adeo, ſignificet. E. S.]

Σόος *ſalvus*. A σόω, vel σίω *agito*. [Etiam σῶς, pro σόος, aut, quod aliis placuit, pro σάος, contracte effertur: quin et, productiori forma σῷος, ac σῶος. Conferantur dicta in σάω, et σείω. Plura dabimus infra in σοφός. E. S.]

Σορὸς *loculus*. Forte a σίω. Conferatur σάρω &c. [De σάρω diximus in σαργάνη, et σάρξ. E. S.]

Σῦ *vox abigentis aves*. Pro σόε. Imperativus verbi σόω *agito*.

Σοφὸς *ſapiens*. Conf. σαφής. Forte a σάω, et σόω, *agito*. Alibi ſequentia habet vir cel. „ In antiqua Graecia σοφὸς dicebatur, qui *in aliqua arte* aut *disciplina peritus* esſet. Inde verbum σοφίζεσθαι proprium fuit *doctoribus* alicujus *artis*, aut *disciplinae*. Ortum hinc nomen σοφιστὴς, notavit *doctorem*. Uſus autem voluit, ut ſpeciatim adſignaretur *doctoribus Philoſophiae*: quumque hi, jam Socratis tempore, non tam id, quod verum esſet, ſpectarent, quam potius, falſa ſpecie doctrinae, ſuos discipulos circumvenirent, contenti, ſi modo lucrum ſibi facerent, male coepit audire nomen σοφιστὴς, ponique adeo de *doctore*, qui *ſpecie* tantum *philoſophus* videretur, non autem revera esſet. [„ Σοφὸς apud Graecos generalem habet poteſtatem, notatque illum, *qui artis*, quam exercet, *peritisſimus* est. Itaque σοφία majus aliquid ſigni-

ſignificat, quam τέχνη. Nam, quum ponitur de *artibus fabrilibus*, *perfectam* notat earum *cognitionem*. Unde et σοφὸς, ſaepe, ut honoris titulus, tribuitur artificibus: μάγειρος σοφὸς *doctus coquus*, τέκτων σοφὸς *doctus architectus* &c. Sic apud *Ariſtophanem* in Pluto, vs. 510. (in verbis οὔτε ἂν τῶν ἀνθρώπων, οὔτε σοφίαν μελετῴη οὐδείς·) *excellentiam* notat *cognitionis*, quando quis *optime* illius artis, quam profitetur, est *peritus*. Id monuit *Ariſtoteles* Ethic. Nicomach. L. VI, 6. ubi ait τὴν δὲ σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεστάτοις ἀποδίδομεν SAPIENTIAM *vero damus iis*, *qui ſunt peritisſimi ſuarum artium*. Ita quoque jam olim dictus est ἀρότης σοφὸς *ſapiens arator*." T. H.] [Alibi idem vir ſummus: „ σοφὸς primum quidem ſignificavit *ſapientem*, ſed dein etiam *ſolertem*, et *callidum*: unde σοφίζειν *callidum* et *aſtutum reddere*; et σοφίσματα *reperta callida*; qua voce non tantum *rhetorum* dicuntur *inventa*, ſed omnium, qui aliquid *ingenioſe inveniunt*: Porro σοφιστὴς pp. *is* dicitur, *qui* alium *reddit ſapientem*. Hinc poëtae, qui fuerunt hominum *doctores*, vocati ſunt σοφισταί. Sed poſtea vox haec σοφιστὴς propria facta fuit quorundam hominum, qui dialecticam artem docebant. Hi Philoſophis inimicisſimi erant: quare in Platonis Dialogis valde perſtringuntur" &c. Haec ille. Ceterum, ſi etymologiam vocis ſpectemus, haud dubie σοφὸς, et σόος, ejusdem originis ſunt vocabula; amboque pp. notarunt *agilem*, *celerem*, ducta quippe a ſtirpe σόω *agito*. A σόω igitur σάος *agilis*, *celer*, et hinc *ſanus*, *ſalvus*, oppoſite ad illum *ſtatum*, quo quis *morbo*, vel *carcere impeditus teneatur*. Idem σόος porro, digammate inſerto, dedit σοϜὸς, σοφὸς, *agilis*, *celer*, metaphorice *in arte ſua*, adeoque *dexter*, *peritus*, *ſapiens*. E. S.]

Σπάθη *rudis* ſeu *rudicula*: *ſpatha*. Etiam *inſtrumentum textorum* &c. A σπάω *traho*: de quo ſuo loco. [*Etymol*. Σπάθη, τὸ ὑφαντικὸν ἐργαλεῖον· παρὰ τὸ κατασπᾶν τὴν κρόκην κ. τ. λ.]

Σπαίρω *tremo*. A σπάω. [Proprie dicitur" de *carne*, igni impoſita, ejusque vi *vibrata* et SUBSILIEN-

TE;

τε; conjungiturque hoc sensu cum πάλλεσθαι, ut apud *Herodot.* L. IX, c. 119. Οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντό τε καὶ ἘΣΠΑΙΡΟΝ, *Pisces salsi, igni impositi, vibrabantur, et* SUBSILIEBANT." Vir summus *N. G. Schroeder*, in Obsf. Sel. ad Orig. Hebr. p. 127. *Hesychius*, Σπαίρει· ἅλλεται, σκιρτᾷ, πηδᾷ &c. Vide dicta in σκιρτάω, et adi *H. Stephani* Thes. in ἀσπαίρω. E. S.]

Σπάνος *rarus*. A σπάω *traho*. [Nempe, quasi *trahendo attenuatus*. Opponitur enim *denso*: qua significatione dici, monet *H. Stephanus*, RARA TELA &c. E. S.]

Σπαράσσω *lacero*, *lanio*. A σπάρω, quod a σπάω *traho*, *distraho*.

Σπάργανον *fascia*, *pannus oblongus*, a σπάργω, quod a σπάρω: de quo vide in σπαράσσω. [„ *Fasciae*, quibus infantes *involvuntur*, quibusque *vinciuntur* manus imprimis et pedes, ut membra tenella roborentur, Graecis σπάργανα, Latinis, propria voce, dicebantur *cunabula* et *incunabula*. *Hesychius* σπάργανα interpretatur δεσμὰ, ῥάκη *vincula*, *pannos*. A voce σπάργανον verbum ductum σπαργανόω *fasciis involvo* &c. Nunc origo sic indicanda, ut aliis etiam linguae partibus lux accedat. Auctor Etymologici magni, p. 722. σπάργανον „ inquit" παρὰ τὸ σπαράσσω, σπαράγανον, καὶ συγκοπῇ σπάργανον. Recte. Sed non tradit, unde fluxerit σπαράγανον. Hoc docebit similium comparatio, in linguis tractandis fidelis magistra: Τύπανον, κόπανον, πόπανον, ὄχανον, Φρύγανον, πλέκανον, ὄργανον. His dematur terminatio νον· praefigatur augmentum. Subnascentur nobis τέτυπα, κέκοπα, πέποπα, ἔοχα, πέΦρυγα &c. praeterita Media verborum τύπτω, κόπτω, πέπτω, ἔχω, Φρύσσω &c. Haec transferantur in σπαράγανον. Sicut Φρύγανον, significans *sarmentum*, analogice oritur a πέΦρυγα verbi Φρύσσω *torreo*, sic σπαράγανον ab ἐσπάραγα, Praeterito Medio verbi σπαράσσω. Hoc ipsum autem σπαράσσω, per varios flexus, oritur a verbo σπάω *traho*. *Trahendi* notio convenit *infantibus* ἐσπαργανωμένοις. Recte Etymologus, λέγονται

 „ in:

„ inquit" *αἱ πρῶται φασκίαι σπαργανώματα, ἔνθα δεσμοῦνται οἱ παῖδες, ῥυθμιζόμενοι ἐπὶ τὸ ὀρθότερον fasciae, quibus ligantur infantes, ut membra tenella rite conformentur.* Infantium membra tenera *σπῶνται trahuntur*, et fasciis diriguntur: saepe etiam distorquentur. Appositus est, ad hanc originem illustrandam, locus *Senecae*, L. VI, de beneficiis, Cap. 24. *Ubi flentium*, ait, *liberorum corpora, ac repugnantium, diligenti cura fovent, et, ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitura constringunt.* L. C. V.]

Σπαργάω *distentus sum.* A *σπάω traho.* [Insistamus paullo diutius huic verbo illustrando. Exempli enim loco erit in aliis similibus explanandis. Graecorum *σπαργᾷν*, et Lat. SPARGERE (quin et alterum Graecum *σπείρειν*) cognata esse verba, quis dubitet; modo contulerit *Aoristum*, qui vulgo dicitur, *secundum*, *ἔσπαρον*, verbo *σπείρειν* dari solitum? Sed omnes scrupuli facile eximentur, si observatum magni *Valckenaerii* hic teneamus," verba in *άω* esse *desiderativa*, ut *θανατάω cupio mori*, *φονάω cupio interficere* alium, *λουτιάω lavaturio*, *λογάω dicturio*" &c. Vide ejusdem Adnotat. Critic. in loca quaedam libror. S. Novi Foed. p. 343-345. Ergo *σπαργάω* nostrum, vi formae suae, pp. idem fuerit, ac si Latine dixeris SPARSURIO, sive *spargere cupio*, nempe, *prae nimia* humoris *copia*, qua *distentus sum*. *Hesychius*, *σπαργᾷν ὅτε οἱ μασθοὶ πλήρεις ὦσι γάλακτος*. Eidem *σπαργῶν* est *ὁ πλήρης*, et *σπαργῶσι* (sive *σπαργῶσι*, ut placuit Cl. *D'Arnaud*, Lectt. Gr. p. 122.) *πλημμυροῦσιν, ἀποσάζουσιν.* Itaque aptissime de *mammis* dicitur, *lacte* adeo *plenis* ac *distentis*, ut *spargere* illud *cupiant*. Quod ipsum *σπαργᾷν* de *arboribus* aliisque rebus etiam adhibitum, *succo turgescentibus*, ita ut *erumpant guttae.* Vide *H. Stephani* Thesaur. T. III, col. 911. E. S.]

Σπάτος *corium.* A *σπάω.* [*Hesychius*, col. 1243. *Σπάτος· δέρμα, σκῦτος.* Ad quem locum a *Sopingio* laudatur *Casaubonus*, in Athen. L. XIV, 4. p. 895. qui a Boeotiis *corium* hac voce dictum fuisse conjicit.

Vi-

Videtur autem σπάτον *corium* dici, quasi, *detractum*, five *detrahi folitum*. Conf. dicta in Animadverf. ad Analog. ling. Gr. p. 243. E. S.]

Σπάω *traho*. A πάω, *premo* &c. Vide fupra. [Proprie *bibentes* dicuntur σπᾶν, quum *uno fpiritu* integra pocula *exhauriunt*, et *fpiritu* fuo *attrahunt* potum &c. Etiam *attraxit* enfem &c. Vide *H. Stephani* Thef. III, 915. ff. et conf. in σπεῖρα. E. S.]

Σπεῖρα SPIRA. A σπάω, cui vicinum σπέω. [Originem hanc fatis exprimunt illa *Euftathii* ad Od. Z, 269. p. 1563. σπεῖρα ἢ σπεῖρας, δι' ὧν αἱ νῆες ἝΛΚΟΝΤΑΙ. Eft igitur σπεῖρα, five σπεῖρον (utroque enim genere exhibent Pluralem formam loco laudato Codices Homeri) pp. nomen Adjectivum a Singul. σπεῖρος, α, ον, pp. *id quod trahitur*, five *attrahitur*, defignans. Conf. infra in σπείρω. E. S.]

Σπείρω *fero*, *femino*. A σπέω. Idem pp. quod SPARGO. Origo eft πέω *moveo*. Alibi cel. *Lennepius* „ Verbum σπέρω, unde Graec. σπείρω, et Lat. SPERO, peperit nomen σπέρμα, quod eft Latinis *femen*" &c. [Stirps certiffima eft σπάω, cui cognatum σπέω, pp. *traho*, *attraho*. *Seminatio* peragitur *manu* identidem *attracta*, *protracta*. Quorfum allufit poëta, Pfalmo CXXVI, 6. collato Amos. IX, 6. ubi diferte habetur מושך הזרע *trahens femen*. Notio vero SPERANDI, apud Latinos, fluxit ab *exfpectatione protracta*, unde SPES LENTA dicitur, et PROTRACTA. Proverb. XIII, p. 126. תוחלת ממשכה SPES TRACTA redditur a *Schultenfio*, obfervante h. l. fimul, vocem תוחלת (quae vulgo SPES reddatur) pp. effe *lentorem*, hinc *fpem lentiorem*, *tenaciorem*. Vid. Comment. in Prov. p. 126. coll. p. 98. ejusdemque Comm. ad Job. VI, 11. p. 177. Ceterum, uti a σπάω eft σπείρω, fic a σπέω productum σπέρω, unde SPARGO &c. E. S.]

Σπένδω *libo*: quod cum σπείρω, et Lat. SPARGO componendum. [Itaque ftirps indubitata eft σπάω, cui

cui cognatum σπάω. Originem clarius indicat Futurum σπείσω, tanquam a σπείδω, vel σπείω, repetitum. Apud *Etymologum*, col. 738: 36. memoratur σπένδω, τὸ ἀναίρω, in quo videri posſit eſſe aliud originis indicium, quatenus ἀναίρειν *tollere* posſit accipi, pro *amovere*, *tracta* quaſi *manu* &c. Sed metaphoram ibi eſſe, ab Apoſtolo petitam (qui 2 Tim. IV, 6. ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, inquit, locutionem petens a *libatione* ſacra) citatio hujus dicti Paullini, ab ipſo Etymologo facta, ſatis indicat. Cum verbo autem Graeco σπένδειν convenire videtur Belgarum vetus SPENDEN, quod a *Kiliano* noſtro exponitur *erogare* eleemoſynam, nempe, quaſi *protrahere* eam e crumena dixeris. Ab iſto SPENDEN, (niſi malis a Gallorum ſimili obſoleto verbo SPENDER) ductum est vulgo tritiſſimum noſtrum *ſpenderen*. Conf. *Ten Cate*, I. Proeve, p. 405. E. S.]

Σπέος *ſpelunca*. A σπέω, quod cum σπάω componendum: quaſi *rupturam* montium vel *terrae* dicas. [Homericum est, et vetus, vocabulum σπέος. Inſerto K, Latini inde formarunt SPECUS. A σπέος veteri duplex forma producta σπήλαιον, et σπήλυγξ. Quarum formarum illa erat ſtili communis, haec poëtica, et rarior, idcirco adnotanda, quia hujus formae caſus *quartus* σπήλυγγα, apud Romanos, transiit in caſum *rectum* SPELUNCA. *Heſychii* gloſſa, qua σπήλυγγες eſſe dicuntur τὰ κοῖλα τῆς γῆς; σπήλαια, ſpectat ad *Apollonii Rhodii*, L. II, 570. In loco *Dionyſii* (apud *Athen.* L. IX, p. 401.) legere licet νύμφων ὑπὸ σπήλυγγα, i. e. *antrum Nympharum*. Vulgo SPELUNCA dicebatur σπήλαιον, talis praeſertim, quae *arte facta* eſſet, et, ut ab hominibus habitaretur, parata; *ſpelunca* vero, *non arte facta*, ſed *natura*, proprio nomine ἄντρον vocabatur: quod diſcrimen, a Grammaticis adnotatum, nonnulli quidem obſervarunt, alii tamen voces has promiscue adhibuere &c. L. C. V.]

Σπέρχω *urgeo*, *propello*. A σπέρω, σπέω, πέω,

pre-

premo, agito. [*Hesych.* σπέρχειν, ἐπείγειν, κελεύειν. Inde σπέρχομαι *festino*, pp. *impello me*, vel *urgeo me ipse*, ut Il. Λ, 110. Τ, 317. &c. Conf. σπεύδω. E. S.]

Σπεύδω *festino*. A πέω *agito, premo*. Alibi vir celeb. „ Σπεύδειν "inquit „ pp. *festinare*, significationem deducit ab *impellendo* et *premendo*. Origo remotior est πέω, cui vicinum πιέω peperit usitatum πιέζω *premo*. A propria autem *festinandi* notione translatum nomen hoc, σπουδή, de quovis *studio* usurpari solet, atque ea notio etiamnunc cernitur in verbo, inde derivato, σπουδάζω." Alibi rursus: σπουδάσωμεν (Heb. IV, 11.) reddi potest *omnibus viribus adnitamur*, vel *omnes animi vires intendamus*. Σπεύδω, nempe, significat *summa vi contendere*, atque inde *properare, festinare*. Ab hujus Praeter. Medio ἔσπουδα, ortum σπουδή, ejusmodi notat *contentionem*, seu *studium intensum* &c. [„ Σπουδή notat *studium*, quod rei alicui impenditur. Hinc σπουδαῖος *serius*. Inde saepe ponitur pro *homine bono*: ut saepe junguntur ἄνθρωπος σπουδαῖος, καὶ ἀγαθός. Hinc σπουδάζειν *studio et serio agere*. Convenit Belg. SPOEDEN." T. H.] [Σπεύδειν *nervos intendere*, atque *omnibus viribus niti*. Proprio significatu, de *piscatore*, omnibus *viribus rete attrahente*, adhibuit Theocrit. Carm. I, 40. ubi male *festinandi* verbum habet interpres. Ad *Hesiodi* Scutum, vs. 364. attigit hanc verbi vim *Graev.* in Lectt. Hesiod. c. 21. p. 108. &c. L. C. V.]

Σπίζω *extendo*. A σπίω, quod cum πίω *premo* componendum. [De *avium murmure* pp. dici observat *D'Arnaud*, Lectt. Gr. p. 122. Est autem haec vis ab ὀνοματοποιΐᾳ repetenda. Aliam *extendendi, expandendi*, a πίω fortasse ductam, dabit *Eustath.* p. 882: 54. 996: 22. E. S.]

Σπιθαμή *spithama*. A σπίω, quod fere convenit cum σπίζω. [Conf. in σπίζω. *Eustathius* derivat a σπίζεσθαι θαμά, i. e. ἐκτείνεσθαι. Malim equidem simpli-

plìciter repetere ab antiqua forma verbi σπιθάω, quae fluxerit a σπίθω, σπίω, unde σπίζω. E. S.]

Σπῖλος macula. A σπίω forte: unde σπίζω. [Etiam σπιλὰς dici creditur. Unde in Epist. Judae, vs. 12. σπιλάδες. Sed *Hesychius* σπιλάδες exponit μεμιασμένοι *maculati*. Eidem Lexicographo σπιλάδες sunt αἱ περιεχόμεναι τῇ θαλάσσῃ πέτραι. Plurima de hac voce attulit Cl. *Sallier.* ad *Thomam Mag.* voce σπιλὰς p. 884. Quo loco, quod, ex Etymologo, Cel. *Oudendorpius* laudavit σπίλας λίθος ὁ ἘΣΠΑΣΜΈΝΟΣ ὑπὸ τῶν κυμάτων, favere posse videatur *Lennepianae* derivationi, a σπίω, unde σπίζω *premo.* Notissimum est, Iudae Epist. vs. 12. viros nonnullos eruditissimos τὸ σπιλάδες reddidisse per *scopulos.* At T. H. „ falluntur revera" inquit „ qui *scopulum* interpretantur. Vox σπίλος pp. est Adjectiva, et notat *planus.* Belgae pp. dicunt *een vlak* i. e. *maculam*, quae se *per planum spargit.* Non aliter Graecis σπῖλος pp. *planus*, hinc *macula*; quo sensu sine dubio quoque positum σπιλάδες. Res clarissima est ex 2 Petr. II, 13." Hactenus ille. E. S.]

Σπινθὴρ *scintilla.* A σπίζω, de quo supra. [Σπινθὴρ a σπίω, σπίνω, id est *spargo*, et *cum fragore prosilio.* Hinc σπίζω. Ea etiam potestate sumuntur, mutata vocali, σπέω, σπείω, σπείρω, SPARGO. T. H.] [Eodem facit, quod σπινθῆρα *scintillam*, σπέρμα πυρὸς, h. e. πυρὸς ἀποβολὴν poëtam dixisse, admonuit *Valck.* Anim. ad Ammon. p. 140. ubi plura legi velim. Analogia linguae suppeditat nobis thema σπίνω, a cujus tertia Praeter. perf. pass. ἔσπινται, descendat σπινθὴρ, et (cum adspirata litera) σπινθήρ. Σπίνω istud nullibi quidem hodie apparet apud Graecos: exstitisse tamen olim, vel sola nomina, inde proxime derivata, σπῖνος et σπῖνα, ab *Hesychio* aliisque servata, facile probant. Quid si ipsum hoc σπίνω (a σπίω ductum, et eadem proprietate praeditum, qua cognatum σπάω, id est *traho*) supersit etiamnunc in Teutonico nostro SPINNEN i. e. *neo*, quod magnus

Ten

Ten Cate (I. Proeve, p. 405. 406.) apposite reddidit per TRAHERE *pensa* &c. A notione certe *trahendi*, in cognato σπείρω, supra vidimus similiter fluxisse illam *spargendi*: e qua quidem *spargendi* significatione, σπινθὴρ nostrum mox opportune duxit T. H. Pluribus haec exsequi locus non permittit. E. S.]

Σπλάγχνον *viscus*. Pro πλάγχνον, quod pro πλάγνον, et hoc a πλάζω repetendum: de quo πλάζω supra dictum. [Alio loco Cel. *Lennepius*: „ Σπλάγχνον, *viscus*," inquit „ nomen accepit a *situ* viscerum *tortuoso*; quasi dicas *per errores implexum*. Fit enim σπλάγχνον a verbo πλάζομαι *oberro*. Hujus, nimirum, Praeteritum perfect. πέπλαχα peperit nomen πλαχὸς, vel aliud vicinae formae nomen obsoletum; cujus derivatum πλάχινος, contracte, elatum fit πλάχνος· ut πυκινὸς, contracte πυκνὸς, et alia similia. A πλάχνος dictum neutrum πλάχνον, praefixo σ, tandem formam accepit usitatam σπλάγχνον· in quo observandum est, literam ν, ante χ, ut in similibus, interpositam fuisse. Jam vero verbum πλάζομαι, factum ab Activo πλάζω, oritur a simpliciori πλάω, quod, per contractionem, factum est, a πελάω, originemque habet πέλω, cujus Medium πέλομαι vulgo redditur *adsum*, at magis tamen proprie significat *versor* in aliqua re, ut Activum πέλω pp. est *verso*." Vide dicta in πέλω, et πλάζω. „ Apud Orientales in primis *viscera* habebantur *sedes misericordiae*: ut Graeci quoque veteres *diversas affectionum sedes*, in corpore, statuebant: exempli caussa *irae* sedem in *naso*. De Pane *Theocritus*, Carm. I. 17. *Est*, inquit, *valde acerbus*, Καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται. Itaque et Hebraei *iram* et *nasum* designant eodem vocabulo, אף. Quibus autem *viscera* facile sunt *mobilia*, quique adeo facile adficiuntur sensu calamitatis aliorum, illi dicuntur σπλαγχνίζεσθαι ἐπὶ τινί. Graecis etiam εὔσπλαγχνοι dicebantur: contra *duri*, et *crudeles*, et *vix homines* ἄσπλαγχνοι. In libris nostris sacris, DEO O. M., qui *humanas adfectiones* sibi contribui non noluit, tribuuntur σπλάγ-

χνα

χνα ἐλέες *viscera ad misericordiam facile mobilia.* *Paullo* memorantur σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, ad Colosf. III. 12. Formula loquendi, in his libris pervulgata, σπλαγχνισθῆναι ἐπὶ τινί, *misericordia supra aliquem esse commotum*, non reperietur in libris Graecorum veterum, et ex Hebraismo repetendam phrasin monstravit *C. Vorstius* &c. L. C. V.]

Σπλὴν *splen, lien.* Est a πλέω. Conf. σπλάγχνον.

Σποδὸς *cinis.* Forte a σπόδω, cui vicinum σπεύδω. [Etymol. c. 724: 22. σποδὸς, ἀπὸ τῦ σβέσω, σβοδὸς, καὶ σποδός· ἡ ἀμαυρῦσα τὴν φλόγα κ. τ. λ. Hac quidem ex origine σποδὸς pp. foret, qui *flammam obtegat et obscuret, cinis.* Nescio tamen, an permutatio literarum π et β, hac in voce, nonnihil dura sit et precaria. Mallem igitur recurrere ad stirpem πόω, unde certissime descendit πὸς, sive ποὺς PES, pro πὸδς PEDS. Conf. dicta in πῦς, et πόω. Hoc vero dato, σποδὸς erit pro ποδὸς, praefixa σ, ut in plurimis aliis: σποδὸς autem CINIS dici potuerit, *flammam*, nempe, quasi *premens*, et *exstinguens.* E. S.]

Σπόνδυλος *vertebra.* A σπόδυλος, quod a σπόδω, vicino alteri σπεύδω. [Scripsere etiam σπόδυλος, diversa nonnihil translatione, quin et σφόνδυλος, litera π adspirata. Ipsa vocis forma videtur esse diminutiva, ductaque a simpliciori σπονδὺς, uti μικκύλος a μικκὺς, cujus loco pronunciatum quoque μικκὸς· ut pro σποδὺς veteres etiam dixisse videantur σποδός. E. S.]

Στάζω *stillo.* Forte factum a sono guttae, ex alto cadentis.

Σταῖς, vel ςαὶς *farina triticea*, aqua subacta. Componendum cum ςάω, ςέω, ςίω, ςίβω, *condenso.* [Conf. *Casaub.* ad Athen. p. 646. et viri docti ad *Hesychium* in voce, col. 1256. Adde *Etymologum* magnum in δαὶς, et παῖς. E. S.]

Στάμνος *urna.* Pro ςάμενος, ab ἵςαμαι, de quo supra. [Quidquid est in lingua Graeca vocabulorum desinentium in μνος, μνα, μνον· illud omne ortum fuit ex Participiis verborum Passivis, desinentibus in μενος &c. Nonnunquam istiusmodi nominibus remansit ple-

plena forma. *Cisterna* ex gr. sive *aquae receptaculum* dicitur nonnunquam δεξαμένη, ut apud *Platonem* Opp. T. III, p. 117. *Philonem Judaeum*, p. 192. *Symmachum* in versione Ecclesiastae Salomonis, Cap. II, 6. Eadem forma *locus herbosus* dicitur εἰαμένη, apud *Hesychium*. *Velum navis* interdum dicitur ἄρμενος, vel ἄρμενον, pp. *aptatum* armamentum, a verbo ἄρω. *Asparagus*, qui celerrime e terra prorumpit, dicitur ὄρμενος, contr. ex ὀρόμενος, a verbo ὄρω *excito*, unde verbum Lat. ORIOR. Sed, in istiusmodi nominibus, plerumque vocalis brevis fuit elisa. A verbo ἵστημι, ἵσταμαι, ἱστάμενος, στάμνος *urnam* notat, vel *amphoram*. Hinc verbum oritur συσταμνίζειν *simul in urnam infundere*, in *Nicandri* versu, ex Georgicis, apud Athen. L. IV, p. 133. A μερίω, vel μερίζω, *divido*, Praeter. Particip. Pass. μεμερισμένος. Hinc contractum fuit μερίμνα *cura*, *sollicitudo*, quae *animum distrahit* in divorsa. Major contractio est in τερπνὸς *jucundus*. Ortum enim illud a τερπόμενος, a τέρπω *delecto*. Σεμνὸς *venerandus* contractum fuit ex σεβόμενος, a verbo σέβω *veneror* &c. L. C. V.] [Conf. et *L. Bos* Diss. de Etymol. Gr. p. 40. E. S.].

Σταυρὸς *palus erectus*. A στάω, vicino alteri ἵστημι. [Σταυρὸς nihil aliud denotat, quam *palum erectum*, sive *in terram defixum*. A verbo σταύω, vel στάω. L. C. V.]

Σταφὶς *uva passa*. Forte a στάφω, quod componendum cum σέφω et τύφω, de quibus suo loco. [Etiam praemisso α dicebatur ἀσταφίς. Lege de α isto Animadverss. ad Anal. p. 504. 505. Forma productior a σταφὶς, sive potius a σταφὺς, facta fuit σταφυλὴ, quod idem pp. ac σταφύλη *libella fabrilis*, *perpendiculum*, cum accentu in penultima pronuntiatum. E. S.]

Στάχυς *spica*. Forte componendum cum στάω. [Cl. *L. Bos*, in Dissert. de Etym. Gr. p. 40. 41. Etymologi magni priorem expositionem secutus, στάχυς dici putabat pro σίταχυς, quasi ὁ τὸν σῖτον συνέχων.

Rectior tamen, nostro quidem sensu, altera est derivatio, in eodem Etymologico magno obvia: παρὰ τὸ στῶ, στήσω, στήκω, στάχυς, καὶ ἄσταχυς. E. S.]

[Στάω vetus verbum, apud Latinos superstes in contracta forma, STO, id est, στῶ, pro στάω, STAS, STAT. Vide dicta superius in ἵστημι. A στάω supersunt formae στάσις, στατὸς, et similes benemultae; uti et verbum στάσκω, e futuro στάσω ductum, unde στάσκε *stabat*, Il. Γ, 217. Σ, 160. Porro et Belgis quoque STAAN idem esse ac Gr. στᾶν observavit vir doctus apud *Haverk.* de Pronunt. L. Gr. p. 87. E. S.]

Στέαρ *sebum*. A στέω, vicino alteri ἵστημι. [*Etymolog.* col. 725: 35. veram formae rationem non satis videtur perspexisse, ab ipsa tamen derivatione haud procul abfuit. Παρὰ τὸ στάσιν, „ inquit" καὶ πῆξιν ἔχειν. Firmabit autem derivationem hanc collatio formae vicinae στῖαρ: de qua vide *Etymol.* col. 491. in voce κάρητος. E. S.]'

Στέγω *tego*. A τέγω, quod cum τίγω, TANGO, componendum. [Nimirum praeposita σ, ut in aliis benemultis, a τέγω factum στέγω. Hanc etymologiam vocis non tantum suadet comparatio Latini verbi TEGO, sed eandem confirmant Graeca haec, ab *Hesychio* laudata, τέγη· στέγη, οἴκημα. Τέγος, στέγη. In quibus videmus formam utramque, tam τέγος, quam τέγη, usitatam fuisse: qua ratione etiam στέγος, et στέγη, eodem hoc usu dixerunt. Conf. porro *Valcken.* ad Ammon. p. 178. Adnott. in Euripid. Hippol. p. 257. B. *L. Bos*, Exercit. ad 1 Cor. XIII, 7. *D'Arnaud* Lectt. Gr. p. 123. E. S.]

Στείβω *calco*. A στέω *erigo*, *rigere facio*, *denso*, *condenso*. [„ Στιβὰς est a στείβω, sive στίβω, *calco*, *calcando* comprimo, et *condenso*; uti στείβειν τὰ ἔρια *lanas calcare* et *densare*. A στείβω, vel στίβω est στιπτὸς *compactus*, *compressus*. A *Praeterito* Medio ἔστιβα est στίβη pp. *pressura*, *compactio*. Hinc στιβὰς notat *rem compressam* et *compactam*. Propria ratione dicitur de *lecto vili*, vel *strato*, quod constat stramentis, *juncis*, *calamisque compactis*. Hinc etiam *milita-*

taria strata, quorum usus in castris, dicuntur ςιβάδες ςρατιωτικαί. Illa conficiebantur ex *virgis*, itidemque *stramentis* et *foliis*. Solebant etiam *virides rami*, quos ad hunc usum adhibebant, ita vocari. *Marcus* in Evangelio, Cap. XI, 8. vocat ςιβάδας, quae a *Matthaeo*, C. XXI, 8. dicuntur κλάδοι." T. H.]

Στέλεχος *truncus*. A ςέλω, ςέλλω· de quo mox.

Στέλλω *mitto*. A τέλλω *oriri facio*, *propello*, *injungo*: de quo suo loco. Alibi cel. *Lennepius*: Verbum ςέλλω, tanquam primitivum, vulgo solet haberi; revera tamen est derivatum, ortum a verbo τέλω, quod olim significavit *perficio*, *efficio*, vel *perfectum pono*, et *produco*. Ea potestas cernitur in derivato nomine τέλος *finis*, unde τελέω *perficio*. Porro, a τέλω, verbum usitatum est τέλλω. Solet, nempe, litera λ saepissime, in hujusmodi verbis, geminari, ut in βάλλω, pro βάλω, similibusque. A notatione autem *perficiendi*, *producendique*, verbum τέλλω accepit eximie eam *oriri faciendi* notionem: unde, significatione neutra, etiam dicitur pro *oriri*. Est ea potestas conspicua, cum in aliis, tum in composito ἀνατέλλω, et ἐπιτέλλω· quorum illud eximie de *sole oriente*, hoc de *stellis orientibus*, praesertim, usurpari solet. Porro observandum, literam σ ab initio saepius non esse originalem, ut in σκληρὸς *durus*, σκάπτω a κάπτω, quod antiquitus significare potuit *cavo*, σκέλλω *allido*, a κέλλω &c. Itaque ad eandem rationem, a τέλλω, ςέλλω, quod pp. significat quasi *missum compono*, vel *compositum mitto*, et *instructum*. Hoc sensu fere nomen ςολὴ STOLA notat *vestimentum*, quod *immitti* soleat corpori; eximie *muliebre vestimentum laxius*, quod *reliquis immitti* soleat. Praeter ςολὴ, a verbo ςέλλω, ortum nomen ςόλος, generatim significat *apparatum* quemcumque *confectum*, et *instructum*, *ad rem majoris momenti moliendam*, atque inde porro, apud auctores, modo notat *apparatum*, vel *expeditionem*, (*cum* quodam *apparatu*) *terrestrem*, modo *apparatum*

tum nauticum, quando idem est ac Lat. *classis*. A στέλλω compositum ἀποστέλλω pp. significat *mitto* alium, vel *ablego* alium: idque, vi praepositionis ἀπό. Hinc eximie saepe valet *cum mandatis*, vel *legatum* aliquo *mittere*. Ita Graeci dicunt ἀποστέλλειν τινὰ 'Αθήναζε &c. Hinc et nomen ἀπόστολος pp. significabit *eum, qui cum mandatis* aliquo *mittitur*: quare, in N. T., apte ἀπόστολοι dicuntur *legati* CHRISTI, ad Evangelium hominibus praedicandum, *missi*. Aliam vero significandi rationem scriptores Graeci, in hac voce, sunt secuti: quippe qui Adjective (ut pp. vox est Adjectiva) voce ἀπόστολος utentes, eam usurparunt in *re nautica*. Dicebant, nempe, ἀπόστολα πλοῖα *navigia, quae*, modo huc, modo illuc, a rei navalis praefectis *dimittebantur*. Substantive etiam ab iisdem usurpata vox ἀπόστολος notavit *apparatum classicum*, vel *expeditionem maritimam*. Vide *Harpocrationis* Lex. Rhetor. ad vocem ἀποστολεῖς. [„ Verbum στέλλω in Lexicis redditur *mitto*, *orno*. Quasi autem potestates istae significandi essent diversissimae, ab *Henr. Stephano*, et, hujus compilatore, *J. Scapula*, sub isto verbo, composita, in quibus *mittendi* vigeat significatio, discernuntur ab illis, in quibus illa *ornandi* compareat. Temere. Propria verbi potestas est *instruendi*, *ornandi*, *componendi*: hinc nata altera secundaria notio *instructum*, vel *ornatum mittendi*. Etenim στέλλειν nunquam significat, (nisi improprie et usu tantum recentiorum) simpliciter *mittere*. Hoc Graecis est πέμπειν, tali cum discrimine, ut πέμπειν ναῦν sit *mittere navem*, sed στέλλειν ναῦν *instruere navem*, et *mittere instructam*, sive *armis*, seu *sociis navalibus*, sive *remigibus*, seu *mercibus*. Quae *Julio Caesari* est *ornata classis* armis virisque, ea Graecis una voce dicitur στόλος. Nempe a Praeterito Medio ἔστολα, ducta στόλος, et στολή, pp. significant *ornatum*, *ornamentum*, dein *vestimentum decorum*, et *ornatum*, STOLAM. Eadem ratione tertia forma derivata, στολίς, contrita olim fuit. A στολίς, στολίζω, (sicuti ab ἐγγύς, ἐγγίζω,

à χωρὶς, χωρίζω, ab ἐλπὶς, ἐλπίζω) *ornandi* notione ponitur ab *Anacreonte*, Od. XXVIII, 40. ad quem locum notavit cl. *D'Arnaud*, in Animadv. p. 22. a Genitivo στολίδος deductum esse στολιδόω, forma, non significatione, a reliquis diversum, &c. &c. L. C. V. quem vide omnino ad *Herodot.* L. VII, p. 546., vs. 61. Ceterum cum Graeco στέλλειν dextre admodum contulit Belgarum nostrum STELLEN vir doctus, apud cl. *Haverkamp.* de Pronunt. L. Gr. p. 87. Vid. et τέλλω. E. S.]

Στέμβω *injuria adficio.* A στίβω; unde στείβω *calco.* [*Eustathius* p. 235: 8. exponit τὸ ὑβρίζειν καὶ συνεχῶς κινεῖν. Convenit proprietate sua cum Hebr. רדה, Arab. مركب, ut Jesaiao c. XIV, 6. et alibi. E. S.]

Στενὸς *angustus.* A στέω, quod, vicinum verbis στάω, σέω, στίω, et στύω, pp. valet *rigere facio*, atque sic *condenso*, *figo*, similiaque. Alibi et haec habet *Lennepius*: A verbo οἰμώζειν diversum est alterum στένειν· utque οἰμώζειν ad externa signa *lugentis* pertinet, sic στένειν *internum* animi *dolorem*, seu *angorem* comprehendit. Proprie enim convenit ei, qui ex *angusto pectore* suspiria *ducit*. Est enim pp. idem, quod *angere*, vel *angustum facere*, et intransitive, *angustum esse*: quae propria potestas manifesto cernitur in derivato Adjectivo στενὸς *angustus*, quod cum aliis rebus, tum praesertim *viis* convenit. Ita στενὴ ὁδὸς, στενὴ πύλη &c. Gr. στένειν cum Belg. STENEN apto iterum contulit *Mekerchus* apud *Haverk.* de Pronunt. L. Gr. p. 87. Groningani *stemmen* dicunt, nos vulgo *steenen*, *steunen*. E. S.]

Στέργω *amo.* Forte cum τέρέω componendum, ut τορέω, τόρος, et similia: nisi mavis a στέρω, unde στερεὸς &c. [*Etymol.* col. 725. Στέργω τὸ ἀσπάζομαι, τὸ ἀγαπῶ, καὶ φιλῶ· γίνεται παρὰ τὸ στέγω, ὃ σημαίνει — τὸ ὑπομένω. Τοῦτο δὲ παρὰ τὸ στῶ· ἀπὸ τοῦ στῶ οὖν στέγω, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ρ, στέργω· ὡς φῶ, φέβω, φέρβω. Mihi quidem vix dubium est, quin στέργω verbum sit, factum a *sono stridulo*, quem ferae quaedam erga pullos suos edunt, tenerrimi amoris, et misericordiae intimae

indicium. Tale apud Orientales verbum est חנן, sive حن, unde חן Hebraicum, quod cum Graecorum στοργὴ passim contulit *A. Schultensius.* Itaque princeps notio est *amoris tenerrimi*, unde altera ista *acquiescendi*, sive τοῦ ἀρκεῖσθαι. Conf. *Valcken.* ad Euripid. Phoen. vs. 1679. p. 562. 563. E. S.]

Στερεὸς *solidus.* Forte a τερέω *perforo*: ubi vide τόρος. [Conf. mox in στερέω.]

Στερέω *privo.* A τέρω, τερέω, Lat. TERO: Alibi haec habet vir celeberr. „ A nomine στέρος duplex est Adjectivum στέῤῥος, et στερεός. Utrumque notat *condensatum*, vel *solidum*: atque inde dixere στέρνον [pro στέῤῥον] STERNUM pp. *solidum.* A notione *solidi* ad *austeritatem*, et *duritiem* animi translatum fuit vocabulum στερεός. Eadem quoque ratione translate interdum ponitur στέῤῥος. Sicuti autem notiones *solidi* et *soli* a Latinis videmus vicinas habitas esse, ita ut, ab Adjectivo *sōlus*, dixerint *solidus*; sic quoque in verbo suo στερέω fere instituerunt Graeci. Igitur a verbo στέρω Latine *solido*, dixere στερέω, quasi proprie vellent *solum facio*: quae notio eam *privandi* sponte suppeditat." [„ Latinis olim *sterilus* dicebatur et *sterilis*. *Festus*: STERILAM" inquit „ *mulierem appellabant, quam Graeci στεῖραν dicunt, quae non capit semen genitale.* Atqui Latina nomina, in *ilus* et *ilis* desinentia, sunt formae diminutivae. *Sterilus* itaque ortum a prisco STERUS, Gr. στέρος· cujus loco Graeci dixerunt στέῤῥος, α, ον, et στεῖρος, α, ον. Verbum Graecum fuit στέρω· unde productum στερέω, et στερεὸς *firmus*, *durus*, *rigidus*, *solidus.* Hinc στερέω *solido.* Itaque et στεῖρος pp. significavit *firmum*, *durum*, *solidum.* Hujus foemininum στεῖρα traductum fuit ad significandam *mulierem sterilem*, quasi dicas *duram* et *impervium*, &c." L. C. V.] [Nescio equidem, an metaphora potius ducta sit a *solo duro*, *quod aratrum non admittat*, atque adeo *incultum* maneat et *sterile.* Conf. Hebr. גלמוד et גלמודה, Job. III, 7. &c. Jes. XLIX,

XLIX, 21. cum iis, quae *Schultensius* dedit in Comment. Jobaeo, p. 56. 57. et Vindic. p. 205. E. S.]

Στέρνον *pectus.* Compone στερεὸς *firmus.* [Στέρνον pro στέρεον. Conf. in στερέω et στῆθος.]

Στέφω *corono.* Forte a στέω. Compone στείβω, στόφω. Alibi cel. *Lennep.* „ Verbum vetus est στέπω, vel στέπτω, quod significavit *cingo.* Inde στέμμα pp. id *omne* significat, *quo* aliquid *cingas*: unde eximie *infulae sacerdotales* ab *Homero* dictae fuerunt στέμματα. Ab eodem verbo ortum στεπτὸς Lat. *cinctus*, et στέφος, quo eximie olim designabatur *corona*, qua *caput* alicujus *cingi* solebat. Inde denuo nomen στέφανος. Ab utroque nomine porro verba sunt στέφω, et στεφανόω *corono.*" &c.

Στῆθος *pectus.* A στάω. [Nimirum, „ στῆθος dicitur ab *Hippocrate* (ut *Galenus* adnotavit) non omne id, quod est a priori parte thoracis, sed *medium os*, in quod se inserunt costae: quod juniores medici στέρνον appellant." *H. Stephan.* Thes. T. III, c. 1031. Vide porro *Foësium*, in Oeconomia, voce στῆθος, et στῆθος ποδὸς, cujus posterioris phraseos ratio, ex data etymologia, etiam aliquanto erit planior. Observat. *Etymol.* c. 727: 18. ἀπὸ τοῦ ἑστάναι, dici, διότι ἕστηκεν ἀσάλευτον· τὰ γὰρ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος κλίνεται, τὸ δὲ στῆθος οὐ κλίνεται. E. S.]

Στήλη *cippus.* A στάω. [„ Στῆλαι *columnae*, vel *cippi sepulchrales.* Vulgata vox, quae nihilominus interpretes, non uno in loco, fefellit, notante *H. Valesio* ad Eusebii Hist. Eccles. L. II, 12." T. H.] [*Etymologus* col. 727: 24. similiter derivabat παρὰ τὸ στῶ, στήσω. Commodior tamen analogiae videtur ratio, si repetas a στέλλω, antiquitus pronunciato, per λ simplex, στέλω *pono*, Belgarum STELLEN: unde στήλη pp. *columna posita*, *cippus erectus.* E. S.]

Στηρίζω *firmo.* A στάω. Compone στερεός. [Proprie est *firmiter statuere*, ut *immobile* aliquid *maneat.* Vide *Albert.* ad *Hesychium*, in voce στηρίξαι, ubi laudat versum *Homeri*, Od. M, 434. οὐδέ πη εἶχον Οὔτε στηρίξαι ποσὶν ἔμπεδον, οὔτ' ἐπιβῆναι: ubi *Scholiastes*

τὸ στηρίξαι exponit στῆναι ἀσφαλῶς *stare firmiter*. Potest etiam conferri, Il. Λ, 28. et Il. Φ, 242. Priori illo loco στήριξε, idem est ac *defixit*, posteriori vero, στηρίξασθαι πόδεσσιν, sensu Medio, *pedibus se ipsum defigere* aut *firmius stabilire*. Adscribamus elegantem summi viri L. C. V. observationem, de usu ejusdem verbi in locis N. Foederis. „ Στηρίξαι" inquit „ et ἐπιστηρίξαι, in libris nostris sacris, peculiarem quandam vim habent. Significant enim *Christianos*, vel *teneras Christianorum mentes*, *in fide susceptа*, *corroborare*, *adhortationibus* praesertim, *et promissis*, ad vitam aeternam spectantibus. Multa dantur in illis libris, quae frustra quaeras, hoc sensu, in scriptis veterum Graecorum. Praecones enim Euangelii de multis rebus verba facere debebant, antea prorsus incognitis, verbaque Graeca in alium usum saepe iis erant inflectenda" &c. E. S.]

[Στήτη, vel στῆτα, *foemina*, *mulier*. *Hesych.* στῆτα· γυνή· ubi vide cl. *Alberti* et locum *Theocriti.* Notissimum est, veteres quosdam, Il. Α, 6. pro διαστήτην, divisim legisse διὰ στήτην. „ Nullum est dubium, quin debeat legi διαστήτην, intelligique, *dissiderunt* inter se, *animis sunt divisi*, primum quidem loco, dein etiam sententia et vera simultate. Est enim dualis numerus *Aoristi* 2. Activi, a Singul. διέστην, positumque Ionica dialecto, pro διαστήτην, a verbo διΐστημι. Quum hoc videatur manifeste patere, mirandum est, fuisse apud veteres, qui aliam lectionem intruderent, hoc pacto, διὰ στήτην ἐρίσαντε. Eorum ratio talis est. Στήτη, ex veteri dialecto, significavit *mulierem*: quare ab *Hesychio*, στήτη, vel στῆτα exponitur γυνὴ *mulier*, ut etiam a *Theocrito*, in carmine, cui titulus est *Securis*, reperitur στήτη usurpatum. Hoc pacto διὰ στήτην interpretabantur *propter mulierem*, nempe, *Briseida*. Potest videri de hac interpretatione *Melampus* ad Dionysium Thracem: cujus verba e Ms. Codice protulit *J. A. Fabricius*, ad Sext. Empir. p. 230. T. H.] [Adi sis Ill. *Villoison.* in Diatrib. p. 172. Ceterum haud omnino li-

liquet, unde vox στήτη, hoc quidem ſenſu], ſit ducta. An forte στήτη, est pro τήτη· hoc vero componendum cum τιτθὸς *mamma muliebris*; ut στήτην, quaſi *mammam*, per contemptum, metonymice dixerint pro *puella*, ſive *concubina!* E. S.]

Στίζω *pungo*. A τίω, unde τίγω, τίγγω &c. [Στίζειν pp. est *pungere* vel *notas pungendo infigere*. Unde στίγματα *notae*. *Notae* autem hae ſtylo acuto et ignito inurebantur. *Puncta* vocat *Vegetius*, L. I, 8. et II, 5. ubi vide *Stewech.* et *Turnebi* Adverſ. L. XXIV, 12. et in primis *Joh. Rhodium* ad Scribon. Larg. p. 308. 309. Tali *ſtylo* nomen erat καυτὴρ, vel καυστὴρ, vel καυτήριον· unde καυτηριάζειν, et καυστηριάζειν τοὺς ἵππους, itidemque ἀκαυστηρίαστοι ἵπποι. Quae, Lexicis ignota, vocabula occurrunt apud *Strabon.* L. V, p. 329. (Inurebantur autem *notae* iſtiusmodi manibus eorum, qui militiae nomen dederant: ne deſererent. L. B.) Unde commode explicari potest locus *Paulli* ad Galat. c. VI, 17. στίγματα τοῦ Κυρίου ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω, h. e. *veluti punctis ſignatus*, *Chriſti militiae ſum adſcriptus.* Multo certe hoc probabilius, quam ut ad στίγματα, vel *ſervorum*, vel *diis conſecratorum*, reſpexerit: eoque magis, quia ſaepe numero loquendi rationes, a militia, traduxit ad Chriſtianorum non diſſimilem conditionem. Vide *H. Grotium* ad Apocal. c. XIII, 16. T. H.] [In uſu familiari στίζειν ſignificabat *diſtinguere*, pp. *pungere*, vel *puncta ponere*, adhibitum de Grammaticis, qui *libros*, a librariis ſcriptos, *interpungebant*. *Nicanor* Grammaticus, qui librum ſcripſit *de recta ratione interpungendi*, ab iſto verbo dictus fuit Στιγματίας, quo titulo deſignatur ab *Euſtathio*. Notavit hanc in rem nonnulla *Novellus*, in Miscell. Nov. Vol. IV, p. 248.] [L. C. V. „ DISTINGUERE Latinorum &c. Simplex ejus ἀπὸ τοῦ στίζειν (unde *ſtigare* et *ſtigere*, mox *ſtingere* et *ſtinguere* profluxit) pp. est *pungere*; inde *inſterſtingere* est *interpungere*; et *inſtinguere* ferme idem quod *inſtigare*, uſu tamen paullum diſtincto" &c. &c. ALB. SCHULT.

SCHULT. in Comm. ad Prov. Salom. p. 428. Ab eodem ἔστιγμαι (unde στίγμα ducitur) et altera vox est, cognata, στιγμή, pp. *punctum*: unde „ *Lucae* Evang. c. IV, 5. ἐν στιγμῇ χρόνου, id est, *in* PUNCTO *temporis*, ut *Lucretius* loquitur, L. IV, 165. Latine alias dicitur *ictu temporis*. *Apulejus* tamen etiam, L. X, p. 219. *momento modico*, imo PUNCTO *exiguo*. Docte *Erasmus* et *Casaubonus* monuerunt, locutionem esse desumtam a *puncto* Mathematicorum: nam, quum pp., secundum physicos, nullum *punctum* dari possit tam exiguum, quod non in partes infinitas possit, cogitatione saltem, dividi, *Euclides punctum*, στιγμὴν, vel σημεῖον definivit οὗ μέρος οὐθὲν *cujus partes nullae sunt*. Itaque, ut *brevissimum* temporis, rapidissimo cursu ruentis, momentum designarent veteres, dixerunt στιγμὴν *punctum*. *Antoninus* Philosophus et Imperator, L. II, 17. τοῦ ἀνθρωπίνου, inquit, βίου ὁ χρόνος στιγμή, L. VI, 36. *Vita praesens*" inquit „ τοῦ χρόνου στιγμή. *Seneca* in Epist. XLIX. PUNCTUM *est*, *quod vivimus*, *et adhuc* PUNCTO *minus*. *Antonin.* L. IV, 3. ὅλη, inquit, ἡ γῆ στιγμή *totus universus punctum est*, h. e. *puncti instar habet*, ad universum coeli complexum, et infinitos mundos, qui circa suos axes rotantur. *Macrobius* in Somnium Scipionis, L. II, c. 9. *Apud nos*, inquit, *Atlanticum mare magnum videtur*, *de coelo despicientibus non potest magnum videri*; *quum*, *ad coelum*, *terra sit* PUNCTUM, *quod dividi non possit in partes*" &c. &c. Ł. C. V.]

[Στίλβω *corusco*, *splendeo*. *Etymolog.* c. 728: 2. Στίλβω τὸ λάμπω· παρὰ τὸ στέλλω, στίλβω· ἐξ οὗ καὶ στιλπνὸς, ὡς τέρπω, τερπνὸς κ. τ. λ. Sane, qui Lat. STELLA contulerit cum Graec. στέλλω et στίλβω, in eam facile descendat opinionem, haec ipsa στέλλειν, sive στέλειν, et στίλειν, unde στίλβειν, cognatae significationis fuisse verba. Sed de STELLA vide dicta in ἀστήρ. Et vel sic tamen vix dubitandum videtur, quin στίλβειν et στέλλειν revera sint cognata themata: licet ratio translationis nondum satis appareat. Fortasse

στίλβειν notionem *corufcationis* five *fplendoris* accepit a *radiis, recta procedentibus*, qualis fere metaphora est in Hebr. אשר, Ar. أثر et أشر. E. S.]

[Στίλη *minimi pretii res* &c. Videri posfit eadem esfe vox ac Lat. STILLA. *Hefych.* Στίλα — ὁ σταλαγμός. Unde (ut noftrum *drop* five *drup*) metaphorice dictum fuerit pro *re exigui* admodum *momenti. Ariftophanes* in Vefpis, vs. 213. *Cur non obdormifcimus* ὅσον ἴσον στίλην. Ita noftrates, (per catachrefin quandam) vernacule, *geen drup ftaapen.* An huc etiam referendum, quod στίλη fignificasfe dicitur κερμάτιον *parvum numismatium*, nimirum, quafi *ftillae* inftar fe habens? Poteft etiam (auctore *Martinio* in *Etymol.*) componi cum στίλβω *fplendeo*: quafi *fplendens aliquid.* E. S.]

Στλέγγις *ftrigil.* Nefcio an cum στέλω, στελέω, et ceteris componendum; et inde contractum fit? [Dicitur pro στελέγγις, indice *Martinio*, in Etymologico. Nullam videtur adfinitatem habere cum Lat. STRIGIL, vel STRIGILIS, quippe quod manifefte fluxit a STRIGO, unde in ufu eft STRINGO; quum στελέγγις contra analogice fit a στέλω, στελέω, στελέγω &c. Forte ab *erectis*, et quafi *difpofitis aculeis*, nomen habet. E. S.]

Στοὰ *porticus.* A στάω, quod cum στάω STO componendum. [Eft igitur pp. *locus*, ubi *ftatur*, et *deambulatur.* Conf. *H. Stephani* App. col. 73. E. S.]

Στόμα *os, oris.* A στόω. [*Etymol.* c. 728: 18. ἀπὸ τοῦ τέμνω, τέτομα, τόμα, καὶ στόμα — ἢ ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ τέμνονται τὰ σιτία· ἢ ἐπειδὴ αὐτὸ μόνον τὸ μέρος τετμημένον ἐστὶ τῆς ὄψεως. Pofterior derivatio mihi quidem praeplaceret. Hebraei enim פֶּה, five פִּי, os dixerunt a פָּאָה *fidit, diffidit.* Malim tamen a *farciendo, inferciendo* dici, e ftirpe στόω. Conf. στόω, in στυγέω et στύπη. E. S.]

[Στόμαχος STOMACHUS, *ventriculus.* A στομάσσω, vel στομάττω T. H.] [,, Varia et multa habuit fignificata, apud veteres Medicos. Nam pp. quidem *anguftiam*

cer-

cervicem, instar isthmi, ventri cuilibet cavoque praepositam indicat, eaque notione antiquitus usurpata haec vox est. Deinde etiam ad *oesophagum* translatum nomen est, quae *gula* dicitur. Postea quoque ad *ventriculi osculum*, quod καρδίαν veteres appellant, haec appellatio transfluxit, Galeni aetate"&c.&c. *Foësius* in Oeconom. Hippocr. p. 354. 355. E. S.]

Στορέω STERNO. A ϛόρος, quod cum ϛερὸς, ϛερεὸς compone. [Vicina haud dubie forma verbi est Latini STERNO, quod pro *sterino*, ut *cerno* pro *cerino*; ductumque adeo a STERO. Nescio, an origo sit τέω, unde τέρω, ϛέρω &c. Etiam cognata forma fuit ϛερόω, unde contractum ϛρόω, quod tempora obliqua praebuit verbo ϛρωννύω. E. S.]

Στοχάζομαι *collimo*. A ϛόχος, quod cum ϛέχω, et ϛίχω, componendum; quae a ϛέω, ϛίω. Alibi cel. *Lennep*. „ Verba vicina sunt" inquit „ ϛείχω et ϛίχω, quorum prius, usitatum Graecis, significat *ordine incedo*: a posteriori, inter alia derivata, superest ϛίχος pp. *series*, *ordo in rectum protensus*. Hinc a Grammaticis Graecis ϛίχοι dicuntur *versus*, (vulgo *lineae*, barbare *regulae*) *in libris*; etiam *ordines* vel *series militum in profundum collocatorum*: qua potestate differt a τάξις, quae vox notat *ordinem militum ad latus dispositorum inter se*. A verbi ϛείχω, praeterito Medio ἔϛοιχα, descendit forma alia, inusitatior, vocis ϛοῖχος, quod ex se verbum novum peperit ϛοιχέω, conveniens ejusmodi *ordini militum*, *qui in profundum collocati procedunt*, unde compositum συϛοιχέω, q. d. *in profundum collocatos ordine procedere una*, atque ita *respondere inter se*, et veluti *pari passu progredi*." [Στοχάζω, forma activa obsoleta, pp. descendit a ϛόχη, sive ϛόχα, forma cognata alteri ϛοχὰς, ϛοχάδος, quae vox pp. *tensionem retium* significat. Ita ϛοχάζω, hanc servans proprietatem, pp. fuerit *recta tendo*, et in Medio ϛοχάζομαι *recta tendo* mihi, eximie *oculos ad seriem collimo* &c. Masculina vero forma ϛόχος descendere debuit a ϛέχω, quod productius dixere ϛείχω. Inde εὔϛοχος *bene*, sive

five recte ad fcopum tendens, ἄστοχος non bene collimans. E. S.]

Στράγγος tortus, perverfus. Forte a στράω, cui vicinum στρέφω. [Graecum στράγγω cognatum fuit Latinorum STRINGO: cujus verbi proprietatem et ufus diverfos egregie explicuit vir fummus *A. Schultens*, in libello de Defectibus linguae Hebraeae, p. 128. ff. Notio primaria fatis elucet ex compofito Lat. *conftringere* et Graec. στραγγαλιαὶ, et στραγγαλίδαι, quod *Hefychio* est συστροφαὶ, διαστροφαὶ, παγίδες, ἢ πλοκαί. Conferri etiam poteſt Belgarum STRANG. Vide omnino *Valcken.* ad Ammon. p. 130. 131. E. S.]

Στράγξ *gutta.* Ejusdem, cujus antecedens, originis. [Nempe, quafi *ftricturam* dixeris, ut Latinis *ftricturae* pecul. vocantur „ *fcintillae*, quae de ferro ferventi exeunt, quod aut *ftricte* emittantur, id est, *celeriter*, aut oculos fulgore fuo *praeftringunt* &c. Verba funt *Nonii Marcelli*, Cap. I. §. 77. quem confer; et Cap. IX, 23. Cognata forma verbi στρεύγεσθαι accurate refpondet Belgico noftro *wegdruipen*, i. e. *clanculum*, et *guttatim*, quafi, *elabi*. Iliad. O, 512. E. S.]

Στρατὸς *exercitus.* A στράω, quod compone cum στορέω. [Vocem στρατὸς alii Grammaticorum a στρέφω, ἔστραπται, derivant, tanquam στραπτὸς i. e. *conglobata* hominum *multitudo*, alii a στερρῶς ἑστηκέναι &c. Utrumque ab analogiae legibus penitus abhorret, quas fi confulamus, longe certius repetetur ab antiquo verbo στέρω (Lat. STERNO) στεράω, στοράω, contracte στράω (unde Lat. STRAVI et STRATUM, itidemque στορέω, quod vulgo ufitatum est, et στρώω, στρόω, στρώσω) quafi *turbam* dicas fub dio, et per campi planitiem *diffufam*. Id manifefto patet ex Aeolica vocis forma στροτὸς, cujus meminit *Etymologus* p. 728. Solent enim Aeoles a στορέω flectere ἐστόρμαι, et ἐστορται pro ἔστρωμαι, et ἔστρωται. Apud *Homerum* faepe *caftra* notant στρατὸς, ideoque exponuntur a veteribus per στρατόπεδον, ad Il. A, 229. Π, 73. Alioquin tantum differunt (quod compofitio pofterioris vocis fatis indicat) ac Lat. *exercitus*

tus et *castra.* *Aeschylus* in Septem contra Thebas, vs. 79. στρατὸς στρατόπεδον λίπων, ubi Scholiastes. Contra pro στρατῷ nonnunquam ponitur etiam στρατόπεδον Herod. L. V, 75. &c. Ceterum a στρατὸς *exercitus* non, nisi forma, diversum est alterum στρατιὰ, ᾶς. „ Στρατιὰ distingui debet a στρατεία: hoc *expeditionem militarem*, illud *exercitum* notat. Scribit *Ammonius* [p. 139.] ἐναλλάττει δὲ πολλάκις ἐν τῇ χρήσει, *utrumque vocabulum usu vulgari saepe permutari* significans: idque verum est, in scriptis codicibus et primis editionibus: sed librariorum errori potissimum tribuendum, qui ι, et diphthongum ει, sollemni more confundunt. Nam linguae constans ratio, quomodo utraque sint separanda, facile ostendit. Στρατία, si pp. loquaris, foemininum genus est, ab Adjectivo στράτιος, in Substantivi faciem conversum. Στράτιον Δία *Iovem militarem* vocant, et exercituum *bellicum praesidem*, quem singulari religione Cares venerabantur, Herodot. L. V, 199. Στρατίας Ἀθηνᾶς *Minervae bellicae* meminit *Lucianus* Dial. Meretr. p. 728. στρατεία vero formam verbi στρατεύειν, vel στρατεύεσθαι, sequitur: quemadmodum δουλεία, πολιτεία, δεσποτεία. Simile discrimen, ab eadem caussa profectum, vocum ὑδρίας *hydriae*, et ὑδρείας *aquationis*, Schol. Aristophan. ad Vespas vs. 921. παιδιᾶς *lusus*, et παιδείας *institutionis*, *doctrinae*, pluriumque aliorum vocabulorum." T. H.]

Στρέφω verto. A τρέπω de quo suo loco. Alibi sic vir cel. τρέπω est *verto*, unde στρέφω, quod pp. respondet Latino VERSO, ut adeo Medium στρέφεσθαι pp. sit Lat. VERSARI. Quemadmodum autem Latine aliquis dicitur *versari in* aliquo *loco*, qui *in eo degit*, sic Graeci verbo composito ἀναστρέφεσθαι eximie de eo utuntur, qui in *loco aliquo*, vel *conditione versatur*, et *vitam degit:* et ἀναστροφὴ ejusmodi *actum conversandi*, vel *vivendi* significat.

[Στρηνὴς *asper*, *acutus* &c. *Hesychius*, στρηνὲς, σαφὲς, ἰσχυρὸν, τραχὺ, στυγνὸν, ὀξὺ, ἀνατεταμένον, στρηνόν. Postremum hoc στρηνὸν neutra videtur esse forma, du-

ducta a masculino στρηνὸς, cujus foemininum στρηνὰ remansit in Lat. STRENA: ex eo vero, quod in *Hesychio* exponitur στρηνὲς, per ἰσχυρὸν, τραχὺ, simul liquido apparere putem, propriam notionem esse *validi*, *asperi*, quod ipsum (ut permulta similia in linguis) ad *virtutem viri*, vel *rei*, translatum fuit, atque adeo denotavit *bonum*, vel, si cognata voce Latina efferre velis, STRENUUM; quod Belgice vulgo STOUT dicimus. Hinc STRENA, (per ellipsin vocis Substantivae) Latinis eximie ponitur pro *munere* egregio, et jucundo, quasi Belgice diceres *eene stoute gift*. Hinc etiam notio *luxus* et *deliciarum* in voce στρῆνος, στρήνιος, et verbo στρηνιάω· nisi haec potius a *frangendo* et *emolliendo* adsumta velis, ut in cognata τρυφή. Utriusque enim stirps est τέρω, unde τερύω, τρύπτω, θρύπω, θρύπτω; et τερέω, τρέω, στρέω, στρένω &c. E. S.]

Στρογγύλος *rotundus*. Conf. στράγγος. [Nimirum στρογγύλος pp. forma est diminutiva ab obsoleto στρόγγυς, ut μικκύλος a μίκκυς. E. S.]

[Στρουθὸς *passer*. Minime probabilis est derivatio *Etymologi* c. 730. 30. παρὰ τὸ μετὰ οἴστρου θέειν. Malim equidem recurrere ad verbum στρόω, pro στερόω, vel στορέω, de quo superius, ut a *sternendo* significationem habeat. E. S.]

Στυγέω *odio prosequor*. Cum στύζω, et στίζω *pungo* componendum. [Proxime ortum fuit a στύγος *odium*. A στυγέω porro est στυγητὸς *odiosus*, *horribilis*. A στύγος quoque στυγινὸς, στυγνὸς, hinc στύγνη, vel στυγνή, στυγνάζω. Conf. Belg. STUG, STUGHEID &c. Origo haud dubie est στύω, quod nescio, an, cognatum alteris στόω, στύω, ab *offarciendo* sit repetendum: unde notio *odii*, pectore quasi *constipati* et *conclusi*, ut in Hebr. שטן, quod pp. idem videtur esse atque Ar. سطم *clausit*. E. S.]

Στύλος *columna*. A στύω, cui vicinum στάω. Alibi vir clar. „ Στύλοι a verbo στύειν pp. *rigere*, unde dein in sensum obscoenum deflexit; a στύω, inquam, nomen στύλος pp. *columnam* notat vel *fulcrum*, in quod

quod *nituntur* aedificia. In oratione grandi et poëtica, homines inde dicuntur στῦλοι, *quibus alii tanquam fulcris innitantur.* [*Etymol.* Ὡς χῶ, χύω, χυλὸς, ἔτω καὶ στῶ. στύω, στῦλος· τὰ γὰρ ῥηματικὰ ταῦτα ὀνόματα διαφόρως τονίζεται. Ceterum facile apparet cognatio vocis nostrae στῦλος, qua refertur ad thema στέλω, sive στέλλω, aut στόλω. unde στόλος &c. Conferri etiam possunt barbarum *stijl*, a στῦλος, STYLUS, desumtum, et alterum STEEL, quod, *Kiliano* interprete, est *caulus*, *scapus*, et ab *erecta* forma haud dubie dicitur. E. S.]

Στύπη, sive στύππη STUPA. A στύω. [Nisi malis a propiori forma στύπω, unde Lat. STUPOR, et productius STUPEO. Cognatum fuit hoc STUPO, sive στύπω, alteri STIPO, quod Latina lingua frequentavit pro *calcando* et *densando implere.* Idem Graece est στύβω. Servavit illud στύπειν, sive στύππειν, Teutonicus quoque sermo, in nostro STOPPEN, *toestoppen.* Porro, quod Latinis vulgo STUPA, *Festo* etiam STIPA dicitur. Conf. *Vossii* Etymol. in *stupa.* *Isidorus* L. XIX, 27. „ *Stupa* vero cannabi est, sive lini. Haec, secundum antiquam orthographiam, *stipa* dicitur, quod ea rimae navium *stipentur*" &c. Ad eandem originem etiam pertinent Gr. στύπος, εος, et Lat. STIPES. Ceterum ipsum στύπω utique est a στύω. Vide et in στύπω. E. S.]

[Στύραξ *cuspis teli* seu *hastae.* Conf. T. H. in σαυρωτήρ p. 869. Origo haud dubie est στύω, adfine alteri στάω &c. Unde στύρω, quod verbum vestigium quoque sui reliquit in nostris *stuur*, et *stuursch.* E. S.]

Στύφω *adstringo.* A στύω. [„ Videtur adspiratum esse alterius στύπω. Verbum στύφω originem suam debet primitivo στύω, cui eadem est potestas atque adfinibus στάω, στέω, στίω, στόω. Στύφω pp. notat *adstringo*, vel *adstringendo condenso* &c. Ab ἔστυπται est στύπτη, et Adjectivum στυπτήριος, ac στυπτηρία *alumen*, in quo maxima est vis *adstringendi.* Porro στυφελὸς, pp. *adstrictus*, vel *adstringendo densatus*; ponitur autem frequenter pro *arduo.* Στυφελίζειν est *ictus* den-

densando et *adstringendo percellere*, vel *projicere:* unde a *Scholiaste* Homeri exponitur ἀποκινῆσαι, ἀναςρέψαι. Hinc saepe respondet Latino verbo *moliri*, i. e. *magno conatu* aliquid loco suo *movere*. Ἀςυφέλικτος *immotus*, *inconcussus*, de hominibus, qui magna sunt constantia &c. T. H.]

Στύω *tentigine laboro*. Proprie *spisso*, *rigere facio*; a τύω cui vicinum τέω, τείνω. [Conferendum omnino est cognatum στάω, Lat. STARE erectum. E. S.]

Σὺ, Aeolice τὺ, Lat. TU. Vide Animadversf. ad Analog. p. 288. ff. E. S.]

[Συκῆ *ficus*. *Etymol.* παρὰ τὸ σεύω, τὸ ὁρμῶ· ὁρμητικὴ γάρ ἐστι. Τὰ διὰ τῦ αια παροξύτονα θηλυκὰ, μὴ ἐπιδεχόμενα συναίρεσιν, διὰ διφθόγγυ γράφεται, ἐλαία, ἀλκαία, συκομοραία· ἢ ἐπιδεχόμενα συναίρεσιν, διὰ τὸ η, συκέα, συκῆ, ἀμυγδαλέα, ἀμυγδαλῆ κ. τ. λ. „ Per contractionem factum ex Ionico συκέη, pro qua lingua communis dicit συκέα" *H. Stephan.* Thes. T. III, c. 1124. Comparatio Latinae vocis FICUS cum Gr. συκῆ propemodum suadere videtur, dari inter eas cognationem quandam, qualis est in Latinis SUM, FUI, φύω &c. Hac quidem admissa cognatione, stirps vocis φυκῆ foret statuenda ὕω, unde σύω et φύω, cui cognatum φίω FIO. A σύω, σῦκος, unde σύκεος, σύκεα, vel συκέη, et contracte, συκῆ. Similiter a φίω fieri potuit φῖκος, Lat. FICUS. E. S.]

Σύλη *praeda*, *spolium*. A σύω *moveo*. [Nisi propius repetere malis a σύλω, quod idem est ac σύρειν *trahere*, Belgar. SEULEN, sive *slepen*. Hinc descendere potuit Adjectivum σύλος, η, ον· unde σύλη, forma foeminina, Substantive posita, pp. *quod trahitur* vel *detrahitur*, SPOLIUM. Sane et ipsum hoc SPOLIUM a σπάω, sive σπέω, *traho*, dictum est. Conf. et ἕλωρ ab ἕλω, unde ἕλκω *traho*. Porro σύλον, forma neutra, apud *Hesychium*, i. q. ἐνέχυρον *pignus*, quasi dicas, *quod retrahitur*. A σύλη est συλάω, et συλέω, ac συλεύω, quod etiam dixere σκυλεύω, uti pro σύλω, σκύλω, σκύλλω, pro σύλον, σκύλον *spolium*. Apposite *Eustathius* ad illa, Il. Z, 71. „ νεκροὺς συλήσετε", p.

625: 48. ἤγουν ἀφαιρεῖσθαι, inquit, συλῶντες· ὅ ἐςι σκυλεύοντες. Vide eundem, p. 450: 4. 520: 21. 534: 19. &c. et compone inferius in σύρω. E. S.]

Σὺν *cum*. A σύω. [Nimirum σὺν dixisse putem Graecos, pro συνὶ, ut ἐν pro ἐνὶ. Plura dixi in *Struchtmeyeri* Rudim. Gr. p. 246. 247. Addita litera κ, hinc porro enatum videtur σκὺν sive ξὺν, eadem fere ratione, qua pro τυπέω dictum κτυπέω, pro συλεύω, σκυλεύω. E. S.]

Σύρβη *tumultus*. A σύρω *traho*. [Opportune *Eustathius*, et alii, contulerunt vocem τύρβη TURBA, quam vide. E. S.]

Συρίσσω *sibilo*. Factum a sono. [„ Σύριγξ, *fistula*, ab *acuto* et *tracto sono* nomen invenit. Σύρω enim est *traho*: idque ipsum verbum Grammatici συρίζειν exponunt. Graecis praeterea σύρειν, vel ἐπισύρειν τὴν φωνὴν usurpatur, et φωνὴ σεσυρμένη, vel ἐπισεσυρμένη, de *sono* vel *voce*, *sibilando protracta*. Ut φόρμιγξ, φορμίζω, sic σύριγξ, συρίζω et, forma Dorica, συρίσδω *sibilo*; συριγμὸς *sibilus*" &c. T. H.]

Σύρω *traho*. A σύω *moveo*. [Nescio equidem, an verbum hoc literam σ habeat, verbo originali ab initio praemissam. Sane σ, in voce σέλλοι, pro ἔλλοι, hoc modo praemissam esse, docuit supra T. H. Jam vero, uti ἕλκω, ab ἕλω, pp. significat *traho*, et ἕλωρ est *rapina*, quasi dicas *tractum* quod &c. sic verbum ἕλω cognatum dare ex se potuit σύλω· quod idem ac σύρω, λ et ρ inter se permutatis. A σύλω, σκύλω, σκύλλω. E. S.]

Σῦς Lat. sus, *porcus*. A σύω *moveo*. [*Etymologus* c. 736: 40. δύναται εἶναι παρὰ τὸ σύω, τὸ ὁρμῶ· ὁρμητικὸν γὰρ τὸ ζῶον, καὶ, ἀποβολῇ τοῦ σ, ὗς — ἢ παρὰ τὸ ὕω, ὕσω, ὗς, ἀπὸ τοῦ ὕεσθαι, ὅ ἐςι βρέχεσθαι· καὶ γὰρ ἐπὶ ταῖς ὕδασι τέρπεται κ. τ. λ. Conf. de his *Stephan.* Thes. T. III, c. 1148. et vide infra, in verbo σύω. E. S.]

[Σύφαρ PELLICULA *rugosa*, lacti SUPERSTANS &c. Nescio, an σ, ab initio, habeat praemissum; unde sequeretur, conferendum esse cum ὑπὲρ SUPER, et ὕπατος *summus*. Sane ὕπατος etiam pronunciari potuit σύ-

ὑπερὸς, fere ut Lat. SUPERUS, et σύφαρος, unde σύφαρ. E. S.]

[Σύω cieo, incito; quod longe saepissime σεύω effertur. Verbum est factum a sono, quo incitantur canes, aliaque animalia. Ab incitatione ista, per sonum σύ, σύ, videtur etiam σῦς SUS dici potuisse. Cetera vide in σεύω, ubi pro mendoso σεύσυ, legendum est σεύ, σεύ. E. S.]

Σφαδάζω pedes agito. Forte cum σπάω, σπίω, σπεύδω et ceteris componendum est. [„Proprie dicitur de eo; qui vel dolore vel ira exagitatus loco stare nescit, vehementius se jactat" &c. Verba sunt viri summi D. Ruhnkenii, quem lege ad Timaei Lex. Plat. p. 242. 243. ubi laudati in hanc rem H. Stephani Thes. T. III, p. 1155. interpretes ad Longin. Sect. 25. et J. Pierson. ad Moerid. p. 356. &c. Addatur et A. Schultensius noster, Orig. Hebr. T. II, p. 107-109. De Deff. Ling. Hebr. p. 65. ad Exc. Ham. p. 423. Origo certissima videtur esse verbum πάω, unde σπάω, σφάω, σφάδω, σφαδάζω &c. Inde et σκάνω, et alia. E. S.]

Σφάζω, seu σφάττω, jugulo. Est a σφάω interficio; quod fortasse a findendo dictum. [Σφάττειν pp. jugulum incidere, et dein mactare. De victimis egregie ponitur; quae, postquam securi percussae cecidissent, tum demum σφάττονται, ut clarum est ex Homeri Odysf. Γ, 454. Apollon. Rhodii vs. 432. et culter ad mactandum σφαγὶς, σφαγίδιον, Euripid. in Electr. vs. 800. &c." T. H.] [Vetus verbum fuit φάω, sive φάζω, cujus loco, litera σ praefixa, postea dixerunt σφάζω caedo, macto. Tertia Praeter. Pass. veteris istius verbi πέφαται legitur apud Homer. Il. O, 141. ubi a Scholiaste redditur πεφόνευται. Inde φατὸς est caesus. Hesychius φατὸν reddidit τεθνηκός. Optime Photius in Lexico, nondum edito, πρόσφατος, κυρίως ἐπὶ τοῦ νέως τι ἀνῃρημένου, pp. ponitur de recens occiso. Hinc πρόσφατον κρέας caro est animalis nuper interfecti. Recens cadaver, apud Phrynichum, dicitur πρόσφατος νεκρός. Itaque πρόσφατος pp. significat nuper mactatum, poniturque eximie de carne recenti. Re-

cte *Ammonius* p. 97. Πρόσφατον ἀπὸ τοῦ σφάξαι, ὅ ἐστι τὸ φονεῦσαι. Postea, ut fieri solet, amplior fuit significandi potestas, et de *quavis re nova* ac *recenti* adhibitum fuit. Fortasse scriptor Epistolae ad Hebr. c. X, 20. illam proprietatem verbi respexit, ubi *viam, recenti morte et sanguine* Christi nobis *patefactam*, vocat ὁδὸν πρόσφατον. Fatendum tamen est, a veteribus vocem de quavis *re recenti* fuisse positam. *Jussa recentia Sophocles*, in Andromeda, dixerat προσφάτους ἐπιστολάς, teste Phrynicho, p. 164. *Pisces recentes* προσφάτους ἰχθῦς dixerunt *Antiphanes* et *Archestratus* apud *Athenaeum*, L. VI, p. 225. et L. VII, p. 275. et, de *quavis re nova* ac *recenti*, vocem adhibuerunt *Interpretes Alexandrini*, Ps. LXXX, 7. Eccl. I, 10. ubi alii interpretes posuerunt καινόν. L. C. V.]

Σφαῖρα SPHAERA. Forte a σπάω. [*Etymol.* c. 738: 4. Παρὰ τὸ σπαίρειν, καὶ ἐν κινήσει εἶναι κ. τ. λ. Diversam paullo etymologiam praebet *Eustathius*, p. 1554. 3. Παρὰ τὸ σπῶ· διὰ τὸ συνεσπᾶσθαι, ὅ ἐστι συνεστράφθαι εἰς ἑαυτήν. E. S.]

Σφάκελος *mortificatio* partis alicujus, inflammationem passae. Forte a φάω *interficio*. [Confer dicta in σπάζω. Productior forma vocis est a σφάκος, unde et σφάκελος *salvia*. Literam σ ab initio esse praepositam, satis docere potest altera scriptio hujus vocis φάκελος, in qua ne σ quidem comparet. Nempe et σφάλλω dixisse Graecos, pro φάλλω, Lat. FALLO, infra docebitur. Cur vero *salvia* Graece σφάκελος dicta fuerit, incertius paullo est. Ansa appellationis inde desumi potuit, quod salvia potissimum *arefacta*, *marcida*, et quasi *emortua*, ad usum adhibeatur. E. S.]

[Σφάκος *salvia*. Est simplicior forma: unde vox σφάκελος derivata, quam vide suo loco. E. S.]

Σφάλλω *supplanto*. Forte cum σφάω componendum. Alio loco vir cel. „ Verbi σφάλλω *supplanto* origo est φάλλω, vel φάλω, quod superstes est in Latino FALLO. Utrumque pp. positum fuit de eo, qui *pede transverso alium conatur evertere*. Inde

Me-

Medium σφάλλεσθαι, ut Lat. FALLOR, generatim, de quocumque *errore*, *quo* quis *per imprudentiam labitur*, poni solet. Unde formula σφαλεὶς ὀυκ οἶδ' ὅπως *nescio quo errore*" &c. [Σφάλλειν pp. significat *nutare*, *labare*. Sic *ebrii* dicuntur σφάλλειν *nutare*. Qui *titubando cadit*, dicitur σφάλλειν. Haud dissimili modo usurpatur πταίειν *pedem impingere in obstaculo*, *quo fit*, *ut cadas*; nisi quod σφάλλειν pp. notet *extra pedis offensionem prolabi et titubare* &c. T. H.] [Nescio, an ex eadem origine sit Belgarum VALLEN. E. S.]

Σφάραγος *sonus gutture editus*. Vide Φάρυγξ.

[Σφεδανὸς *vehemens*. Vide mox in σφενδόνη.]

Σφενδόνη *funda*. Conf. σφαῖρα; a σπέω forte. [Opportune contulisse videtur *Martinius* vocem σφεδανὸς *vehemens*. Inserta enim litera ν, e σφέδω oriri facile potuit σφένδω. Sed literam σ et ipsam, ab initio, adscitam fuisse, fere persuadeat Lat. FUNDO. Quodsi tamen comparemus Graecorum σπένδω cum Lat. FUNDO, vix dubitabis, quin rectissime *Lennepius* ad stirpem σπέω retulerit. Notasse autem σπέω pp. *traho*, supra observavimus, in σπείρω. Unde jam deinceps liquere videtur, σφενδόνην *fundam* dictam fuisse a *tractione*, et *vulsione*, quacum projicitur, haud aliter atque Hebraeis קֶלַע *funda* dicitur a קלע, Ar. قلع *extraxit*, *evulsit*. E. S.]

Σφὴν *cuneus*. Forte a φάω FINDO. [Conf. in σφὴξ.]

Σφὴξ *vespa*. Compone σφήν. [Ad hanc vocem pertinet etiam vox σφηκίσκος, de quo alibi T. H. „ Fuere" inquit „ qui (in *Aristophanis* Pluto, vs. 301.) σφηνίσκος ponerent: sed male. Nam σφηκίσκος nomen bene Graecum est, cujus tamen vocis usus abilt in longe aliam rem, atque ejus origo indicat. Σφὴξ enim *vespam* notat. *Vesparum* autem ea est figura, ut in medio tenues valde sint, ad caput vero et caudam tumescant. Haec forma, in diminutivo, ad alias res transfertur. Diximus, quosdam σφηνίσκον legisse (in loco *Aristophanis*.) Haec

 vox

vox est a σφὴν *cuneus*. Σφηνίσκος vocatur, quando a basi lata lineae in apicem concurrunt. Hae binae figurae si inter se acumine opponantur, vocatur σφηκίσκος: quia, nempe, ea forma imitatur figuram vesparum. Ab hac forma *ligna* ejus generis, ut *duos cuneos* conjunctos referant, dicuntur σφηνίσκοι. Nec tantum in lignorum formis usurpatur, sed etiam apud Arithmeticos numeri quidam σφηνίσκοι dicuntur, qui in eam figuram digesti sunt, ut referant cuneum."

Σφίγγω *constringo*. A φίγγω, quod forte Lat. FINGO, a φίγω, φίω. [Latinorum *fingo*, *finxi*, FICTUM (pro *figtum*, ut *lectum*, pro *legtum*) utique demonstrare videtur verbum vetus φίγω FIGO, quod tamen, apud Latinos, diverso nonnihil usu, adhibetur. Ex notione hac *fingendi* fortasse exponendum est nomen Σφίγξ SPHINX: de quo vide *Vossii* Etymologicum. E. S.]

Σφοδρὸς *vehemens*. A σπέω. Confer σπέω, σπεύδω. [*Etymol.* c. 739: 3. Σφόδρα· ἐπίῤῥημα ἐπιτάσεως· ἐκ τοῦ σπῶ, τὸ κατασπῶ, σπόδρα, καὶ σφόδρα. Conf. et σφύρα. Hinc σφόδρα *valde* pp. est Accus. Plural. n. g. E. S.]

Σφραγὶς *sigillum*. A φραγὶς, quod a φράττω de quo suo loco.

Σφριγάω *turgeo*. Forte a ῥιγάω, Lat. RIGEO: unde βριγάω, φριγάω, σφριγάω. Alioquin cum φρέω, et φράω, (unde φράττω) componendum est.

Σφύζω *pulso*. Forte pro φύζω quod cum φυσάω, componendum. [Proprie *impello*. Conf. in σφύρα.]

[Σφῦρα *malleus* et σφυρὸν *malleolus pedis*. [*Etymolog.* c. 739: 35. παρὰ τὸ συνεσφίχθαι τὰ ἄρθρα τῇ συνθέσει καὶ τοῖς νεύροις. *Martinius* refert ad „ σφύζω *pulso*: quod, etsi de arteriis dicatur, tamen similitudinem cum alia *pulsatione* habet, quod et Latinum *pulsandi* verbum indicat." Hactenus ille. *Hesychius* σφυρὸν· σφοδρόν. Ex qua glossa similis origo vocis elucet. Nimirum a σφύω, pp. *impello*, est σφυρὸς, *qui impellitur*, malleus &c. E. S.]

[Σχα-

[Σχαδὼν animal pennis et pedibus carens. Conf. verbum σχάω, Vide *Hesych.* in σχαδόνες, et ibidem viros doctos. E. S.]

Σχαλὶς *varus*, *paxillus* seu *furcula*, qua retia sustentantur. A σχάω, cui vicinum σχέω· quod cum ἔχω componas.

Σχάω *scarifico.* A χάω *aperio.* [Duplex videtur olim fuisse σχάω, alterum cognatum verbo σχέω, quod *Lennepius* tetigit ad vocem σχαλὶς *varus*, alterum toto coelo inde diversum, enatumque ex χάω, unde etiam χάρω, σχάζω, σχάρος, et ipsum Lat. SCARIFICO, quod redditur χαράσσω. Vide ad χαράσσω. A posteriori hoc σχάω, *findo*, ducenda quoque sunt σχαδὼν, σχαλὶς &c. E. S.]

Σχεδὸν *prope*, A σχέω, ἔχω. [Vide dicta in ἔχω *habeo.* „ Σχεδὸν ab σχέω, quod idem atque ἔχω. Σχεδὸν pp. est neut. genus Adjectivi σχεδὸς, sed Adverbialiter usurpatum, Σχέσθαι autem notat *adhaerere: σχεδὸν* igitur est *in modum adhaerendi*, id est *ferme*, *fere*. T. H.] [Diversum longe hinc est Lat. SCHEDA, quippe quod a σχίζω, cognato alteri σχίδω (cujus productior forma fuit σχίδσω, sive σχίζω, unde et σχίδη, σχίδιον) et Belgico SCHEIDEN, pp. *findere*, *findendo separare* &c. E. S.]

Σχέτλιος *miser.* A σχέω *contineo.* [*Hesychius* exponit τάλας, φορτικὸς, χαλεπὸς, ἐναγμῶ ἄξιος· *Etymologus* etiam reddit τλήμων, θλιβόμενος, ἄπορος. Itaque haud improbabilis videri possit *Martinii* conjectura, vocem esse compositam ex σχέω, *habeo*, et τάλας *miser*. Malim tamen ad σχέω recurrere. E. S.]

[Σχέω *habeo*, pp. *haereo*, *adhaereo*, unde σχεδὼν, σχεδὸν &c. Contracta forma est ex σεχέω, quod pro ἐχέω, ab ἔχω. Vide dicta in ἔχω, et σχεδὸν. Etiam σχεῖν, pp. *haerere*, est *inhibere*. Conf. in σχολή. E. S.]

Σχίζω *findo.* A χίω, cui cognatum χάω *aperio*, *hiscere facio.* [„ Σχίζειν pp. *findere*, vel potius (quod verbum hinc derivatum) SCINDERE. Veteres enim dixere σχίδειν, et, per ν ἐπενθετικὸν, sive *insertum* (cujus ad formanda verba officium est, in utraque lin-

lingua, frequens) σχίνδειν. Eam ob rem Latini vetustam rationem (quod saepe fieri solet) in SCIDI, et SCISSUS, conservant" &c. T. H.]

Σχοῖνος *juncus*. Forte a σχέω. [*Etymol.* c. 740: 37. Σχοινίον· ἐκ τοῦ σχοῖνος· τοῦτο, ἐκ τοῦ σχῶ, τὸ κρατῶ. Conf. T. H. in σχολή. E. S.]

Σχολὴ *otium*. Componatur χαλάω *laxo*. Alio loco cel. *Lennepius*. „ Vox σχολὴ idem pp. significat, quod Lat. *otium*, *tempus*, nempe, *vacuum*, sive *a negotiis publicis*, vel *munere*, sive etiam *a quotidiano opere*, quod quis vitae sustentandae caussa exercet. Unde deinceps, (pariter ut Lat. *otium*) pro iis *exercitiis*, quibus a munere vacans *se oblectat*, ponitur. Praecipue autem spectat ad *studia eruditionis*. Itaque et *breves commentarios*, in scriptores veteres, *vacuo* quasi *tempore* factos, Graeco nomine σχόλια dixerunt." [Hac quidem ex origine vox σχολὴ Latine commode reddi possit *relaxatio* animi. Conf. in χαλάω. Aliter tamen *Etymolog.* c. 740: 57. τὸ δὲ σχολὴ γίνεται παρὰ τὸ σχῶ· cui adsentitur vir summus T. H. „ Σχολὴ *otium*, pp. *inhibitio* operis. Nam est a σχέω, pro quo (mutata conjugatione) dicitur σχόω. Verba ἔχω et σχέω saepe ponuntur pro *inhibeo*, *coërceo*: adeoque σχολὴ pp. est *inhibitio*, ac tribuitur operariis, ab opere vocantibus. Hinc σχολάζειν *vacare labore* &c. Hoc adspectu σχολὴ pp. est idem, quod Belgae dicunt *ophouding*, et σχολάζειν *ophouden* van 't werk. Ceterum conferatur *Ausonii*, Idyll. XXXII, laudatum a *Vossio* in Etymol. E. S.]

[Σώζω *servo*. *A. Schultensius*, in Veteri ac Regia via Hebraizandi, p. 101. a σόος repetit, „ in quo inest origo *impulsionis*, et *motionis*, per quam σόος *integer*, *sospes*, *salvus*, *incolumis*, potestate translata, vocetur a Graecis *is*, *qui motum retinet*." Vide dicta in σόος, et σοφός. E. S.] [Σώζειν *servare* contractum est ex σωΐζειν, quod a σάος: hoc vero idem ac σάος *salvus*. Verbum quoque fuit σάω. Glossam Laconicam, veteris formae indicem, exhibet *Hesychius:*


chius: ἀποσοῖζειν· ἀπέσωσε. Λάκωνες. Ex σοΐζειν contractum fuit σώζειν, ut ex χροΐζειν, χρώζειν· ex πλοΐζειν, πλώζειν· ex πατροΐζειν, πατρώζειν, PATRISSARE, ex ἡροΐζειν, ἡρώζειν· unde Doricum ἀφηρωΐται, significans *in classem heroum referre*, sive *heroico cultu prosequi*, &c. A verbo σώζω, sive tertia ejusdem Praeter. perfecti Pass. persona est σωτὴρ *servator*. *Cicero* Oratione in Verrem II, c. 36. „ *Non solum* PATRONUM *istius insulae*" inquit „ *sed etiam* SOTERA, *inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? ita magnum, ut Latine uno verbo exprimi non possit. Is est, nimirum,*" SOTER, *qui salutem dedit.* Hinc facile existimare licet, vocem SERVATORIS, vel *salvatoris*, Ciceronis aevo, nondum in usum linguae fuisse receptam. Vi sua Graecum σωτὴρ eximie *is est*, *qui perdita recuperat. Perdita recuperare* Graecis σώζειν pp. dicebatur, et hoc Romanis pp. erat SERVARE. *Virgilius* in Ecloga IX, 7. *Certe equidem audieram,* — OMNIA *carminibus vestrum* SERVASSE *Menalcam.* Ubi recte *Servius* inquit, SERVASSE, *recuperasse;* amiserat enim possessiones suas Virgilius, bello civili &c. L. C. V.]

Σῶμα *corpus.* A σόω, quod cum σάω, et ceteris, componendum est. [Ratio denominationis paullo incertior est. *Socrates* apud *Platonem* in Cratylo, p. 400. conjectans introducitur, „ ideo appellatum esse σῶμα *corpus*, quod anima in eodem σώζηται, id est, SERVETUR." Rectius fortasse dixeris, σῶμα, pro σόωμα, pp. dici a *motu;* quatenus σῶμα pp. sit *corpus animantis vivi.* Vide *H. Stephani* Thes. T. III, c. 1212. Verum, quoniam et haec longius sunt petita, equidem analogiam linguae simpliciter sequi malim. Nomina, nimirum, in μα desinentia, petitaque a *tertia persona* Praeter. Perf. Pass., ipsam *rem* denotare solent, *quae peragitur*, ut πρᾶγμα *negotium*, pp. *id quod peragitur*, στόμα *os*, pp. *id quod repletur;* χρῶμα, pro χρόωμα, *pig-*

mentum, *fucus*, pp. *id quod illinitur*; χῶμα *agger*, pro χόομα, *id quod effunditur* vel *aggeritur* &c. Itaque et σῶμα, pro σάομα. vel σόομα, potius *id* designet, *quod movetur*, per se, nempe, *iners*, et *motu carens*. Hac certe ratione *corpus* menti opponitur. E. S.]

Σωρὸς *cumulus*. A σόω *moveo*, *agito*. [Σωρὸς pp. est Adjectivum, contractum ex σόαρος, a verbo σόω, quod cognatum alteri σάω, *accumulo*, unde σάζω, σάττω &c. T. H.] [Conf. in σάζω. E. S.]

[Σώω *incito*, *moveo*. Est cognatum alteri σέω, de quo dictum suo loco. Conf. et *D'Arnaud* Lectt. Graec. p. 127. A σώω isto repetenda porro est forma productior σώχω *tero*, *levigo*, nempe, *movendo* &c. E. S.]



Τ.

Τάγγω rancor. Forte a τάγω, unde Lat. TANGO. [Cognatum videtur fuisse τάγω hoc alteri τάκω, unde τήκω liquesco, pp. tactus solis ictu diffluo. Hinc et „ τάγηνον sartago, in qua aliquid τήκεται liquefit." Conf. Martinius, qui vocem τάγος dux recte refert ad τάσσω ordino, ubi vide et τάγμα. E. S.]

Τάλαντον talentum. A ταλάω suffero. Alibi cel. Lennepius: τάλαντον ortum est a verbo ταλάω, (unde τλάω, et τλῆμι) Lat. fero, subfero, pp. de lancibus dicitur, in quibus onus vel pondus ponitur librandum. Inde ad ipsum pondus, lancibus imponendum, transiit; quumque olim pondere aestimarent res; argentumque et aes appenderent, pecuniae loco: inde factum est, ut in re pecuniaria talentum fuerit usurpatum; in variis vero Graeciae regionibus, varia pecuniae summa sic fuerit dicta. A Graecis ad Romanos deinde transiit vox TALENTUM." Conf. et Gall. LIVRE, pro Lat. LIBRA, et Britt. POUND, pp. pondus; de pecunia itidem adhibita. Itaque τάλαντον pp. significavit ipsam libram sive bilancem, quae manu tollatur, attollatur. Il. Θ, 69. Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε ΤΑ'ΛΑΝΤΑ aureas attollebat lances, et alibi saepius apud Homerum &c. Hesychius: τάλαντα· ζυγὰ, σταθμοί. Conf. Eustath. p. 196. &c. „ Τάλαντον est a ταλάω, quod a τάλω, cui cognatum τόλω, unde Lat. tolero, quod verbum pp. notat in altum sublatum sustineo. Jam lanx pondera tolerat. A τάλω formata ταλάω, ταλάνω, in Perf. τετάλαγκα, Pas-

Passive τετάλαμμαι, τετάλανται, τετάλανται· unde τάλαντον." T. H.] [Vide *Valck.* Diatr. p. 288. B. et viros doctos ad *Hesychium* in ταλάω. E. S.]

Ταλάω *suffero.* A τάλω, quod a τάω *tendo.* [Ταλάω idem pp. est ac *tollo*, et *tolero*, Latinorum. Pro ταλάω veteres etiam dixerunt τολάω· ταλάω vero contracte τλάω, unde etiam τλῆμι. Ταλᾶν autem, ut et Lat. TOLERO, ponitur pro *sustinere*. Hinc τάλας *miser*, pp. *qui onere premitur*, [vel *onus sustinet*,] Pro eo veteres dicebant τάλαος &c. T. H.]

Ταμίας *dispensator.* A τάμω, quod cum τέμνω componendum est. Alio loco vir celeb. Verbum τέμνω, *seco*, factum a simpliciori τέμω, quod peperit nomen τέμενος, quo Graeci veteres significarunt *agrum*, a reliqua terra *abscissum*, et *sejunctum* atque ita deo alicui factum sacrum. Apud recentiores Graecos inde nomen hoc saepe translatum fuit, ad significandum *templum*. Ab eodem verbo τέμω, seu vicino τάμω, nomina propagata sunt ταμιεὺς, et, hinc factum, ταμιεῖον, cujus loco etiam pronunciatum ταμεῖον, sicut Graeci dicunt ὑγιεῖα, et ὑγεία. Proprie autem ταμιεῖς dicebantur *dispensatores* tam *publici*, quam *privati*, quos alio nomine διοικητὰς vocabant, vel τὺς ἐπὶ διοικήσεως. Jam vero, quum nomina in εῖον, ab aliis nominibus facta, in primis *locum* aliquem designent, nomen ταμιεῖον significat *locum*, *ubi versatur* ὁ ταμιεὺς *dispensator*, adeoque *aerarium*: dein *locum secretiorem abditioremque*, in quo olim solebat esse aerarium. Quare etiam recentiores Graeci *aerarium* designarunt voce μυχὸς.

[Τανύω, idem quod τείνω, pp. *tendo.* Hinc ἐπιτανύω *tensum attraho*, *intendo.* In Medio τανύομαι *progredior magnis passibus*, pp. *intendo*, vel *tensum attraho me*, Belg. *rekken.* *Hesychius* τανύοντο· ἐξετείνοντο, ἔτρεχον. E. S.]

Ταπεινὸς *humilis.* A τάπης, quod pro δάπης, vel δάπις· hoc autem componendum cum δάπεδον, de quo suo loco. [„ Ταπεινός. Hujus vocis origo latuit Grammaticos. Facile tamen eam animadvertissent,

si

si observassent quaedam similia. Adjectiva istius formae, in ινος desinentia, formantur a *Dativis* nominum in ει. Ab ὄρος, ὄρει, ὀρεινὸς *montanus*, ab ἄλγος, ἄλγει, ἀλγεινὸς *molestus*; ab ἔλεος, ἐλέει, ἐλεεινὸς *miserabilis*. Eadem est in omnibus ratio. Debuit igitur ταπεινὸς a τάπει, Dativo nominis τάπος, formari. „ Τάπος non invenitur in Lexicis, sed in usu fuit olim; certe δάπος, unde remansit δάπεδον, *solum*. Remansit quoque id ipsum δάπος in compositis quibusdam, veluti in ποδαπὸς, *cujas*, quod idem pp. est ac ποῦ, vel ποίας δάπος, *cujus soli?* Sicut autem in usu sunt δάπις et τάπης, ita olim in usu fuerunt δάπος et τάπος. Ex ista origine constat, ταπεινὸν pp. significare *quod solo aequale est*, atque adeo *humile*, sensu proprio; nam hoc etiam ab *humo* denominatum est, ut *humiles murices*, apud *Virgilium*, Eclog. IV, 2. &c. &c. L. C. V.] [Altius paullo adscendamus. Comparatio verbi Lat. DEPSERE. id est, *subigere*, manifesto docet, fuisse olim verbum δέπω, unde δέψω, DEPSO, uti a κλέπω est CLEPSO &c. Jam vero hoc ipsum δέπω vicinum fuit alteri δάπω, unde δάπτω, et δάπτομαι· quod in *Hesychio* exponitur τρύχομαι i. e. *subigor*, *adflictor validius*. His, aliisque ex indiciis, colligere licet, δάπω pp. significasse *subigo*, unde δάπος *pavimentum*, quasi *subactum* &c. E. S.]

Τάπης *tapes*, pro δάπις· quod compone cum δάπος, δάπεδον &c. ac Dorico δᾶ, pro γῆ *terra*. [„ Τάπης et δάπις eadem vox est, et ex eadem voce Persica orta. Hae autem voces apud Persas notant *lecti stragulum*, sive *tapete*. Ponitur etiam pro iis *tapetibus*, quibus ornantur *parietes*, et *templa*." T. H.] [Plura dabit *H. Relandus*, Diss. VIII, de veteri lingua Persica, p. 249-252. E. S.]

Ταράσσω *turbo*. A τάρω, quod cum τείρω, Lat. TERO, componendum. Alibi cel. *Lennep.* ταράττειν *perturbare* is pp. dicitur, qui *aquam* vel similia, *motu quodam turbida reddit*: qua virtute apud *Homerum*, Od. Ε, 291. Neptunus σύναγεν νεφέλας, ΈΤΑΡΑΞΕ δὲ πόν-

πόντον *coëgit nubes, et mare* TURBIDUM REDDIDIT. Inde passim ad *animum* transfertur, ut Lat. *turbare, conturbare*, et *perturbare*; et speciatim de *animi commotione*, ex *metu* vel *timore* orta, poni solet: ut in Evangel. *Lucae* I, 11. ἐταράχθη, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν·" [„ *Casaubonus* in Animadv. ad Athenaei L. VII, 21. ταράττεσθαι, inquit, culinae verbum est, TRUARE, id est τρύω κινέω *commovere*, non *in olla*, verum *in patina*. Quid sit *trua*, disci poterit ex loco Latini Comici, *Titinnii*, apud *Nonium Marcellum*, p. 19. *Cocus magnum ahenum, quando fervit, paula confutat* TRUA. Proprie ταράσσειν notat *vehementi agitatione motum turbare*. Apud *Palaephatum*, de Incredibil. c. 27. *Glaucus* πίων μέλι ἐταράχθη *cum mel bibisset, sic* COMMOTUS EST, ut animi deliquium pateretur. Figurate *subito terrore commotus* dicitur aliquis ταράττεσθαι. Observetur, hac occasione, verbum ταράσσειν ab Atticis contractum fuisse in τράττειν. Hanc formam, *Platoni* valde frequentatam, *Moeris* Atticista adnotavit &c. L. C. V.]

Τάρβος *terror*. A *turbando* dicitur. Stirps est τάρω: de quo in ταράσσω. [*Etymolog.* c. 746: 25. Τάρβος σημαίνει τὸν φόβον· τρισὶ παραγωγαῖς ὁ Ἡρωδιανὸς τοῦτο ὑπέλαβε· πρῶτον ἐκ τοῦ ταράσσω, τάραβος, καὶ συγκοπῇ τάρβος. β´ ἐκ τοῦ τρέπω, ἔτραπον, τράπος, καὶ τάρβος· οἱ γὰρ εὐλαβούμενοι φεύγουσι· τρίτον ἐκ τοῦ τείρω, τὸ καταπονῶ, ἔταρον, τάρος, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ β, τάρβος· Καὶ ῥῆμα ταρβῶ· τάρβησέ τι, ἀντὶ τοῦ ἐφοβήθησαν," Ταρβῶ *timere*, a τάρβος *timor*: estque in *Homero* satis frequens. Inde est quoque Adjectivum ἀτάρβητος, *qui nullo terrore continetur*. Eximie nonnunquam notat illum *terrorem*, qui praestatur *honoris caussa*: quae vis etiam est in φοβοῦμαι. Sic dicitur φοβεῖσθαι τὸν ΘΕΟΝ *reverenter Deum venerari* &c. Igitur et ταρβεῖσθαι *meticuloso vultu* aliquem *revereri*. T. H.]

[Τάριχος *salsamentum piscium, caro sale servata*. *Hesychius* ταριχευτὸν· τμητὸν, ξηρόν. Origo haud dubie est τάρω, quod a τάω *extendo*. Inde et ταρὸς *velox* cur-

cursu, q. d. *extendens se*, Belgice *rekkende*: de quo in τανύω et ταχύς. Ab *extendendo* autem *piscis* ταριχὸς dici potuit, quasi *porrectus*, *siccus* &c. Conf. et τάρταρος. E. S.]

Τάρταρος [TARTARUS. Nescio, an sit a sono reduplicato ταρ. [A τάω, quod idem ac τάω pp. *extendo*, ductum ταρσὸς vel ταῤῥὸς, pp. *extensus*, *porrectus*: unde eximie hac voce dicitur τὸ πλάτος τοῦ ποδὸς, vel τὸ κάτω πλατύ, *planta pedis*, vel *quod infra latum est ac porrectum*. A τάρω similiter ταρτὸς, ταρτὰρ, τάρταρος, fortasse ab *immani profunditate*, qua *porrigitur*. Lege sis, quae de vocibus שאול ᾅδης &c. dedi ad Cant. Hisk. p. 33. 34. A Chald. דרדר *dardar*, i. e. *decidit*, aut ab Hebr. נטר *natar*, Lat. *servavit*, meo quidem judicio, minus verisimiliter repetiit cel. *L. Bos*, Diss. de Etym. Gr. p. 41-44. E. S.]

Τάρφος *densitas*. Forte dicitur a *turbando*. A τάρω, vel ταράσσω. [*Hesychio* interprete τάρφεα notat ξηρὰ *arida*, τραχέα *aspera* &c. Itaque rectius fortasse repetas ab *extendendo*, plane ut ταριχὸς, quod vide. E. S.]

Τάρχια *inferiae*. Fortasse a ταράσσω. [Respondet huic origini τάρχη, quod, apud *Hesychium*, redditur per τάραξις. Idem etiam ἄταρχον exposuit ἀχαράκτωτον. E. S.]

Τάσσω *ordino*. A τάω *protendo*. Alibi vir cel. τάσσειν, vel τάττειν, inquit, pp. convenit *ordini* rerum, *serie* quadam *dispositarum*. Nam τάσσειν, (sicuti omnia verba in σσω) factum est a Futuro τάσω· ut adeo stirps sit τάω, cujus loco usurpatur τάνυμι, id est, *tendo*, *extendo*. Hinc τάξις *ordo* pecul. *militum*, ratione latitudinis, ut στοῖχος, et στίχος, *ordinem militum* notat, in profundum *dispositorum*." *Ars* autem *ordinandi* et *instruendi* exercitum dicebatur, τακτικὴ &c. [„ Ut μαλάσσω a μαλάω, χαράσσω a χαράω, μάσσω a μάω, πάσσω a πάω, pariter τάσσω a τάω· quod verbum olim significavit *rego*, et *rectum cursum pono*, *dirigo*. Hinc fluxerunt omnes si-

significationes, quas Lexicographi praebent, sub τάσσω conspiciendas &c. L. C. V."] [Τάω idem quod τέω, πτίω, τείνω. A τάω est τάγω, τάσσω; τάζω et τάζομαι tendendo apprehendo. [pp. extendo me; nempe, ad rem capiendam, fere ut ὀρέγομαι.] Porro τάω facit Futurum secundum ταγῶ, Praeteritum Med. τέταγα, unde τεταγὼς et τεταγὼν, quae utraque forma, apud vetustissimos Graecos, in usu fuit. Τάζειν et τάζεσθαι Grammatici recte exponunt ἐκτείνειν, et deinde λαβεῖν. T. H.]

[Ταῦρος TAURUS. Videtur vox esse orientalis, Arab. ثور, Chald. תור, i. q. Hebr. שור. Adi omnino *Vossium*, in Etymologico. E. S.]

Ταχὺς *celer*. A τάω *tendo*. [Conf. in τανύω &c. Hinc τάχα, pro ταχέα, *celeriter*. Etiam *forsan*, *forte*; q. d. *celeriter*, vel *brevi*, ita *accidat* &c. Proxime autem vox ταχὺς videtur ortum a τάγω, unde et τάγγω ut a τέταχα, pro τέταγκα, sit ταχὸς *celeritas*, ταχὺς *celer*. &c. Conf. in τάγγη. E. S.]

[Τάω pp. *tendo*, stirps fere obsoleta, cognata alteri τέω. Vide T. H. in τάσσω. Apud *Homerum* aliquoties occurrit vocula τῆ, id est λαβὲ *accipe*; nempe τῆ, pro τάε· ut recte cl. *Albert.* ad Hesych. T. II, col. 1378. Conf. Il. Ξ, 219. Od. Ε, 346. &c. Ab eodem τάω sunt τέτατο *extentus pependit*, ἐτάθη, et aliae formae, verbo τείνω subjungi solitae. Inde et ταὼς *pavo*, *caudam extendere solitus*. Ita *Etymol.* col. 749. Vocem Persicam (طاوس) esse putabat *H. Relandus*, Diss. VIII, p. 231. Vide T. H. laudatum ab Albert. ad *Hesych.* in ταώς. Conf. et Animadverss. ad Anal. p. 245. E. S.]

[Τε Lat. ET. Videtur, per aphaeresin primae vocalis ε, dici pro ἐτὶ, qua lege μὲ dixerunt pro ἐμέ. Vide supra in ἔτι. Origine sua differt nonnihil a Lat. QUE, quod etymo suo proxime respondet Graecis κε et καὶ de quibus lege dicta in καί. E. S.]

Τέγγω *tingo*. Dicitur pro τέγω, cui vicinum τάγω. [Conferantur dicta in στέγω. Videtur autem τέγγω et TINGO Lat. non nisi dialecto leviter diver-

sa

sa fuisse: neque adeo dubitare fas est, quin et Lat. TANGO iisdem fuerit cognatum. Origo quaerenda certissime est in verbo τάω, cui vicina fuerunt τάω, τέω, τέω, τύω; notio autem propria est illa *tendendi*. Hinc illa *tangendi* manu digitove *extenso*: *tingendi* vero altera, quasi dicas *deorsum tendere*, adeoque *liquori immittere* digitum, lanam &c. Sed notio ista *tangendi* etiam, majori quadam cum emphasi, translata fuit ad *tactionem*, sive *tensionem* fortiorem, qua quid *subigitur*, et *maceratur*. Hinc explicandae sunt glossae veteres apud *Timaeum* τέγγειν· μαλάττειν. Τέγγεσθαι· εἴκειν (i. e. *cedere*, quasi dicas, *subigi*, *macerari* &c.) Vide omnino, ad *Timaei* haec. cel. *Ruhnken*. p. 248-250. E. S.]

Τείνω *tendo*. Pro τένω, quod a τέω. [Alibi haec habet vir cel. „ Ἐυτόνως non male redditur *magna contentione*. Oritur, nempe, a verbo τείνω, seu τένω, i. e. TENDO. Ab hujus Praeter. Medio est τόνος, Lat. *tensio*: unde dein εὐτόνως. Ratione autem significationis comparari potest cum verbo διατείνω, quod est pp. *protendo*, et speciatim in *disputationibus* et *contentionibus* usurpatur, ad *vehementem* animi *intensionem* significandam: ut saepe positum invenitur apud *Platonem*, et alios scriptores." Formam verbi τάω alteri τείνω &c. vere cognatam fuisse, ad oculum demonstrabit comparatio vocum τάσις *tensio*, *intensio*, et τατικὸς *tendendi vim habens*; quibus junge formas verbi τέτατο *extentus pependit*, Il. Χ, 307. τέτατο δρόμος *extensus* sive *longius porrectus fuit cursus*. Theocriti Idyll. XI, 32. &c. A τέω autem propagatum fuit τένω· unde τένων, τένοντος, Lat. *tendo*, et Latinorum TENOR, TENUS &c. Rursus a τάω, sive ταίω, reduplicatum est τιτάω, (unde τίτανος) *tensus*, et τιταίνω *extendo*. A τένω τόνος, Lat. TONUS, a τόνος rursus verbum τονόω. A τύω est τύπω, τύσκω, τιτύσκω· unde τιτύσκομαι· quod vide inferius. Conf. omnino etiam τείνεσθαι *cruciari*, quod pp. est *extendi*. Vide cel. *Ruhnk*. ad Timaeum, p. 207. et ibid. laudatos. E. S.]

Τείρω *vexo.* A τέω, proprie TERO. [Hinc repete, quod verbum τείρω Futurum habeat τερῶ, ductum quippe ab antiquiori τερῶ. Ergo et τείρεσθαι *laborare* pp. notat *atteri.* Ut Il. N, 538. Οἱ τόν γε προτὶ ἄστυ φέρον βαρέα στενάχοντα τειρόμενον, i. e. *laborantem*, sive καταπονούμενον, πιεζούμενον, ut redditur in *Hesychio*; pp. tamen magis dixeris ATTRITUM doloribus. Hebraeos hoc vocasse נחלת, eximie demonstravit ὁ πάνυ *A. Schultens.* in Orig. Hebr. L. I, c. 9. et Vindic. p. 118. E. S.]

Τεῖχος *murus.* A τεύχω, cui vicinum τείχω, τύχω. [Vide infra in τέκω et τεύχω.]

Τέκμαρ *signum.* A τέκω, cui vicinum τύκω. [„ Origo est antiquum τέκω, cujus loco postea dixerunt τίκτω: ita tamen, ut illius veteris verbi tempora quaedam remanserint in usu. Τέκω autem, et τίκτω, significarunt *in lucem profero, pario.* Inde τέκος *proles*, et productius τέκνος, contractum deinde in τέκνος, unde superest τέκνον *filius*, quod in usu idem valet ac τέκος et τέκνος. Jam vero verbum illud τέκω antiquitus ex se propagavit Praeter. Pass. τέτεκμαι. Hinc ortae fuerunt formae rariores, idem fere significantes, τέκμαρ, τέκμωρ, et τέκμαρ. Alterum τέκμωρ novam formam produxit τεκμήριον, aeque ac priora illa, pp. significans *indicium, quo res* obscura *profertur in lucem.* Postremum hoc remansit in usu; reliqua, in sermone Graecorum quotidiano, fuere neglecta, custodita tamen a poëtis, qui in omnibus linguis esse solent antiquorum vocabulorum studiosi, &c. L. C V.] [Reliqua vide in τέκω, τεύχω, τίκτω. E. S.]

[Τέκω. „ Verbum hoc in veteri lingua notabat *in lucem profero, argute invenio.* Hinc τέκνος, τέκνος, τέχνος, τέχνη &c. Ab ejusdem verbi tertia Praeter. Pass. τέτεκται est τέκτων, eum pp. designans, *qui solerter aliquid reperit, et in lucem profert*" &c. T. H.] [Stirps certissima est τέω, pp. *tendo*: de qua origine vide in τείνω. A notione autem *tendendi*, sive *pro-*

tendendi

tendendi, videtur ea orta esse *in lucem proferendi*, *tensa* quasi *manu*. E. S.]

[τελαμὼν *fascia*, *lorum clypei*. Ab *Etymologo* exponitur ὁ ἀναφορεὺς τῆς ἀσπίδος, ὅ ἐστι πλατὺς ἱμὰς, ἀφ' οὗ ἀρτῆται ἡ ἀσπὶς κ. τ. λ. Refertur vulgo ad τλάω, unde ταλαμὼν, et ex dialecto τελαμών. Malim equidem recta repetere a τελλῶ, forma cognata alteri ταλάω. Ab eodem certe τελάω apud *Hesychium* superest τελάσσαι, quod explicatur τολμῆσαι, τλῆναι, i. e. *ferre*, *sustinere*. Inde et apud eundem τέτλαθι (pro τετάλαθι) redditur ὑπόμεινον, i. e. *perfer*, pp. SUSTINE, TOLERATO. E. S.]

τέλμα *locus palustris*. A τέλω. [*Etymol.* c. 751: 22. Τέλμα τόπος πηλώδης ὕδωρ ἔχων· καὶ τέλματα τὰ πηλώδη, καὶ τελευταῖα τοῦ ὕδατος. Similia habet *Hesychius*; unde eruditiss. *Martinius* suo more collegit, τέλμα dici a τέλος *finis*, ,, quia is est *limus*, in quem aqua ,, desinit." Analogia suadet, ut τέλμα, praeëunte *Lennepio*, arcessamus potius a τέτελμαι prima Praeter. Pass. verbi τέλω, pro quo vulgo dicitur τέλλω. Plura dabimus infra sub τέλλω. E. S.]

τέλλω, a τέλω, unde τέλος, τελέω &c. Origo forte τέω *protendo*. [Conf. omnino *Lennep.* in στέλλω. ,, τέλλειν, vel τέλειν (quomodo veteres dixere, litera λ non duplicata) pp. significat *tendere ad finem*. Ortum est verbum a primitivo τέω. A τέλω est τέλος, et hinc τελέω &c. T. H.] [A notione *tendendi* primaria, quae est in verbo τέω, nostrum τέλλειν, sive τέλειν, proprie videtur significasse *tendere* pecul. *in altum*: quae notio satis manifesta est in Lat. TOLLO, ac cognato Graeco τέλω, ταλάω &c. de quibus supra dictum in τάλαντον. Hinc τέλλεται (pp. *tollitur*, *attollitur*, sive *attollit sese*) in *Hesychio* reddi videas ἀνίεται, φαίνεται, γίνεται. Inde et fortasse τέλμα *locus palustris* ideo dictus est, quod *in eo attollant sese*, et *laetissime excrescant*, atque *exoriantur* arundines. Sed eadem notio primaria *tendendi in altum* translata quoque est ad *longitudinem*, quorsum se *res* quasi *tollant*, et *tendem perveniant*: un-

do τέλος *finis*, *extremum* rei, quo *tendit*. Conf. Lat. TELUM, et Gr. τῆλε. E. S.]

τέλος *finis*. A τέλω *facio*, *produco*, *perficio*. [τέλω pp. idem est ac Lat. TOLLO. Vide in τέλω, ubi plura invenies. „ Ab antiquo verbo τέλω ductum est τέλος· ab hujus autem Dativo τέλει, est τέλειος pp. *is*, *qui ad metam pervenit*. Hinc ἀνὴρ τέλειος, pecul. non *is* est, *qui ad metam vitae*, ſed *qui ad metam floris juvenilis pervenit*. Hoc ſenſu Jupiter, apud *Apollodorum*, p. 3. ἐγεννήθη τέλειος, et Iovem τελείαν ἀνδρὸς ἡλικίαν ἔχοντα dixit *Cornutus* de Natura deor. Cap. IX, p. 151. *Ad aetatem virilem pervenire* εἰς ἀνδρὸς τέλος εἶναι dicitur in *Platonis* Menec. p. 249. &c. L. C. V.] [Conf. *H. Steph*. ad Callim. Hymn. in Iov. vs. 57. et cel. *Ruhnk*. ad Timaeum voce προτέλεια, p. 224. 225. —] [„ *Vectigal* quoque τέλος dicebatur] [An a *proferendo*? ut Belgae dicimus *tol*, *of ſchatting* OPBRENGEN?] ὠνῆσθαι ſignificabat *redimere*, ſive *emere*; ſic enim pro *redimere* ſaepius (*emere*) dicebant Romani. Qui *vectigalia redimebant*, *publicani*, illinc dicti ſunt τελῶναι. In Gloſſis *Philoxeni* *Publicanus* redditur δημοσιώνης, τελώνης. Dantur iſtiusmodi compoſita bene multa: *equorum emtor* ἱππώνης, *boum emtor* βοώνης &c. Latent etiam variata hic illic iſtiusmodi vocabula. In Oratione *Andocidis* nebulo quidam famoſus, Agurrius, dicitur ἄρχων εἰς τῆς πεντηκοστῆς. Scribendum ibi, una voce, ἀρχώνης τῆς πεντηκοστῆς, i. e. *princeps publicanorum*, *qui redemerant quinquageſimam* mercium, in portum allatarum." &c. L. C. V.]

τέμνω *ſeco*. A τέμω, quod forte a τέω. Alibi vir celeb. „ A verbo τέμω (quod olim in lingua Graeca exſtitiſſe, docent proxima derivata τέμων, nomen Participiale, aliaque) duplex verbi forma orta eſt; uſitatum, nempe, verbum τέμνω, et alterum τεμέω. Hoc, contractum in τμάω, tempora varia peperit, quae verbo τέμνω adjungi vulgo ſolent. Significat autem τέμνω pp. *ſeco in duas partes*: unde τομὴ *ſectio*. &c. Περιτέμνειν, compoſitum, inde ſignificat *circumci-*

cidere, vel *undique caedendo* partem *auferre*. Usus autem voluit, ut verbum hoc, quemadmodum etiam nomen περιτομὴ, praecipue, tanquam proprium, attribueretur *actioni* praeputium *circumcidendi*, quo sensu non tantum a sacris scriptoribus passim fuit adhibitum, sed ab aliis quoque, qui res populorum tractarunt, quibus antiquitus in usu esset *praeputii circumcisio*. Probe distinguendum est hoc verbum περιτέμνειν ab altero ἐκτέμνειν *exscindere*, quod veteres Graeci usurparunt de *exscissione membrorum virilium:* unde ἐκτομὴ *castrationem* notat. Inde rursus differt aliud ἀποκόπτεσθαι, (in Epistol. ad Galat. V, 12. obvium,) quo verbo dicebantur non adeo *castrati*, quam ii, *quibus partes* omnes *genitales abscinderentur:* qui mos in Oriente et olim viguit, et etiam nunc hodie obtinet. Illum haud dubie, in memorato loco, respexit *Paullus*." Hactenus ille. [A veteri illo τέμω ductum quoque est nomen τέμενος, de quo T. H. „ Τέμενος, inquit, olim pp. dictus fuit *ager separatus*, ab aliisque *sejunctus*, ut regibus, aut viris eximiis, honoris caussa, propter summa eorum in remp. merita, virtutemque et res egregie gestas, attribueretur. Hic usus in *Homero* frequens est, atque in eam mentem Scholiastae exponunt ἀποτετμημένη γῆ κατὰ τιμὴν, ad Il. Β, 696. Quibus in verbis origo vocis patet ἀπὸ τῦ τέμειν, vel, ut postea dixere, τέμνειν *secare*, *dividere*. Eleganter expressit *Homerus*, Il. Ζ, 194. Οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων. Pari potestate, Il. Ν, 313. Σ, 650. Vetustissimi vero mortales, quum nondum templorum struendorum aut ratio constaret, aut mos invaluisset, deos quoque honorabant istiusmodi τεμένει, i. e. *disterminata*, et ad cultum divinum consecrata terrae *parte*, ubi ara de vivo cespite solebat erigi, suffimentis adoleri" &c. &c. Conf. et *Lennep.* supra in ταμίας. E. S.]

Τένδω sive τένθω, *comedo*. Nescio, an a τένω, unde et τείνω. [Pluribus de hoc verbo disquirit *H. Stephanus* in Thes. T. III. col. 1409. et 1410. lau-

datque in primis locum *Hesiodi* Ἔργ. vs. 524. ἤματι χειμερίῳ ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα ΤΈΝΘΕΙ sive ΤΈΝΔΕΙ, ut vulgo legi solet. Comparatio verbi Lat. TENDERE certissime demonstrat, originem esse repetendam a τέω *tendo*. *Hesychius* τένδει· ἐσθίει. Ratio tamen translationis minus obvia. Fortasse τένδει, sive τένθει, ibidem pp. idem est ac si Latine dixeris *tenuat*, *attenuat*, i. e. comminuit. *Tenuare* enim sine dubio et ipsum est a stirpe τένω. E. S.]

[τέω obsoletum verbum, cujus forma Participialis remansit in voce τέως, τέοντος *tendo*. Tetigit eum *Lennepius* noster in τείνω, et alibi de verbo ἀτενίζω disputans. „ A verbo τέω, inquit, (unde Lat. TENDO et Graecum τείνω, nec non Participium Substantive usurpatum τένων) ortum est τένος, quod peperit compositum ἀτενὴς *intentus*: nam α in hoc et similibus aliis compositis *intendit* significationem. — Ab ἀτενὴς porro verbum ἀτενίζω, i. e. *valde intendo*, ubi de *oculis*, vel de *acie* mentis, sermo est. Significat enim, quasi subintelligatur τοὺς ὀφθαλμοὺς vel τὸν νοῦν, INTENDERE *oculos*, vel *aciem mentis*, et plerumque construitur cum Dativo, vel cum Praepositione εἰς et Accusativo. Itaque recte vulgo redditur *intentis oculis adspicere.*" Vide cl. L. Bos Ellips. in voce. .. Apud *Heliodor*. Aethiop. L. VIII, p. 357. libidinosa Arsace ἀκλινῶς εἰς τὸν Θεαγένην ἀτενίζουσα *immotis intentisque oculis* formosum adolescentem *Theagenem intuebatur*. Adjectivum ἀτενὴς pp. *illum* notat, *qui tendit et intendit* nervos. Figurate hinc ponitur de *homine austero* et *rigido*: ut ab *Aristophane* in Vespis vs. 729. μηδ' ἀτενὴς ἄγαν ἀτεράμων τ' ἀνήρ, quamquam *Scholiasta* ibidem vocem ἀτενὴς accepit de *furioso*, διὰ τὸ ἀτενὲς βλέπειν τοὺς μεμηνότας κατεχομένους. Vocabulum ἀτενὴς (proprio sensu de *illo*, qui *summa* cum *virium contentione festinabat*) adhibetur ab *Euripide* in Alcmaeone, Tragoedia deperdita: e qua hoc fragmentum nobis servavit *Hesychius*: ἧκω δὲ ἈΤΕΝΗ'Σ ἀπ' οἰκῶν. Ubi istum locum attigit Grammaticus, ἀτενίζειν, inquit, λέγουσι τοὺς συν-

τείνοντας καὶ ἐπερείδοντας τὴν ὄψιν. Quid sit *rectis oculis videre*, in perdocta adnotatione, explicuit *R. Bentlejus* ad Horat. Carm. L. I, 3, 18." &c. L. C. V.] [Conf. et de τῆς Analog. p. 10. E. S.]

Τέρας *signum*, *prodigium*. Forte a τέρω TERO. Alibi vir cel. ,, Differunt σημεῖα et τέρατα," inquit, ,, eo, quod σημεῖα *signa* sint *naturalia quarumvis rerum*, τέρατα vero prodigia, seu *signa praeternaturalia*; sive *in coelo*, sive *in terra*, Divina potentia, praeter naturam, effecta videantur, eum in finem, ut rerum futurarum *signa* sint et *portenta*." An quod *obterant*, quasi, sive *stupore percellant enecent*que mortales? E. S.]

Τερέω *terebro*. A τέρω TERO. [,, Τρητὸς a τέτρηται, verbi τράω, ex τεράω, ab antiquo τέρω TERO. Τράω significat *perforare*: unde τρητὸς *perforatus*, *foramina habens*." T. H.] [Apud *Hesychium* ex ipso verbo τερέω superest τέρεσσε pro ἐτέρεσσε, quod exponitur ἔτρησε et ἐτόρνωσε. Itaque a τέρω producta fuisse oportet τεράω, contr. τρῶ· τερέω contr. τρέω· τερόω, contr. τρόω. Porro a cognato τόρω (unde τόρος et τορός,) τορέω, τοράω, τορόω &c. Inde et τόρνος TORNUS, et Lat. TORNO, pro τόρενος, τορένω, similive forma. A τερέω autem τερέβω, τέρεβρος, unde foem. TEREBRA, et verbum TEREBRO. Ceterum etymologiam hanc valde commendat vox longius derivata ,, τερηδὼν, Lat. TEREDO, *vermis* ligna *terebrans*, proprie *vermis*, *qui* in mari *ligna* TERIT seu TEREBRAT, teste *Theophrasto*" &c. *Stephan.* et *Scapula*, in voce. E. S.]

Τέρμα *terminus*. A τέρω. [Cognata haud dubie vox est Lat. TERMINUS, eademque, per certissimas analogiae leges, a τέρω TERO, repetenda. Sed fortasse hic altius adscendendum est ad ipsum priscum verbum τέω TENDO; ut τέρμα sive TERMINUS pp. sit, quod *recta defigatur*, atque in *terra cum tensione quadam depangatur*: prorsus ut Hebraei, a *depangendo defigendoque firmius*, suum גבול (*terminus*) dixere. An ex eadem origine et τέρμις apud *Hesychium*, i. e. πούς PES, quia *protenditur*, sive *deorsum* ten-

tenditur; τέρμονες item, ab *Hesychio* redditi τέλη, φραγμοὶ, ὅρια, *fines* protensi, *sepes cum tensione defixi*, *termini* altius *depacti?* E. S.]

Τέρπω *mulceo*, *oblecto*. A τέρω TERO. [„ Verba ἥδομαι et τέρπομαι ubi junguntur, diversam hanc habere debent significationem, ut ἥδομαι pp. notet *mente* et *animo gaudeo*, τέρπεσθαι vero *ex rebus visis* et *externis laetitiam capere*. Igitur τέρπεσθαι dicitur *is*, *qui grata audit* vel *videt:* unde εὐτερπὴς, *qui oculis* alterius *est gratus*, ἀτερπὴς *deformis*, *qui sua deformitate* aliorum *oculos offendit*. T. H.] [De τερπνὸς *jucundus* lege L. C. V. in σταμνός. Itaque τέρπω hoc, a τέρω ductum, pp. fuerit *protensa manu leviter tero*, atque adeo *blande mulceo*, *demulceo:* τέρπομαι vero *mulceor leniter*, aut, sensu Medio, *titillo memet*, me ipse *demulceo leniter*. Haec certe longe magis verisimilia quam ista *Etymologi*, col. 752. Τέρπεσθαι μετάθεσίς ἐςι τῦ ρ' παρὰ τὸ τρέπεσθαι, καὶ μετάγεσθαι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν βιωτικῶν φροντίδων, ἢ ἀπὸ τῦ θεραπεύω, τὸ τέρπω. E. S.]

Τέρσω *sicco*. A τέρω TERO, unde TERGO, ABSTERGO. [De verbis TERGO ac TERGEO legatur *A. Schultens*, Origg. Hebr. T. I, p. 278. Proprietas inde repetenda videtur, quod qui *abstergit*, adeoque *siccat*, *protensa manu terat leviter*. Exemplum capiatur ex illo, Il. Λ, 267. αὐτὰρ ἐπεὶ τὸ μὲν ἕλκος ΈΤΕΡΣΕΤΟ, παύσατο δ' αἷμα. Recte ibi *Clarkius: at postquam vulnus quidem* SICCATUM EST, *cessavitque sanguis*. Ad literam tamen vox ἐτέρσετο pp. notat *detersum est*. Unde notio *siccandi*, per metonymiam, invaluit. Belgice dicas: *na dat de wond* AFGEDROOGD WAS, AEGEWISCHT WAS, *en het bloeden ophield*. Rectissime igitur Scholiastes minor: ἐτέρσετο ἐξηραίνετο τῆς ἐκ τῦ αἵματος νοτίδος. Sed clarior etiam alius locus est, Od. E, 151. *Ulyssem autem in litore invenit sedentem* Nympha, οὐδέ ποτ' ὄσσε δακρυόφιν ΤΕ'ΡΣΟΝΤΟ *neque unquam oculi a lacrymis siccabantur*, pp. DETERGEBANTUR. Ceterum de formatione verbi τέρσω, (unde et apud Latinos superest

Su-

Supinum TERSUM &c. consule Analogiam *Lennep.* p. 185. E. S.]

Τέσσαρες *quatuor*, Attice τέτταρες. [Ratio appellationis nominum numeralium quam difficilis exploratu sit, supra jam admonitum fuit in Δέκα, Ἔικοσι, Ἑκατον. Quodsi tamen et hic loci conjectasse quaedam liceat, τέσσαρες sive τέτταρες videtur antiquae formae Pluralis esse (qualis Latinis in tertia Declinatione desinit in ES) a Singulari voce obsoleta τέσσαρ, aut τέτταρ. Pro τέτταρ (unica litera τ adhibita) olim pronunciatum fuit τέταρ· antiquissimi enim Graeci literas non duplicabant. Ab hocce τέταρ superest quoque forma Adjectiva τέταρτος *quartus*, et Adverbium ejusdem τετάρτως. Pro τέταρτος autem poëtae dixerunt τέτρατος: qua fere lege et τέτρας *quaternio* dicitur pro τέταρς. Jam vero τέταρ hoc (quod etiam, obscurius pronunciatum, fuit τέτορ poëtarum) in Plurali commodissime dabit τέταρες, unde τέτταρες, τέσσαρες. Quodsi jam deinceps quaeratur, unde orta sit Singularis vox τέταρ, sive τέτορ, ex qua Pluraliter dictum τέταρες, sive τέτορες et τέτταρες, τέσσαρες; in promtu erit responsio. Qua enim lege ab obsoleto ὄνω sive ὄνημι, est ὄναμαι, ὄνασαι, ὄναται, et hinc ὄναρ *somnium:* eadem a τάω, sive τάμι, aut a τέω, sive τέμι, oriri potuerunt τέταμαι s. τέτομαι, τέτασαι, τέτοσαι, τέταται, τέτοται, et hinc τέταρ sive τέτορ. Stirps τάω, sive τέω, proprie notavit *tendere*, dein *ponere*, pecul. *gressus*, adeoque STARE: quod ipsum στάω Lat. STO esse a τάω, alibi ostensum fuit. Itaque τέταρ, sive τέτορ, pp. notare potuit *id quod stat*, sive *erectum tensumque consistit.* Unde Plur. τέταρες, sive τέτορες, ita dictos fuisse putem *pedes*, quasi *stantes*, Arab. قوائم. Qui quidem *pedes* quum in animalibus plerisque, *bobus*, *equis*, *ovibus* &c. sint numero *quatuor:* ipse numerus *quaternarius* inde videtur fuisse desumtus. Etymon illustrare poterit Hebr. et Ar. ארבע sive أربع *quatuor* itidem a ربع *constitit*, ductum. De terminatione κοντα,

in τεσσαράκοντα *quadraginta* &c. vide ſupra in ἕνεκα. E. S.]

τέττα *vox benevolentiae aut honoris* &c. Ejusdem generis cum ἄππα, ἄττα de quo ſupra. [Itaque per ὀνοματοποιΐαν dictum fuerit. Occurrit apud *Homerum*, Il. Δ, 412. ubi Diomedes ad Sthenelum: τέττα, σιωπῇ ἧσο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ. Editio *Clarkii* et *Erneſtii* ex *Euſtathio* hanc habet: τέττα προσφώνησις ἐστι φιλεταιρική. —— τινὲς δὲ σχετλιαστικὸν νοοῦσι τὸ τέττα [fortasſe τέτλα] ἀποκοπὲν ἐκ τοῦ τέτλαθι. Vide et *Heſych.* in τέττα, ibidemque viros doctos. Idem *Heſychius* antea praebuerat vocem τέτα· λίαν, κάρτα. Videri posſit hoc poſterius τέτα contractum fuisſe ex τέταα, quae forma nobis praebeat accuſativum Plur. neutr. gen. Adjectivi cujusdam obſoleti τετάς· quod a τάω *tendo*, τιτάω INTENDO. Apud *Homerum* certe, Od. Λ, 29. legitur τέταται, tanquam 3 perſ. Sing. a τέταμαι pp. *tendor*, *extendor*. Unde *Heſych.* τέταται· τείνει. Est quoque in eodem ſaepius obvium τέτατο *tenſum erat*, Il. Γ, 372. vel *tendebatur*, *intendebatur*, Il. Μ, 436. &c. Tali certe ex origine τέτα dici potuisſet pro τέταα, vel et pro τέταε, tanquam forma Imperativa ſecundae perſonae Singularis pp. *tende*, *intende*: quod ipſius τέτα etiam τέττα prolatum ſit, media conſonante (ut in compluribus aliis) geminata. E. S.]

τέττιγξ *cicada*. Vox facta a ſono, quem per aeſtatem edit. E. S.]

τευτάζω *ſatago*, *ſedulo rem gero*. Forte pro τετάζω, unde τιταίζω. A τάζω, pro τάσσω, de quo ſuo loco. [*Timaeus* p. 235. τευτάζων, πραγματευόμενος, ἐνδιατρίβων· ubi vide cel. *Ruhnkenium*, a quo verbum hoc plenisſime exponitur, et linguae Graecae vindicatur: laudatis quoque viris eruditisſimis, qui de eodem egerunt. *Heſych.* τευτᾷ· τεχνᾶται· ubi *Guyetus*, „ A τέω, inquit, τεύω, τεύχω, τευτέω, τευτάζω." Simplicior fortasſe est derivatio *Lennepiana*, a τιτάζω quod repeti potest a τιτάω, hoc vero pro forma re-

reduplicata accipi verbi τάω. Prima, nempe, verbi litera cum ι repetita, ex τάω, oriri potuit τιτάω, qua lege a κράζω est κεκράγω, a λήθω, λελήθω &c. Jam vero quum τάω idem significet ac τείνω *tendo*, hac quidem ex origine τιτάζειν pp. fuerit *tendere*, *contendere*, atque adeo σπουδάζειν, φροντίζειν &c. Cetera vide apud *Ruhnkenium*, et *Hemsterhus.* in Poll. L. IX, 137. E. S.]

τεύχω *paro*, *fabricor*. A τίκω, vicino τύχω. Stirps τίω *protendo*. [„ Verbum antiquum τίκω, significans pp. *in lucem profero*, *pario*, *creo*, multiplici forma olim conterebatur. In Lexicis hinc reperitur τεύχω *struo*, *paro*. Id origine sua idem est. Verbi flexus tantum sunt diversi τίκω, τίκω, τίκτω, τύχω, τεύχω." L. C. V.] Vide et infra in τέχνη, τυγχάνω.

τέφρα *cinis*. A τέφω, quod idem forte ac τύφω. [*Etymol.* col. 755: 55. τέφρα, παρὰ τὸ τύφω, τὸ καίω, ἡ κεκαυμένη σποδία.]

τέχνη *ars*. A τίκω, unde τεύχω. [„ Contracta vox est ex τεκίνη in masc. gen. τέκινος, quod a τίκω, pro quo in Praesenti dicitur τίκτω, notatque *pario*, *in lucem profero*. A τίκω ergo est τέκινος, contracte τέκνος, τέκνη, et, mutato κ in χ, τέχνη. A τέκνος superest neutrum τέκνον, quod Substantive notat *filium*. τέχνη igitur pp. significat *artem*, *proferentem in lucem*. *Artis* autem *opificia* et *artificia* vocantur τέχναι. Sic *ars oratoria* τέχνη ῥητορική· *ars pictoria*· τέχνη γραφική. Hinc est ἄτεχνος, accentu in prima syllaba posito, notatque *sine arte confectum*. Praeterea τέχνη (*ars*) etiam *dolum* notat: unde ἀτεχνῶς, accentu in ultima syllaba posito, apud Graecos dicitur *simplex*, *sine ullo dolo* &c. T. H.]

[τίω pp. *tendo* (forma verbi cognata alteri τάω) simplex est thema, unde τείνω, τείνω, τέλω &c. producta sunt. Adspiratione adhibita etiam dixerunt θέω. Confer supra in voce. Illuc referri potest etiam forma τῆ *accipe* pp. TENDE, vel *extende* manum, ad capiendum. Vide in τάω. E. S.]

Τήκω *liquefacio*, pp. *attenuo*. Fortasse a τέω *extendo*. [Conf. in τάγγω, et *A. Schultens*. Origg. Hebr. T. I, p. 131. „ Τήκειν, notat *ex substantia solida liquidum reddere*, et *liquefaciendo attenuare*. Saepe de *metallorum* quovis *genere liquefacto* ponitur, sed etiam pro *tabescere*, de corpore humano, quod *marcescit* et *extenuatur*. Unde τήκειν τὸ σῶμα dicitur *tabes*. In Praeterito Medio τέτηκα est potestas neutra, ita ut pp. notet *sum tabefactus*: qualis vis etiam est in σέσηπα &c. T. H.]

[Τῆλε et τῆλυ *procul*. „ Adjectivum antiquum fuit τῆλος, Latinis olim quoque usitatum, TELUS, TELA, TELUM. Hujus foemininum TELA Substantive significavit *extensum* linum: neutrum vero TELUM idem ac βέλος, sive *jaculum*, in longum *protensum*. Ejusdem hujus τῆλος pp. *protensus* Genitivus Singularis est τήλου" &c. T. H.] [Nimirum τήλου Adverbialiter accipitur per ellipsin Praepositionis ἀπὸ, ἐκ, vel similis. Ἀποτήλου plena phrasi legitur, Od. I, 117. τῆλε vero videtur esse, pro τήλει, Dativus, sive Ablativus antiquus, obsoletae vocis Subst. τῆλος, sive potius τῆλις, in Gen. τήλεος, Dat. τήλεϊ, τήλει, et, iota neglecto, τήλε. Hac lege τῆλε plene fuisset ἐν τήλει. Idem τῆλε in compositis eandem habet rationem, uti v. gr. in τηλέσκοπος et τηλεσκόπος, τηλέμαχος, τηλεφανὴς &c. pro ἐν τήλει φανὴς &c. Eadem fere ratio est formarum τηλόθι et τηλόθεν, nisi quod particulae ad finem adjectae θι, et θεν locum praepositionum hic servent. Ceterum τήλω sive τέλω antiquum verbum est, quod recentiores dixere τέλλω, et proprie vi sua respondet Belgico *opschieten*. Conf. infra suo loco τῆλος. E. S.]

[Τηλία *vas situlae figura* &c. *Etymol*. col. 756: 57. τηλία πῆγμα τετράγωνον, ἐφ' ὃ ἤτοι τὰ ἄλευρα πιπράσκεται, ἢ ἀλεκτρύονες συμβάλλονται κ. τ. λ. Videtur pp. vox Adjectiva esse a masc. τήλιος, quod a τῆλος. Thema τέλω. Conf. in τήλου. E. S.]

[Τῆλις *foenograecum*. Fortasse dictum a τήλω, h. e. idem

idem ac τίλω, τίλλω, Belg. *opschieten.* Vocem hanc supra jam tetigimus in altera τῆλι, quae adverbialiter accipi videbatur, pro τήλει, Dativo Singulari vocis τῆλις. Quod autem *foenograecum* Graece τῆλις dictum sit, repetendum videtur a forma hujus plantae. „ *Est caulâ*, inquit Martinius, *et siliquis longe extensis.*" E. S.]

[Τήνελλος et τήνελλα. Videri possint esse Latinorum *tenellus* et *tenella:* sed toto coelo inde sunt diversa. *Aristophan.* in Equit. vs. 276. *Si quidem eum clamore vincas*, τήνελλος εἶ TENELLUS *eris*, id est *triumphum duces musicum.* Idem in Acharn. vs. 1228. τήνελλα νῦν &c. ubi *Steph. Berglerus:* „ Τήνελλα vox ficta" inquit „ ad exprimendum sonum organicum, in Epiniciis carminibus adhiberi solita" &c. Idem ad Equit. vs 276. „ Schol. νικηφόρος. Τήνελλος ὁ κρουμάτιον ἐπινίκιον, TENELLUS *est sonitus lyrae aut tibiae, index victoriae.* &c. E. S.]

Τηρέω *servo.* A τίω [*Etymologus* p. 757: 47. Τηρῶ παρὰ τὸ θέω, θηρῶ· ὅπερ γὰρ τρέχει τις καὶ θεωρεῖ κ. τ. λ. Haec longius petita. Rectius igitur cel. *Lennep.* a τείρω, Lat. TERO. Illustrare poterit hanc stirpem collatio Hebraici דרש, Arab. درس, pp. *trivit;* dein *tractavit studiosius*, librum, ex. gr., quasi dicas, *contrivit.* Qui oves *pascit sedulo*, easque *observat*, *contrectat eas saepius.* Haec fortasse notio *curandi*, *servandi* gregem. E. S.]

Τητάω *privo.* A τήτη *privatio:* quod a τάω *extendo*, *tenuo.* [*Etymol.* col. 757: 51. Τητῶ· Ἡσίοδος σημαίνει τὸ ζητεῖν· ἐκ τοῦ τάω τοῦ σημαίνοντος τὸ ζητῶ γίνεται κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν, τετάω, τατῶ· καὶ κατ' ἔκτασιν τητῶ. Haec derivatio omnium forte simplicissima est. Itaque a τάω, (quod idem ac τείω *tendo*, *extendo*) est τατάω, sive potius τετάω, et dein τητάω, *valde extendo.* Vide dicta in τιταίνω. A notione autem *valde extendendi* se (Belgice *zich uitstrekken tot iets*) est illa *desiderandi*, *frustra expetendi.* Ut in illo *Hesiodi*, Ἐργ. vs. 408. *Ne tu quidem petas ista instrumenta ab alio, illeque recuset, tu vero* τητᾷ pp. ex-

EXTENDAS *te illuc*, habere desiderans. Vide *Graevii* Lectt. ad h. l. E. S.]

τηΰσιος *inanis*. A τάω repetendum. [A τάω, vel τέω, forma illi cognata, est τηΰς vel τηῦς. *Etymologus*, c. 758: 8. repetebat a δεύω *rigo*, quasi pp. esset δεύσιος, το ὑγρον, inquit „ καὶ ἔκλυτον νοεῖται. Apud *Homerum* legitur, Od. Γ, 316. et Od. Ο, 13. σὺ δὲ τηΰσιην ὁδὸν ἔλθῃς. Vide ad priorem illum locum cel. *Clarkium*. E. S.]

[τιάρα TIARA, capitis tegmen apud Persas. Vocem origine Persicam esse, *Brissonius*, *Scaliger*, alii observarunt. Conf. *H. Relandi* Diss. VIII. de vet. ling. Pers. p. 252. 253. et viri docti ad *Hesychium* in voce. E. S.]

τιθαιβώσσω [et τιθαιβώσσω] *mellifico*. Pro θαβώσσω, quod pro θαάσσω, β inserto, more Aeolum. A θάω *sedere facio*, *repono*. [*Homerus* in descriptione antri Nympharum, Od. Ν, 106. ἔνθα δ' ἔπειτα ΤΙΘΑΙΒΩΣΣΟΥΣΙ μέλισσαι. Quae vox in *Hesychio* redditur ἐναποτίθενται i. e. *intus reponunt sibi*. Reliqui fere veteres pro composito habent ex ἀποτίθεσθαι τὴν βόσιν, ὅ ἐστι τὸ μέλι. Vide Schol. apud *Clarkium*, et *Eustath*. p. 1243: 22. et 1735: 44. cui quidem eruditissimo interpreti olim dixisse videntur Graeci τεθαβώσσειν unde τιθαβώσσειν, et denique, iota inserto, τιθαιβώσσειν. *Lennepiana* derivatio haud dubie est simplicior. E. S.]

τιθασσός, [olim per simplex σ τιθασός,] *cicur*. A θάω; de quo modo ad τιθαιβώσσω.

τίθημι *pono*. A θέω *moveo*, *curro*. [Conf. Analog. p. 112. 113. et Animadversf. p. 440-448. „ τίθημι non tantum significat *pono*, sed et *constituo*, *facio*. Hunc significatum exemplis firmarunt *Graevius* in Lectt. Hesiod. p. 54. *Elsnerus*, Obss. T. II, p. 332. et *J. Alberti* Obss. Phil. in N. T. p. 346. Est autem verbum τίθημι de eorum genere, quae Grammatici vocant *reduplicata*. Abjecta reduplicatione remanet θῆμι, quod proxime oritur e veteri verbo θέω, unde tempora remanserunt in usu θήσω, τέ-

τέθεικα, θέκα." &c. L. C. V.] [Noſtra quidem ex ſententia verbum vetus fuit θε, cui ſyllabae ſi adjiciatur ω, ex ἐγὼ, oritur θέω, adjecto vero μι ex ἐμὶς, adhibitaque reduplicatione, exoritur τίθεμι ſive τίθημι. Θέω vero hoc, adſpiratum, pp. idem videtur fuiſſe ac τέω ſimplex, id est, TENDO. A *tendendi* notione est illa translata *currendi*, *ponendi*, *faciendi*, pro varia verbi conſtructione. Conf. τανύω &c. E. S.]

τίκτω *pario*. A τέκω, quod cum τεύχω, τύκω &c. componendum. [„ Vetus verbum fuit τέκω, cujus quaedam tempora, a Grammaticis ad τίκτειν relata, in uſu remanſerunt. Significavit autem τέκω idem quod *paro*, *pario*. Proximum ejus derivatum τέκος ab *Homero* frequentatur. A τέκος Adjectivum ortum fuit τέκινος, τεκίνη, τέκινον. Ultimum hoc contractum dedit τέκνον, quod *foetum* notat. A Praeterito autem Medio τέτοκα ortum τόκος, pp. est *res genita*, ſive *in lucem* ab alio *edita*. Figurate ſic *Venus* dicitur *ſummo*, quaſi, *parente edita*: quo fere ſenſu τοῦ πατρὸς ἐκγόνους ΤΟ'ΚΟΥΣ dixit *Plato* de Rep. L. VIII, p. 555. &c. L. C. V.] [Conf. ſupra in τέκμαρ, τέκω &c. E. S.]

τίλλω *vello*, *vellico*. A τίω fortaſſe. [*Etymol.* c. 758: 30. repetit a voce κτίλος, *arietem* ſignificante: ἢ ἐκ τοῦ τείνω, addit, τὸ τανύω. Atque a τίλω, ſimpliciori (unde dein factum est τίλλω) haud dubie est κτίλω· a κτίλω vero κτίλος, pp. *qui vellitur*, h. e. *cujus lana evellendo decerpitur*. Quid vero τίλλω pp. ſignificet, optime docuit *Heſychius*. „ τίλλει· ἀνασπᾷ, i. e. *ſurſum trahit*." Nimirum cognationem habet noſtrum τίλλω, (quod olim τίλω,) cum altero τέλω, & τόλω, unde τόλλω, *ſurſum tendo*. Stirps adeoque eſt τίω, cognata alteri τέω *tendo*. Conf. in γινώσκω. Ceterum quod idem *Heſychius* τίλλει reddit μέμφεται, i. e. *culpat*, *accuſat*, & διαβάλλει, i. e. *calumniatur*, *Etymologus* vero, col. 493: 10. & 713: 8. σκώπτει *conviciatur*: ea ſignificatio metaphorica eſt, a *vellendo* & *carpendo ducta*, quemadmodum in Latino DETRAHERE AB aliquo, Hebr. חרף &c. E. S.]

Τινάσσω *quatio.* A τίω *protendo, moveo.* [*Etymol.* col. 759: 7. repetit ἀπὸ τοῦ ἴς, ἰνός, ἰνάσσω, καὶ τινάσσω· οὐκ ἀπὸ τοῦ τείνω. Verisimilior foret *Martinii* conjectura, „ τινάσσω esse, quasi σινάσσω, a σείω *moveo.* Sane literas σ et τ permutari solitas fuisse, quis neget? Malim tamen, cum *Lennepio*, stirpem statuere τίω, quod verbum pp. idem valuerit ac τάω et τίω TENDO: ut a τίω producta sint τίνω, τινάω, τινάσσω, pp. *tendo validius*, atque adeo *concutio, excutio, disrumpo.* *Suidas* τινάξαι· διαῤῥῆξαι, *disrumpere.* Ubi laudat Epigramma aliquod (Antholog. L. VII, p. 591.) *Sed ego primum quidem cachinnatus sum,* δεσμὰ τινάξαι Οἰόμενος, *putans vinculum me* EXCUSSURUM ESSE, nempe *tensione validiori.* E. S.]

Τινθαλέος *calidus, fervidus.* Forte pro τιθαλέος, quod a θαλέος· et hoc a θάλω, unde θάλλω, de quo suo loco.

[Τίνω *solvo.* „ Τίνω, ex τίω derivatum, eandem cum ipso significationem habet: nimirum *luo, solvo, persolvo, pendo, rependo*" &c. *Stephan.* Thes. T. III, col. 1567. 1572. *Hesychius* τίνειν· ἀποδοῦναι. Nempe τίνω i. q. τείνω *tendo, tensa* quasi *manu,* vel *extenta manu, reddo.* Conf. et τίνασσω. E. S.]

Τὶς *aliquis,* et τίς *quis.* A τίω, vicino τείνω. [Genitivus casus τινὸς (quia literam ν habet insertam ante terminationem ος) satis demonstrare videtur, verbum, unde proxime ortum sit, fuisse τίνω, i. q. τείνω pp. *tendo,* de quo quidem τίνω modo dictum est, suo loco. A notione *tendendi* fluxisse videtur altera *cum tensione,* aut *tensa,* quasi, *manu demonstrandi,* vel *indicandi:* unde oriri potuit notio pronominis *aliquis* &c. Eadem fere ratio est in Hebr. זה זאת &c. Conf. etiam dicta in ὅτι. E. S.]

[Τιταίνω *tendo, intendo.* *Etymolog.* c. 744: 5. Ταίνω, κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν, τιταίνω. Est autem ταίνω pp. idem quod τείνω, et pronuntiatione sola diversum fuit. A ταίνω hoc superest vox derivata ταινία TAENIA, *fasciam,* quasi, *extentam* genusve *vermium longiorum* notans, formamque verbi ταίνω clare demonstrans.

strans. Porro a ταίνω est τιταίνω, fere ut a βάω, βαίνω, est βιβαίνω· a λαίω, λιλαίω· a τρέω, τραίω, τραίνω, τιτραίνω. Proprie notat *tendere fortius* sive *intendere*. Rectissime igitur *H. Stephanus*, Thes. T. III, c. 1307. h. „ τιταίνω significat *extendo*, *distendo*, *intendo*, *contendo*. Od. Φ, 259. τίς δέ κε τόξα τιταίνοιτ' *quis arcus* INTENDERIT. — Item *equus*, aut aliud *jumentum*, dicitur τιταίνειν ἅρμα, aut ἄροτρον, quum *trahendo ipsum* veluti *contendit*, aut *extendit*; ut Il. B, ἱδρώσει δέ τευ ἵππος ἐΰξοον ἅρμα τιταίνων, id est, τείνων, ἕλκων, inquit Scholiastes. „ Aliud τιταίνω, tanquam hinc diversum, praebet idem Lexicographus, eodem Tomo III, col. 1579. quod notat *punire*, *poenas sumere*, *ulcisci*, primamque syllabam habet longam, ut prius τιταίνειν *extendere* primam habet brevem. Sed posterius hoc τιταίνειν (cum prima syllaba producta) ab altero isto τιταίνειν (cum prima syllaba brevi) quantum ad originem verbi et significationem primariam attinet, tam parum differre, quam Lat. *pendere* et *pendére*, origine sua, diversa sunt, docere poterit nota *Guyeti* ad *Hesiodi* Theogon. vs. 209. ubi poëtae verba: Φάσκε δὲ ΤΙΤΑΙ'ΝΟΝΤΑΣ ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι Ἔργον Latini interpretes sic reddunt: *Dictitabat porro*, POENAS SUMENTES *ex protervia magnum patrasse facinus*. At *Guyetus*. „ Τιταίνοντας, inquit, PORRIGENTES, hoc est, τὴν χεῖρα ὀρέγοντας." &c. E. S.]

[τίτανος *calx*. Ab eodem τιταίνω, sive potius, a simpliciori forma, τιτάνω, ex τάνω orta, est τίτανος. Recte *Martinius* „ *dictam puto*, inquit, *quia extenditur illinendo*, *seu obducendo*." E. S.]

τιτθὸς *mamma*. Per reduplicationem factum videtur a θάω vel θόω. Vide supra Θά. [Etiam τίτθη, sive τιτθή, in forma foeminina vocis, dicitur, notatque posterius hoc quoque *nutricem*. *Timaeus* in Lex. Plat. τήθη· μάμμη &c. Ubi cel. *Ruhnken*. p. 256. „ perpetua est confusio" inquit „ vocum τήθη, τίθη, τίτθης, τηθὶ, τιτθίς· in quibus scribendis tam parum sibi constant librarii, quam, in iis ex-

plicandis et distinguendis, Grammatici" &c. Ansam huic confusioni videtur dedisse pronuntiatio vicina vocalium η et ι. Origo quoque eadem fuit verborum τέω, τίω, sive θέω, θίω, in *tendendo* posita. A *tendendo* sive *protendendo* mammam dicta videtur *nutrix* τιτθὶς, sive τηθὶς· *mamma* vero, quae *protenditur*, τιτθὸς. Aliter cel. L. C. V. de voce θηλᾶσαι, *lactare*, agens, „ Θηλᾶσαι, inquit, significat *mammam praebendo lactare*; ortum a θηλὴ *mamma*. In hac voce subsistunt Lexicographi. Potuerant tamen originem invenire verbum θάω. In *Homeri* Il. Ω, 58. Ἕκτωρ μὲν θνητός γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. Absurde Grammatici dicunt, θήσατο contractum esse per Syncopen ex θηλήσατο, vel θηλάσατο. *Hesychius* praebet Activum θῆσαι, explicans illud θηλᾶσαι. Jam vero ut μήσατο est a verbo μάω, sic θήσατο est a θάω. Θάω, verbum omissum Lexicographis, significavit *alo*, *nutrio*, *succum praebeo*. A θάω ortum θάλω. Hinc nomen remansit θαλὸς *ramum virentem*, et *succo* adhuc *suo nutritum*, significans. Litera λ reduplicata, in usu remanserunt θάλλειν et θάλλος. Θαλλὸς, pp. *quivis ramus virens*; eximie significabat *ramum* olivae *semper viridem*. — Etiam vox τιθασσὸς *mansuetus* et *cicur* est a verbo θάω, reduplicato τιθάω. Animalia *mansueta* τιθασσὰ dicebantur, quasi *altilia*. — Verbum hoc τιθάω reduplicatum contractum fuit in τιθῶ. Hinc fluxit vox superstes τιθὴ *nutrix*, *quae mammam praebet*. Eadem quoque dicta est τιθήνη. Hinc verbum τιθηνεῖν *nutricis instar alimenta praebere*" &c.]

Τιτίζειν *pipire* de sono, quem edunt pulli avium. [Accurate *Eustathius*, ab *H. Stephano* laudatus, τιτίζειν adhiberi monet de *pullis avium*, *vocem* simpliciter *edentibus*; *qui vero*, *ubi esuriunt*, dicantur τρίζειν. E. S.]

Τιτράω *terebro*. A τράω, pro τεράω· quod a τέρω. [Prima, nimirum, litera cum vocali ι geminata. Conf. in τιταίνω, τιτρώσκω. Relege porro dicta in τερέω. E. S.]

Τιτρώσκω *vulnero.* Proprie non differt, nisi forma, a τιτράω. [τράω nempe dixerunt pro τεράω, τρῶω autem, sive τρόω, pro τορόω, unde τρῶμα *vulnus*, et τρῶσις *vulneratio.* A τρόω porro est τρώσκω, τρώσκω hinc τιτρώσκω. Ceterum alia quoque verbi forma fuit τραύω, unde τραῦμα, et, ab hujus Dativo τραύματι, derivatum τραυματίζω. Conf. in τραύω. E. S.]

τιτύσκομαι *dirigo ad scopum.* A τύω, quod cum τίω, τείνω, τιταίνω componendum. [Vide supra in τείνω. „Verbum INTUERI haud dubie metonymicum a veteri TUO, TUEO, τύειν. Unde apud *Homerum* τιτύσκεσθαι *tensum collineare sibi.* Hoc Latinis veteribus erat *tui*, *intui*, et mox *tueri*, *intueri.*" ALB. SCHULTENS. Comm. in Proverb. Salom. p. 380. E. S.]

Τῖφος *palus*, *uliginosus locus.* Forte cum τῦφος componendum. [Forma foeminina est etiam τίφη, *frumenti genus* notans, sive *porcorum pabulum.* Vide viros doctos ad *Hesychium*, in τῖφαι, τῖφος &c. *Etymol.* ἀπὸ τοῦ τύφεσθαι, ὅ ἐστι πήθεσθαι κ. τ. λ. E. S.]

τίω *honoro.* Etiam pro eo τίνω dicitur. Utrumque componendum est cum τείνω TENDO: quasi *contendendo* ad *pretia rerum* translatum. [τίω, τιέω &c. pp. significant i. q. τείνω *tendo*, unde τίειν *pendere*, vel *appendere fune tenso.* Veteres dixere τίειν πλάστιγγα (*bilancem* seu *libram suspendere.*) Hinc ponitur pro *appendendo metiri*, *mensurare.* Transfertur quoque ad *praemia*, et maxime ad *poenas*, alicui *tributas.* Quare τίειν et τιέειν est *appensas* et *tributas* sibi *poenas solvere*, ut Latini dicunt *solvere poenas*, id est, *pendere.* Hinc τιμὴ &c. Porro τιμωρὸς, *qui poenae infligendae curam habet*, et verbum τιμωρέω· unde τιμωρεῖσθαι ἑαυτὸν significat *semet ipsum punire*, *animum dolore cruciare* &c. T. H.] [Ab *appendendo* igitur translatum verbum τίω pp. significavit *pretium pono.* Hinc duplex manavit significatio, *honorandi* et *puniendi.* *Pretium ponere meritis* alicujus est *honorare*: *pretium ponere pravis facinoribus* est *punire.* L. C. V.] [Conf. illud

 poë-

poëtae Arabis, in *Anthologia*, sive *Excerptis Hamasae Schultensii*, p. 320. ونافع قطعنا كما وانوا APPENDIMUS IPSIS, *prout* APPENDERANT: ubi vide *Schultens.* E. S.]

Τοὶ particula enclitica. Proprie antiquus *Dativus* est articuli τὸς, unde τοῦ &c. [Nescio, an rectius dicamus, τοὶ hoc pp. idem esse ac σοὶ, TIBI, quod pronomen cum emphasi quadam redundet. Conf. Animadversf. ad Analog. p. 291. Cum *Lennepio* facere videtur cl. *Hoogeveen.* Doctr. Particul. Cap. LVI, p. 1152-1170. ubi eruditissime disseritur de origine atque usu hujus particulae. Vide tamen, an τοὶ, pro σοὶ, (tanquam pronomen *secundae personae*) manifesto sese praebeat, Il. Α, 25. *Ne* TE *senex cavas ego apud naves offendam* — Μή νύ TOI οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον, καὶ στέμμα θεοῖο *Ne forte* TIBI *non prosit sceptrum et infula dei.* Adde Il. Α, 39. 40. 107. 123. 150. 173. 177. 181. 204. &c. quorum locorum notitiam debemus Indici *Seberiano.* Neque aliter res sese habet, Il. Α, 419. *Vado ipsa in Olympum* τοῦτο δέ TOI ἐρέουσα ἔπος Διὶ τερπικεραύνῳ *hoc* TIBI *verbum dictura Jovi fulmine gaudenti.* Redundare videtur h. l. τοι istud cum jucunda quadam emphasi, quasi Belgice dicas: *Ik vertrek zelve naar den Olymp, en ik gaa* JE *dit woord zeggen aan Jupyn* enz. Vide ibidem vs. 425. 426. Pariter Il. Β, 289. ἀλλὰ καὶ ἔμπης Αἰσχρόν TOI δηρόν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι *Maar het was* JE *toch schandelijk, lang te blijven, en dan noch ledig weer naar huis te keeren.* Adde et alia, a clar. *Hoogeveenio* laudata, ut *Aristoph.* in Pace vs. 933. Εὖ τοι λέγεις, Belg. *dit zeg*JE *wel.* Il. Α, 76. τοιγὰρ ἐγὼν ἐρέω *want dit zal ik* JE *gaan zeggen* &c. et conf. in primis *A. Schultens.* Instit. ad Fund. ling. Hebr. p. 453. E. S.]

Τοῖχος *paries.* A τείχω, vicino alteri τεύχω. [*Etymolog.* c. 761: 24. Τοῖχος· παρὰ τὸ τεύχω, τὸ κατασκευάζω, γίνεται τεῦχος, καὶ τοῖχος. Τοιχωρύχος, καὶ τοιχορύκτης, κλέπτης, λῃστής.]

[τόκος *foenus.* „ A τίκω *pario* τόκος est *partus.*

Par-

Partus mulieris pp. ſic dicitur: poëtis etiam *filius*. Egregie vox transfertur ad ſignificandum *foenus a ſumma pecuniae*, tanquam *a patre*, *procreatum*. Quam in rem inſignis est locus *Platonis*, de Rep. L. VIII, p. 555. ubi *foeneratores* dicuntur reportare τῦ πατρὸς ἐκγόνυς τόκυς πολλαπλασίυς *foenera* tanquam *filiolos patris multiplicatos*. Sciendum autem est, *uſuram* a veteribus etiam dictam πλεονασμὸν pp. *multiplicationem*: (Hebr. הרבית) quamvis iſta duo vocabula diſtinxerit doctus interpres *Ezechielis*, Cap. XVIII, 8. 13. et 17. τόκον καὶ πλεονασμὸν ὐκ ἔλαβε" &c. L. C. V.]

Τόλμα *audacia*. A τόλω, unde Lat. TOLLO. Componendum est cum τέλω &c. [„ Τλάω contractum est ex ταλάω, quod a τάλω. Pro iis etiam τόλω, τολάω, et, interpoſita μ, τολμάω· unde patet, τλάω et τολμάω verba esſe ejusdem originis. Jam egregia verbi τολμάω poteſtas est apud Graecos, qua ſaepisſime ponitur pro *in animum induco*. Ea elegantia Apoſtolus Paullus uſus est ad Roman. Cap. V, 7. ubi dicitur ὑπὲρ τῦ ἀγαθῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν, i. e. *in animum inducat mori*." T. H.] [Nimirum nomen τόλμα hac lege est a τέτολμαι, prima perſona Praeter. perf. Pasſ. verbi τόλω, quod proxime conveniat cum Lat. *tulo*: unde (in Perfecto verbi *fero*) est TULI, et (in *tollo*) SUSTULI. Latini inde fortasſe quoque habent ſuum TOLUS, tanquam nomen proprium; unde CAPITOLIUM dictum voluere veteres: et *tolutim*. Neſcio, an et θόλος (pro τόλος) adſpiratum huc pertineat, quod de THOLO aedificii ponitur, quaſi dixeris τόλον *ſublatum altius*. E. S.]

Τολύπη *glomus* lanae &c. A τόλω, quod cum τέλω &c. componendum. [*Heſychius*: τολύπαι τὸ κατασκευασθὲν ἔριον. „ Τολύπη apud Graecos notavit *glomum lanae carminatae*, ſive *praeparatae*. Hinc derivatum verbum τολυπεύειν pp. ſignificat *glomerare*, *conglomerare*, ut ſaepe est apud *Homerum*. Dicitur enim de *rebus gravibus*, quae multo labore

conglomerantur, quasi, et *efficiuntur*. (Il. Ω, 7.) Hinc τολυπεύειν πόλεμον et ἐκτολυπεύειν πόλεμον *bellum conglomeratum finire* (Il. Ξ, 89. Od. A, 238. Δ, 490. Ξ, 368.) Est et alius loquendi modus, quem *Homerus* adhibuit, (Od. Τ, 137.) cum dixit τολυπεύειν δόλυς *machinari*, *instruere* (pp. *conglomerare*) *dolos*. Inde et verbum compositum ἐκτολυπεύειν *ad finem usque exigere* et *perficere*. Sic ἐκτολυπεύειν τὸν βίον *vitam ad finem perducere*. T. H.] [Idem vir summus ad *Aristoph. Plut.* vs. 35: ἤδη νομίζων ἐκτετοξεῦσθαι βίον. „ Ἐκτοξεύειν" inquit „ est *jacula emittendo exhaurire*. τόξον *arcus*: τοξεύω *sagittas arcu emitto*. *Pharetra* dicitur ἐκτετοξεῦσθαι, *quando jaculis emittendis exhausta est*. Hinc generaliter ponitur verbum pro *exhaustum esse*. Fatendum tamen est, eam rationem h. l. non satis planam esse. Quare *R. Bentlejus* (in loco hoc *Aristophanis*) emendationem tentavit elegantem, voluitque (pro ἐκτετοξεῦσθαι) scribi ἐκτετολυπεῦσθαι. (Vide editionem *L. Kusteri*, p. 319.) Certe illa emendatio valde est probabilis: neque dubitamus eam vulgatae lectioni praeferre." T. H.] [Vide infra in τόξον *arcus*. Ceterum τολύπη, sive antiqua verbi forma τολύπω (unde τόλυπος, η, ον) videtur repetenda a τόλω, τόλυς, τολύω hinc τολύπω, τολόπω. A notione propria TOLLENDI repetenda est illa *glomerandi*: quippe quod fiat *manu* vel *fuso* identidem sublatis. Sentitur ea vis quoque in ipso verbo, ni fallor, aliqua ratione composito ἐκτολυπεύειν, quatenus notat *exantlare* labores, *Hesiod.* Ἀσπ. vs. 44. E. S.]

Τονθορύζω et τονθορίζω *murmuro*. Factum a sono. [*Hesychius* τόνθους· φωνή. An de *voce* sive *fragore tonitrus*, ut φωναὶ, Apocalyps. XI, 15. 19. &c. Hoc pacto conveniret Germ. *thunder*, Belg. *donder*? E. S.]

[Τόμαροι *haruspices*. „ Τόμαροι vel τομοῦροι. In nostris *Homeri* editionibus, Odyss. Π, 403. sic legitur: Εἰ μέν κ᾽ αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο θέμιστες. Pro θέμιστες veteres olim legere (ut dudum observavit *Scaliger*, Animadv. ad *Eusebium*, p. 82.) τομοῦροι, vel τό-

τόμαροι· quod melius esse, ex eo probabant, quia oracula nunquam Homerus dixerat θέμιστας, sive *leges* et *jura*, quibus civitates continentur: idque verum esse, nec negari debuit ab *Isaaco Casaubono* ad Strabon. L. VII, p. 506. Nam quod hanc potestatem *oraculi*, in illo vocabulo, Hymnus in Apollinem, vs. 394. praeferat, id ostendit, *Homero* carmen hoc esse abjudicandum: quod etiam aliunde argumentis satis liquidis confirmari potest. Alteram vero lectionem τομοῦροι mirifice constabilit *Lycophron*, vs. 223. nomen hoc pro *vate* usurpans: ubi Grammaticorum loca collegit *Potterus*. Ratio vocabuli in obscuro est. A *Tomaro*, vel *Tmaro*, monte, cui templum Dodonaeum subjacebat, veteres repetunt. Ὤρεσιν ἐν τμαρίοισι *Callimachus* habet in Cerer. vs. 52. ubi vid. *Spanhemius*. Quin ipse Jupiter *Dodonaeus* τμαρίου Διὸς nomen huic monti retulit acceptum: ut ex *Stephano* et *Hesychio* docet *Heinsius* ad Claudiani Bell. Ger. vs. 18. Interim laus ingenii minime neganda est *Triglando*, Conjecturis de Dodone, Cap. 6. qui (quum horum sacrorum originem ex Aegypto manasse constat) *sacerdotes* esse dictos τομούρους, arbitratur, quia essent *circumcisi*, ἀπὸ τοῦ τέμνειν τὴν οὐράν. Ab Aegyptiis autem *circumcisionis* ritum ad alios pervenisse populos, accurate monstravit *Spencerus* de Legg. Hebr. Cap. IV, Sect. 4. Sane a Graecis ψωλοὶ *verpi*, vel *recutiti* nominantur Aegyptii." T. H.] [Conf. et *Clarkius* ad loc. Homeri Od. Π, 403. Vox τομὴ notat *sectionem*. An hinc forte τόμαροι vel τομοῦροι (voce petita ab altera forma nominis τόμος) dicti fuerunt *augures* a *sectionibus*, sive *templis*, in quae coelum dividerent? Conf. *Livii* Hist. L. I, 18. a fine, et *Coccej.* in Lex. Hebr. atque *A. Schultensium*, in Clavi Diall. p. 206. phrasin *Jesaianam* (Cap. XLVIII, 17.) הוברי שמים per *sectores coelorum*, ex Arab. هبر *secuit*, reddentes. E. S.]

τόξον *arcus*. A τέκω, vicino alteri τέκω, τίκτω &c. [*Etymolog.* c. 762: 7. τόξον· παρὰ τὸ τάζω, τάξω, τά-

ξον, καὶ τροπῇ, τόξον. Hoc adſpectu τόξον pp. foret *qui* vel *quod diſponitur*, eximie *arcus*, tanquam omnium armorum praeſtantisſimum. Conſentiret pulchre phraſis Hebraea, הכין כלי מות, *diſpoſuit*, vel arcui *impoſuit*, *inſtrumenta mortifera*. Neſcio tamen, an altius ſit adſcendendum, ad ipſam, nempe, verbi τόκω originem, i. e. τόω, pp. *tendere*; quod idem ac τέω, unde τένω, τείνω. Sic τόξω pp. foret *qui tenditur*, arcus: ut Belgae ſuum BOOG manifeſto duxerunt a BUIGEN, BOOG, &c. A τόξῳ porro eſt τοξόω, indidemque, ſive potius a veteri τόξευ, τοξεύω *arcu utor*, *jaculor*. Hinc porro ἐκτοξεύω *jaculando exhaurio* vel *conſumo*. Ut in iſto *Herodoti*, quod *H. Stephanus* laudavit, τὰ βέλη ἐξετοξεύετο *ſagittae conſumebantur*. *Herodoti* locus eſt (L. I, c. 86. n. 214.) Πρῶτα μὲν γὰρ λέγεται αὐτὰς διαστάντας ἐς ἀλλήλους τοξεύειν· μετὰ δὲ, ὥς σφι τὰ βέλεα ἐξετετόξευτο, συμπέσοντας τῇσι αἰχμῇσι τε καὶ τοῖσι ἐγχειριδίοισι συνέχεσθαι. Belgice dixeris: *toen hunne pijlen verſchooten waren*. Haec fuſius expoſui, ut melius intelligi posſet dubia ratio loci *Ariſtophanis*, in Pluto, 34. ſupra laudati, in voce τολύπη. E. S.]

τόπος *locus*. A τόπω vel τέπω, vicino alteri τύπω. Origo τόω, τύω. [Coacta admodum derivatio eſt *Etymolog.* c. 762: 17. παρὰ τὸ πατῶ, πάτος καὶ τόπος. Analogia ſuadet, esſe potius a τέτοπα, Praeterito Medio verbi τέπω. Hujus derivata forma a Latinis ſervata eſt TEPOR. A τέπω autem τεπέω Lat. TEPEO, τεπίω item, unde repetendum eſt Adject. TEPIDUS. Itaque a TEPORE dictus videri queat *locus*, quia *incaleſcere ſolet ab homine incubante*: ſecundum illud *Plauti* in Amphitr. I, 3. 15. *Prius abis, quam lectus, ubi cubuiſti*, CONCALUIT LOCUS. An ad illam originem quoque pertinet, quod τόπος, ſive τόποι in Plurali, eximie dicatur de αἰδοίῳ γυναικός. Vide *H. Stephan.* Th. T. III, col. 1592. Conf. denique et τέφρα de *cinere tepido*, ſuperius, et vide infra, in τρόπος, ſub τρέπω. E. S.]

τόρμη, vel τόρμος *modiolus rotae in quem axis inferi-*

ritur. A τόρω, cui vicinum τέρω, τερέω, [Lat. TEREBRO. Nimirum quod *axis* in eodem *teratur*, vel *modiolus* hic ab axe quasi *terebretur* ac *perforetur*: A τόρω, Praeter. Pass. est τέτορμαι· hinc τόρμος, ὁ, ὠ. Verbum τόρω ipsum superstes est apud *Homer.* Il. Λ, 236. οὐδ' ἔτορε ζωστῆρα παναίολον *neque perforavit* hasta *balteum variegatum.* E. S.]

Τράγος *hircus, caper.* A τράχω, cui vicinum τρέχω· de quo suo loco. [*Etymol.* c. 763: 34. ἢ παρὰ τὸ τραχὺ δέρμα ἔχειν. „ *Hircus* Hebr. שָׂעִיר, id est, *villosus, pilosus, hirsutus* appellatus est: ut Graece τράγος, quasi τραχὺς, a *pilorum asperitate*: et Latine *hircus*, quasi *hirtus*, ut multis placet." *Bochart.* Hieroz. P. I, 9. 60. quem vide fusius de his disputantem, L. II, c. 53. p. 641. E. S.]

Τράπεζα *mensa.* Ex τρὰ et πέζα. Τρὰ autem pro τρὰς, unde τέτρας *quaternio.* [*Etymol.* c. 763: 38. Τράπεζα, κατὰ ἀποβολὴν τῆς τε συλλαβῆς, τετράπεζα, τέσσαρας πέζας ἔχουσα· αἱ γὰρ τῶν παλαιῶν τράπεζαι τετράγωναι ἦσαν. „ Mensam *quadram*, propria appellatione, τράπεζαν vocabant Graeci. Plena vocis forma fuit τετράπεζα. Numerus *quaternarius* τέτρας dicebatur: πέζα, idem quod ποῦς et πὲς, est Latin. PES. Ob pronuntiationem difficiliorem, in usu quotidiano, omissa prima syllaba τε, *mensa quadrata* vocabatur τράπεζα· Sic *nummum*, (qui valeret *quatuor drachmas*) vocabant Graeci τέτραχμον, literis aliquot intermediis omissis, pro τετράδραχμον." L. C. V.]

Τραυλὸς *balbus, blaesus.* Vox ficta ad exemplum blaesorum. [Nimirum in eos pp. dicebatur, qui loco literae ρ pronunciabant λ. *Aristophanes* in Vespis vs. 44. Εἶτ' Ἀλκιβιάδης εἶπε πρός με τραυλίσας, Ὀλᾷς Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει. *Dein Alcibiades ad me dicebat balbutiens,* Ὀλᾷς &c. pro Ὁρᾷς Θέωρος κεφαλὴν κόρακος ἔχει. Vide ad h. l. *Steph. Berglerum.* E. S.]

[Τραύω, verbum obsoletum, cujus derivata ad verbum τιτρώσκω retulerunt. De his alibi cel. *Lennep.* „ Vicina verba sunt, si originem spectes, τραύω, et τιτρώσκω. Utrumque, nempe, oritur a stirpe τέρω, cui

cui convenit Lat. TERO. A τέρω formata, τιρέω et τερόω, pepererunt contracta verba τρέω et τρόω. Pro τρέω autem pronuntiarunt τραύω. Τρόω vero peperit, ad normam verborum in σκω, verbum τιτρώσκω, *vulnerandi* sensu obvium. Ad verbum autem τραύω, ratione formationis, proxime pertinet nomen τραῦμα, speciatim notans *vulnus*. Ab ejus Dativo, τραύματι, est τραυματίας *vulneribus plenus*, seu *vulneribus plane confectus*, quasi dicas, *ita vulneribus continuis plenus, ut unum vulnus esse videatur*. Id quod *hominis fortissimi, et ad ultimum vitae halitum in bellis pugnantis*, testimonium est" &c. [Ejusdem formae nomen est στιγματίας *notis compunctus*: ac nescio, an talia nomina in ίας pp. sint formata a *Dativis antiquis* Pluralibus primae Declinationis, in αις terminatis: ut στιγματίας pp. sit pro στιγματίαις, τραυματίας pro τραυματίαις, ab antiquis nominativis Singularibus στιγματία, τραυματία, quas formas nominum a Dativis στίγματι, et τραύματι, nominum simpliciorum στίγμα et τραῦμα, ductas fuisse, non est quod dubitemus. Hoc pacto στιγματίαις, τραυματίαις, pp. notassent *notis*, *vulneribus* scil. *compuncti*. Componatur conjectura nostra de nominibus *collectivis* in ὼν, supr. in ἀγκὼν, et alibi. E. S.]

Τράχηλος *collum*. A τραχὺς *asper*. [*Etymolog*. c. 764: 41. Τράχηλος παρὰ τὴν τραχύτητα· ὀστώδες γὰρ τὸ μέρος κ. τ. λ. „ *Collum* Graece τράχηλος dicitur ab *asperitate vertebrarum, ex quibus constat*: τραχὺς enim notat *asperum*. Verbum vero τραχηλίζειν est *collum afficere quacumque ratione*. Sic a γαστὴρ *venter* est γαστρίζω *ventrem afficio* vel *percutio*: quod quidem γαστρίζειν etiam notat *ventri inservire*. Homo *vorax* dicitur γαστρίζων. A κεφαλὴ *caput* est κεφαλίζω *caput afficio*: κεφαλίζειν τινὰ *caput alicui amputare* &c. Τραχηλίζειν autem, diversa quadam ratione, sumitur. Ex. gr. *qui collum invertit, ut quaquaversum spectet*, dicitur τραχηλίζειν. Jam vero *luctatores* in palaestrâ *afficiebant* alterius *cervicem*, et *contorquebant*. Hinc τραχηλίζω est verbum palaestricum, notatque *cervicem*

cem alicuʃus *luctando afficio:* compoſitum ἐκτραχηλίζειν fortius eſt, ſignificatque *alicujus cervicem in lucta contorquere.* Hinc etiam ponitur pro *cervicem frangere:* et aliquis dicitur ἐκτραχηλισθῆναι, cujus *collum* vel *caedendo*, vel *puniendo frangitur:* unde etiam ἐκτραχηλισθῆναι eſt *funditus perdi* et *male haberi.* Sic ὁ δῆμος ἐξετραχηλίσθη ὑπὸ τῆς τρυφῆς *populus per luxuriam funditus perditus eſt.* Porro *equus* dicitur ἐκτραχηλίζειν τὸν ἀναβάτην *ſeſſorem dejicere, cervice ſua excutere:* et ἐκτραχηλίζειν τινα univerſe eſt *facere, ut alicujus conſilia male ſuccedant, ut ille ex conſiliis, tanquam ex equo, excutiatur.*" T. H.] [In epiſtola ad Hebraeos, Cap. IV, 13. legitur γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα, id eſt, *nuda* et *reſupinata.* Plurima ab eruditis interpretibus, diverſa ſuper hoc verbo ſentientibus, prolata ſunt, pleraque a ſcriptoris ſacri mente aliena. A voce ῥάχις (*ſpina dorſi*) verbum formatum ῥαχίζειν ſignificat *ſpinam dorſi disſecare;* ab αὐχὴν *cervix* (in Gen. αὐχένος, Dat. αὐχένι) verbum eſt αὐχενίζειν *cervicem ſecare.* Utrumque verbum reperire licet in *Sophocl.* Ajac. vs. 298. ubi furibundus *Ajax tauros* partim ηὐχένιζε, partim ἐῤῥάχιζε, vel *ſpinam dorſi disſecabat*, vel *cervicem incidebat.* Scholiaſtes ibi ῥαχίζειν idem eſſe notat, quod *Homerus* vocat αὖ ἐρύειν, Il. A, 459. Ubi *victimas*, diis ſuperis mactandas, *reſupinatas jugulabant.* Ad normam iſtorum verborum, τραχηλίζειν noſtrum, a voce τράχηλος *collum*, — ſignificare poterit *reſupinare collum*, vel potius *reſupinatum incidere, inciſumque inſpicere:* et hinc ſimul patet, illa, quae penitus DEO, *intimarum rerum ſpeculatori*, patent, dici poſſe τετραχηλισμένα. Exſtat conjectura *L. Capelli* (Spicileg. p. 122. laudat. *J. Alberti* Obſerv. Philol. in N. F. p. 421-423.) quam ſibi illuſtrandam ſumſit aliquando *A. Schultenſius* (Clavis Diall. p. 273. 274.) Ea huc redit. In Bibliis Hebraicis verbum legitur ערף *decollavit*, pp. *anatomen inſtituit*, rem *reſecuit*, et *reſectae viſcera inſpexit*, atque adeo ἐτραχήλισε. Vis verbi, apud Arabas, fuit

fuit cónservata, qui *hominem rerum peritum* (الأمور الأعارف) vocare solent (النحرير) *jugulatorem rerum*, qui *rerum viscera* quasi *inspexit*. Hoc sensu utique verbum τετραχηλισμένα in Epist. ad Hebr. I. 1. capiendum videtur, ut *omnia* dicantur *coram* DEO *nuda*, *atque* RESECTA, ita *ut intima penetralia* DEO *pateant*. In Glossis Sacris τετραχηλισμένα simpliciter redditur πεφανερωμένα. L. C. V.] [De eadem *A. Schultensii* illustratione alibi disserens ipse *Lennepius*: „ huic *Schultensii* sententiae, inquit, non parum roboris accedit ex antecedentibus verbis, ubi *verbum* DEI cum *gladio* comparatur, qui ad *intimam divisionem animae* et *spiritus compagumque ac medullarum penetret*. Est igitur apta continuatio metaphorae, nostro in loco desumtae, ab *anatome*, sive *resectione*, membrorum corporis." E. S.]

Τραχὺς *asper*. A τράω, τεράω, quod a stirpe τέρω. [Recta videtur descendisse a τράχω, de quo vide mox infra. *Etymologus* τραχὺς σημαίνει τὸν σκληρόν· ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ῥάχεως. E. S.]

[Τράχω verbum obsoletum: unde descendit τραχύς. Vestigium hujus τράχω superest in *Hesychii* Lexico, ubi legitur τράχε· πορεύε. Est, nimirum, Dorica pronunciatio: τράχε pro τρέχε, cujusmodi in *Hesychio* est τράφεται pro τρέφεται &c. Conf. *Etymol.* col. 356: 10. 443: 28. Pro τράχω vulgo dixerunt τρήχω, et sic pro τραχὺς, τρηχύς. Unde τρηχὺ νόημα, apud eundem *Hesychium*, exponitur σκληρὸν νοῦν, et ibidem τρηχεῖα, τραχεῖα. Ex quibus satis evidens est, veteres promiscue dixisse τράχω, τρέχω et τρήχω. De origine videatur infra in τρέχω. E. S.]

[Τρεῖς TRES. Contractum videtur ex τρέες. Unde τρῖς, Lat. TRES. Plane ut τρεηρὸς dedit τρηρός. Vide *Etymolog.* c. 637: 17. Probat autem τρέες, illud antiquius (quod contractum in τρεῖς) fuisse olim formam Singularem τρὶς: unde Pluraliter τρέες, τρεῖς, quemadmodum fere, ab ὄφις, Ionicum Plurale est ὄφιες, ὄφεις, quod in communi lingua efferebatur ὄφιες, ὄφις. Atque ita etiam Graecos, pro τρεῖς, di-

dixisse τρὶς, demonstrant composita τρισκαίδεκα tredecim, τρισμύριοι &c. Ab isto autem τρὶς, contracto ex τρεῖς, (cujus exemplum egregium habetur in illo Hesiodi Ἐργ. vs. 596. Τρὶς δ' ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου) diversum fuit Singulare τρὶς pro τέρις. Posterius hoc, proxime ductum a τέρω (ut δέρις a δέρω) significare potuit *id quod excoriatur*, et hinc *collum*. *Hesych.* Δέρις· τράχηλος, quod ipsum δέρις, geminata media, pronunciatum fuit δέῤῥις. (*Hesych.* δέῤῥις, δέῤῥα.) Haec si vera sint, Plurale τέρεις (contractum in τρέες, τρεῖς) pp. notare potuit ea, *quae teruntur*, sive *atteruntur*, pecul. *friando*, adeoque eximie *priorum digitorum extrema* una cum *pollice*, quippe quibus *friatio* fere peragi solet: unde notio numeri TERNARII fortasse fuerit assumta. Conf. dicta in δύο, et τέσσαρες. Πέντε fortasse (pro πάντε, ex πάντες) *omnes* digitos notat. E. S.]

Τρέπω *verto*. A τερέπω, quod a τέρω TERO. Alibi cel. *Lennep.* „ A verbo τρέπω, Lat. *verto*, nomen τρόπος est, significans *versionem*. Inde formatum verbum τροπέω pp. est *versionem facio*: ut nomen, inde formatum, τροπωτὴρ pp. notat *eum*, *qui versionem faciat*. Unde eximie tanquam proprium adhiberi solet *stropho*, quo remus *vertatur*, vel *versetur*: quasi dicas *versorem remi*." — [„ Τρόπος oritur a τέτροπα verbi τρέπω. Lex est derivationis certissima, in analogia quippe fundata, *omnia nomina dissyllaba in ος desinentia*, *in quorum priori syllaba est ο*, *formari a Praeteritis Mediis verborum*; *verbi terminatione in eam nominis deflexa*, *et augmento verborum*, *quod vocant*, *rejecto*. Talia sunt ex. gr. τόλος, πόλος, πόλος, τόνος, φόνος, μόρος, μένος, τρόφος, δόμος &c." L. C. V.] [Confirmantur his ea, quae supra observavimus de origine vocis τόπος. — Ceterum, quod de nomine τόξον animadversum fuit, notionem ejus recta via arcessendam esse a τάω *tendo*, idem hic loci, de verbo τρέπω, fortasse valebit, recta via ejusdem significationem repeti oportere a τάω *tendo*; ut a *tensione*, nempe, ad *conversionem* transitus factus sit: nisi forte malis, literam τ ab initio hu-

hujus verbi esse adscititiam, et stirpem ejus fuisse verbum ῥέπω. Conf. quae de τ, ab initio praeposita, observata sunt a *Lennepio*, Analog. p. 210. et a nobis in Animadversf. ibid. p. 513. exposita. Vide et infra in τρέφω. E. S.]

τρέφω *educo*. A τέρω, ut antecedens. [Nimirum a τέω, τέρω, τερέπω, τρέπω, et, π tenui in adspiratam φ conversa, τρέφω. Sane τρέφω nostrum cognatum fuisse alteri τρέπω *verto*, ad oculum demonstrare potest comparatio verbi στρέφω *verto*, quod cum altero τρέπω arctissimam habet adfinitatem. Conf. supra suo loco in στρέφω. „ Verbum τρέφειν pp. notabat *comprimere*, *condensare*; *caseus* lac condensatum et pressum, τροφαλίς· γάλα τρεφόμενον τυρὸν ἐργάζεσθαι κάλλιστον, scribit *Aelianus*, N. A. XVI, 32. *Theocr.* XXV, 106. τρέφε πίονα τυρόν" &c. L. C. V. ad *Herodotum*, L. IV, p. 284. Praeiverat quodammodo *Etymologus*, c. 769: 28. τροφή, παρὰ τὸ τρέφω, τὸ πηγνύω, ἡ πηγνύουσα καὶ εὐπαθῆ ποιοῦσα τὰ σώματα. Conf. ibid. col. 763: 51. 764. 49. Utrum haec significatio *comprimendi*, in verbo τρέφω, repetenda est a notione *terendi*, *conterendi*, quemadmodum συντρίβεσθαι dicuntur ea, quae *eliduntur* et *validissime comprimuntur*; an vero notio *comprimendi* et *condensandi*, (a summo *Valckenaerio* commemorata) arcessi debet ab illa *vertendi* (in τρέπεσθαι et στρέφεσθαι usitatissima) quatenus *massa*, *quae depsitur*, identidem *inverti* solet? Hac certe ratione עוג et עגג, *depsere*, Hebraeis pp. est *vertere*, *invertere* massam. Futurum θρέψω, verbo τρέφω tributum, sola adspiratione differt a τρέψω, Futuro verbi τρέπω. E. S.]

τρέχω *curro*. A τρέω, quod pro τερέω, ex τέρω. [An a *terendo*, quatenus via TERI (τρίβεσθαι) dicitur, quae velocissime transcurritur? Metaphora ea notissima est in Ar. حرس, Hebr. חרש, in درس, דרש &c. Sane a τερέω in Perf. τετέρηκα, unde τέτρηκα, litera κ adspirata, facillime existere potuit τέτρηχα, et hinc novum verbum formari, τρέχω. Vide infra in τρέω. E. S.]

τρέω

Τρέω *tremo.* A τέρω, τερέω [Futurum habet τρέσω, quo distinguatur, in usu linguae, ab altero τρέω *perforo*, cui Futurum datum est τρήσω. Utriusque tamen verbi haud dubie eadem est origo: usus secundarii solummodo diversi sunt. Ut convenientia perspiciatur prioris istius τρέω, cum altero τρέμω; Latinorum TREMO; teneatur, velim, a τέτρεμαι, prima Praeteriti perf. Pass. verbi τρέω, abjecto augmento, quod statuunt Grammatici, τε, factum esse τρέμαι. Unde Il. Ν, 18. Τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλη, Ποσσὶν ὑπ' ἀθανάτοισι· et Il. Φ, 507. Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιος ἑανὸς τρέμε &c. Ceterum τρέω hoc nostrum, i. e. TREMO a τέρω, cum ταρβέω, a τάρω, derivata forma, maximam habet adfinitatem. „ Latinorum TREMERE, et poëtarum τάρβειν, et Atticorum τετρεμαίνειν, Latinum etiam TERRERE, manarunt ex eodem fonte." L. C. V.] [Ansa translationis tamen minus obvia est. Utrum a *terendo*, sive potius *obterendo*, *atterendo*, duci potuit imago *animi*, quasi *attriti*, et *pavore consumti*? (Sane *terrorem* ab *atterendo* etiam dixere Arabes; in suo خلف pro خوف, חוף.) an vero a *notione perforandi*, quae a *terendo* manifesto fluxit, in τρέω, τρήσω, arcessenda est significatio illa TREMENDI? Confer omnino supra in τερέω. Similis certe translatio est in Hebr. חרד: de quo verbo omnino consulendus est cel. *Verschuir*, in Diss. Exeget. ad Zachar. II, 1-5. p. 159. et ibid. laudatus *A. Schultens.* Comm. in Prov. p. 447. Posterius praeplacet. Conf. et τρέχω. E. S.]

[Τρήχω *asper* et *salebrosus sum.* Vide, de hoc verbo, *H. Stephani* Thes. T. III, col. 1602. cui et laudatum illud Epigrammatis τετρηχυῖα θάλασσα, *mare exasperatum*, *undis* et *fluctibus* veluti *asperum redditum:* Il. Β, [vs. 95.] τετρήχει δ' ἀγορὰ *tumultuabatur concio*, nempe *maris* instar, undis *asperi redditi*, atque adeo *conturbati.* Idem poëta (Il. Η, 345.) de *concione Trojanorum* γένετο δεινὴ τετρηχυῖα habet. „ TREPIDA, TURBULENTA erat." Nullum dubium est, quin τρήχω idem verbum sit ac τρέχω. sed varie translatum. RADIT *iter liquidum*, *Virgilii* est

Aen.

Aen. L. V, 217. Sic τρίχω *curro* pp. est RADO: alterum τρέχω vero componi potest cum Lat. RUDIS, quod quin eandem habeat originem atque alterum RADO, nullum quoque est dubium. E. S.]

Τρίβω *tero*. A τρίω, quod a τέρω. Alio loco cel. *Lennepius*, „ Graecum τέρω, inquit, superest apud Latinos. Inde factum τερίω, quod, per contractionem, pronunciatum fuit τρίω. Hinc est Latinorum TRIVI, et TRITUM: nec non verbum, Graecis usurpatum, τρίβω· unde porro factum est τρίβος, Substantivo usu, *viam* significans, *pedibus teri solitam*, adeoque *semitam*." [„ Τρίβω contractum ex τερίβω· a τέρω, quod a τέω. Mutata vocali brevi in longam, sive in diphthongum ει, pro τέρω, dixerunt τείρω. Idem τέρω formavit quoque ex se τερύω, τερύπτω, pro quo, per contractionem, enatum est τρύπω et τρυπάω *terendo forare*. Hinc τρύπανον *instrumentum*, *quo* quid *tritum perforatur*. Latini *terebrum* dicunt. Ut vero apud Latinos *conterere* pro *perdere* ponitur, sic pari modo Graecis ἐπιτρίβειν, unde ἐπίτριπτος *dignus qui conteratur*. T. H.] [Idem vir summus alio loco: „ τρίβειν etiam est *exercere*, pp. *terere*. Τρίβειν ἵππους *exercere equos*, sive *exercendo* eos *terere*. Illi, qui in palaestris, *ubi juvenes exercebantur*, docebant, dicebantur παιδοτρίβαι." &c. E. S.]

† Τρίζω STRIDO. A sono factum. [Egregie monet *Eustathius*, ad Il. Ψ, p. 1326: 25. *nivem*, *quando pedibus calcatur*, τετριγέναι: etiam τετριγέναι ὀδόντας dici τὸν θυμομάχοντα. „ Glossae *Philoxeni*: STRIDET, τρίζει. — Lat. STRIDO ab ἔσμιδον. Nam σμιδμὸς quoque, pro τρισμὸς, legas apud *Aristotel.* Hist. Animal. L. IV." verba sunt *Vossii*, in Etymologico. Unde in oculos incurrit, Lat. STRIDERE esse i. q. Gr. τρίζειν, praeposita litera σ. Nempe a τρίδω est τρίδειν, τρίζω. Rursus a τρίδω, praefixo σ, factum STRIDO. Conf. etiam τρύζω. E. S.]

Τρύβλιον, vel τρυβλίον, *catinus* pro τερύβλιον. A τέρω. [„ Vetus verbum fuit τέρειν, unde τερύειν, contracte τρύειν, idem est atque Latinorum TERERE" T. H.] [(Conf. sub τρίβω, et infra in τρύω.) Recte,

ut

ut videtur, *Martinius;* „ Puto τρυβλίον esse, in quod βάλλονται τὰ τρυόμενα INTRITA, TRITAE *escae, turundae* panis, in liquido madefaciendae." Nimirum a τρύω, (pro τερύω, vel τορύω,) est τρύα, h. e. TRUA, five „ *ingens cochlear,* quo cibus in ollis, inter co- „ quendum, agitatur. Graecis dicitur τορύνη", [a τερύω, quod a τόρω, cognato alteri τέρω.] Rectissime observat idem *Vossius,* (ex quo illa superiora descripsimus,) „ τορύνην dici a *terendo.*" Nam *terere* Graecis τορέειν· unde τορύνη· quia pleraque hoc instrumento in ollis, inter coquendum, *terere* ac *comminuere* soleant." Pergit *Vossius:* „ A TRUA ὑποκοριστικῶς factum TRULLA" &c. Jam vero a vicino τρύλιον, inserto β, enatum est τρύβλιον, ipsum *vas* denotans, in quo TRUA uti solent. E. S.]

Τρύγη *hordeum, triticum, cereales fruges* &c. A *siccando* forte. Stirps τέρω. [Malim equidem a *stridendo,* quia commotum ventis leviter *stridet.* Supra dictum est τρίζειν pp. esse *stridere.* A τρίζειν est τρισμὸς, five τριγμὸς *stridor,* quod posterius pp. descendit a τρίγειν, forma vicina. Atqui pro τρίζειν, etiam τρύζειν, pro τρίγειν τρύγειν dixerunt. Unde τρυσμὸς *stridor,* τρυγὼν *turtur* est, dicta παρὰ τὸ τρύζειν. *Etymologus,* c. 771: 11. Τρύγει, inquit, ψιθυρίζει, γογγύζει, ἀσήμως λαλεῖ· παρ' ὃ καὶ ἡ τρυγὼν, ἐπεὶ ἀσήμως φθέγγεται καὶ γογγυστικῶς. Non autem τρύγην *hordeum* solum dici, sed et *alias fruges cereales,* indicat glossa *Hesychii:* τρύγη· ὁ πυρὸς, καὶ ἡ κριθὴ, καὶ πᾶς ἄλλος καρπὸς, καὶ ποία βοτάνη. E. S.]

[τρύζω, i. q. τρίζω, pp. *strideo. Homerus,* Il. I, 311. ὡς μή μοι τρύζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος. *Hesychius:* τρύζεται· ψιθυρίζεται, λογοποιεῖται, γογγύζεται. Conf. de hoc loco cel. *Villoisonus,* ad *Apollonii* Lex. Homer. in voce. E. S.]

[Τρὺξ *vinum recens: mustum nondum percolatum. Faex vini,* in fundo vasis residens. Genitivus casus τρυγὸς satis docet, esse repetendam vocem a τρύγειν, i. e. *stridere.* Neque dubitamus, quin origine eadem hac vox sit ac Lat. TRUX, TRUCIS, nisi

quod, diverſa paullo metaphora, uſurpetur. τρίζειν ſupra vidimus pp. dici de *ſtridore* dentium, *in contentionibus* acerbius *rixantium* vel et *pugnantium*. Neque alia anſa videtur eſſe vocis Lat. TRUX. *Horridum ac* TRUCEM *tribunum plebis Cicero* memorat, Agrar. L. 2: 25. *feras* TRUCES (quaſi *ſtridentes dentibus*) *Tibullus* dixit L. I, 10, 76. *ſaevos ac* TRUCES *tyrannos*, *Seneca*, in Hercul. Fur. vs. 936. *Sonus* TRUX ORIS, (quaſi *ſtridens*,) *Plinius*, L, VI, 22. *vocem* TRUCEM (quaſi *ſtridentem*) *expaveſcere*, *Silius*, L. I, 67. TRUX *decet ira feras*, *Ovid.* de Art. Am. L. III, 502. Quae loca grati debemus *Forcellino*, et *J. M. Geſnero.* Magnus noſter *Vosſius*, TRUX Latinis, pro ATROX, dici ſuſpicabatur. Quid ſi ATROX pp. ſit Gr. ἄτρυξ, cum α ἐπιτατικῷ? ut in ἄβρομος *vehementer ſtrepens*, ἄτρυτος *vehemens*, pp. *valde terens*, vel *ſtridens*, dentibus &c. Conf. de noſtro τρὺξ T. H. ad *Ariſt. Plut.* p. 408. E. S.]

[Τρύπα *foramen.* A τρύω, quod pro τερύω, e ſtirpe τέρω. [Dici et τρύμα voluit *Martinius*; eoque pertinere arbitratur etiam τρύπανον, *terebram*, *perforaculum*, in Glosſis *Cyrilli.* Conf. ſupra in τρίβω. E. S.]

[Τρυφὴ *luxus* &c. Alio loco cel. *Lennepius*: verbum θρύπτω ſignificat *comminuo*, *contero in minutisſimas partes.* Hinc θρύπτεσθαι, Medium, quaſi pp. dicas *ſemet comminuere*, tranſlate dicitur is, qui *luxu diffluit*, et *frangitur*: atque inde quoque τρυφὴ generatim *luxum* notat. „ Plura vide in θρύπτω. Componatur etiam τρύφος, forma vocis maſculina, i. e. *fragmentum.* Vide *Foëſium* in Oecon. Hippocratis. „ Τρυφὴ *delicias* notat, pp. *fragmen*, ſive *rem fractam*: quo ſenſu, noſtris in libris, vox τρύφος invenitur. *Fruſtum panis* eſt τρύφος ἄρτε. Verbum eſt θρύπτειν, ſignificans *frangere.* Hinc τεθρυμμένοι ſaepe dicuntur *ſemimares*, vel *mares, molles* et paene *foeminae*, FRACTI Latinis. Forma tantum diſtat a θρύπτειν, τρύφειν. Hinc τρυφὴ, τρυφάω *delicate vivo.* Participium τρυφῶσα tranſiit in nomen proprium. *Paullo*

-lo laudantur mulierculae, τρύφαινα et τρυφῶσα, Epistol. ad Roman. XVI, 12." L. C. V.] [LUXUM Latinis quoque a λύω SOLVO, DISSOLVO, dictum esse, admonuit *Vossius* in Etymologico. E. S.]

[Τρύχω, i. q. τρύω, (unde propagatum est) pp. TERO, *detero*, *consumo* laboribus. *Hesychius*: τρύειν, καταπρίβειν, καταπονεῖν. Idem: τρύχειν· φθείρειν, τήκειν &c. Plura dabit *Foësius*, in Oeconom. Hippocr. voce τρύχω· itemque in τρύχος, quod *pannum lacerum* et *attritum* significet. E. S.]

Τρύω *tero*. A τερώ &c. [Vide T. H. in τρύβλιον, et omnino *Alb. Schultensium*, Via Reg. Hebraiz. p. 79. ubi TRUTINAM, ac τρυτάνην, dictas esse monet a τρύειν *terere*: quoniam τρύεται τῷ βάρει τῶν ὄγκων TERITUR *gravitate ponderum* &c. A τρύειν *terere*, *terendoque notam imprimere*, vir summus T. H. observat, fluxisse quoque rationem vocis τρυσίππιον, vel τρυσιππεῖον, qua significatur *nota inusta equo*, longo labore *trito* et *confecto*. Quae quidem *nota* ferro ignito, sive καυτῆρι, Senatus jussu, maxillae vel lumbis equorum inureretur, docente *Hesychio* in voce, et "Ιππου τρόχος" &c. Conf. et τρύχω. E. S.]

Τρώγω *arrodo*. A τρόω, pro τιρόω, quod a τέρω. [*Etymol.* c. 770: 40. Τρώγω παράγωγόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ τρῶ, τὸ βλάπτω. Sanior derivandi ratio docet, a τρώω, τέτρωκα, descendisse τρώκω, τρώγω. Etenim cognationem fuisse inter τρώκω, et τρώγω, docent derivata τρώκτης *comestor*, τρωκτὸς *qui comedi*, sive potius, *qui arrodi*, *solet* &c. Cetera lege superius, in τραύω, et mox in τρώω. E. S.]

[Τρώω *vulnero*. Verbum hoc, variis in locis, agnovit *Etymologus*, uti v. gr. in ἐξίτρω, col. 347: 84. παρὰ τὸ τρῶ, inquit, ῥῆμα, ὃ σημαίνει τὸ κόπτω· ὅθεν τρῶσαι, τὸ σιδήρῳ τέμνειν καὶ κόπτειν· δηλοῖ δὲ, καὶ τὸ βλάπτω, ὡς τὸ Οἶνός σε τρώει μελιηδής: — τὸ δὲ παράγωγον αὐτοῦ τρώω, ἐξ οὗ παράγωγον τρῶμα· καὶ, τρωχημένος χρόνος, ἔτρων καὶ ἐξέτρων κ. τ. λ. Vide eundem col. 727: 6. 771: 10. 29. et 760: 50. ubi legitimam hanc derivationem praebet τρώω, τρώσω, τρώσκω, et, per reduplicationem, sive potius, per repetitionem primae literae τ, cum io-

iota, τιτρώσκω. Porro dubium nullum est, quin τρόω hoc ſit pro τερόω, ſive potius pro τερόω, adeoque cognationem arctiſſimam habeat cum τερύω, quod contraxerunt in τρύω. Cognationem illam agnoſcit *Etymologus*, col. 771: 29. ubi commemorato verbo τρῶ [pro τρόω, ex τερόω] adjicit, οὗ παράγωγον τρύω, καὶ τρύω· προσθέσει τοῦ χ, τρύχω. Rectius dixiſſet, quemadmodum pro τερόω factum ſit τρόω, τρῶ, ſic a cognato ejus τερύω factum eſſe τρύω, τρύχω. Igitur ſtirps ejus verbi certisſima est τέρω. Conf. *Foëſii* Oecon. Hippocratis in voce: et dicta in τρύγω. E. S.]

Τύγχανω *ſum*. A τυχάνω, quod a τύχω, vicino τύκω, τεύκω &c. [*Etymolog.* c. 771: 34. ἀπὸ τοῦ τεύχω — ὡς φεύγω, φευγάνω, ἐρεύγω, ἐρυγγάνω. Nimirum ευ et υ promiſcue fere pronunciabantur. Sed audiamus *Lennepium*, alio loco, de hoc verbo haec diſputantem: „ A verbo antiquo τύχω, cui vicinum τεύχω, oritur verbum τυχάνω, et inſerta ν, τυγχάνω, quemadmodum a πύθω, cui vicinum πεύθω, πυνθάνω· a φύγω, cui vicinum φεύγω, φυγγάνω, et ſimilia. Propria autem verbi τυγχάνω poteſtas repetenda est a *tangendo*, vel *attingendo*: ea, nempe, ratione, qua *jaculatores ſcopum attingere*, vel *ferire* intelliguntur *telis*. Haec notio manifeſta est in variis locis *Homeri*. Conf. Il. E, 287. ἤμβροτες, οὐδ' ἔτυχες· (*aberraſti* ſc. telo, *nec es asſecutus*, ſive *attigiſti*,) ubi, tanquam ſimilis ſignificationis verba, junguntur ἁμαρτάνειν, i. e. *a ſcopo aberrare*, et οὐ τυγχάνειν. Saepisſime autem cum *Genitivo* conſtruitur, variis modis, verbum noſtrum τυγχάνειν, et quidem, proprio ſenſu, reperitur apud *Lucianum* in Hermotimo (Opp. T. I, p. 775.) ubi ὀρνίθων τυγχάνειν dicuntur *ii*, qui *ſagittis oves feriunt*. Plerumque autem, metaphorice poſitum, generatim notat *nancisci*, *obtinere*, *compos fieri*, uti et ἐπιτυγχάνειν, in Epiſt. ad Hebr. VI, 15. XI, 33." Hactenus *Lennepius*: cujus obſervatis addere liceat, Gr. τυγχάνειν et TANGERE Latinorum, hac lege, verba eſſe cognata; illud quidem ortum a τύω, τύχω, ſive potius τύγω, τύγ-

γω,

γω, hoc vero a τέω, τεύγω, τύγγω, propagatum. Quod autem Lexicographi principes praecipiunt, verbum τυγχάνω Graecis idem significare ac Lat. SUM, (ut *H. Stephanus* Thes. T. III, col. 1438. G. „ Τυγχάνω igitur primo loco, inquit, significat *sum*:) id ita intelligendum est, ut τυγχάνειν, hac quidem in constructione, Graecis idem sit, quod Latinis est OBTINGERE, vel *contingere*, composita, nempe, verbi TANGERE. Exemplo sit locus *Platonis*, ab ipso *H. Stephano* laudatus, ut, ejus inductione, probaret, verbum τυγχάνω idem valere, quod Latinum SUM. Est ille in Apolog. Socratis: τυγχάνει μέγιστον ἀνθρώπῳ ἀγαθὸν τοῦτο· quae verba Latine sic proprie reddas, licet: OBTINGIT, sive CONTINGIT, *homini maximum illud bonum.* Atque ex hac primaria, ut putem, *tangendi*, sive *contingendi*, *obtingendi*, in verbo τυγχάνω, notione, reliqui ejusdem usus haud difficulter poterunt illustrari, ut primaria notio sit *assequi*, sive *contingere*: unde altera illa *existendi*, haud multo aliter atque in Latino *contingere*, deinceps sit propagata. Conferri merentur, quae clarissimi viri, *Fr. Vigerius* et *H. Hogevenius*, in medium attulerunt, in aureo libello *De Idiotismis L. Gr.* Cap. V, Sect. XI, p. 301. ff. Itaque et phrasis εἰ τύχοι (Viger. p. 302.) pp. significaverit SI CONTINGAT, vel SI ITA CONTINGAT, at ἐὰν τύχω SI CONTIGERO, vel ATTIGERO, ut *Plato* in Theag. p. 129: 17. ἥξω δὲ ὀλίγον ὕστερον, ἘΑ΄Ν ΤΎΧΩ *redibo paulo post*, SI ITA FORS FERAT (pp. *si attigero*, nempe, *scopum* vel *metam*:) ubi rectissime *Hogevenius*. „ Nisi hoc loco" inquit „ vertere quis mallet, SI „ VOTI COMPOS FACTUS FUERO." Eadem fere ratio reliquorum omnium est, modo recte expendantur dicta scriptorum, pro diversissimis ceteroquin verbi τυγχάνω usibus, laudari solita. Finiamus in eleganti L. C. V. observatiuncula:" Duo sunt inprimis verba τυχεῖν, et λαβεῖν, quae sic solent adjici in oratione, ubi in vulgari sermone potuerant omitti. Locus est Evangel. Lucae, c. XX, 35. Οἱ δὲ καταξιω-

θέντες τȣ̃ αἰῶνος ἐκείνȣ τυχεῖν κ. τ. λ. Quanquam phrasis καταξιωθῆναι τινὸς significet *dignum reputari aliqua re* (quo sensu phrasis invenitur posita in Epist. II, ad Thessal. c. I, 5.) non tamen idcirco Infinitivus τυχεῖν, hoc in loco, adjectus adeo displicere debuerat *Johanni Pricaeo*, ut illum e contextu voluerit ejectum. Ejus incogitantiam recte damnarunt *Lamb. Bos*, Exercitatt. in Lucam, p. 48. et *Joh. Alberti* in Periculo Critico, Cap. VI. De altero verbo λαβεῖν vide Act. Apostol. c. III, 3. ubi mendicus quidam ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν *petebat accipere eleemosynam*. Ibi verbum λαβεῖν in editt. quibusdam male fuit omissum" &c. Sentietur (ni fallor) aliquanto magis elegantia phraseos τȣ̃ αἰῶνος ἐκείνȣ τυχεῖν, in loco Evang. Lucae, si cogitaverimus, τυχεῖν de *assecutione scopi* pp. adhiberi: ut Belgice, ad hanc proprietatem, reddi possit: *die verwaardigd zullen worden, die toekomende zaligheid (als een allergewenscht* DOELWIT) TE BEREIKEN. E. S.]

τύλος *callus*. A τύλω, quod a τύω, unde TUNDO. Alio loco cel. *Lennep*. „ Τύλος, Graecis est *callus, qualis cuti induci solet ex nimio opere:* neque alia significatio est nominis τύλη. Hoc autem inde translatum est ad significandum *culcitram*, a forma *calli, in rotundum protuberantis*. Inde porro verbum factum est τυλίσσειν. In primis autem compositum ejus, ἐντυλίσσω, usus est latissimi, et significat *involvo:* quo verbo Graeci utuntur speciatim pro *fasciis involvere*" &c. [Paullo altius haec videntur repetenda. Verbum τύλω haud dubie est Lat. vetus TOLO sive TOLLO. Praeteritum TULI, ab antiquo isto TOLO, sive potius ab ipso τύλω, desumtum, servavit nobis quoque sermo Latinus in suo *fero*, TULI, *latum, ferre*. Itaque ab hocce τύλω recta descendit τύλος, pp. *quî tollitur* vel *attollit se*. Attendi ea significatio propria potest in voce τύλος, quatenus τὸ αἰδοῖον *virile* significat. Porro τύλος dicitur *callus, qui se attollit*, in membris humani corporis, durioris laboris patientibus: item *clavus in pede* altius *se tollens; gibbus* etiam

etiam cameli *elatus* &c. Forma, ejusdem vocis τύλος, foeminina τύλη, eandem vim habet, *culcitram* in primis significans. A Dativo hujus τύλῃ, sive τύλει (antiquiori in scriptura) videtur esse τυλίω, et hinc τυλίσσω *in modum culcitrae*, vel *protuberanti forma*, *involvo*. A Dativo autem masculinae formae τύλος est τυλόω *callosum reddo* &c. Conf. supra in τέλμα &c. E. S.]

Τύμβος *sepulcrum*. A τύβος, quod, a τύω ortum, cum τύπω est componendum. [A via aberrat *Etymolog.* c. 771: 38. τύμβος, inquiens, ὁ τάφος παρὰ τὸ τύφεσθαι ἐκεῖ τὸ νεκρὸν σῶμα, τύτεσι καίεσθαι. Docere nos potest collatio Latinae vocis TUMULUS, (quae diminutivae formae est a *tumus*, ut *grumulus* a *grumus*, *cumulus* a *cumus*; *nummulus* sive potius *numulus* a *numus* &c.) formam simpliciorem vocis τύμβος olim fuisse τύμος· quod ipsum TUMOS servavit nobis lingua Latina in suo TUMOR; promiscue enim haud dubie dixerunt olim *tumor* et *tumos*, ut *honor* et *honos*, *labor* et *labos*, *amor* et *amos*, *odor* et *odos* &c. Jam vero, voci τύμος inserta litera β, (de qua insertione legatur Analog. Cap. XVI, p. 207.) factum est a τύμος τύμβος, fere uti a μόρος, (*Hesychio* ὁ νόσος,) est μόρβος, MORBUS. Itaque τύμβος Graecorum idem, ex origine sua, fuerit, quod Lat. TUMULUS, sola forma diminutiva inde diversum vocabulum. *Glossae Philoxen.* τύμβα TUMULI. Τύμβος *bustus*, TUMULUS. Τύμβοι *grumi*, TUMULI. Unde jam deinceps manifestum erit, τύμβον a *tumendo* dictum fuisse. Sane TUMOR Latinis pp. erat ὄγκος, *elatio*: ut in illo *Lactantii*, quod *Forcellinus* laudavit, de Ira DEI, c. 18. *Ut residente, per intervallum temporis, animi* TUMORE &c. Vide porro *Vossii* Etymol. voce *tumulus*. E. S.]

[Τύνος et τύννος *parvus*, *exilis*. *Hesychius*: τύννος μικρὸς, τηλικοῦτος. Laudatur ibidem a cl. *Albertio*, col. 1433. ex Theocr. Id. XXIV, 137. τύννον δόρπον, pro *exili coena*, et ad vocem sequentem τυννοῦν, sive potius τυννοῦτον, ex *Aristophan.* Nub. vs. 876. Παιδάριον τυννοῦτον, id est μικρόν. Conf. idem *Aristophan.* Equit.

vs. 1217. Acharn. vs. 366. &c. Ad quae rectius intelligenda faciet *Martinii* obſervatio, qui in Etymologico ſuo docet, „ voces τύνος et τύννος ſonare quaſi TENUIS Latinorum." Hac opera nobis conſtare poterit vera vocis τύνος ſive τύννος origo. Quemadmodum enim Lat. TENUIS, analogice, reduci debet ad τένω TENDO, *unde* τένυς, τενύω, TENUO, TENUIS; ita ut *tenuis*, tali ex origine, proprie ſignificet *id quod extenſum longius*, adeoque *rarefactum est:* ſic vox τύνος, vel τύννος, pertinere cenſenda est ad cognatam formam τύνω, ut τύνος ipſa voce vix differat a *tenuis*, et τύννος δόρπος, in loco citato *Theocriti* (XXIV, 27.) Latiniſſime reddi poſſit COENA TENUIS, ut *tenuem menſam*, *tenuem victum* paſſim dicunt. Ex τύννος autem, et pronomine οὗτος, coaluit productius τυννοῦτος Lat. *tantillus*, nempe, quaſi *tenuem hunc*, vel *tenuem iſtum*, cum contemptu quodam, dixeris. E. S.]

Τύπτω *tundo*. A τύπω, quod a τύω. [Ambiguum mihi quidem videtur, ſitne verbum τύπτω analogice repetendum a τύω, ut κύπτω a κύω an potius quaſi per ὀνοματοποιΐαν formatum ſit a ſono, quo *tunditur*. Prius ſi praeplaceat, notio *tendendi*, in τύω, (quae manifeſto admodum ſentitur in ἐντύω *intendo;*) transferri potuit ad illam *percutiendi* manu *extenſa*. Illuſtrabunt hanc imaginem phraſes, in Codice Sacro, paſſim obviae (Exod. III, 20. IX, 15. Jeſaiae V, 25. IX, 11. 12. &c.) quibus *manus* ad *percutiendum extenſa* depingitur. Jam vero ipſum hoc primigenium τύειν (in ſignificatione *gravius percutiendi*, *contundendi*, adeoque *trucidandi*, *violenter occidendi*) ſervaſſe videri poſſit lingua Franco-Gallica in ſuo TUER: haud aliter, atque apud Hebraeos Arabasque, verbum הרג, ſive هرج, pp. notat *tutudit vehementius* (Amos IX, 1.) dein *trucidavit*, *violenter interemit*. Ab iſto igitur τύω fit productum τύδω, ut a κύω, κύδω; dein, ν inſerta, τύνδω Lat TUNDO; et, litera π interpoſita, a τύω, τύπω, ut a κύω, κύπω; mox τύπτω, uti κύπτω &c. porro τυπάω, τυπέω, cum ceteris productioribus formis, in quibus omnibus illa *tundendi* ſignificatio late regnat. E. S.]

Τύ-

Τύραννος TYRANNUS. Vox Graecae haud dubie originis, formaque ſua alteri ἐρανὸς ſive ἐραννὸς, haud multum disſimilis: ut ex oriente eam repetendam esſe, haud lubenter crediderim. Elegans est, ab eruditisſimo viro, in Lexico *Hedericiano*, propoſita conjectura, vocem τύρανος, *Homero*, ceterisque antiquisſimis, non uſitatam, arcesſendam esſe ab uſitatisſima, id aetatis, voce, τοίρανος. „ *Aeoles* et *Dores*, inquit, „ ita efferebant, (more ſuo τ literae κ ſufficiendi,) id „ quod caeteri Graeci κοίρανος." Praeluſisſe videri posſit *Etymologus*, col. 772: 1. Τύραννον δὲ οἱ ἀρχαῖοι καὶ ἐπὶ βασιλέως ἔφασαν· ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ τὸν τύραννον βασιλέα ἔλεγον. Habet haec derivatio, quo ſe vehementer commendet. Sane *Aeoles* et *Dores*, pro κ, τ extuliſsſe, liquido apparet ex τῆνος, pro κεῖνος, τυψέλη pro κυψέλη, ſimilibusque aliis, apud *Vosſium* et *Maittairium*. Accedit ipſa forma vocis τύραννος, ſive τύρανος (ut olim per ſimplex ν ſcripſere) cum altera iſta κοίρανος, vel κύρανος (οι enim et υ permutantur) ſatis conveniens. Quodſi vel ſic tamen haec etymologia nonnihil displiceat, en tibi aliam, haud minus analogiae reſpondentem. Qua, nempe, lege ab ἔω, ἔρω, ἐράω, ἐράνω, est ἐρανὸς, ſive ἐραννὸς· eadem a τύω, τύρω, τυράω, τυράνω, esſe potuit τύρανος, τύραννος. Jam vero τύρω (unde et τύρβω) cognatum fuit alteri τάρω, unde ταράω, ταράττειν TURBARE. Hoc adſpectu τύρανος videri queat pp. notasſe TURBATUM (ut ἐρανὸς *amatum*) vel potius TURBARUM PLENUM, ut ἐραννὸς *amore plenum*, *amabilem*: quo ex fonte τύραννος, (uti apud *Heſychium* est,) in uſu ſermonis, notaverit fere idem quod ἄρχων ἀπηνὴς, καὶ ἀπάνθρωπος, παράνομος βασιλεὺς et ſimilia; nimirum, quaſi *turbatorem*, *conturbatorem*, dixeris, *jucundisſima* quaevis, et *placidisſima turbantem*. Haec igitur poſterior derivatio vocis haud minus videri queat veriſimilis. Quid, ſi inſuper accesſerit leviuscula vocis κοίρανος, ſive κύραννος, in τύραννος, inflexio? ut, quem antea κύραννον, ſive κοίρανον, i. e. *principem*, et quaſi *caput gentis*, dixisſent, eundem poſtea, leviter immutata voce, dixerunt τύραννον, i. e. TURBATO-

REM. Tales certe vocum inflexiones apud antiquos satis superque notae erant: ut et in Hebraeorum gente עכור TURBATOR, pro עכן *Achane* &c. Conf. et infra in τυρβάζω. E. S.]

[Τυρβάζω *turbas excito.* A τύρβη Lat. TURBA. Alio loco cel. *Lennepius:* „ Verbum τυρβάζειν idem fere significavit olim quod ταράσσειν, factumque est a nomine τύρβη, unde Lat. TURBA. Τύρβη autem, valens idem quod Lat. θόρυβος, ab Atticis pronunciatum fuit σύρβη, cujus origo est verbum σύρω *traho.*" Hactenus ille. Praestiterit tamen, in originibus hujus vocis indagandis, respexisse ad cognationem inter verba τύρω et τάρω, supra jam, in voce τύραννος, commemoratam. Quemadmodum enim ibidem vidimus, a τάρω esse ταράω, ταράσσω, ita haud multo dissimiliter a τύρβω, τυρβάω, τυρβάζω. Egregie vero Scholiastes *Aristophanis* ad Equites, p. 305. τυρβάσαι, inquit, κυρίως, τὸν πηλὸν ΤΑΡΑ'ΞΑΙ. Vide cel. *L. Bos*, Exercitt. ad Luc. X, 41. Denique ab alia forma τόρω, pronunciatione sua haud multum distante a priori illo τάρω, sive potius ab adspirato θόρω, habeas θορύω, θορύβω, θόρυβος. Conf. supra, et vide mox in τυρὸς. E. S.]

Τυρὸς *caseus.* A τύρω *turbo, misceo.* [*Eustathius* col. 1626: 27. 31. conjiciebat, dici vocem potuisse παρὰ τὸ τέρσειν, ὃ ἐςι ξηραίνειν. Quod quia parum huc quadrat, malim equidem repetere a τύω *tendo*, sive *premo validius:* ut τυρὸς pp. sit *pressus*, dein, eximie, *caseus*, secundum illud *Virgilii* Eclog. I, 25. *Pinguis ut ingratae* PREMERETUR *caseus urbi.* A τύρω *premo* fortasse etiam est τύρσις, sive τύρρις, Lat. TURRIS, *propugnaculum*, Gr. ἔπαλξις. Alia metaphora a τύρω, cognato alteri τάρω, sive potius a nomine τύρος, est τυρέω TURBO. E. S.]

Τύφλος *coecus.* A τύφω, quod vide. [„ Verbum τύφειν pp. notat *fumum excitare.* Τῦφος *fumus:* unde τυφλὸς in usu sermonis est *coecus*, pp. *cujus oculis velut fumus est objectus.* A τῦφος verbum ductum est τυφόω· unde Participium (a *Paullo* adhibitum, in

II.

II. Epiſtola ad *Timoth.* Cap. III. 4.) τετυφωμένος eximie *ſuperbum* ſignificat. In I. ad Timoth. VI, 4. de *homine*, *inani* rerum, nihil profuturarum, *ſcientia ſuperbo*, τετύφωται, inquit, *Paullus*, μηδὲν ἐπιστάμενος, i. e. *velut fumo* ſcientiae ſuae *inflatus est*, *cum nihil tamen cognoſcat*. Pulchre *Plato* juvenem modeſtum vocabat ζῶον ἄτυφον μοίρας μετέχον." L. C. V.] [Breviter alibi ὁ πάνυ. ,, τυφλὸς *coecus*, pp. *is*, cui oculi ſunt *affuſi*. Est enim Adjectiva forma a τύφω *fumum*, *caliginem*, *nubem objicio*." T. H.] [Vide et *Salmaſium* infra in τύφω. E. S.]

τύφω *fumum excito*, *accendo*. A τύπω *tundo*. [Audiamus, de verbo τύφω, magnum *Salmaſium*, in notis ad *Tertulliani* librum de Pallio, p. 318. ſic fere disputantem: ,, Ambitio affectus est, h. e. πάθος, quae tota in vanae gloriae affectatione poſita est. — τῦφος *ſuperbia*, nimirum et *animi inflatio*. Alluſit omnino ad nomen τῦφος, quod ἀπὸ τοῦ τύφεσθαι, ab *incendio*, derivatum est: nam τύφεσθαι est ἐκκαίεσθαι, ἐκφλέγεσθαι. Hinc τῦφος *vanae gloriae ardor*. *Heſychius* τῦφος· ἔπαρσις, ἀλαζονεία, κενοδοξία. — τῦφος pp. est *fomes*, τύφεσθαι enim ἡσυχῇ καίεσθαι Graeci exponunt" &c. Haec *Salmaſius*. Noſtra quidem ſententia τύφειν nihil aliud est quam τύπειν, adſpiratum, atque adeo pp. notat *tundere*, *verberare*. Obſervavit hoc jam cel. *Lennepius:* et, verbo τύπτειν tribui ſolitum, Praeteritum τέτυφα rem ſatis comprobat. Itaque τυφὼν, vel τυφὼς, *ventus procelloſus* dictus est, a *tundendo*, vel *pulſando vela* navium, *aedificia* &c. *Lucas*, Act. Apoſt. c. XXVII, 14. ἜΒΑΛΕ κατ' αὐτῆς, navem ſcilicet, ἄνεμος ΤΥΦΩΝΙΚΌΣ, ὁ καλούμενος εὐρυκλύδων. Rurſus τύφος *qui tunditur*, *pulſatur*, eximie dictus est *cuneus*, Belgice *een wig*. *Heſychius* τύφοι· σφῆνες. Alio flexu τῦφος, (apud *Hippocratem*, de Intern. Affect. Cap. V. p. 553: 5.) *morbus* dicitur *vehementisſimus*, corpus validisſime afficiens, et quaſi *contundens* (,, *artubus maxime proſtratis*" verba ſunt clarisſ. viri *de Sauvages* Noſolog. Method.

T.

T. I, p. 308.) STUPOREM *attonitum* alii exponunt: quod quidem nomen STUPORIS huc eo magis aptum esset, quia ipsum Lat. STUPOR non alia vox videtur esse, quam Graec. τύφος sive τύπος, unde, praefixa σ, σύπος, et σύπορ, ut *honos*, *honor*; *arbos*, *arbor* &c. Denique τύφεσθαι pp. *extundi* dicitur *silex*, vel aliud *ignitabulum*, quando *scintillae eliciuntur*: unde notio *ignem concipiendi*, *fumandi*, *ardendi* &c. E. S.]

Τύω i. q. τόω, τάω, τέω, i. e. pp. TENDO, *intendo*, quod Graecis dicitur ἐντύειν, (Lat. INTUO, INTUEO, i. e. ἀτενίζω) unde compositum ἐπεντύειν, quod proxime convenit cum Belgar. INSPANNEN. Il. Θ, 374. Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν νῶϊν ἘΠΕΝΤΥΕ μώνυχας ἵππους, Belg. *span ons de paarden in.* A τύω hoc productius est τύνω, ut a τέω, τείνω &c. unde τύνω, ἐντύνω &c. Vide dicta superius in τύνος et τύννος. In *Hesychio* habes etiam τύσσει· ἱκετεύει, i. e. *supplicat*, quod varie tentarunt viri docti. An τύσσει, hac ex origine verbi τύω, est i. q. τύνει, h. e. *tenuem reddit se*, Belg. *hij maakt zich klein*, *hij stelt zich klein aan?* Vide alia apud cel. *Albert.* ad h. l. A τύσσειν hocce diversum omnino est Lat. TUSSIRE, quippe quod a sono *tussientis* factum. E. S.]





Υ.

Ὑάκινθος HYACINTHUS. Floris nomen. Forte ab ὕω, unde ὕδωρ. [Complura de *Hyacintho* praebebunt *Salmaſ.* in Exercitt. Plinianis p. 865. &c. et Hylea Iatric. p. 21. &c. *Voſſius* in Etymologico, et viri docti ad *Heſychium*. E. S.]

Ὕαλος *vitrum*, *cryſtallus*. Ab ὕω, ob *colorem* aquarum. [*Etymologus*, c. 774: 5. παρὰ τὸ ὕειν, καθ' ἀμοιβότητα τῆς γινομένης συςάσεως, καὶ μεθέξεως τοῦ ὕδατος, ὑάλῳ ὁμοίως. Conf. infra in ὕω. E. S.]

Ὕβρις *injuria*. Ab ὑβὸς, quod ſpeciatim *gibbum* notat, ortum forte ab ὕβω, vicino ὕπω· unde ὑπὲρ, ὕπερος SUPERUS &c. [*Etymologus* c. 774: 17. παρὰ τὸ ὑπεραίρω, ὕφρις, καὶ, τροπῇ, ὕβρις· οἱ δὲ ὑπέρβαρίς τις οὖσα κ. τ. λ. „ Ὕβρις opponitur τῇ κοσμιότητι. Eadem fere in hac voce poteſtas est, quae in ἀσελγὴς &c. Ergo ὑβρίζειν ponitur etiam de eo, quod *modum ſuperat*, et *modeſtiam non ſervat*. Sic ἐσθὴς ὑβρισμένη est *veſtis ſupra modum pretioſa*, ut est apud *Aelianum*, in Hiſt. Animal. I. ὕβρις τοῦ οἴνου, quando *vinum efferveſcit*. Sic *equus* vocatur ὑβριςὴς, qui *continuo ſaltat*, et *ſeſſorem dejicit*. Eo etiam pacto ὑβρίζειν tribuitur *divitiis*, *quae efficiunt*, ut homo *modum excedere debeat*. Πόταμος dicitur ὑβρίζειν, quando *abundat extra alveum*." T. H.] • [Ex quibus facile apparebat veritas obſervationis *Lennepianae*. Nempe ab ὕπω, ὑπὲρ, factum videtur ὕπερις, mox contractum in ὕπρις, et molliori pronunciatione, ὕβρις. Ab eodem

ὑπὲρ

ὑπὲρ (Lat. SUPER) descendit ὕπερος SUPERUS, et, β interposito, ὕπερβος, SUPERBUS. In quo quidem Lat. SUPERBUS eaedem observari possunt significationes metaphoricae, quae in Graeco ὕβρις, ὑβρίζειν &c. dominantur: *superbum et superfluentem hominem*, proprie admodum, dixit *Catullus*, in Iul. Caesar. S. XXVII, 6. *merum superbum*, *Horatius*, Carm. II, 14, 27. &c. Vide *Gesnerum* et *Forcellinum* in *superbus*, *superbio* et infra in ὑπέρ. E. S.]

Ὑγιὴς *sanus*. Ab ὕγω SUGO, vicino ὕω, ὕδω &c. [*Etymol.* c. 774: 25. Ὑγιὴς, ὁ ἐν ὑγρῷ ὤν, καὶ ζῶν κ. τ. λ. „ Ὑγιὴς *sanus*. Vox haec a corporis *sanitate* transfertur ad *mentem*. Cui igitur *sana mens* est in *sano corpore*, is dicitur ὑγιὴς; contra *insanus*, οὐ ὑγιής. In morali disciplina homo ὑγιὴς vocatur, qui *probis* et *bonis* est *moribus*, cui opponitur νόσος *morbus*. Hinc rectâ opponi videas νοσοῦντας, et ὑγιεῖς &c. T. H.] [Si Latina voce reddere velimus τὸ ὑγιὲς, ὑγιὴς, ni fallor, idem fere erit quod Lat. SUCCOSUS, et, sola forma vocis, inde diversum. Ὕγω enim, uti admonuit cel. *Lennepius*, Latinis est SUGO, e Graeco ὕγω ductum, spiritu aspero, ut saepissime alibi, in S, mutato. A SUGO hoc dein est *sugus*, *sucus*, *succus*: ut *succus*, sive potius SUCUS, (quod meliores Codices servant,) nihil aliud sit, quam *quod sugitur*. Ab ὕγος SUGUS, sive ex altera ejus forma ὕγορ, factum est ὑγορὸς, ὑγρὸς, *succosus*, *humidus*: quod et pro *molli*, *tenero* adhibuere. Itaque, tali a fonte, nostrum ὑγιὴς pp. *succosus*, *uvidus*, pro *sano* dictum fuerit, *humoribus*, quasi *vitalibus* abundante, atque opposito *homini emarcido*, cujus omnis *vigor* abierit. Inde et μῦθος ὑγιὴς pro *sermone grato*, *recenti*, Il. Θ. 524. et alia. Conf. huc omnino proprietatem vocum חסר, חסיר, et שוע, apud Hebraeos: et imagines poëtae Arabis *Ebn Doreidi*, initio Idyllii sui, editionis nostrae pag. 2-4. E. S.]

Ὑγρὸς *madidus*, pro ὑγερὸς ab ὕγω. [Vide dicta in ὑγιής et ὕδω. E. S.]

Ὕδω *cano*. Ab ὕω *fluo*. Alibi haec habet cel. *Lennepius*: „ Verbo ἀείδω vicinum est alterum ὕδω, unde ὑδέω (et ὑδείω) poëtis Ionibus in usu est, pro ἀείδω. Ab isto verbo ὕδω formatum nomen ὕμνος, *cantilena*" &c. Vide inferius in ὕδωρ. „ Sparsa leguntur in Lexicis vocabula ὕδωρ, ὗδος, ὕμνος, ὑγρὸς, ὑμὴν, ὕμα. Latina sunt HUMOR, HUMUS, HUMIDUS, HUMEO, HUMESCO. Ista omnia, aliaque complura, manarunt ex uno fonte, suntque adeo velut sorores, ex una matre, quibus facies non omnibus una, nec diversa tamen, qualem decet esse sororum. Istis omnibus est radix verbum ὕω, unum de V bilitteris, Activa potestate significans *irrigo*, neutra virtute *pluo*. Jupiter, (plebi Atticae creditus olim pluviam e nubibus emittere,) plebi ποιῶν ὕδωρ, elegantioribus ὕων, dicebatur. Ab ὕων igitur fluxit ὑετὸς *pluvia*, cum suis derivatis. Ab ὕω quoque, inserta litera δ, formarunt ὕδω, quod in linguae reliquiis superest, cum significatu *cantandi*, quo sensu adhibitum *Apollonio Rhodio*, L. II, 530. explicatur in Scholiis ᾄδειν, λέγειν. Eodem sensu *Pindarus* aliquoties adhibuit. — Qui quidem huic verba tractandi rationi paullulum sunt adsueti, facile intelligent, *cantandi* notionem figuratam fluxisse a prima *rigandi irrigandique*: ex fonte, nempe, perenni *Homeri* poëtae omnes suos *hortos irrigasse* dicuntur. — Notum satis est illud *Virgilii*, SAT PRATA BIBERE. Jam vero *irrigandi* hanc notionem verbo ὕδω satis vindicabunt nomina, *aquam* significantia, ὗδος, ὕδας, ὕδωρ. Ab ὕδος fluxit Dativus ὕδει, obvius semel, in *Hesiodo*, Ἔργ. vs. 61. γαῖαν ὝΔΕΙ φύρειν *terram aqua macerare*. Ab ὕδας, (praeter ὕδατος, ὕδατι &c. casus obliquos, nomini ὕδωρ tributos,) enata sunt Adjectiva, *aquosum*, vel *aqueum* significantia, ὑδάτης, ὑδάλεος, ὑδατώδης, ὑδατηρὸς, et ὑδάτινος. Horum primum ab *Aeschylo* adhibitum, *Casaubonus* illustravit p. 285. Denique verbum ὕω *irrigo*, *pluo*, formavit ex se Praeteritum Passivum

Ana-

Analogicum ὕμαι. Id certe olim in uſu fuisſe, demonſtrant nomina, illinc derivata, ὕμα, et ὕμος. Neutrum invenietur in Lexicis Graecis. Ὕμα, de *re madefacta* adhibitum *Hippocrati* medico, docet nos *Euſtachius* in notis ad *Erotiani* editionem Venetam, p. 115. Ὕμος, apud Graecos obſolefactum, conſervatum fuit in Lat. HUMUS. Itaque Lat. HUMUS, ex hac origine, pp. est *terra madida* et *irrigata:* quam vim ſatis adfirmat ductum ab *humi* HUMIDUS. Porro illinc fluxere verba HUMEO et HUMESCO. Ad eandem Graecam originem referri praeterea posſunt voces Latinae *uvus*, unde *uvi*, *uvidus*, et, illinc contractum, UDUS. Ab ὕμαι formetur Participium ὕμενος· eliſa vocali brevi, hinc ortum est ὕμνος HYMNUS, *liquido cum modulamine profuſus* et *decantatus*. Illinc etiam orta ὑμὴν, ὑμένες, Medicis dicebantur *pelliculae* oculis *obductae*, ab *humore* ſic dictae: ſunt enim ſemper *humidae*, niſi quando ferreus ſomnus oculos occupat. In Scholiis ad *Sophoclis* Ajac. vs. 28. βλέφαρα, *palpebrae*, esſe dicuntur οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς περιέχοντες ὑμένες." L. C. V.] [Vide et alia in ὕδωρ. E. S.]

Ὕδωρ *aqua.* Ab ὕδω *fluo.* [*Etymolog.* c. 774: 51. Ὕδωρ· παρὰ τὸ ὕω, τὸ βρέχω, ὕωρ· καὶ, πλεονασμῷ τοῦ δ, ὕδωρ κ. τ. λ. „ Ὕδωρ, ὕδατος, referri ſolet inter anomala. Sed, quae dicuntur, anomaliae Grammaticis ſunt imputandae. In linguis nullae dantur anomaliae: omnia decurrunt, ſecundum certas leges, ad ſimplicem analogiam. Duplex igitur fuit antiqua hujus nominis, (*aquam* ſignificantis,) forma, ὕδας et ὕδος, ſicuti, duplici forma, *ſenectus* dicebatur γῆρας et γῆρος: unde duplex Dativus in libris ſupereſt γήρᾳ, ex γήρατι contractum, et γήρει, a γῆρος, quorum ille pervulgatus est, hic vero (γήρει) occurrit aliquoties in verſione Alexandrina Veteris Teſtamenti. *Pellis* dicta fuit Graece δέρος, et δέρας, *ſolum* οὖδος et οὖδας. Jam vero γῆρας flecti ſolet in Genitivo γήρατος, et, per geminam contractionem, γήρως,

ρως, γήρως. Ad hanc normam inflectamus ὕδας, ὕδατος, ὕδαος, ὕδως. Is Genitivus, contractus (ut saepe in veteri lingua casus Genitivi mutantur in rectos) tandemque σ in ρ mutato, evasit Nominativus ὕδωρ. Haec istius est formae Analogia, nondum ante tradita L. C. V.] [Per lancem saturam quaedam adjiciamus, nova fortasse, observata. Stirps haud dubie est ὕω. Ab hujus sive Futuro ὕσω, sive altera Praeteriti Pass. ὗσαι, repeti potest vox Latina USUS, pro *copia adfluente*, rerum. Inde etiam (nisi potius a 3 Praet. perf. ὗται) est UTOR, pp. *rei copiam*, quasi, *adfluentem* vel *adfusam mihi habeo facio*ve. Unde explicari apte possit *Plautinum* illud *uti se*, pro *genio suo effuse indulgere*. Porro a forma quadam sive *Futuri*, sive *Praeteriti Pass.* ejusdem verbi ὕω, descendisse putem verbum ὕδω, quod verbum Latini veteres, duplici modo, in sermone suo adhibuere. Aut enim digammate Aeolico praefixo, pro ὕδω, protulerunt *fudo*, et hinc *fundo*, FUDI &c. aut, *spiritu* aspero, in S resoluto, pronuntiarunt SUDO, unde nomen SUDOR, sive SUDOS, Gr. ὕδος, profluxit. Quae si vere sint observata, in oculos simul incurret, Graec. ὕδειν, i. e. *canere*, proprietate sua nihil aliud esse, quam Lat. vetus FUDERE sive FUNDERE sc. versus, carmina. Conf. supra in ὕδω, ὕδω, et inferius dicenda in ὕω. E. S.]

Ὕθλος *nugae*, *ineptiae*. Forte ab ὕω, ὕδω *cano*. [Malim equidem repetere a *fundendo*, *profundendo*: ut ὕθλος pp. sit *profusio temeraria* verborum nihil profuturorum. *Etymolog.* c. 775: 10. Ὕθλος· ἡ φλυαρία ἐκ τοῦ φλῶ, παράγωγον φλέω καὶ φλύω· ὡς ῥέω, ῥύω κ. τ. λ. Hac metaphora etiam Arabes suum هذل et هذر adhibuisse, probavimus in Obss. ad Vet. Test. post Cant. Hisk. p. 5. seqq. E. S.]

Ὑιός *filius*. Ab ὕω *humore foecundo pluo*. Alibi cel. *Lennep.* „ Variae olim fuerunt hujus nominis formae, quarum casus obliqui, in lectione veterum poëtarum, probe sunt distinguendi: ne, praepropero judicio, aliquid contra constantem linguae analogiam

 fla-

ſtatuas. Sunt autem υἱός, υἱύς, υἱεὺς, et υἱεύς. Horum duo priora poëtae cum reliquis saepe ſolent permiſcere. Υἱεὺς in primis familiare est Atticis: υἱὸς denique communis dialecti. Origo nominis verbum ὕω est, notans pp. *humorem foecundum demitto.*" Conferri potest nomen σπέρμα *ſemen*, quod, ut Hebr. זרע, aliquando etiam pro *filio* accipitur. E. S.]

Ὑλάω *latro.* A ſono *canum.* [Conferri poterit cum Belgico noſtro HUILEN, quod *canibus* etiam tribuitur. Aliud verbum est βαύζειν, itidem a *ſono* canum factum. *Heſych.* βαύζειν· ὑλακτεῖν. Vide ſupr. E. S.]

Ὕλη *materia* (pecul. *lignea.*) Forte ab ὕω. [*Etymologus:* Ὕλη· τὰ ξύλα, ὡς τὸ — ὕλην τεμέμεν: — καὶ τὸν σύνδενδρον τόπον, ὡς τὸ, Ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ, κ. τ. λ. A notione *fundendi* videtur ὕλη pp. esſe, *quod ſe* per terram *diffundit:* quo adſpectu etiam *frutices*, *ſtirpesque parvae*, in ſegete enaſcentes, ὕλη vocantur. Porro a notione *arboris lignive*, quaquaverſum ſe *diffundentis*, videtur repetenda esſe ſignificatio *ſylvae:* ut Belgae quoque HET HOUT, pro *ſylva*, dicimus. Obſervandum autem est, Latinorum vocem SILVAM, ſive potius SYLVAM, per y, nihil aliud esſe quam Gr. ὕλη, unde σύλη, σύλϝη, vel σύλϝα, SYLVA. Conf. VOSSII Etymologicum in voce. E. S.]

Ὑμὴν *membrana.* Ab ὕω. [Nimirum pp. dicitur *membrana humida* ὑμήν. Vide L. C. V. ſub ὕδω.]

[Ὕμνος HYMNUS. Vide ſupra ſub ὕδω. Alibi cel. *Lennep.* „ Quemadmodum κρημνὸς, ποίμνη, et ſimilia omnia, pp. contracta ſunt ex Participiis Pasſivorum; ut κρημνὸς v. gr. ſit pro κρημένος, et hoc a κεκρημένος, Latinis pp. *ſuſpenſus*, *praeceps*, a verbo κρημάω· ποίμνη autem pro ποιμένη, et hoc pro πεποιμένη, Participio verbi obſoleti ποίω, quod idem ac πόω *paſco*, adeoque ποίμνη, ſc. ἀγέλη, pp. notat *paſtum* herba, ſc. *gregem:* ad eandem rationem ὕμνος repetendum a verbo ὕω, vel ὕδω *cano.* Ὕμνος igitur idem est

quod

quod *cantus*." Adde et haec ex L. C. V. „ Origo vocis ὕμνος, quae videri possit abstrusior, *H. Stephanum* non latuit; verbum, nempe, ὕω *cano*. Analogicam derivandi rationem vidit *L. Bos*, in Diss. de Etymolog. Graeca, p. 13. Ὕδειν, et ὑδέειν, in usu fuisse, *Hesychii* Lexicon probat, quippe in quo ὑδέουσιν redditur ὑμνοῦσι, et ὕδειν, ὑμνεῖν, ᾄδειν. Ὑδέονται legitur in *Apollonii Rhodii* Argon. L. II, vs. 530. et in Scholiis redditur ᾄδονται καὶ λέγονται." &c. Ὕδειν pp. idem esse verbum ac Lat. FUNDERE, supra observavimus ad ὕδωρ. E. S.]

Ὕννος *equuleus*. Etiam, per ι, legitur ἴννος, sive ἶννος, Lat. HINNUS, cujus diminutivum est *hinnuleus*, ut ab *equus*, *equuleus* &c. Vide supra. E. S.]

Ὑπαιθα *ex obliquo*. Ex ὑπαὶ, et θά. De ὑπαὶ vide ὑπὸ in Lexico, [et nos inferius, sub ὑπὲρ &c. E. S.]

Ὕπαρ *visio*, et ὑπὲρ SUPER. Forte ab ὕπω repetenda: Vestigia ejus in ὕπτιος *supinus*, *planus*, *excelsus*; itemque in Lat. SUPERO. [Conf. supra in ὄναρ, et infra in ὑπέρ.]

Ὑπὲρ SUPER, *supra*. Originis remotissimae particulae sunt ὑπὲρ, ὑπὸ, ὑπαὶ &c. Quo major opera nobis danda est, ut, quoad ejus fieri possit, incunabula earundem indagemus accuratius. Principio illud verisimile est, quemadmodum ἀπὸ, pro ἀπῷ, pp. *Dativus* sive *Ablativus* antiquus est, repetendus a Nominativo ἀπός· ἀπαὶ vero ducendum est ab ἀπῇ, forma ejusdem foeminina, haud aliter ὑπὸ esse ab ὑπῷ, et arcessendum a Nominat. quodam deperdito ὑπός, similiterque ὑπαὶ ducendum a forma ejusdem vocis foeminina, item diu obsoleta, ὑπῇ. Quid vero in prisco sermone notaverit illud ὕπω, hodie longe incertissimum videtur. Si conjectare aliquid in re, adeo alta caligine obducta, liceret, suspicarer equidem, qua analogia voces ἴννος, et ὕννος, inter se convenire vidimus, eadem et verba ἴπω, et ὕπω, non multum a se invicem distare potuisse. Jam vero stirpi ἴπειν sive ἴπτειν propria olim videtur fuisse vis *premendi*, *premendo pandendi*, et *expandendi*.

 Conf.

Conf. fupr. An igitur et ὕπτω antiquitus pp. fuit *premere validius*, five potius *pandere*, pecul. humi? Hinc certe ducta nomina, ὑπὸς et ὑπὴ, five ὑπὰ, pp. notare potuisfent i. q. *expanfio*, humi facta, adeoque *fubjectionis* cujusdam fignificationem potuisfent inferre. Quam vim fi tantifper admittas, voculae ὑπὸ, pro ὑπῷ, et ὑπαὶ, pp. notare potuerunt *expanfionem humi*, adeoque *fubjectionem*, aut *fubftratio-nem*, rei cuidam vel perfonae, factam, posfetque hoc pacto fimul ratio quaedam reddi, cur voculae hae, five per *conftructionem*, five per *appofitionem*, (quam vocant Grammatici) tanquam *Praepofitiones*, variis cum cafibus jungi coeptae fuerint. Ita v. gr. apud *Homerum*, fcriptorem antiquisfimum, Il. Δ, 478. 479. in verbis μινυνθάδιος δὲ οἱ αἰὼν Ἔπλεθ᾽, ὙΠ᾽ Αἴαντος μεγαθύμου δουρὶ δαμέντι, fentiri poteſt *fubjectio*, quafi, et *fubftratio*, *Ajaci facta*. Infpice porro Il. Θ, 14. ἧχι βάθιστον ὙΠΟ χθονός ἐστι βέρεθρον *ubi profundisfimum* SUB TERRA, pp. *fubjectum terrae*, five ad literam *fubjectione terrae*, *est barathrum*. Ab ὑπὸ autem alterum ὑπαὶ, nullo difcrimine, diverfum est, nifi quod ὑπαὶ fit forma Dativi, vel Ablativi, foeminina, ut ὑπὸ, pro ὑπῷ, forma est mafculina. Occurrit tamen priori illo longe rarius, v. gr. Il. Κ, 376. χλωρὸς ὙΠΑΙ δείους *pallidus* PRAE *timore*, pp. *fubjectione*, vel *fubftratione*, *timoris*. Δ, 417. ὙΠΑΙ δέ τοῦ κόμπος ὀδόντων γίγνεται, INFRA *autem*, pp. SUBSTRATIONE ejus, *ftridor dentium oritur*. Vide et Il. Ξ, 117. Ο, 4. 171. 275. 625. Π, 357. &c. Aliis quoque cafibus hoc ipfum ὙΠΑΙ jungitur (five per *conftructionem*, five per *appofitionem*) non aliter, quam forma ejusdem masculina ὑπό. Ita v. gr. ὑπὸ et ὑπαὶ cum *Dativo* junguntur, Il. Β, 714. 728. Ε, 313. 559. Ζ, 171. 453. coll. Il. Κ, 22. 132. Ξ, 186. Od. Ν, 225. Υ, 226. Cum *Accufativo* etiam, Il Θ, 41. 156. Ν, 388. 652. Τ, 73. coll. Il. Β, 824. Ν, 615. Notandus in primis quoque locus est, Il. Γ, 217. ὙΠΑΙ δὲ ἴδεσκε, κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας· quippe ex qua conftructione verborum

pro-

proprietas vocis ὑπαὶ egregie elucet. Porro ab eodem verbo ὕπω, sive potius a derivato nomine ejus ὑπὸς, (e cujus Dativo vel Ablativo ὑπῷ praepositionem ὑπὸ esse, modo diximus) videtur descendisse ὕπερος, ὕπρος; qua ratione ab ὕγος est ὑγερὸς, ὑγρὸς· ab ὕδος, ὕδερος, ὕδρος· a κῦδος, κυδερὸς, κυδρὸς· a λύγος, λυγερὸς, λυγρὸς &c. In quo tamen ὕπερος notio primaria *expansionis*, quam verbo propriam esse conjecimus, alio flexu ducta est ad *superioritatem*: ita ut *expansio sursum facta* significetur. Haec certe notio *expansionis, superiora versus* institutae, clarissime etiam deprehenditur in verbo ἵπταμαι *volo*, *volare*, pp. *expando me* vel *alas meas sursum*. Itaque et ab ὕπερος hocce descendit Accusativus Pluralis ὕπερα, contractus in ὕπρα, (unde Latinum SUPRA,) a Graecis vero, per resorbtionem ultimae vocalis α, pronuntiatus ὑπὲρ, quemadmodum pro παρὰ passim, (etiam non sequente vocali,) dicitur παρ', pro κατὰ, κατ', pro μετὰ, μετ', &c. Itaque ὑπὲρ, hac quidem ex etymologia, pro ὕπερα, ad amussim respondebit Lat. SUPRA, pro SUPERA. Confirmabit hanc observationem comparatio alterius formae Lat. SUBTER, pro SUBTERA, ut Gr. ὑπὲρ pro ὕπερα· quod quidem SUBTERA Graece videtur fuisse ὕπτερα, ab ὕπτερος, contracto ex ὑπότερος· quod formam Comparativam praebet ab ὕπος, Adjectivo, uti ab ἴσος est ἰσότερος &c. Conf. in ὕπω. E. S.]

Ὕπερος *pistillum*. Ab ὕπω. [Forma adjectiva ducta videtur ab ὕπος, ὕπερος, in foem. ὑπέρα, in neutr. ὕπερον. Haud dubie ipsum hoc ὕπερος est Lat. SUPERUS, ut ὑπὲρ SUPER, ὑπὸ, sive abbreviatum ὑπ', Lat. est SUB. Porro formae hae Adjectivae ὕπερος, α, ον, per ellipsin, vim nominum Substantivorum acceperunt: ut ὕπερος quidem et ὕπερον, ansa ducta a *sublatione*, *qua* semper *sursum tollatur*, quasi SUPERUS et SUPERUM, idem valeant ac Lat. *pistillum*; ὑπέρα vero *funis* dictus fuerit, *quo antennarum cornua reguntur*, itidem quasi SUPERA, vel SUPERUS, παρὰ τὸ ὑπεράνω εἶναι. Vide *H. Stephani* Thes. T. III, col.

col. 1748. 1749. Conf. etiam T. H. ad Luciani Dial. T. I, p. 343. Ab. ὕπερος hocce sunt ὑπερότερος, ὑπερότατος, contracte ὑπέρτερος, ὑπέρτατος. Conf. hinc, quae supra diximus in ὕβρις. Ceterum ab ὕπερος SUPERUS descendisse vocem Adjectivum ὑπερῷος (unde ὑπερῷος, et ὑπερῷον, pro ὑπερῷον οἴκημα *domus superior*) praeclare observavit cel. *L. Bos*, in Exercitt. Philol. ad Act. Apost. c. I, 13. Nos observatis viri egregii nonnulla adjiciamus. Principio notandum est, plenam vocis formam ὑπερώϊον exstare, Il. B, 514. Od. P, 101. T, 594. &c. Inde vero contractum esse ὑπερῷον, iota subscriptum facile declarat. Jam vero illud ὑπερώϊον, et ὑπερῷον, est Adjectivum neutrum. Subintellectam vocem Substantivam οἴκημα plene invenias apud *Pollucem*, L. I, Segm. 81. — Ὁ ὑπερῷος οἶκος occurrit apud Auctorem Etymologici Magni, p. 274: 27. et p. 780: 19. — Ejus analogica derivandi ratio haec est. A πατὴρ, πατρὸς, formatur Adjectivum πατρώϊος, unde contractum πατρῷος. Ad eandem rationem formatur μητρῷος. Similiter ab ὑπὲρ SUPER, ὕπερος SUPERUS, est ὑπερώϊος, Lat. SUPERINUS, SUPERNUS. Ὑπερῷος Attica est contractio, quae etiam obtinet in ἡμώνη, ἡμόνη, λώϊον, λῷον &c. L. C. V.]

Ὕπνος *somnus*. Ab obsoleto ὕπινος, Lat. SUPINUS. Stirps ὕπω. [Verbum ὕπω olim notabat i. q. *jaceo: eximie expansus, exporrectus*. Vide in ὕπω, et ὑπὲρ. Ab ὕπω autem est ὕπτω, ut a τύπω, τύπτω. A forma verbi ὕπτω porro est Adjectivum ὕπτιος, quod adeo forma sua tantum distat ab obsoleto ὕπινος, Lat. SUPINUS. Egregius locus est *A. Gellii*, L. XIII, 9. (laudatus a *Vossio* et *Forcellino*) „ *Quod Graeci* ὑπὲρ, *nos* SUPER *dicimus; quod illi* ὕπτιος (olim, nempe, ὕπινος) *nos* SUPINUS; *quod* ὑφορβὸς, *nos* SUBULCUS: *quod item illi* ὕπνος, *nos primo* SYPNUS, *deinde* (*per* Υ *Graecae Latinaeque* O *cognationem*) SOPNUS." Hactenus ille. Versa igitur et litera P in M, pro SOPNUS, Latini deinceps dixere SOMNUS. Nimirum, ut SCOMMA dictum fuit pro

SCOP-

SCOPMA, (a σκώπτω, σκῶπς·) DAMNUM pro DAPNUM (a δάπω, unde δαπάω, δαπάνη·) SUMMUS pro SUPMUS, quod ex SUPERMUS &c. sic SOMNUS, pro SOPNUS exortum fuit. Itaque *somnus*, ὕπνος, pp. est *status* hominis, *supine jacentis, corpore expanso*, humique quasi *oppanso*. E. S.]

Ὑπὸ SUB. Ab ὕπω, unde SUPINUS. [Supra diximus, Praepositionem ὑπὸ pp. esse formam *Dativi* vel *Ablativi* Singularis, nominis ὑπὸς, eamque *masculinam*, quemadmodum vicinum ejus ὑπαὶ, (quod vulgo, sed male, dicitur esse pro ὑπὸ,) forma ejusdem casus est foeminina. Nunc addendum adhuc, vim istam primigeniam, qua ὑπὸ *substrationem* sive *subjectionem* notare videtur, egregie cerni in verbis, cum ὑπὸ compositis. Alibi hac de re cel. *Lennepius*: „ Qui *alicui subjecti* sunt", inquit „ a Graecis dicuntur εἶναι ὑπὸ τινά. Similiter fit in composito verbo ὑπακούειν, et nomine ὑπήκοος: dicuntur enim haec de *obedientia subjectorum*. Eodem modo Graeci dicunt quoque ὑποχείριον εἶναι τινὶ, de eo, qui *alicui subjectus*, et, quasi, *sub manibus est*. Idem cernitur in verbo ὑποτάττεσθαι, quod pp. significat *subjici ordine*, atque inde convenit *ordinibus militum inferioribus*, qui ducis *imperio subjecti sunt*" &c. Haec ille. Ex quibus satis jam elucet, εἶναι ὑπὸ τινὰ, ad literam, pp. reddi posse *esse in subjectione*, quantum ad *aliquem*. Eleganter, Il. Ζ, 73. *Trojani dicuntur Ilium se recipere*, ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν· BELLICOSIS SUB ACHIVIS, h. e. *Achivis*, quasi, *substrati*, *ab iisque superati*. Conf. omnino T. H. ad *Luciani* T. I, p. 355. ὑπὸ ταῖς αὐταῖς φροντίσι *iisdem curis subjecti*: ubi plura attulit vir summus. E. S.]

Ὕπτιος *supinus*, *resupinus*. Ab ὕπτος, quod ab ὕπω, de quo supra. [Vide dicta ad ὕπνος.]

[Ὕπω verbum obsoletum, quod Latini servarunt in suo SUPO; et cognata ejusdem forma SIPO, prouti ὕπω et ἴπω, Graecis olim adfines formas fuisse, docuimus in ὑπέρ. FESTUS: SUPAT *jacit*, unde DISSIPAT, *disjicit*, et OBSIPAT, *objicit*, et INSIPAT, hoc est, *injicit*, et

et alio loco: INSIPARE *injicere*, unde fit DISSIPARE, OBSIPARE, ut, cum rustici dicunt, OBSIPA *pullis escam.*" Itaque SUPARE et SIPARE, ipsa antiquitate teste, notant JACERE et quidem ita *jacere*, ut *sternas*, sive *humi pandas*. Vide porro dicta in ὑπὲρ, ὑπὸ &c. E. S.]

[Ὕρον *examen apum*. *Hesychius* ὕρον· σμῆνος. Etiam ὑρίον dixisse veteres, suadet alia, apud *Hesychium*, glossa, ὑριάτομος· ὁ τὰ κήρια τέμνων τῶν μελισσῶν. Verbum est ὕρω, apud Latinos servatum in URO, *ussi*, *ustum*, URERE. Praeteritum USSI (olim USI) satis evincit, stirpem verbi fuisse ὕω, unde ὕσω, et (σ ac ρ inter se permutatis) ὕρω. Jam vero stirps ὕω cognata alteri ὄω, *motum* huc illuc *reciprocatum* et *undantem* videtur notasse: e qua notione *motus reciprocati* non tantum illa *fluendi*, *fundendique* existere potuit, sed etiam significatio *urendi*, flamma *mobili* et *undanti* rei alicui adhibita. Ceterum a *motus reciprocati* et *undantis* notione ὕρον haud aliene dici potuit *examen apum*, huc illuc *undanti motu ferri* solitum. An inde et ὑῤῥὶς *sporta*, huc illuc *agitari solita*, et ὑρτὴρ *ollae operculum*, *modo huc*, *modo illuc*, *reciprocatum*, atque *ab olla tolli solitum?* Cl. *Martinius* ὕρω idem fuisse suspicabatur atque εἴρω *necto*. Vide ipsum. E. S.]

Ὕρχας et ὕρχη. Genus *vasis*, utrimque aures habentis. [Origine convenire videtur cum Lat. URCEUS. Stirps ὕρω, unde ὕργω, ὕρχω. Formam ὕργω, in URGEO, servavit Latina lingua: ex qua satis constare simul potest de notione *impellendi*, *agitandi huc illuc*. Quam notionem valde etiam commendat glossa *Hesychiana*: ὑρτήρ· πλυνεύς, i. e. FULLO, *vestes inter lavandum huc illuc concutiens*. Itaque et a *motu reciprocato* dicta fortasse ὕρχας, et ὕρχη. Vide *Hesych.* in vocibus, et ibidem *Albertium*, T. II, c. 1480. A *nectendo* (εἴρειν) repetebat voces has in *Etymologico* suo *Martinius*. E. S.]

Ὗς *sus*, *porcus*. Idem est atque alterum σῦς, de qua voce diximus, *spiritus* asper, nimirum, pro mo-

more, resolutus est in S: forma tamen antiqua ὗς etiam servata. Est et aliud Latinis sus, in compositis verbis servatum, v. gr. in *sustinere*, *suscipere*, *suspendere*, in phrasi item *susque deque habere*, quam phrasin *sursum* et *deorsum* exponunt *Vossius* et *Forcellinus*. In his τὸ sus idem omnino notavit ac SURSUM, estque fortasse τὸ SURSUM, pro SUSSUM, ex eodem saltem fonte derivatum. Sunt, qui sus hoc ab ὑπὸ, ὑπ', ducant. Mihi tutior videtur ratio, ab ὕω, ὕσω, fluxisse ὕσις, ὕσι, ὗς, unde σῦς sus. Conf. et infra in ὕω. E. S.]

[Ὑσμίνη *pugna*, *proelium*. *Hesychius*: ὑσμίνη· μάχη, παράταξις, ταραχὴ, σύνοδος. Perquam coacta videtur *Etymologi* derivatio, col. 784: 54. Ὑσμίνη. Παρὰ τὸ ὑπομένω γίνεται ὑπομένη· συγκοπῇ, καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ, ὑσμίνη. Δεῖ γὰρ ὑπομονῆς ἐν τῷ πολέμῳ κ. τ. λ. Tentemus aliam viam. A ῥήσσω, sive ab antiquo ῥήγω (unde ῥήγνω, ῥηγνύω, s. ῥήγνυμι) *frango* est ῥηγμὶν ῥηγμῖνος *litus*. Itaque et ab ἔῤῥηγμαι, prima Praeteriti Perf. Pass. descendit ῥηγμὶν, ut ab ἧρμαι pro ἕερμαι, descendit ἑρμὶς, ἑρμὶν &c. Jam vero, eadem ex analogia, ὑσμὶν, ὑσμῖνος, secundum certissimas derivandi leges oportet repeti ab ὕσμαι (pro ἔϋσμαι) prima Praeter. Pass. verbi ὕσσω. Ab ὕσσω enim, sive forma cognata ὕζω, in Perf. Pass. est ὕσμαι, uti a πλάσσω fit πέπλασμαι, a σώζω, σέσωσμαι &c. Verbum ὕσσω, ab ὕω ductum, pp. videtur indicasse *motum*, *huc illuc impulsum*, et *identidem repetitum*. Unde τὸ ὑσμὶν, ὑσμῖνος (qua forma vocis veteres etiam usos fuisse, probant loca, Il. B, 863. Θ, 56.) et productius ὑσμίνη, idem esse potuit ac ταραχὴ, *motus vehementior*, *perturbatio*, qua voce, in *Hesychii* Lexico, nomen nostrum expositum supra vidimus. Conf. et infra in ὑσσός. E. S.]

[Ὑσσὸς *verutum*. *Etymolog*. c. 785: 8. Ὑσσός· ἐμβόλιον, ἀκόντιον· ἢ καὶ τὸ ἐξέχον τοῦ ὀμφαλοῦ τῆς ἀσπίδος, σιδηροῦν κέντρον, ἤτοι πασσάλιον. Alio loco (col. 223: 28. 29.) docet: τὰ ἀκόντια a Romanis vocari ὑσσούς. „ Ὑσσὸν *Polybius* semper vocat Romanorum *pilum*: cujus

 de-

descriptionem apud eum vide, p. 653. Ab ὑσσὸς derivari ὑσσωτὸν, *hastae*, vel *pili lignum*, putavit *D. Heinsius*, in Aristarcho sacro p. 953. et *Ioannis* Evangelio, Cap. XIX, 29. pro ὑσσώπῳ περιθέντες, infelici conjectura, restituere conatus est ὑσσωτῷ περιθέντες. Praeiverat ipsi *Joach. Camerarius*, cui placuerat ὑσσῷ tanto magis, quod a Romanis militibus, quae narrantur ibi, sint acta" &c. T. H.] [De etymologia altum apud Lexicographos silentium. An ab origine *huc illuc reciprocandi*, vel *intremendi*, quae in ὕω est, *hastam* veteres ὑσσὸν dixere? Hoc pacto ab ὕω haberes ὕσω, ὑσὸς, ὑσσὸς. Conf. de *hasta* locum poëtae Arabis apud *Schultensium* in *Exc. Hamas.* p. 349-351. E. S.]

[Ὕσσωπος et ὕσσωπον HYSSOPUS *herba*. *Etymolog.* c. 785: 56. Ὕσσωπον, ἐκ τῦ ὕω, ὕσω, καὶ τὸ ὢψ, ὠπὸς, τὸ πρόσωπον, πλεονασμῷ ἑτέρυ σ, τὸ ἐπὶ τὴν ὦπα χεόμενον. Ἔςι δὲ βοτάνη καθαρτικὴ, ὁμοία σαμψύχῳ. Sed vocem esse orientalem, ex Hebr. אזוב ductam, satis certum est. E. S.]

Ὕςερος *posterior*. Ab ὗς, Latine sus, quod ab ὕω, unde ὑπό. Alibi cel. *Lennep.* „ Ab antiquo ὗς, quod superest in Latinorum sus, (in formula *susque deque* &c.) Comparativa forma est ὕςερος *posterior*, quod praesertim *ratione temporis* proprie dici solet. Ab ὕςερος porro est ὑςερεῖν *posteriorem esse, tardiorem advenire:* ut quando Graece dicitur ὑςερεῖν τῆς μάχης μιᾷ ἡμέρᾳ, i. e. *uno die tardius ad pugnam venire.* Latius autem sumtum, ὑςερεῖν τινὸς, dicitur de eo, *qui aliqua re indiget* vel *frustratur*. Unde et, *Media vi*, ὑςερεῖσθαι &c. Hactenus ille." [„ Constructione differunt ὑςερεῖν τινὸς, pro ὕςερον εἶναι τινὸς *alio posteriorem esse*, vel *venire*, et ὑςερεῖσθαι ὑπὸ τινὸς, quod est *ab alio relinqui*, similiter ac λείπεσθαι ὑπὸ τινὸς, ut in illo *Horatii* (Art. Poët. vs. 417.) *Occupet extremum scabies: mihi turpe* RELINQUI *est.* Primum quidem de *cursoribus* fuit dictum, sed dein eleganter ὑςερεῖσθαι et λείπεσθαι universe poni coeperunt pro *vinci*, *superari*; hoc tamen posterius saepis-

pisſime, ut in *Diodori Siculi* L. XVI, p. 510. τύτυ παρατάξει μεγάλῃ λειφθέντος ὑπὸ Ἰλλυρίων, *quum is magno praelio* VICTUS ESSET *ab Illyriis*. Non raro haec locutio interpretibus fraudi fuit" &c. T. H.] [Ordo derivationis videtur hic esſe, ut ab ὕω, ὕπω, Graeci formaverint ὑπὸς (unde ὑστὸς, de quo ſuperius:) ab ὑπὸς vero, in *Dativo* vel *Ablativo*, dixerint ὑπῷ, ut ab ὑπὸς, ὑπῷ. Pro ὑπῷ brevius elatum fuit ὑπὸ, quod vim praepoſitionis induit: ex ὑπὸ autem enatum fuit ὑπ', Lat. SUB. Neque aliter pro ὑσῷ, ὑσὸ, ὑσ' dixere: unde Latinum SUS. Redi ad vocem ὗς. Jam vero, ab integro iſto ὑπὸς, vel Dativo ejus ὑπῷ, ὑπὸ, Compar. et Superl. formae deſumtae ſunt ὑπότερος, ὑπότατος, quae contractae dein fuere in ὕστερος, ὕστατος. Notio *reciprocandi*, ſive *huc illuc fluendi*, in verbo ὕω, illam *tardandi*, *retromanendi* peperit. Conf. et ὕστρος. E. S.]

[Ὕστρος *uterus*. *Heſych.* ὕστρος· γαστήρ. Rectisſime cl. *Alberti* T. II, col. 1482. contulit Lat. UTERUS, docuitque, alio loco apud *Heſychium* esſe ὑστέρα, μήτρα. Nimirum ὕστρος contracte dixerunt pro ὕστερος, quod (pro ὑπότερος) in forma masculina, ὑστέρα vero, (pro ὑποτέρα) in foeminina forma, Subſtantive uſurpatum fuit. Origo *motus reciprocati* huic voci ſubest. E. S.]


Ὑφάω, Ionice ὑφόω, TEXO. Ab ὑφὴ *textura*, quod ab ὕπω. [Nimirum pro ὕπω *reciprocato motu agito*, *jacio*, per adſpirationem primo enatum fuit ὕφω, unde ὑφὸς, in Dativo ὑφῷ, et ὑφῇ ſive ὑφᾷ. Ab ὑφῇ porro est ὑφάω, ab ὑφῷ, ὑφόω. Vide Od. H, 105. Formam ὑφὸρ (pro ὑφὸς) ſervavit nobis *Heſychius*, reddens eam vocem χρυσοῦν κοσμάριον. Anſa appellationis fortasſe ducta a *motu reciprocato* monilis aurei. Ceterum ab eodem Dativo foeminino ὑφῇ, ſive ὑφᾷ, quod olim ſcribebatur ὑφαὶ, verbum productius enatum est ὑφαίνω. E. S.]

Ὕφεαρ *viſci genus.* Ab ὑφέω, vicino alteri ὑφάω.

Ὕψος *altitudo*, *celſitudo*. Ab ὕπω, de quo ſupra. [*Etymol.* col. 786: 18. Παρὰ τὸ ὄπτω, τὸ βλέπω, ὄψος, καὶ, τροπῇ, ὕψος ἀφ' ἧ ἐςὶν ὁρᾷν. Proniori longe analogia

gia ab ὕπω (unde ὑπὸς, ὑπᾷ, ὑπὸ) Futurum formatur ὕπσω, sive ὕψω, indeque, (nisi malis a secunda Praeteriti Perf. Pasf.) descendit ὕψος. Porro ὑψὸς, ἡ, ὸν, Adjective dixerunt: cujus Adjectivi Genitivus, ὑψῦ, Adverbialiter positus fuit, cujusque a Dativo, ὑψῷ, sunt ὑψόθεν, ὑψόθι, ὑψόσε, item Adverbialiter adhibita. Ab altero autem ὕψος, quod in Genitivo ὕψεος, in Dativo ὕψεϊ, ὕψει, quin et ὕψιος, ὕψιϊ, ὕψι, Adverbialiter usurpatur ὕψι, pro ἐν ὕψει, sive ἐν ὕψι. Absolute ὕψι *in alto*, vel *in altum*, legitur, Il. Τ, 155. Ζεὺς δ' ἥμενος ὝΨΙ, *Jupiter sedens* ALTE, sive IN ALTO. Hebraeis hoc foret מָרוֹם, sive בַּמָּרוֹם. Vicissim Il. Ρ, 723. ὝΨΙ μάλα μεγάλως IN ALTUM *admodum strenue*. Conf. Il. Ν, 140. 371. Ξ, 71. &c. Idem ὕψι in compositis frequens est, ὑψιβρεμέτης *in alto tonans*, Il. Α, 354. &c. ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων *in excelso sedens*, *in aethere habitans*, Il. Δ, 166. &c. Αἰετὸς ὑψιπέτης *Aquila altum-petens*, Il. Ν, 822. E. S.]

Ὕω *pluo*. Vicinum verbis ἕω, ἴω, ἵω, δω, de quibus supra. [*Hesychius* ὕω· βρέχω. Ὕων· βρέχων, ὑγραίνων. Varia ab hoc verbo ducta sunt derivata, non tantum inserta vocali ante ω, uti ὑάω, ὑέω· sed etiam consonante aliqua interposita, ut ὕγω, ὕδω &c. Conf. superius. Ab ὑάω porro est ὕαλος, quae vox adeoque „ pp. *humectum* notat, et dein etiam pro *lucido* sumitur" &c. Vid. *Salmasii* Exercitt. Plin. p. 771-773. Ab ὑέω itidem ὕελος, unde ὕελος ἀργὴ de *vitro*, *Salmas.* l. l. p. 773. coll. p. 213. a. E. S.]





Φ.

Φάγω edo. A Φάω *findo, findendo aperio.* [*Etymol.* c. 786: 23. Φάγομαι· τὸ ῥῆμα, Φήγω τὸ ἐσθίω· ὁ δεύτερος ἀόριστος, ἔφαγον· ὁ μέλλων β', φαγῶ· ὅθεν, καὶ τὸ ἀποφαγέω· ὁ μέσος μέλλων β', φαγοῦμαι ὤφειλεν εἶναι· ἀλλὰ σεσημείωται τὸ Φάγομαι, πίομαι, ἔδομαι· τὰ δὲ δεύτερα, φάγῃ, πίῃ, ἔδῃ. Audiamus de his magnum L. C. V. „ Verborum Mediorum φάγομαι, πίομαι, ἔδομαι, tempora *Futura*, ſecundum uſitatam normam, analogice ſcriberentur φαγοῦμαι, πιοῦμαι, ἐδοῦμαι. Uſus vero voluit, ut tria iſta verba eodem modo ſcriberentur in *Futuro*, atque in *Praeſenti:* qua de re exſtat obſervatio in Etymologico magno, p. 786. Ex eadem obſervatione illuſtrari debuerant Atticiſtae *Phrynichus*, *Moeris*, et *Thomas*, qui πιοῦμαι Atticis abjudicant. Trium iſtorum verborum ſecundae perſonae uſitato more Graecis ſcriberentur, contracte, φάγῃ, πίῃ, ἔδῃ. Plenae formae, vix unquam in libris noſtris obviae, apud *Lucam* (Evangeliſtam Cap. XVII, 8.) duae reperiuntur φάγεσαι et πίεσαι." Hactenus ille. Nobis pauca adjicere liceat. Stirps haud dubie est Φάω, cognata alteri φέω, unde φάγω, ſive, quemadmodum, loco ſupra citato, apud *Etymol.* est, Φήγω. Idem *Etymologus*, col. 17: 14. et 15. et *Euſtathius* (c. 1784: 39.) commemoraverant τὸ Φήγω: a qua forma verbi ſuperſunt quoque Φηγὸς FAGUS, et Φηγὼν *aeſculetum*. Porro, a φάγω, productius est φαγέω, unde φάγημα, φάγησις, et Futurum activum contractum φαγῶ, pro φαγέω, φαγέσω.

A

A Φαγέω hoc in Futuro etiam Φαγέσω existere potuisse, (per ε, antiqua scriptione,) docent abunde exempla similia, in libris adhuc servata, καλέσω, αἰνέσω &c. An ergo et ab hocce Φαγέω, Φαγέσω, in Futuro Medio, dixerunt fortasse Φαγέσομαι, similiterque a πιέω, πιέσομαι, ab ἐδέω, ἐδέσομαι, ut hinc, in *secundis personis* ejusdem Futuri, (secundum normam antiquam,) enata sint Φαγέσεσαι, πιέσεσαι, ἐδέσεσαι, et hinc denique (elisa integra syllaba σε) Φάγεσαι, πίεσαι, ἔδεσαι? Haec si magis arrideant, substitui poterunt pro iis, quae in Animadversf. ad Analog. Lennep. (p. 430. 431.) super his formis verborum scripsimus. E. S.]

Φαιδρὸς pp. *splendidus*. A Φάω *luceo*, *apparere facio*. [Contractas esse voces Φαιδρὸς, et Φαιδρὰ, ex Φαιδηρὸς, Φαιδηρὰ (olim Φαιδερὸς, Φαιδερὰ) jam observavit *Eustathius*, col. 792: 13. 906: 4. Superest autem ex Φαιδρὸς hocce (quod *Hesychius* exponit Φανερὸς, καθαρὸς, γεγηθὼς) Latinis nomen proprium PHAEDRUS. A Φαιδρὸς porro sive Φαιδρὸς, forma cognata, verbum descendit Φαιδρύνω unde Φαιδρυντής. „ Qui muneri (*simulacra* deorum *emundandi*) praeerant, Φαιδρυνταὶ dicti sunt. Φαιδρῦναι idem est quod λαμπρῦναι *detersis sordibus efficere*, *ut* quid *splendeat*. *Hesychius*: Φαιδρυντὴς ὁ τὸ ἕδος τοῦ θεοῦ θεραπεύων. Sic *Phidiae*, qui Olympici Iovis simulacrum, incomparabili artificio, perfecerat, posteris hic honos ab Elaeis est habitus, ut Φαιδρυνταὶ Iovis statuam emundarent, *Pausan.* L. V. 412. *Hesychius* autem usus fuit verbo proprio θεραπεύων" &c. T. H.]

[Φαικάσιον *calceamenti candidi genus*. Lat. PHAECASIUM. „ Duco a Φαικὸν, quod est *leve*. *Hesychius*: Φαικὸν ἐλαφρὸν, ἱταμὸν, κοῦφον, λαμπρόν. —— Φαικὸν puto primum esse *splendidum*, ut ab igne: dein *leve* a colore, qui cum *splendore* esse solet" &c. Haec *Martinius* in Etymol. Latino p. 230. Quod si per omnia verum non sit, videtur tamen Φαικάσιον esse a forma quadam, voci Φαικὸς vicina. E. S.]

Φαίνω *luceo*. A Φάω pp. *findo*, *aperio*, *in lucem*

*pro-

profero, *luceo* &c. [Stirpem vere esse φάω, demonstrant derivata, ad φαίνω vulgo referri solita; φάσις, φάσμα &c. A φάω est φάνω, unde φανὸς, *lucidus*, idemque φάνης, pro φανής, pp. *splendidus*: unde eximie SOL dictus est φάνης. Idem φάνης, sive φανής, in compositione frequens est, ut v. gr. in ἀμφιφανής *undique lucens*, διαφανής &c. Vide infra in φάω. E. S.]

Φαιὸς *fuscus*, *subniger*. A φάω. [Ut a λάω, λαίω, λαιὸς *laevus*, sic a φάω, φαίω, φαιὸς, cui FUSCI notio inest. *Hesychius* φαιὸν μέλαν. Ubi tamen cel. *Alberti* (ex Mſ. Lexico Coisliniano) docuit φαιὸν proprie non esse μέλαν, sed *colorem mistum* ἐξ μέλανος, καὶ λευκοῦ, ἤγουν μίξιμον. Ipsum Lat. nomen FUSCUS, *Scaligero* et *Vossio* observantibus, componendum est cum φάσκω, quod *Hippocrati* sit *ustulare*. „ Nam quae *ustulantur*" (verba sunt *Vossii* in Etymologico) ex *albis fusca* redduntur. E. S.]

Φάκελος *fasciculus*. Componendum est cum σφάζω, σφίγγω &c. ubi litera σ non est originalis. [Differentiam inter Graeca φάκελος et σφάκελος docuit *Ammonius*, et ibidem *Valcken.* in Animadversſ. L. III, 16. Haud dubie φάκελος forma productior est à φάκος: hoc vero a πέφακα, Praeterito verbi φάω. Verbum φάω idem pp. notat ac Lat. *findo*: unde fluxit notio *urendi*, translatione, ut videtur, ducta a *vi penetrante* ac *pervadente*, et quasi *findente* flammae. A notione hac *urendi* σφάκελος primum *inflammatio*, dein *gangraena*. dicta fuit: litera σ illi φάκελος praemissa. Unde vero φάκελος pro *fasce lignorum* adhibitum fuerit, haud in promtu est. A φάω, φάζω, πέφασμαι, πέφασκω, repetendum esse Lat. FASCIS, (cujus productior forma φασκικὸς et hinc Diminutivum FASCICULUS) satis liquet: ut hoc pacto, Gr. φάκελος et Lat. FASCICULUS sint cognata. Utrum igitur a *pressione graviori*, et quasi *findente* ac *vulnerante* (quam Arabes ضغب, e simili *findendi* origine, dicunt) φάκελος et FASCIS dicti: an ve-

ro aliunde? Cel. *Lennepii* comparatio cum σφίγγω valde arridet. E. S.]

Φάλαγξ *acies Macedonum* &c. Forte a φάω *findo*, *scindo*. [Nescio, an propius aliquod thema, φάλω, hac quidem in voce, sit respiciendum. Thema istud φάλω, aut (litera λ geminata) φάλλω, a Latinis servatum fuit in FALLO, a Graecis item in σφάλλω: de quo dictum est supra. Mihi quidem vix dubitandum videtur, quin idem quoque φάλω, sive φάλλω, in Germanorum FALLEN et Belgico nostro VALLEN, sit superstes. Quin et Lat. LABI, (repetendum fortasse a φλάβω, pro φαλάβω) eandem videtur prodere originem. Literam φ, sive F, ut ab initio saepe additur, sic et inde tolli, probarunt abunde *Vossius* et *Maittaire*. Itaque ejusdem originis verba sunt Gr. φάλειν, φάλλειν, σφάλλειν, et Belg. VALLEN, notantque proprie *impetum* quendam, quo quid *cadat*, *labatur*, aut *irruat* in alterum. An hinc φάλαγξ *acies bellica vehementi cum impetu irruens?* Est ejusdem formae nomen, atque alterum φάραγξ· utque hoc a φάρω, φαράω, φαράγω, sive φαράκω, et, ν interposito, φαράγγω, φάραγξ· ita nostrum a φάλω, φαλάω &c. dictum fuerit. Conf. et in φάω. E. c.]

Φάλαινα *cicindela*, *insectum*, noctu lucernis *advolans*. A φαλὸς *splendidus*. [*H. Stephano* in Append. col. 159. etymon videtur placuisse παρὰ τὸ εἰς φῶς ἅλλεσθαι. Longe simplicius repetas a φάλω, φαλάω, pp. *cum impetu ruo*, *cado*, *labor*. Inde et fortasse φάλαινα, Lat. BALAENA dicta fuit. E. S.]

Φαλακρὸς *calvus*. A φαλὸς et ἄκρος *extremus*. Alibi cel. *Lennepius*: ,, φαλακρὸς compositum est ex φαλὸς, et ἄκρος· cujus neutrum ἄκρον pp. notat *quodcumque cacumen*, *in acutum desinens*; voce orta a verbo ἄκω ACUO. — (Vide supr.) — Ad *caput* speciatim relatum, cernitur potissimum in nostro composito φαλακρὸς, quo pp. notatur *cujus cacumen album est*. Ita de *cacuminibus* montium positum ejusmodi *cacumina* respicit, quae *frondibus destituta*, prae altitu-

tudine vero *nivibus obtecta*, *alba*, vel *cana appareant*. Ita unum ex Idae, montis Trojani, cacuminibus, ſpeciatim Φάλακρον nominarunt Graeci. De *homine* poſitum reſpicit *calvitiem*, qua *caput* alicujus, crinibus deſtitutum, *album* vel *canum* videatur. Proprium autem epitheton ſenibus est." Stirps φάλειν, Lat. *labi*, notionem accepit *fluendi*, *defluendi*: unde φαλακρὸς, ſiquidem vere compoſita vox ſit, notare potest *cui extremitas defluxit pilis*, nempe, adeoque *calvum* &c. Favet huic derivationi quodammodo *Etymologus magnus*, c. 787: 7. φαλὸν γὰρ τὸ λαμπρόν· ὅθεν καὶ Φαλακρὸς, ὁ ἔχων φαλὸν τὸ κάρα. At vir doctisſimus, in *Hedericiano* Lexico „ *niſi* ακρος" inquit „ *mera terminatio est*." Conf. in φαλὸς. E. S.]

Φαλὸς *ſplendidus*, *albus*. A φάω *ſplendeo*, *luceo*. [Φάλος *conus galeae*, *criſta*. De poſteriori hoc vir ſummus T. H. „ Nomen est a *colore* dictum" inquit „ nam φαλὸς *ſubalbus* est, ut monet *Scholiaſtes Theocriti* ad Idyll. V, 102. et *Heſychius* in voce. Hinc περικεφάλαια ἄφαλος *criſtam non habens*, *Heſychius* in voce. Contra τριφάλεια, vel, uti apud *Homerum* ſcribitur, τρυφάλεια, et κόρυς τετράφαλος, Il. Χ, 315. Indidem oriuntur τὰ φάλαρα, quae vox originem dedit Latinae PHALERAE, quibus *equi* ornantur. Vide *Voſſii* Etymologicum, in voce &c. Conf. omnino *Heſychius* in φαλόν, et φαλός· et ibidem viri docti. Stirps φάω· ubi plura recurrent dicenda. Ceterum cum φαλὸς *Adjectivo*, (unde pp. nihil diverſum est *Subſtantivum* φάλος, niſi quod, per ellipſin vocis Subſtantivae, abſolute poſitum ſit tanquam nomen,) neſcio, an conferendum ſit Belgicum VAAL. E. S.]

Φάραγξ *barathrum*. A φάρω, cui vicinum φέρω. Alio loco cel. *Lennep*. „ Φάραγγες pp. a Graecis dicuntur *hiatus ſubterranei*: inde autem ad *intercapedines* montium, et *valles* ſignificandas transferri ſolet: et eo quidem ſenſu frequentisſime uſurpatur in verſione Alexandrina Graeca Vet. Teſt. A no-

mine φάραγξ Adjectivum φαραγγώδης propria potestate posuit *Cornutus*, de Natura deorum, p. 240. ubi τόποι φαραγγώδεις sunt *loca subterranea, profunda voragine praerupta.*" [Φάραγξ ejusdem formae nomen est, atque antecedens φάλαγξ, utque illud ab *impetu*, sic hoc a *ferendo*, sive *praecipitando*, videtur dici. E. S.]

Φαρέτρα, (Ionice φαρέτρη,) *Pharetra.* A φάρω *fero.* [Ab obsoleto verbo φάρω *fero* productior existere potuit forma, φαρέω, et hinc, in *tertia* Praeteriti Pass., πεφάρηται, pro πεφάρεται· unde proxime descenderit Adjectivum φάρετρος, φαρέτρα, φάρετρον. Hac ex origine vox φαρέτρα pp. videtur notasse *instrumentum portandi* sc. *tela.* Itaque φαρέτρα ab *Hesychio* aliisque recte redditur βελοθήκη. E. S.]

Φάρμακον *medicamentum.* A φαρμάσσω *misceo:* quod a φάρω· cui vicinum φύρω, φυράω. [Stirps haud dubie est φάρω *fero*, pecul. *deorsum.* Verbi φάρω Praeteritum perf. Act. fuit πέφαρκα, (unde Gr. φάρξις et Lat. FARCO, *farcio*) Passivum autem πέφαρμαι, πέφαρσαι, πέφαρται. A πέφαρμαι descendit nomen φάρμη, et hinc denuo verbum φαρμάω, cujus Praeteritum Act. πεφάρμακα, iterum dedit nomen φάρμακον. Futurum autem φαρμάσω dedit novam verbi formam φαρμάσσω. Quod quidem φαρμάσσειν pp. notavit *manu deorsum lata*, aut, in vas aliquod *immissa*, *tinguere*, *intinguere. Hesychius* φαρμάσσαι· βάψαι, et φαρμάσσειν· βάπτειν. Porro φάρμακον pp. videtur esse id, cui *intinguitur* v. gr. *telum.* „ Φάρμακον pp. notat *succum*, atque adeo *succum coloratum*, *ad medicamen adhibitum*, *ex herbis expressum:* nam et *herbae*, et maxime quidem *flores*, vocantur quoque φάρμακα, propter *varios*, scilicet, *colores.* Solebant veteres *tela inficere veneno:* quod apud omnes fere populos fuit in usu. Itaque et φάρμακον pro *veneno* dictum fuit, quo sagittae unguebantur. — Φάρμακον in genere notavit *medicamen* vel *salutare*, vel *noxium*" &c. T. H.]

Φάρος *vestimentum exterius.* Αφ ἄρω *fero.* [*Hesy-*

Hesychius Φᾶρος· ἱμάτιον· περιβόλαιον. Addit *Etymologus* col. 788: 8. dici περὶ τῦ φέρεσθαι κ. τ. λ. „ Φάρος, Graecam vocem, a poëtis praecipue frequentatam, mutato genere, Latini adoptarunt, in obsol. PARUS. Inde SUPPARUS, SEPARIUM, i. e. ἡμιφάριον, vel, quod magis in usum venit, SIPARIUM. A PARUS diminuta vox est *parulus*, *parlus*; PALLUS. Unde PALLA, et PALLIUM: haud dispari forma atque *varus*, *varulus*, *varlus*, VALLUS; *stira*, *stirula*, *stirla*, STILLA; *rarus*, *rarulus*, *rarlus*, RALLUS: eademque ratio valet in *flagrum*, FLAGELLUM; *scalprum*, SCALPELLUM; *umbra*, *umberula*, *umberla*, UMBELLA; *cancer*, CANCELLUS. Hanc certam vocis originem docuit primus *Salmasius* ad *Tertulliani* Pallium, p. 251: adsentiente *J. F. Gronovio* ad Livii L. XLI, 10. T. H.] [Videtur autem φάρος dici a *motu*, *quo inter incedendum, huc illuc feratur.* Conf. Hebr. רדיד *pallium*, a רדד *Movit huc illuc.* E. S.]

[Φάρος PHARUS, *turris excelsior*, navigantibus nocturno tempore lumen praebens. Genere differt a voce praecedenti, et ab altera φάρος PHAROS, nomine proprio urbis. *Etymologus* col. 788: 21. Φάρος ἦν, εἰ μὲν ἀρσενικῶς, σημαίνει τὸν τόπον· εἰ δὲ θηλυκῶς, τὴν πόλιν· εἰ δὲ ὐδετέρως, τὸ ἱμάτιον· ἔςι δὲ ὁμώνυμον. Origine tamen non differt. Quatenus, nempe, φάρος *turrim excelsam* notat, videtur proprie respondere Lat. voci *elatus*: quippe a φάρω, (quod idem ac φέρω est,) deductum. Porro φάρος *vestis* item a *ferendo*, quemadmodum Belgice dicimus *een kleed dragen*, ut φάρος, hoc adspectu, pp. sit *iets dat men draagt*; nisi rectius dixerint, *vestem exteriorem* φάρον dictam esse, quasi ELATAM, prae ceteris, atque *in oculos incurrentem.* E. S.]

Φάρυγξ *guttur.* A φάρω *fero.* Conf. φάραγξ. [*Etymolog.* c. 788: 30. Φάρυγξ· παρὰ τὸ φέρω, δι' ἧς φέρεται τὸ πνεῦμα. Φέρω, φέρος, καὶ φάρος· καὶ παρώνυμον φάρυγξ· ὡς Λυκόφρων — ἐτύμβευσε φάρυγι: — ἀντὶ τῦ φάρυγγι. Ὧρος δὲ λέγει, δι' ἧς φέρεται ἡ λυγξ, ὅ ἐςιν ἡ φωνὴ κ. τ. λ. Apparet hinc, voces φάρος et φάρυγξ cogna-

gnatas fuisse. Ceterum, uti a φαράω, φαράγω &c. est φάραγξ, sic a φαρύω, φαρύγω, productum videtur φάρυγξ. Insuper *Eustathius* observavit, (c. 1635: 21.) veteres dixisse φάρυξ, φάρυγος, sine ν inserto: id quod originem a φαρύω, φαρύγω, eo clarius demonstrat. E. S.]

[Φάσγανον *ensis*. *Etymolog.* c. 788: 40. παρὰ τὸ σφάζω, σφάγανον καὶ ὑπερθέσει φάσγανον, κ. τ. λ. „ Adjectiva vocis forma est, ducta a φάω, σφάω, σφάσσω, σφάσδω, σφάζω *interficio, occido.* Notat igitur pp. *instrumentum occidendi*; sive *ensem.*" T. H. Belgice dixeris *een slagtzwaard.* Apud *Homerum* saepissime vox legitur, Il. Π, 339. Φ, 19. Od. Λ, 82. Π, 295. &c. E. S.]

[Φάσηλος sive φάσιλος, et φασήολος, φασίολος, PHASELUS, *leguminis oblongi genus*, *navigium oblongum* &c. Productior vocis forma est a φάσα, φάσιν, similive nomine, ducta. De ipsa voce adi *Vossium*, *Martinium*, alios. Stirps φάω *findo.* Hinc fortasse φάσηλος, sive φάσιλος, pp. *acuminatum*, *cuspidatum* significat: unde notio *leguminis oblongi*, et quasi *cuspidati*, *navigii* item *velocissimi*, *acumine* suo aquam *findentis.* Frisii Orientales a simili forma dicunt *een* SNIK, quod occidentales *een* SNIP vocant. E. S.]

[Φάσσα, vel φάττα. *palumbus* avis. Stirps φάω, unde φάσω, φάσσα. Vide *Martinium* in voce. E. S.]

Φάτνη *praesepe*, *stabulum*. A φάω unde φάγω *edo.* [*Etymolog.* c. 789: 16. παρὰ τὸ φαγεῖν, φάγνη, καὶ φάτνη. κ. τ. λ.]

Φαῦλος *vilis*. A φάλος, quod componendum cum Lat. FALLO, FALSUS, et σφάλλω Graecorum. [*Etymolog.* c. 789: 28. παρὰ τὸ φῶ, τὸ φαίνω, φαύω, τὸ λάμπω, φαῦλος. κ. τ. λ. Hac quidem ex derivatione vox φαῦλος responderet Latinorum voci *splendidus*, notaretque id, quod non nisi *speciem* habeat, *splendide mendacem*, eaque hominibus imponat, cum *vile* sit et *nullius pretii*. Pro φαῦλος etiam φλαῦρος dici, notarunt Grammatici. „ Φλαῦρος, et φαῦλος, propinquas habent significationes. Φαῦλος, apud Atti-

ticos, frequenter pro *vili* usurpatur. Hinc ea *mercimonia* dicuntur φαῦλα, quae *vili pretio* venduntur. Φαῦλος πολίτης *inferioris loci civis.* Opponuntur οἱ τῶν πολιτῶν φαῦλοι, καὶ κράτιστοι. — Hinc verbum φαυλίζειν *vilipendere, parvi aestimare.* Sed praeterea notat quoque *simplex*, ut ἄνθρωπος φαῦλος, apud *Platonem*, est *homo simplex* et *antiquis moribus praeditus.* Unde idem quoque *Plato* junxit φαῦλον ἄνθρωπον, καὶ τῶν προγόνων ἐχόμενον *hominem simplicem et majorum institutis adhaerentem.* Sed φλαῦρος apud Atticos in *malam partem* accipitur pro *malus, improbus.* Hinc φλαυρίζειν τινὰ *aliquem pro malo, vel ut improbum traducere.* Sic πάσχειν τὶ φλαῦρον *aliquod ingratum perpeti.*" &c. T. H. Conf. cel. *Ruhnk.* ad Tim. p. 268. Verisimile est, φαῦλον, (a φάλω, φάλλω ductum,) pp. id esse, *quod facile* nobis *elabatur*, aut *elabi patiamur*, et *negligamus;* tum etiam *simplicem hominem* sic dici, *qui facile labatur*, de nullis artibus malis cogitans, iis non intentus, neque ab iis sibi cavens, ut facile possit σφάλλεσθαι. Alterum vero φλαῦρον repetere malim a φλαύω, cui vicinum φλύω, ut φλαῦρος et φλύαρος, neque origine sua, nec usu adeo sermonis, multum diversa sint. E. S.]

[Φάψ, φαβὸς PHABS, *avis quaedam;* vel *columbae genus*, uti *Eustathio* placet. Recte contulisse videtur *Martinius* cum φέβομαι, *fugio.* Nimirum, vicina fuerunt φέβω, φόβω, φάβω. E. S.]

Φάω FINDO, *aperio, macto, occido:* tum *apparere facio, in lucem profero, luceo.* Alibi cel. *Lennepius:* verbum φάω, sive φημὶ, pp. significat *aperio, in lucem profero.* Inde *dico, animi cogitata in lucem profero.* A φάω est φάνω, φαίνω· etiam φαύω, unde Futurum φαύσω, et hinc φαύσκω. Porro a φάω, (praeter φάος, et contractum φῶς, Lat. *lux,*) verbum est φαέω, unde contracte dicitur φώω, cujus Futurum, φώσω, peperit φώσκω. A composito προφάω, sive πρόφημι, est nomen προφήτης PROPHETA, qua voce a scriptoribus sacris pp. *is* dicitur, *qui futura praedi-*

 cit

cit. Graeci vero generatim dixerunt προφήτας *sacerdotes*, *sacrorum antistites*, tanquam *futurorum praescios*: atque ita quoque accipienda vox est Tit. I, 12. ubi *Epimenides* προφήτης dicitur, non quia *poëta* fuit, sed quia habitus est *vatidicus*, ut apparet ex *Plutarchi* Solone, p. 14. &c. Addamus quaedam ex L. C. V. „ *Apulejus* in Flor. p. 352. Cretensem *Epimenidem inclytum* dicit fuisse *vatidicum*. Dicebatur *Epimenides* Atheniensibus X annis ante praedixisse, Persas in Graeciam venturos, sed re infecta, discessuros. Hanc praedictionem commemorat *Plato*, L. I. de Legg. p. 642. quem locum *Meursius* praetermisit in *Creta*, ubi de *Epimenide* egregie notavit." Hactenus duumviri egregii. [Itaque φάω, (cognatum alteri φίω, unde FINDO, FIDO et Gr. φιαρὸς,) pp. est *findere*, *findendo in lucem proferre*. Il. Ξ, 127. μῦθος πεφασμένος est „ *sententia libere prolata*." *Findendi*, *effindendive* verba ad *lucem* prorumpentem et quasi *effissam* transferri, in Hebr. בקר &c. diu est, quod notarunt *Schultensius*, *Simonis*, alii. A φάω, φάσω, φάσκω, est πιφάσκω *in lucem profero*; uti a φαύω, φαύσω, φαύσκω, πιφαύσκω. A φάω hoc Latinis quoque est FOR, FARIS, pro FAOR, FAÄRIS, forma Media, ut Gr. ἐφάμην, Il. Θ, 498. &c. Hinc FĀTUM, Gr. pp. φατὸν VATES, per ν Gr. φάτης qui rem indicat et *in lucem profert*: quam etymologiam unice veram esse, probat alterum φάτις, (id est, *Hesychio* interprete,) λόγος, et alibi φάτις· μαντεία, χρησμός. Porro a φάω *findo*, spec. *jugulum*, atque ita *occido*, est φατὸς *occisus*, pp. *fissus jugulum*, et praefixo σ, σφάζω *jugulo*. Vide supra. Hinc quoque fluxerunt φάγω *edo*, *comedo*, quasi *findo dentibus*, *incido*, et φάδω, φαίδω &c. φάνω, φαίνω, &c. E. S.]

Φέβομαι *fugio*. A φέω unde φεύγω, pp. *findo*, vel *perrumpo*, et similia. Alibi cel. *Lennepius*; „ Ab antiquo verbo φέβω superest Medium φέβομαι *fugio*, vel *memet in fugam conjicio*. Hinc φέβος pp. *fuga*: unde porro φοβέω *in fugam conjicio*, cui respondet Lat. FUGARE, cujusque Medium φοβέομαι rursus, (si-

cut

cut φέβομαι,) valet *memet in fugam conjicio*, vel *fugio*. Propria hac poteſtate in primis haec verba innotuerunt poëtis. A *fuga* autem omnia translata ſunt ad *metum mali futuri*, ut adeo φόβος pp. differat a δέος, quemadmodum *metus* Latinis a *timor*: nam TIMOR pp. dicitur rei *praeſentis*, METUS rei *futurae*. Est tamen, ubi φόβος pro δέος ponatur." [Verba φέω et φάω vicina fuiſſe patuit jam in φάγω, quod etiam φήγω dixere. *Heſychius* Φεβεσθαι· φεύγειν. Oppoſitio elegans est, Il. Ω, 622. Ὡς Δαναοὶ Τρῶας ΜΕ'ΝΟΝ 'ΕΜΠΕΔΟΝ, οὐδὲ ΦΕ'ΒΟΝΤΟ. Conf. et infra in φέγγω, et φεύγω. E. S.]

Φέγγος *ſplendor*. A φέω, cui vicinum φάω. [*Etymolog*. col. 792: 37. παρὰ τὸ φῶ, τὸ λάμπω, γίνεται φέγγος· καὶ φέγγω, φθέγγω· παρὰ τὸ εἰς φῶς ἄγειν τὰ τοῦ νοῦ. E. S.] [„ Φέγγος *lucem* notat. Veteres enim non tantum dicebant φάω, ſed etiam φέω, φένω, φένιγος, contracte φέγγος &c. T. H.]

Φείδομαι *parco*: quaſi *memet abſtineo*. Forte a *findendo*, *ſeparando*. Alibi vir celeb. „ Φείδεσθαι generatim ſignificat *parcere*. Ita φείδεσθαι τινὸς *parcere alicui*. Speciatim autem iis tribuitur, qui *parcius utuntur* ſuo *patrimonio*. Unde φειδὸς, φειδωλὸς *homo parcus*. *Avarus* recte, honeſtoque nomine dicitur πάνυ φειδόμενος" &c. [*Etymol*. c. 701: 10. ἢ παρὰ τὸ φεύγομαι, φεύδομαι, καὶ, τροπῇ τοῦ υ εἰς ι, φείδομαι. Neſcio equidem, an rectius ducatur a *premendo*, *condendo*: uti et Lat. PARCO est a PARO, quod a πάω. Vide ſupra in παρθένος. E. S.]

[Φελλὸς *ſuber*, *cortex*. A φέλλω, ſive φέλω, quod Latini ſervarunt in ſuo FELLO, FELLAVI &c. De eo verbo vir ſummus, *G. J. Voſſius*, in Etymol. p. 243. b. „ Plane est ab Aeolico φηλᾶν" inquit „ pro θηλᾶν, hoc est *mammam ſugere*. —— Igitur θηλᾶν FELLO, id est, *ſugo*. Id enim pp. notat. *Nonius*: FELLARE, *exſugere*. *Varro*, *Marcio*, *Tum eum, ad quem veniunt in hoſpitium, lac humanum* FELLASSE. Idem *Seſquiulyſſe*, *Niſi quod lupam alumni* FELLARUNT *olim*" &c. Hactenus ille. Itaque non aliter

φελλὸς, Gr. *suber*, dictus videtur a *sugendo*, quod etymon voci Latinae SUBER, pro UBER, ut *super*, pro ὑπὲρ &c. etiam putaverim subesse. Latinorum vox FELIS huc non pertinet: quippe pro Fαιλὸς, ex αἴλος Aeolico. Vide *Vossii* Etymol. in voce, et cel. *Ruhnk.* ad Tim. p. 269. E. S.]

Φέναξ *impostor*. Forte a φένω *occido*. [*Etymolog.* c. 790: 23. Φέναξ· χλευαστὴς, ἀπατεών. *Martinius* contulit cum φαίνω *appareo*: ut a *specie blanda*, aliisque *imponente*, dictus fuerit Φέναξ. „ Verbum φενακίζω a foem. φενάκη, quod idem est ac πηνίκη, ejusdemque originis. Utrumque enim notat *comam adscititiam*, *externe adsumtam*. Dixeris alioquin, vocem φενάκην eandem esse ac Belg. PARUIK. Itaque *Menagius* a πηνίκη, πανίκη, παρίκη, illam vocem *paruik*, (Gall. *peruque*,) derivari voluit. A propria hac potestate Φενάκη nostrum figurate significat *praetextum* quemcumque, quo quid *celatur*. Hinc φενακίζειν et πηνικίζειν ponitur pro *falsa specie* aliquem *decipere*. Ea potestate homo Φέναξ dicitur, i. e. *fallax*, qui *praetextu simulato* alios *decipit*" &c. T. H. Conf. supra πῆνος *textum*. E. S.]

Φένω *occido*. A φάω *findo*. [De cognatione stirpium φάω, et φέω, superius dictum est in φάγω, φέβομαι &c. Verbum autem φέω (pp. *findo*) dedit φένω, uti γέω dedit γένω, κέω κένω, πέω πένω &c. Notio *occidendi*, (quasi dicas *findendi jugulum*, de qua supra,) elucet quoque ex derivato φένος· i. e. θάνατος, apud *Hesychium*. A φένω hoc est φόνος, uti a μένω est μόνος, a πένω πόνος &c. A φόνος autem est productum non tantum φονέω, sed etiam Φόνω. Nisi *Lennepiano* more statuere liceat thema φόνω cognatum alteri φένω· unde φόνος, φονέω &c. A φόνω isto recta tum quoque possent repeti φονεὺς, et obsoletum φόντης, quod posterius foret a πέφονται, tertia persona antiqui Praet. perf. Pass. verbi φόνω, unde hoc pacto πέφονμαι, πέφονσαι, πέφονται. „ Φόντης, apud veteres, nihil aliud erat, quam φονεὺς, vel φονευτής. Usus vero vocis simplicis, Φόντης, in de-

desuetudinem abiit; ejusque loco adhibitum fuit φονεύς. Sed in compositis φόντης tamen usurpari solet. Sic βροτοφόντης vocatus *Mars*, qui *homines* in praelio *interficit*. Ἀργειφόντης Argi occisor: quod scribi oportuerat Ἀργοφόντης. Sed ι illud in plurimis quoque aliis, interjicitur" &c. T. H.] [A φένω, (repetita prima litera φ, cum ε, et abjecta simul adspiratione,) factum est πεφένω, quod contraxerunt in πέφνω. Hinc πέφνων *occidens*, Il. Π, 827. Πέφνον, i. q. ἔπεφνον, *occidebam*, Od. Λ, 499. &c. E. S.]

Φέρβω *alo*. A φέρω. [„ Φέρβειν et φέρειν, ut origine, sic significatu finitima esse, sensit eruditus in primis poëta, *Callimachus*, cujus hoc est saepe vexatum, in hymn. *Cerer.* vs. 137. Φέρβε βόας, φέρε μᾶλα, φέρε στάχυν, οἶσε θερισμόν· φέρβε καὶ εἰράναν" &c. L. C. V. ad Scholia in *Euripidis* Phoenisſ. vs. 802. p. 701. ubi est φέρσαι· τὸ θρέψαι, et laudatur ex *Heracliti* Allegor. Homer. p. 491. φέρσαι· τὸ γεννῆσαι· aliaque complura. In *Hesychio* quoque est φέρβειν· τρέφειν. βόσκειν. Φέρβεται· τρέφεται. Componi potest illud Scriptoris Epistolae ad Hebr. I, 3. φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ· et Numer. XI, 12. Jesaiae XL, 11. &c. Cum eodem φέρβω conferri quoque debet Lat. FERVO, et FERVEO, de *olla ebulliente*, et *se* quasi *efferente*. Egregie, ad proprietatem verbi, *Titinnius Setina* apud *Nonium*: *Cocus magnum ahenum quando* FERVIT (Arabes dicerent غلا فار) *paulla* CONFUTAT *trua*. Vide *Gesnerum* et *Forcellinum*, in FERVO, FERVEO &c. E. S.]

Φερνὴ *dos*. A φέρω. [*Hesychius* φερνάς· προῖκας, δωρὰ νυμφικά. Ἀπὸ τοῦ φέρειν, φεράς, καὶ πάντα τὰ φερόμενα. Plura praebebit *Eustathius*, p. 742: 55. 743: 3. 1731: 55. qui etiam φέρνη, cum accentu in penultima, dici observavit, p. 1484: 44. —— Nimirum a φέρω est φέρος, φερινὸς, contracte φερνὸς, sive φέρνος. Etiam FERA Latinis dicitur a FERENDO, sive ab *immani impetu*, quo FERTUR. A φέρω FERO igitur et φέρος FERUS repetendum est. A φέρος porro est Comparat. φερότερος, Superl. φερότατος, quae con-

contracta sunt in φέρτερος, φέρτατος. A notione *impetus* sive FORTITUDINIS, qua quis *feratur*, (FORTIS est a φέρω, cognata forma verbi φέρω,) est illa *virtutis*, *praestantiae*. Φέρτατος est FORTISSIMUS apud *Hesiod.* Ἀσπ. vs. 330. μέγα φέρτατε λαῶν, et alibi. E. S.]

Φέρω FERO. Forte a φέω *in lucem profero*. [Stirps φέω cognata fuit aliis ςέω et φόω. A φέω productum est φέρω, ut a δέω δέρω, a κέω κέρω, a πέω πέρω &c. Itaque ab *impetu*, quo quid *sursum deorsum movetur*, φέρω videtur dici. Differentiam inter verba ἄγειν et φέρειν, (a scriptoribus tamen passim neglectam,) docuit *Salmasius*, ex illo *Ammonii* (edit. *Valcken*. p. 2. coll. p. 158.) Ἄγειν καὶ φέρειν διαφέρει. Ἄγεται μὲν γὰρ τὰ ἔμψυχα· φέρεται δὲ τὰ ἄψυχα· confirmarique discrimen illud observavit ab *Ammonio*, laudato versu *Homeri* (Od. Δ, 622.) Οἱ δ' ἨΓΟΝ μὲν μῆλα, ΦΕ'ΡΟΝ δ' εὐήνορα οἶνον. Vide *Salmas.* de Modo Usur. p. 785. seqq. ubi plura. Universe dici potest, Graecorum hoc φέρειν idem esse ac Lat. FERRE, quod contractum est ex FERERE, unde et FERREM, pro FERERREM. „ Φέρειν, significat *ferre*, *portare*. Quod *portamus*, illud *fulcimus*, *sustinemus*, vel sustentamus. Quod *sustento*, illud *libro*, *rego*, *moderor*, *guberno*: quae omnia verbo φέρω significantur. Figurata *sustentandi* vis, omnibus in linguis, obtinet. — Verbum φέρω anomalum esse, statuunt Grammatici, *Futurum* illi dantes οἴσω· *Aoristum secundum* ἤνεγκον· *Praeteritum Medium* ἤνοχα, et Attice ἐνήνοχα. Hoc genus linguarum studia corrupit. Pleraque tempora, cum ex usu sermonis recessissent, (nempe φέρσω, πέφερκα, πέφερμαι,) adfinium verborum tempora adsumserunt, et, loco inusitatorum, adhibuerunt tempora verborum οἴω, ἐνέγκω, et ἐνέχω. Hujus ultimi *Praeteritum Med.* ἤνοχα, (unde ortum ἔνοχος) Attico more pronunciatum fuit ἐνήνοχα, ut, pro ἤκοα, Attice ἀκήκοα, pro ἤγερμαι, Attice ἐγήγερμαι. Ἐνηνοχέναι, occurrens in versione Alexandrina, Genes. XXXI, 39.

89, legitur in fragmento *Aristodemi*, apud Athenaeum, L. XIII, p. 555." L. C. V.]

Φεῦ *heu*, *papae*, PHY. Factum a sono. [Inde verbum φεύζειν. Sic ab οἴ, lamentantis, οἴζειν, (ut ab οἴμοι, οἰμοῖζειν, οἰμώζειν) ab ἆ, admirantis, ἄζειν. Vid. L. C. V. Diatrib. ad *Euripid.* Fragm. p. 21. Nec displicet tamen omnino *Martinii* conjectura: „ esse a φέβω, unde φέβομαι." Nimirum a φέω, φέβω, φεύω, Imperativi secunda pers. Sing. potuit existere φεῦε, pro hoc autem φεῦ· quo pacto φεῦ pp. idem foret atque *apage*, FUGE. Conf. infra φεύγω. E. S.]

Φεύγω *fugio*. A φέω. Vide φέβομαι. [Conf. etiam φέγγος. Egregie observavit jam *Eustathius*, φεύγειν esse τὸ σπουδαίως κινεῖσθαι, et *equos* ab *Homero* dici φεύγειν i. e. συντόνως τρέχειν. Vide *Eustath.* p. 1461: 57. 842: 19. 722: 24. Origo verbi ex φέω, unde φέβω, φεύω &c. vel hinc satis constat. E. S.]

[Φέω Stirps obsoleta: unde φέβω, φένω &c. Idem olim significasse ac φάω, satis probare potest vel sola collatio verbi φημὶ, cum Lat. FOR, FARIS, FARI, derivatisque formis φάμα ac φήμη, ἔφαμεν porro, et φάθι, φαίνω &c. FEO, (inquit *Vossius*, in Etymologico, voce *Felix*,) quamquam nunc in usu non est, tamen ejus vestigia habemus in *fetus*, *fecundus*, *femen*, *femina*" &c. „ Nimirum φέω (idem ac φάω) e propria vi *findendi* significationem habet *in lucem edendi*, *proferendi*, adeoque *pariendi*. Itaque *Nonius*, (ab eodem *Vossio* laudatus in *fenus*,) FENUS, inquit, ab eo dictum est, quod pecuniam *pariat* increscenti tempore, quasi *fetus*, aut *fetura*. Nam et Graece τόκος dicitur, ἀπὸ τοῦ τίκτειν." E. S.]

Φηγὸς *fagus*. Pro φαγὸς, a φάγω *edo*. [Conf. dicta in φάγω. „ FAGUS a Dorico φαγὸς, pro φηγὸς, a φάγω, id est *edo*; sive, quia ejus fructu homines vescerentur, ante fruges inventas, ut *Eustathius* ait, in Il. Β, p. 595. et Il. Η, p. 646. et Od. Ι, p. 1859. item *Servius* in Eclog. I. sive quod vulgo saltem hoc cibo uterentur" &c. Voss. in Etymol. p. 236. E. S.]

Φη-

Φῆλος *fallax*. A φάλω. Conf. Σφάλλω [et supr. in φάλαγξ. E. S.]

Φήνη *ossifraga: avis aquila major*, quae et φήνις dicta. *Eustath.* p. 1472: 45. φήνη παρὰ τὸ φαίνειν κ. τ. λ. Nescio, an rectius a φένω *occido* repetas nomen avis, longe perniciosissimae, Od. Γ, 371. commemoratae. Conf. *Eustath.* l. l. et *Piersoni* Verif. p. 5-7. E. S.]

Φθάνω *occupo, anteverto*. Compone κιτάω, ἔπω, et similia. [*Eustathius* p. 886: 48. ἀπὸ τοῦ φθῶ, φθήσω, τὸ προλαμβάνω — ἐκ τοῦ φῶ, τὸ λάμπω. Conf. *Pierson.* ad Moerid. p. 452. et ibidem laudati viri doctiss. Mihi quidem, in verbo hoc, et omnibus sequentibus (a φθ incipientibus) litera Φ, ab initio, loco Aeolici π, adscita videtur fuisse: quo pacto stirps verbi φθάω (*praeverto*) foret θάω, vicinum alteri θέω ac τέω, pp. *tendo*: φθέγγομαι, porro, φθέω, φθόνος &c. similiter forent repetenda a θέω, vel vicino θόω. Conf. quae de Φ, praemissa initio, dicemus, in φέω, et *Etymologum* in φθάμενος, c. 792: 17. Vide et infra in φθέω. E. S.]

Φθέγγομαι *loquor*. Forte a sono. [*Etymol.* p. 792: 36. τὸ φθέγγεσθαι, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ θ γίνεται. Παρὰ γὰρ τὸ φῶ, τὸ λάμπω, γίνεται φέγγος καὶ φέγγω, φθέγγω· παρὰ τὸ εἰς φῶς ἄγειν τὰ τοῦ νοῦ. „ Simplex φθέγγεσθαι notat *sonum emittere*. Usus voluit, ut compositum ἀποφθέγγεσθαι non simpliciter significaret *verba facere*, sed *magnifice eloqui*, *dicta edere sapientissima, dicta eloqui, profundi sensus plena*. *Brevia* veterum *dicta*, quibus antiqua constitit philosophia, dicebantur ἀποφθέγματα &c. L. C. V. Stirps fortasse non alia fuit ac θέω pp. *tendo*, *contendo vehementius*, unde φθέγγω et φθέγγομαι pp. *contenta*, vel *intenta vehementius voce eloquor*. Vide dicta in φθάνω, et confer Hebr. קו Pf. XIX, 5. cum Gr. φθόγγος. E. S.]

Φθέω *interimo, corrumpo*. A φέω *findo*. [*Etymologus* c. 792: 17. ἐκ τοῦ θέω, τὸ τρέχω, πλεονασμῷ τοῦ φ, φθέω ἐστι, φθῶ, σημαῖνον τὸ καταλαμβάνω. Equidem ad primam vim verbi θέω, quae in *extendendo* posita est

est, malim recurrere, ut, qua via a θέω, vel potius a vicino θάω, θάνω, θανέω, θανίσκω, θανήσκω, factum est θνήσκω *morior, pereo:* eadem via a θέω fit φθέω, pp. *extendo* alterum, vel *extento corpore jacere facio*, dein universe *interimo, corrumpo.* Ab eadem vero *extendendi* origine in θέω videtur etiam altera esse potestas *currendo praevertendi* in nostro φθέω, et φθάνω Conf. omnino, Od. Π, 383. Χ, 91. Ω, 436. Pro φθέω Graecos etiam dixisse φθίω, opportune monuit T. H. in φθόνος. E. S.]

[Φθόϊς, et, per contractionem, φθοῖς, *placentae* quoddam *genus* ex *caseo cribrato* et *siligine.* Quo modo paretur ejusmodi placenta, accurate descripsit *Etymologus*, c. 793: 5. Stirps est φθέω, sive potius φθόω. E. S.]

Φθόνος *invidia.* A φθίω, cui vicinum φθέω. [*Etymolog.* c. 793: 20. παρὰ τὸ φόνος φθόνος. Atqui φόνος *nex* et φθόνος *invidia* admodum a se sunt diversa, etsi posterior prioris saepe caussa fiat. „Φθόνος *invidia.* Vox haec, nostris ex regulis Analogicis, est a *Praeter. Medio* ἔφθονα verbi φθένω, quod idem ac φθείρω *corrumpo, tabefacio.* Ejusdem originis sunt φθίνω et φθείρω quippe a φθέω. Hujus a Praeterito Med. ἔφθοα est φθοὴ *tabes.* Non tantum vero dicitur φθέω, sed etiam φθίω, φθίσω, in Praet. Pass. ἔφθιμαι, ἔφθιται: unde φθίσις, itidem *tabem* significans. Jam vero *invidia* homines *corrumpit* et *tabefacit:* unde φθόνος ponitur pro *invidia*, qua quis *tabescit*, et φθονεῖν pro *invidere.* Sed notari debet, φθόνον, (si de diis usurpetur,) sumi in *meliorem partem;* tribuique illis φθόνον, quando *hominem, qui supra humana sapiat*, et *se efferre conetur, attenuant*, et *in ordinem redigunt.* Saepe etiam notat *prae invidia nolle:* uti apud *Platonem*, ἐφθόνουν οἱ παλαιοὶ διδάσκειν νεωτέρους, i. e. *prae invidia veteres nolebant docere juvenes*" &c. T. H.]

Φιάλη *poculum, patera*, PHIALA. A φίω, cui vicinum φύω *fundo.* [*Eustathius*, p. 1298: 36. Φιάλη ἀγγεῖον λεβητοειδὲς, πεπλατυσμένον ἄνωθεν. Idem vocem hanc

hanc Φιάλη παρὰ τὸ πιεῖν ἅλις repetiit, p. 561: 14. et alibi. Eandem derivationem exhibet quoque *Etymologus*, c. 793: 21. Sed coacta nimis est et artificiosa. Itaque simplicitate sua se magis commendabit illa *Lennepiana*. Sane uti a σίω, σίος, σία, est σίαλος, eadem via a φίω, φίος, φία, descendat φίαλος· cujus foem. est φιάλη. Conf. in φιαρὸς. E. S.]

Φιαρὸς *lucidus*, *nitens*: *pinguis*. [*Etymol.* c. 793: 24. παρὰ τὸ φάος, φαερὸς· τροπῇ τοῦ ε εἰς ι, καὶ ὑπερθέσει, φιαρὸς. Sed ejusmodi derivationem quis neget incommodiorem esse? Mihi quidem vox videtur ejusdem esse formae ac praecedens φιαλὶς· nisi ejusdem quoque originis vox sit, soloque pronunciandi usu inde diversa. Stirps utriusque est φίω, quod cognatum fuisse τῷ φάω, unde φάος, φαίνω, satis apparet. Pro φιαρὸς, in *Hesychio*, quoque est φιδρὸς, de quo vide eruditiss. *A. Heringae* Obss. p. 274. 275. E. S.]

Φιβαλέη *carica*, *ficus arida*. Dicitur et φίβαλις. unde constat, φιβαλέη pp. esse Adjectivum f. g. a masc. φιβάλεος, quod a φίβαλις· Forma neutra Plur. φιβάλεα, cujus Sing. φιβάλεον, commemoratur quoque ab *Etymol.* c. 793: 27. Thema φίω, unde φίβω, φίβος, φίβῳ, φιβάλεος &c. quin et φίβυλος, unde φίβυλα, contr. φίβλα, Lat. FIBULA. Φίω hoc adspiratum videtur esse πίω *premo*, *comprimo*, unde notio *fibulae*, adstrictae; et *ficus compressae*, qua lege Latine UVA PASSA, et PASSUS SUM, dicuntur a πάω *premo*. Ipsum Lat. FICUS est ab eodem πίω. Conf. infr. in φίω. E. S.]

[Φιλὶς *canna*. *Hesych.* φιλίδα· σύριγγα. An ab *adstringendo*? Conf. φίλος. E. S.]

Φίλος *amicus*, *gratus*. A φίω, cui vicinum φύω. [*Etymol.* c. 794: 12. Φίλος, ἀπὸ τοῦ γινομένου κατὰ τὸ φιλεῖν ἤχου i. e. *a sono*, *qui osculando editur*. *Eustath.* φιλεῖν· τὸ ἀγαπᾷν, καὶ τὸ τοῖς χείλεσιν ἀσπάζεσθαι, καὶ τὸ τὰ χείλη συμβάλλειν. Vide ipsum p. 1583: 56. 1799: 51. &c. Hinc verisimile videri possit, verbum φιλεῖν non aliter ac κύω, κύσω, *osculor* (Belg. *kussen*)

a

a sono esse factum. Possis tamen etiam repetere a πίλω, significante *premo*, *comprimo*; sive potius *pango*, *appingo*, unde φιλεῖν (non aliter atque Hebr. נשק) pp. foret *appingere os*, s. *labia*, atque adeo *osculum ferre*, *osculari*. Hac fere ratione *Vossius* in Etymol. p. 249. Lat. FILUM repetiit „ a πιλεῖν *cogere*, *stipare*; quod, nempe, dum trahitur ducitur que, eadem opera *torqueatur* et *condensetur*." Ubi leviter animadvertendum est, πιλοῦν, pro πιλόειν, analogice esse a πιλόω· πῖλον vero s. FILUM, a πῖλος, (quod a πίλω,) ut stirps pp. sit πίλω, quod, cum adspiratione elatum, dare potuit φίλω. A φίλω igitur proxime est φίλος· a φίλος, φιλέω &c. Itaque φίλος, η, ον, pp. fuerit *is*, sive *ea*, *id*, *quod osculamur*, *quod complectimur*, *quod fovemus*, *ut nostrum*. Quae origo vocis fortasse in caussa est, ut φίλος, η, ον, passim, apud *Homerum*, pro *suus*, *sua*, *suum* legatur. Φίλος igitur pp. est *Adjectiva* vox, ut in φίλοι ἀνέρες *dilecti viri*, Il. Δ, 41. I, 197. φίλον τέκος *dilectus natus*, vel *dilecta nata*, pp. *dilecta soboles*, quam *exosculamur*. Ita Il. I, 437. 444. Σ, 63. X, 38. Ω, 373. et Il. Γ, 162. 192. E, 373. Ξ, 190. &c. aut φίλος υἱος *dilectus filius*, Il. B, 564. K, 50. M, 335. N, 299. A φίλος, denique, seu ab antiquo φίλις, est φίλιος, φίλια, φίλιον, vox adjectiva. *Hesych.* φίλια· προσφιλέστατα. Unde facile apparet, FILIUM Latinis, et FILIAM (quemadmodum Graecis plene dicitur φίλος υἱος) pp. esse voces Adjectivas, quae pro Substantivis deinceps adhibitae fuerint. E. S.]

Φιλύκη, φίλυρα, a φίω, cui vicinum φύω *nascor*. [Φιλύκη *Philyca* arbor semper virens. An pp. φίλυκος est *amabilis*, cognatum Adjectivum alteri φιλικὸς, quod ab obsol. φίλις, unde φιλίστερος &c.? Vocales ι, et υ, saepe permutari solent. E. S.]

Φίλυρα *tilia*. [*Etymol.* c. 795: 4. Φίλυρα· φυτὸν, ἔχον φλοιὸν βύβλῳ παπύρῳ ὅμοιον, ἐξ ὃ τὰς στεφάνους πλέκουσι. Videtur φίλυρον pp. vox Adjectiva esse, et ipsa *amabilem* significans. *Hesychius* φίλυρον, ἡδύς &c. Stirps igi-

Igitur Φίλω, unde propagata sunt Φιλέω, Φιλέω, Φιλάω, Φιλόω, Φιλύω. E. S.]

Φιμὸς, vel Φίμος, *camus*, („ i. e. κημὸς, *vinculi genus, quo ferarum canumque ora obligantur, ne mordeant.*" CONSTANT. *Lex.*) a Φίω. [*Etymol.* c. 795: 20. γίνεται ἀπὸ τῦ σφίγγω, σφιγμὸς, καὶ Φιγμὸς· καὶ Φιμὸς· ἄγχει, ἐπισφίζει In his latere putem veram stirpem vocis; dummodo, ex regulis analogicis nostris, statuamus, σφίγγω esse a Φίγγω, hoc a Φίγω· Φίγω autem a Φίω. A Φίω est in Praeter. perf. Pass. πέΦιμαι· hinc Φίμος &c. Ipsum autem hoc Φίω adspiratum est πίω *premo*, *comprimo*. Conf. et infra in Φίω, ubi Lat. FIMUS &c. E. S.]

Φίντις *auriga*. „ Dorice, pro Φίλτις" dici, docet *H. Stephanus*, in Append. p. 179. Analogice Φίντις descendit a πέΦινται, tertia Praeter. perf. Pass. verbi Φίνω, quod a Φίω, ut πίνω a πίω. A notione *premendi*, *inhibendi*, *cohibendi*, Φίντις dici potuit *auriga*, qui, ut *Virgiliana* phrasi dixeris, et PREMERE *et laxas sciret dare jussus habenas*. Vide mox in Φίνω. E. S.]

[Φίνω obsoletum idem, quod πίνω, pp. *premo*. Conf. in Φίντις. Proximum derivatum ab hoc verbo superest Φίνις: quod vide in Φηνη. Inde et Φινεὺς nom. viri. Adfinitatem arctissimam quoque habuit Φίνος cum Φίλος· unde Φίντατος, Dorice, idem sonat ac Φίλτατος, pro Φιλότατος Superlativo: cujus Comparativus fuit Φιλότερος, contractus in Φίλτερος. Ex antiqua forma superest Φιλώτερα nomen proprium urbis. E. S.]

[Φίω geminum fuisse videtur verbum: alterum adspiratum pro πίω. Vide hoc in Φίλος &c. Alterum Φίω adspiratum est ex Fίω (Latine FIO) quod cum Fύω, (Lat. veteri FUO, unde FUI, FUAM &c.) maximam habet adfinitatem. Stirps posterioris hujus Fίω est ἴω, cognatum alteri ἔω, εἴω, εἰμί. Qua enim lege pro ὕω, vel ὕω, dixerunt Fύω, eadem pro ἴω, vel ἴω, Fίω, praeposito utrique formae Digammate Aeolico. Ab ὕω isto, sive ὕμι, etiam est SUM pro SUMI, ut ab ἴω, ἴμι, SIM pro SIMI. Denique et tertium verbum

bum est φίω, vel φύω, pro θίω et θύω· unde Lat. FIMUS, FIMETUM, FUMUS &c. Vide hoc in θύω.

Φλάζω *ferveo*, it. *stulte et inarticulate loquor.* A sono. [*Etymolog.* c. 403: 49. τὸ θλῶ κατὰ τροπὴν φλῶ, παράγωγον φλάζω· ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔφλαδον, ὡς χάζω, ἔχαδον — et c. 656: 46. Παφλάζω σημαίνει τὸ ἐκ βρασμοῦ ἐνάδεσιν γίνεσθαι. Ταύτην δὲ τὴν λέξιν πεποιῆσθαι παρὰ Ὁμήρῳ ὡς ἤχου μιμητικὴν (nempe Il. N, 797. 798. in verbis Ἐν δέ τε πολλὰ Κύματα παφλάζοντα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης) — Ἔστι δὲ φλέω (ὃ καὶ φλύω λέγεται) τὸ ἀναπέμπω καὶ ἀναδίδωμι κ. τ. λ. Ex his satis apparet, promiscue dixisse veteres φλάω, φλέω, φλύω, quae omnia formata videntur a sono. Pro φλάω autem *Homerus* dixit παφλάω, prima litera repetita, sed sine adspiratione; ut in καχλάζω, pro χλάζω, ex χαλάζω, *strepito.* E. S.]

Φλάω *contero.* Dorice pro θλάω, de quo supra [Itaque φλάω hocce, ab altero φλάζω, (per ὀνοματοποιίαν facto,) plane diversum est. *Etymolog.* φλᾶν· τύπτειν, ἢ μαλάττειν· καὶ τὸ ἀναμαλάττειν, ἀναφλᾶν. Ἀριστοφάνης. „ Φλάω Ionice pro θλάω. Iones enim mutant Θ in Φ. Sic, pro θὴρ *fera*, illi dicunt φὴρ, unde Lat. FERA. Pro θίγειν dicunt φίγειν, et sic in pluribus aliis. Attici autem hoc verbum φλᾶω, quamquam proprie Ionicum sit, usurparunt. Φλᾶν, et θλᾶν pp. notant *frangere:* sed ponitur itidem pro *percutere, verberare.* Φλᾶν τοῖς ὀδοῦσι est *dentibus aliquid frangere:* unde φλᾶν, Belg. BINNENSLAAN, *in de keel slaan*, *Aristoph.* Pluto vs. 694. T. H. Conf. ad hunc Aristophanis locum *Steph. Berglerum*, p. 56. 57. porro viros doctos ad illa *Hesychii*, Φλᾷ· θλᾷ, μαλάττει, συντρίβει· et cl. *Koen.* ad Corinth. p. 289. *Hesychius* etiam φλᾶν· μαλάσσειν πληγαῖς. Componi poterunt Lat. FLAGRUM, et FLAGELLUM, et consuli *Vossius*, in Etymol. p. 251. *Schultens.* Comm. in Job. p. 16. et ipse *Lennepius*, in μάστιξ. Sed vide omnino infra in φλέγω, quod pro φαλέγω &c. a stirpe φάω. E. S.]

Φλέγω *uro.* Repetendum a φάω, unde φαλὸς *splendidus.* [Operae pretium est, haec paullo accuratius enucleasse. A φάω, ex hypothesi *Lennepiana*, fluxere φάλω, φαλὸς &c. Id filum si sequaris, a φαλὸς, sive Dativo ejus, φαλῷ, habebis φαλάω, contracte φλάω, ab altera vero forma Dativi φαλῇ, φαλέω, φαλέγω, contracte φλέγω. A φλάω isto (quod idem fuisse putem ac Lat. FLO, FLARE, quodque adeo diversum ab altero φλάω, Ionice pronunciato pro θλάω) ductum videtur φλάβω, cognatum alteri φλέβω, unde φλὲψ, φλεβὸς &c. A φλάβω, in Praet. perf. Pass. fuit πέφλαμμαι. Hinc Lat. FLAMMA. Ab eodem φλάβω superest quoque FLABRUM, FLABELLUM: ut a φλάγω, cognata forma nostro φλέγω, superest FLAGRUM, FLAGELLUM. Origo omnium in *motu* illo *oris*, quo FLATUR, aut a sono *ignis* FLAGRANTIS, qui auribus percipitur. E. S.]

Φλὲψ *vena.* Ab *ebulliendo.* Vide φλίω. [Genitivus, φλεβὸς, demonstrat, φλὲψ scriptum fuisse pro φλὲβς, stirpemque adeo vocis esse verbum φλέβω, cognatum alteri φλάβω· de quo vide dicta in φλέγω. E. S.]

Φλίω *nugor*; pp. *ebullio.* A sono factum. [Nimirum cognatum alteri φλάω· de quo dictum in φλέγω. Cognationem monstrat phrasis Latina PROFLARE *nugas* &c. Ceterum dubitandum vix videtur, quin Lat. FLEO idem verbum sit ac Gr. φλίω et φλύω· Lat. FLUO: ut sentiri potest ex illo *Lucretii* L. I, 349. *uberibus* FLENT *omnia guttis.* Unde *flere* passim valet *lacrymas effundere*, sive potius *cum bullitu*, quasi, *profundere*: ubi *fletibus* MANANT *genae*, quae phrasis est *Valerii Flacci*, Argon. L. V, 341. *Deliquescere* FLENDO, pari metaphora, *Ovidius* dixit, Metam. L. VIII, 380. Apposite *Etymol.* c. 656: 49. ἔςι δὲ φλίω, ὃ καὶ φλύω, τὸ ἀναπέμπω, καὶ ἀναδίδωμι, Belgar. nimirum, OPGEVEN, quod dicunt de *fonte aquas ebulliente.* Clarius idem *Etymol.* c. 796: 6. Φλήναφος· μωρολόγος, φλύαρος· παρὰ τὸ πλέω, ὅπερ ταυτόν ἐςι

τῷ

τῷ φλύω· —— ἀνὰ δ' ἔφλυε καλὰ ῥέεθρα: —— οἷον ἀνάδοσιν, καὶ ἀναπομπὴν, ἐποίει τοῦ ὕδατος. Conf. et in φλύω, ac φρέαρ. E. S.]

Φλιὰ *antae, postis.* A φλίω, vide φλύω. [Glossae veteres: φλιά· *postis, limen.* *Etymolog.* c. 796: 19. Φλιά· τὸ πλάγιον τῆς θύρας, αἱ παραςάδες, ἐν ᾧ ἵςαταί τις, καὶ ἐπερείδεται. Ἐκ τοῦ θλίβω, θλίψω, θλιὰ, καὶ φλιὰ, ὡς θηρσὶ, φηρσί· διὰ τὸ ςενὸν τῆς ὁδοῦ. Videri possit *Homerus*, de *mendico* agens, lusisse in etymo vocis, Od. P, 221. ὃς πολλῇσι φλιῇσι παραςὰς φλίψεται ὤμους, Αἰτίζων ἀκόλους. Nescio tamen, an verbum φλίω, (cognatum τοῖς φλάω, φλίω, φλύω,) indeque producta φλίζειν et φλιδάνειν, respondeant Germanico FLIESSEN, Belg. *vlieten.* *Hesych.* φλιδὼς· ἡ τῶν καρπῶν ἔκχυσις. Φλιδάνει· διαῤῥεῖ. Φλιδᾶν· σήπεσθαι. Quo admisso φλιά, *postis* januae, dici videtur potuisse a *destillante* ac *defluente* per eam *aqua.* E. S.]

Φλιδάω *putresco.* A φλίω, cui vicina φλύω, et φλίω. [Conf. dicta in φλιά. Accipi etiam φλιδᾶν pro RUMPI, LACERARI, *H. Stephanus* admonuit, Thes. T. IV, c. 174., at simul docuit vir eruditissimus, a *putrescendo* significationem hanc fluxisse, quod „ *iis, quae putruere, eveniat, ut rumpantur.*" Etiam φλυδάω, et φλιδδω, dici l. l. demonstravit. E. S.]

Φλοιὸς *cortex.* A φλύω, et similibus: unde φύλλον &c. [*Etymolog.* c. 796: 29. φλοιὸς, τὸ καλύπτον λέπος· παρὰ τὸ φλῶς, φλοὸς, καὶ φλοιός· ἢ παρὰ τὸ φλῶ, τὸ ἀναπέμπω, καὶ ἀναδίδωμι, φλεὸς, καὶ φλοιός. Etiam φλόος dici, unde contractum φλοῦς, docuit *H. Stephanus*, Th. T. V, c. 175. ubi simul repetiisse nonnullos a φλίω, admonet, non addita tamen ratione significationis. E. S.]

Φλοῖσβος *murmur maris.* A *sono* aquae. [*Etymol.* c. 796: 32. Φλοῖσβος τάραχος· ὀνοματοπεποίηται δὲ ἡ λέξις· παρὰ τὸ φλέω, τὸ ἀναβράζω, φλόβος, καὶ φλοῖβος· καὶ, πλεονασμῷ τοῦ σ, φλοῖσβος. „ Φλοῖσβος *sonum* significat, *ex mari ad littus adfluente ortum.* Grammatici volunt, vocem esse ὀνοματοπεποιημένην· sed vox est, originem habens in lingua Graeca. Φλοῖσβος enim a

φλοίω descendit. Verbum primitivum est φλέω et φλύω, unde Lat. FLUERE. Φλοίω pp. dictum fuit de *fluxu* maris, ad littus *adpellentis*, ubi et soni eduntur, et simul *spuma* excitatur, a *fluctu* maris repercusso. Hinc facile intelligitur vox πολύφλοισβος." T. H.]

[Φλόμος, sive φλῶμος *verbascum: herba, qua pro ellychniis utuntur.* Dicitur etiam φλομὶς, nisi hoc potius sit diminutivum. Dubitari nequit, quin ejusdem originis sit ac sequens φλόξ. De qua voce vide L. C. V. Stirps igitur est φλέω, a cujus tertia Praeteriti Pass. πέφλομαι, φλόμος. E. S.]

[Φλὸξ *flamma.* *Etymolog.* c. 796: 25. παρὰ τὸ φλέγω, φλέξω, φλὲξ, καὶ φλόξ. „ Oritur vox a verbo φλέγειν, quod pp. significat *candere facio*, sive *incandeo.* Hinc *incendendi* atque *urendi* significatio. Praeteritum Pass. πέφλεγμαι etiam antiquitus scriptum fuit πέφλεμμαι, et πέφλαμμαι. Hinc ortum Lat. FLAMMA. L. C. V.]

[Φλύω *bullio*, *ebullio*, *fervendo* seu *bulliendo* *strido* &c. Eximie verbi hujus proprietatem exposuit, non uno in loco, *Etymologus*, ubi v. gr. col. 200: 50. observat, cognationem dari inter βλύω et φλύω· qualis cognatio facili negotio etiam detegi poterit inter Lat. PLUO, et FLUO. Βλύω λέγεται παρὰ τὸ φλύω, τὸ ἀναδίδωμι κ. τ. λ. Idem col. 618: 34. Φλύειν ἐστὶ τὸ ὁρμὴν ἔχειν πρός τι. Et col. 796: 37. Φλύαρος· μωρολόγος· παρὰ τὸ φλύω· ὁ ὑπερζέων τοῖς λόγοις, καὶ ἀναπέμπων ἀκρίτως τὰ ῥήματα· φλύειν γὰρ τὸ ἀναζεῖν· ἔνθα ἡ ἐκ θερμότητος ἀνάζεσις λέγεται φλυκτίς· καὶ ἀνὰ δ' ἔφλυε (Homer. Il. Φ, 361.) τὸ ἀνέζεε κ. τ. λ. Alio etiam loco cognationem docuit inter φλύω et φλέω, col. 656: 49. 796: 7. quem locum dedimus supra. Vide dicta in φλέω, et adde locum *Ovidii* Fast. L. II, 820. FLUUNT *lacrymae more perennis aquae.* „ Primitivum φλύω, idem est, quod Lat. FLUERE, i. e. *scaturire*, *ebullire.* *Scaturigines*, quae ex terra *fluunt*, et sic *aquam emittunt*, dicuntur φλύειν. Jam apud Latinos etiam dicitur *fluere* oratio, vel *vehemens*, vel *abundans:* et *abundare* exprimitur per EFFLUERE. Sic

Sic etiam a Graecis *verba*, quae *abundant*, dicuntur φλύειν" &c. T. H.]

Φοῖβος *purus*. A *ſplendore* dicitur. Thema φέω, cui vicinum φάω. [*Heſych.* Φοῖβος· καθαρὸς, λαμπρὸς, ἁγνὸς, ἀμίαντος. „ Proprie Adjectivum est, ſignificans *clarus*, *ſplendidus*, *lucidus*. *Apollo* vero dicitur Φοῖβος, PHOEBUS, quod idem est ac SOL, cui a *ſplendore* nomen tributum &c. Hinc etiam φοιβάω *purgo*, *lucidum reddo*. T. H.]

Φοῖνιξ *palma*. A *rubore* dicitur. A φόνος *ſanguis*, quod a *caedendo*, et hoc a φένομαι· de quo ſupra. [*Etymol.* c. 797: 22. Φοῖνιξ· παρὰ τὸ φόνος κ. τ. λ. de proprio nomine loquitur. *Heſychius*: Φοῖνιξ —— ὁ πυῤῥὸς τῷ χρώματι. „ Φοῖνιξ, φοινικὸς, PHOENIX et PHOENICIUS apud Latinos, ponuntur pro *rubro*. Etiam φοινικόεις in uſu frequenti est. Derivantur autem ea a Φοῖνιξ, ut *Punicus* et *Puniceus*, apud Latinos, a PUNUS. — A *Phoenicibus* autem origo ejus vocis ducitur, et ad *colorem rubrum* reſtringitur, quia illi *purpuram rubram* praeſtantisſime tingebant. Ideo φοίνικες. T. H.]

Φοιτάω *ventito*. A φόω. [*Etymol.* c. 797: 44. Φοιτῶ σημαίνει τὸ ὁρμῶ· γίνεται παρὰ τὴν πρόθεσιν, καὶ τὸ ἰτῶ, τὸ πορεύομαι, ῥηματικὸν ὄνομα ἰτὸς, προϊτὸς, προϊτῶ, καὶ συναιρέσει προῖτω· καὶ, ἐκβολῇ τοῦ ρ, καὶ τροπῇ τοῦ ψιλοῦ εἰς δασὺ, φοιτῶ κ. τ. λ. Haec limpido fluere nemo dixerit. Neque melior est alia, quam praebet, derivatio παρὰ τὸ ὁδὸς, ὁδῶ &c. Illud certum est, φοιτᾶν notionem *impetus*, quo quid *feratur*, *agiteturque*, habere. *Heſych.* Φοιτᾷ· ἔρχεται, μαίνεται κ. τ. λ. An igitur vera ſtirps est ὄω, unde οἴω, ϝοίω, φοίω, φοῖτος, φοιτάω? Sane φοῖτος, in eodem *Heſychii* Lexico, redditur μανία *furor*. E. S.]

Φόλις *ſquama*. A φόω *findo*. [Rectius fortasſe repetas a φόλω, pro ϝόλω, cujus vera ſtirps ὄλω, vel ὅλω, pp. VOLVO. Vide dicta in ἕλιξος et ὄλλυμι. *Etymol.* c. 798: 3. Φολὶς, καὶ Φολίδες, αἱ λεπίδες τοῦ ὄφεως. Nomen habere potuerunt a *volvendo*, ſive a *lubrico* et facillimo *lapſu* &c. Conf. et in Φολκός. E. S.]

[Φολκὸς *strabo.* *Etymol.* c. 798: 3. παρὰ τὸ τὰ φάη παρέλκεσθαι. Analogia suadet esse a πέφολκα, sive Praeterito perf. Act. verbi φόλω, unde φολκὸς &c. Dicti autem *strabones* hac voce, plane ut idem alia cognata ἴλλοι, sive εἴλλοι, vocantur. E. S.]

[Φόλλις, ιος, *obolus*, et FOLLIS. A φόλω, φόλλω, *volvo*. Conf. in φολίς. E. S.]

Φοξὸς *acutus* pecul. *capite: cujus caput acutum est.* Forte a φόγω. Conf. φεύγω. [*Etymol.* c. 798: 17. Φοξός· ὀξυκέφαλος κ. τ. λ. Nescio, an sit pro ὀξὸς, quod vulgo ὀξὺς *acutus.* Il. Β, 219. φοξὸς ἔην κεφαλὴν, ψεδνὴ δ᾽ ἐπενήνοθε λάχνη. Hoc pacto φ praepositum haberet loco F. Ita φόλω, Fόλω, pro ἔλω &c. E. S.]

Φόρμιγξ *cithara.* A φόρω, unde φορμὸς *calathus.* [„ Respondet voci κιθάρα, quod ad ipsam rem spectat. Itaque Grammatici per κιθάραν reddunt. Verum *Hesychius* notat, φόρμιγξ propria virtute significasse *eam citharam*, *quam* cantores publici *humero gestabant*, et *circumferebant.* Est a πέφορα, Praeter. Medio verbi φέρω FERO. Inde autem in genere, pro *quavis cithara*, poni solet. Plures sunt formae, quae in ιγξ desinunt, ut μάστιγξ &c. T. H.]

Φορμὸς *sporta.* A φόρω, cui vicinum φέρω. [*Etymol.* c. 798: 54. παρὰ τὸ φέρω, φορμὸς κ. τ. λ.]

Φόρτος *onus.* A φόρω *fero.* [*Etymol.* c. 798: 46. παρὰ τὸ φέρω, φέρτος, καὶ φόρτος. „ Proprie notat *quidquid fertur*, et *onerat.* Singulari ratione usurpatur de *oneribus*, sive *mercibus*, *quibus naves onerantur.* Sic *onus*, apud Latinos, etiam *merces*, *navibus impositas*, significat, unde est *onerare navem*, Gr. φορτίζειν. Sic ναῦς πεφορτισμένη *navis mercibus plena* &c. T. H.] [Nimirum hoc ipsum φόρτος, η, ον, pp. est nomen Adjectivum, significans *qui*, vel *quod ferri potest.* In Superlativo legit hanc vocem apud Homerum, Il. Ρ, 105. *Etymologus M.*, qui col. 798: 47. φόρτατον, — κακῶν δέ κε φόρτατον εἴη — Ἰλιάδος ρ, τῶν δὲ παρόντων κακῶν τοῦτο ἂν εἴη ἄριστον — Γράφεται δὲ

δὲ καὶ φέρτατον. Vulgaris lectio, Il. P, 105. est φέρτερον. Belgae similiter dicimus, *dragelijk*, *het dragelijkste aller rampen*, id est, *minime molestum omnium ad perferendum*. E. S.]

Φορύνω *pinso*. A Φέρω, cui vicina φύρω, et φύρω. [Productior verbi forma est Φορύνω. *Hesych.* Φορύνει· Φυρᾷ, μολύνει, συγχεῖ. Vide in Φυράω. E. S.]

Φράζω *dico*. A Φέρω, φεράω, φράω. [Secundum hanc quidem originem, Φράζειν pp. foret *voordbrengen*, *voor den dag brengen*, atque adeo *indicare*. „ Φράζειν pp. significat *indicare*: sive *ostendere*. Unde φράζειν τοῖς δακτύλοις *digitis monstrare*. Ponitur itidem pro *monstrare verbis* et *sermone*. In *Medio* vero notat *signa*, et, *quae monstrantur*, *apud mentem*, *secum expendere*, atque adeo *consilium capere*. Ut Il. A, 83. σὺ δὲ φράσαι, εἴ με σαώσεις. Male verterunt haec interpretes: *tu vero* DIC, *an me sis servaturus?* Non distinxerunt inter φράσαι Medium, et φράσον Activum. Si *Homerus* DICENDI vim hic innuisset, scripsisset sane φράσον" &c. T. H.] [Conf. omnino *Hesych.* φράσαι· διανοήθητι, σκέψαι, et Od. Π, 260. X, 158. Ω, 330. ubi plene est φράσαι ὀφθαλμοῖσι. E. S.]

Φράσσω pp. *constipo*. Inde *munio*. A Φράω, quod a Φεράω· hoc autem. a Φέρω. [„ Verbum Φράσσειν, in Epist. ad Roman. c. III, 19. ad Hebr. c. XI, 13. significat *obturare* vel *obstruere*: quae potestas orta est ab illa *sepiendi*, *muniendive*. Aedificii fores ita *munire*, ut *lapidibus*, aut *alia materia*, *aperturam plane obstruas*, Graecis dicitur ἀποφράξαι. In Historia Lacedaemonii *Pausaniae* ἀπέφραξαν adhibuerunt Graeci: *Cornel. Nepos*, in Pausania, Cap. V. „ *Cum in aedem*" inquit „ *Minervae confugisset*, *ne exire posset*, *valvas ejus* OBSTRUXERUNT. Vias *obstruere Thucydides* dixit τὰς ὁδὸς ἀποφράξαι" &c. L. C. V.] [Igiturne Φράσσειν, (ut *Lennepio* placuit,) a stirpe Φέρω, pp. est *ferre*, *conferre undique* materiam, *constipando obstruendoque* idoneam? E. S.]

Φρατρία *conventus hominum*. A Φρατὴρ, unde Lat. FRATER. A Φράω *condenso*, *munio*. [Jucunda est de-

 ri-

rivatio vocis Latinae FRATER, quae Romanorum veterum quibusdam placuit, et postea a *Nigidio Figulo* meruit commendari, „ FRATER dicitur quasi FE„ RE ALTER." Quam quidem etymologiam *Ciceroni* praebuisse joci occasionem (ad Div. L. II, Ep. 15.) in Etymol. suo docuit *Vossius*. Sed mireris, ipsi magno *Vossio* sententiam placere potuisse aliorum, haud minus ab Analogia linguae abhorrentem, qui *fratris* vocem a πατὴρ derivarent. „ Vel potius prima origo" inquit „ est πατὴρ, unde πατρίς, quo significatur *patria*, πόλις, φύλη, ἡ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς γένεσις. Inde et πατριὰ *familia*. Pro πατριὰ dixere φρατριὰ, inserto ρ. Unde φρατὴρ, et φράτωρ, qui ejusdem est πατρίδος, seu φυλῆς, seu *familiae* et *cognationis*." Hactenus ille. Praeiverat ita *Etymologus Magn.* c. 799: 34: Φρατὴρ, παρὰ τὸ πατὴρ, πλεονασμοῦ τοῦ ρ, καὶ τροπῇ τοῦ π εἰς φ. Hoc pacto quidvis effici potest. At vero, quemadmodum πατὴρ, est a πέπαται, 3 pers. Praeter. Pass. verbi πάω, μήτηρ autem est a μέμηται, 3 pers. Praet. Pass. verbi μάω, eadem lege a φράζω videtur descendisse φραστὴρ *dictator*, a φράω φρατὴρ, Lat. FRATER. Pro φρατὴρ veteres dixerunt etiam φρητὴρ, ut pro ματὴρ μητήρ. *Hesych.* Φρητήρ· ἀδελφός. Porro ut a πατὴρ, πατερὸς, πατρὸς, πατερὶ, πατρὶ est πάτριος, ita a φρατὴρ, φρατρὸς, φρατρὶ, fluxit φράτριος: unde manifestum est, non φρατὴρ a φράτριος, sed contra φρατριὸς a φρατὴρ derivandum esse. Sane πάτριος est a πατὴρ, PATER: non vero πατὴρ a πάτριος PATRIUS. Itaque et φρατὴρ derivandum est a φράω, ut πατὴρ a πάω. Jam vero φράω, pro φεράω, (cujus productior forma fuit φράζω, unde φραστὴρ) pp. idem notavit, quod ejusdem primitivum φέρω FERO. Φράσαι a notione propria FERENDI translatum fuit ad illam *providendi*, *curandi*; quasi dicas *in gremio*, vel *in oculis* FERRE, quem *foveas*, *quem curae habeas*, quem *ex oculis non dimittas*. *Hesychius*, in *Medio* verbo, Φράσαι· διανοήθητι, σκέψαι. Plenam phrasim φράσαι ὀφθαλμοῖσι (alia licet metaphora) reperias, Od. Ω, 330. Ecquid jam magis est in promtu, quam φρατῆρα FRATREM

TREM dictum fuisse ab *amore* et *cura*, *qua eodem patre genitos prosequatur*, et *in oculis* quasi *ferat*? Hebraei *patrem* quidem dixerunt אב pp. *propensum*, *inclinatum* ad liberos, *fratrem* vero אח, quasi *devinctum necessitudine arctiori*: nisi praeplaceat, et ipsum אח *fratrem* Hebraeis dictum fuisse (non secus ac Gr. Φράτηρ FRATER) a *cura*, *tutela*que. *Golius* (ex *Gieuhario*) c. 43. اخية i. q. حرمة وذمة i. e. *Auctoritas tutelaris*, *protectio*, *clientela*, *praesidium*. Ceterum Graecorum vox Φράτωρ, sive Φρήτωρ, alteri isti Φράτηρ ac Φρήτηρ, vicina fuit, ab eodem πέφραται ducta. Φρατρία autem pp. est forma Adjectiva f. g. a Φράτριος, per ellipsin quandam, Substantive posita. E. S.]

Φρέαρ *puteus*. A Φρέω, forte *constipo*. A Φέρω. [*Etymol.* c. 799: 37. Φρέαρ· παρὰ τὸ Φλῶ, τὸ ἀναδίδωμι· ἢ παρὰ τὸ Φέρω, συγκοπῇ, Φρῶ, Φρέαρ, ὡς Θείνω, Θέναρ· ἐξ οὗ Φέρεται τὸ ὕδωρ. Prius equidem malim: quo pacto Graeci dixerint Φρέαρ, pro Φλέαρ· nisi forte et ipsum Φρέω, permutatis liquidis λ et ρ, dictum fuerit pro Φλῶ, i. e. ἀναδίδωμι, Belg. OPGEVEN. Conf. Φλάζω, Φλέω, Φλύω &c. Ab illa notione τοῦ ἀναδιδόναι (Belg. OPGEVEN) *putei* nomen commodissime duxeris. Legitur *Jeremiae* c. VI, 7. (in versione Belgica) *Gelijk een* BORNPUT (מימיה הקיר) *zijn water* OPGEEFT, *alzo* GEEFT ZIJ (הקירה) *hare boosheid* OP. Vide et Φρέω, ac Φρήν. E. S.]

Φρέω et Φρημὶ *emitto*. Ortum ex Φέρω, vicinumque est alteri Φράω. [A Φέρω FERO est Φέρος &c. Hinc Φερέω vel Φέρημι, contracte Φρέω, Φρημί. Composita adhibuit *Aristophanes*, εἰσφρήσομεν *intromittemus*, pp. *inferemus*, vel *inferre se patiemur*, in Vesp. vs. 887. et ἐκφρήσετε *exire sinetis*, ibid. vs. 156. &c. Vide *Bergl.* ad vs. 125. ubi alia laudata. E. S.]

Φρὴν *mens*. A Φράω. Alio loco cel. *Lennep.* „ Nomina Φρὴν, Φρὲν, et Φρὼν, forma tantum fuerunt diversa. Remansit Φρὼν maxime in compositis, ut εὔφρων *benevolus*, vel *laetus* &c. Φρὴν autem in usu significat *mentem* vel *praecordia*. Φρὰν denique (quem-

admodum in antiqua lingua Dorica pronunciatum fuit, pro Φρὴν) superest etiam in derivato verbo Φράνω, et, ejus loco pronunciato, Φραίνω ut pro Φάνω, Φαίνω· pro βάνω, βαίνω, et similia. Superest autem maxime in composito εὐφραίνειν pp. *bonam mentem facere alicui*, atque adeo *exhilarare:* unde εὐφραίνεσθαι, Medium, *semet exhilarare* notat, adeoque Latine LAETARI." — [„ Pro Φρὴν veteres dixere Φρὰν, quod et in Compositis adhuc in usu est. Φρενὲς autem, apud veteres Graecos, pp. significabant *diaphragma*, et quae *super diaphragmate* sunt. Sic *cor* et *partes cordi proximae*, a Medicis, Φρενὲς dictae. Hinc Φρενὲς ad *animum animique conditionem* translatum" &c. T. H.] [Hoc filum si sequamur, Φρὴν pro Φερὴν, vox formae τέρην, pp. significaverit *sublatum*, sive *attolli solitum*, adeoque *diaphragma:* quod, *in* homine *vivo* ac *spirante*, continuo *attollitur*. Vide omnino *Foësii* Oecon. in voce. Φρέαρ *puteus*, ab *attollenda*, quasi, *aqua*, itidem dici potuit. E. S.]

Φρὶξ *fremitus maris*, vel *fluctuum*. A Φρίσσω *horreo*, quod forte a *sono*. [*Etymolog*. c. 800: 25. ἡ ἐπάνω καὶ ἐξεπιπολῆς τῶν κυμάτων κίνησις, ἢ ὁ ἐπιπολάζων τῷ κύματι ἀφρὸς, ὅτε ἄνεμος ἔρχεται πνεῖν. Ἀπὸ τῦ Φρίσσω, Φρίξω, ἀποβολῇ τῦ ω. Genitivus casus, Φρικὸς, satis demonstrat, formam vocis proxime ductam esse a Φρίκω, unde Φρίκος, η, ον. Superest etiam Φρίκη, ab *Hesychio* redditum ψύχος, τρόμος, i. e. *frigus*, *tremor*. Quod ipsum FRIGUS haud dubie cognatum fuit Graeco Φρίκη. Ceterum litera Φ, sive F, hac certe in voce, ut in antegressis quibusdam, ab initio praeposita est. Conf. dicta in Ῥίγος, et mox in Φρίσσω. E. S.]

[Φρίσσω, vel Φρίττω *horreo*. Belgice RIJZEN, *oprijzen*. Quod ipsum Belgarum RIJZEN, (Graecorum Φρίσσειν, sive potius ῥίσσειν aut ῥίσειν, ipsis literis sonoque ad amussim respondens,) indolem verbi hujus egregie illustrare potest, simulque nos admonet, literam Φ, in hoc quidem verbo, non esse radicalem.

lem. *Eustathius*, p. 471. 472. ad illa *Homeri*, (Il. Δ, 282.) σάκεσίν τε, καὶ ἔγχεσι ΠΕΦΡΙΚΥΙΑΙ, *scutisque et hastis* HORRENTES phalanges, τὸ δὲ πεφρικυῖαι, inquit „ ἀντὶ τοῦ ὀρθούμεναι. Πᾶν δὲ τὸ ΦΡΙΣΣΟΝ καὶ φρίσσει τῷ λόγῳ πρός τι, κατὰ Ὁμηρικὴν συνήθειαν· τὸ λήϊον ἀσταχύεσσιν· ὁ κάπρος τῇ λοφιῇ· ὁ ἄνθρωπος ταῖς ἐγχείαις· ἡ θάλασσα τοῖς κύμασιν. κ. τ. λ. Latinum quoque HORREO (ab ὄρω ortum, de quo in ὄρθιος &c.) notionem eandem propriam habet, quae in cognatis ORIOR, EXORIOR, admodum manifesta est, et Belgarum verbis, *opstaan*, *oprijzen*, reddi potest. Proprie *Ovidius*, Metam. L. XV, 516. *adrectisque auribus* HORRENT *Quadrupedes*. Vide et alia benemulta apud *Gesnerum* ac *Forcellinum*. E. S.]

Φροντὶς *cogitatio*. A φρένα. Cum φρὴν componendum. [*Etymol*. c. 800: 52. ἐκ τοῦ φέρω, φόρτις· ὑπερβιβασμῷ, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν, φροντίς· δίκην γὰρ φόρτου ἔγκειται ἡ φροντὶς, ἐν τῇ ψυχῇ. Stirps haud dubie est φέρω, unde φρὴν pro φέρην. Alius tamen linguae processus fuit in nomine φροντὶς formando: quippe quod analogice est a πέφρονται, tertia Praeter. perf. Pass. verbi φρόνω· quod quidem φρόνω, (unde proxime descendit φρονὶς *ingenium*,) manifesto est pro φερόνω, quod a φερόω, φέρω. E. S.]

[Φρουρὸς *custos*. „ Contracta vox est ex φροορὸς, quod a προορός· nam duo οο contrahuntur in ου, et π, ante ρ, saepe mutatur in adspiratam Φ. Sic pro προοίμιον dicitur φροίμιον· &c. Προορὸς autem notat *curans* (pp. *providens*) quod proprium est *custodibus*" &c. T. H.] [Recte igitur *Etymologus* exposuit φρουρὸς, ὁ προορῶν. Pertinet ad composita verbi ὄρω, unde ὁράω *video*. E. S.]

Φρυάττομαι *fremo*. A sono *equorum*. [*Etymolog*. c. 801: 12. φρύαγμα ἡ τῶν ἵππων. καὶ ἡμιόνων, διὰ μυκτήρων ἠχὴ, ἀγρίῳ φυσήματι ἐκπίπτουσα. Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς γελάσεως —— καὶ φρυαττόμενος, ἐπαιρόμενος· καὶ φρυάττεσθαι· τὸ καταπλήττεσθαι· Μένανδρος. Alia adde ex *Hesychio*: φρυάσσεται· ἐπεγείρεται· μεγαλοφρονεῖ, γαυριᾷ. Idem φρυάττεται· ἐπαίρεται. Omnes hae significationes a pri-

primaria illa *fremendi*, *infremendive*, certissime natae sunt. Ipsum vero verbum φρύκττω, sive φρύκττομαι, (Medium) a sono fictum fuit: cognatasque habet alias formas βρέμω, φρέμω, FREMO, βριμάω &c. Simpliciores formae fuerunt φρέω, φρίω, φρύω cet. Conf. omnino *H. Stephani* Thes. T. IV, c. 224. 225. E. S.]

Φρύγω *torreo*; pp. *frico*. Forte a φέρω· nisi sit factum a *sono fricantis*. [Animadversione dignae sunt *Hesychii* glossae: φρύγιος· ξηρὸς, et φρύγιον· ξύλον ξηρόν. „ Φρύγιος ARIDUS, et neutrum φρύγιον *lignum* ARIDUM. An hoc pp. notat, QUOD FRANGI POSSIT? quo pacto non tantum φρύγω, et FRAGO, (unde FRANGO,) pro vicinis haberi possint, sed et Lat. FRUOR, Media vi, pp. foret FRANGO MIHI, i. e. *meos in usus*, eo fere sensu, quo Belgae dicimus *iets aanbreken*, nimirum, ad utendum, fruendumve. Ceterum φρύγω dixerunt et φρίγω, (unde Lat. FRIGO,) *arefacio*, i. e. tale reddo, ut *frangi possit*. E. S.]

[Φρὺν, s. φρῦνος, aut φρύνη *rubeta*, *rana venenosa*. A φορύνω *foedo* repetit *Martinius*, quem vide. E. S.]

Φῦκος *fucus*. A φύω *nascor*. [Nimirum, φῦκος, pp. est *alga* quaedam marina, qua lanae tinguntur. A φύω, pp. *fundo*, videtur dicta, quia alga haec *ab aestu in litus effunditur*. *Etymolog*. c. 801: 51. τὸ χορτῶδες τῆς θαλάσσης ἀπόβλημα. Clarius etiam *Hesychius*: τὸ προσβραστόμενον ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῇ γῇ. E. S.]

Φυλάσσω *excubo*. A φῦλος, φυλὴ *tribus*. [„ Φυλακὴ *custodia*. Verbum fuit φυλάσσω. A forma antiquiore φυλάω, Praeteritum πεφύλακα, produxit nomen φυλακή. Non enim tantum nomina derivantur a *Praeterito Passivo*, et *Medio*, sed et a *Praeteritis Activis*, desinentibus in κα, χα, et φα. Sic θᾶκος a τέθακα, Praeterito verbi veteris θάω *sedeo*: quod verbum, in Lexica non receptum, *Hemsterhusius* eruit ad *Hesychium*, voce Θάβακον. Sic σάκος *tegmen* a σέσακα verbi σάω *tego*: θήκη *theca* a τέθηκα verbi θέω *pono*. A Praeterito Act. verbi μειλίσσειν ortum μείλιχος *blandus*; a Praeter. verbi ταράσσω τάραχος et ταραχή. *Colaphus* Graece est κόλαφος, quod a κέ-

κεκόλαφα verbi κολάπτω *caedo:* κορυφὴ *cacumen* a κεκόρυφα verbi κορύπτειν· κέλυφος *tegmen* a κεκέλυφα, Praeterito formae veteris κελύπτω, cujus loco invaluit καλύπτω" &c. L. C. V.] [Itaque φυλακὴ a φυλάσσω· φυλάσσω autem a φυλάω. Porro φυλάω est a φυλᾷ, Dativo veteri vocis φυλὴ, five φυλά. Vide mox in φυλή. E. S.]

Φυλὴ *tribus, genus.* A φύω *nascor.* [*Etymol.* c. 802: 29. φυλὴ σημαίνει τὸ γένος· κατὰ γενεὰς γὰρ ἐφύλασσον· ἢ παρὰ τὸ πυλή· οἱ γὰρ φυλάσσοντες ἐν πυλῇ ἐφύλασσον. „ Φύλος et φύλλος Adjectiva funt, a φύω· fed diverfa ratione ufurpata. Φῦλος, per fimplex λ, pertinet pp. ad *homines, hominumque generationes:* unde φῦλον, de *gente* et *populo*, et φυλὴ de *tribu* dicitur. Verum φύλλος, per duplex λ, de *fructibus, foliis, terrestribus arboribus*, aliisque rebus, *e terra productis*, ponitur. Hinc φύλλον pro *folio*. Inde quoque est Lat. FOLIUM, ut ἄλλος dedit ALIUS &c. Stirps φύω *nascor*." T. H.] [Nifi praeplaceat, a φύω *fundo, diffundo.* Hinc φυλὴ et φῦλον *gens, natio*, quafi *diffusa*, Hebr. נפוצה. Ita משפחה *familia*, pp. *diffusio*, quam vocem Graeci veteris Testamenti interpretes, plus triginta locis, φυλὴ reddiderunt: ut Gen. X, 18. καὶ μετὰ τοῦτο διεσπάρησαν αἱ φυλαὶ (Hebr. נפוצו משפחות) τῶν Χαναναίων. Conf. *Venemae* Comm. ad Jerem. p. 20: A *diffusione* hac, five *difpersione*, putem etiam repetendam esse fignificationem *custodiae* in verbo φυλάσσειν, quod pp. dixerint de *pastoribus, insidiatoribus* &c. huc illuc, per greges, viasve, *dispersis*, ac *diffusis*. A *fundendo* etiam φύλλα *folia*, quafi huc illuc ab arbore *delabentia*, et passim *diffusa* per terram: nifi mavis dici a *fusione* copiofa, qua arbor eadem edat. Conf. φύλλον. E. S.]

Φύλλος *folium.* A φύω *nascor.* [Rectius a φύω FUNDO, quod ipfum Lat. FUNDO est a FUDO, hoc autem a FUO φύω. Veteres fcripfere φύλον. Eadem ex origine φυλὶς, (unde φυλλὶς,) φύλος, η, ον, (unde φυλίης apud *Hesychium:*) cujus ultima forma φύλιον dedit Lat. FOLIUM. Ceterum hoc ipfum φύω, (unde FUDO,

ᴅᴏ, ꜰᴜɴᴅᴏ,) a ſtirpe ὕω esſe derivandum, ſatis apparebit; ſi conferantur dicta ſuperius in ὕδωρ. Itaque processſus linguae talis quidem est: ὕω, ϜΎω, φύω, φύδω, et φύλω &c. Conf. omnino *Heſiodi* Ἐργ. vs. 421. et *Hom.* Il. Ζ, 147. E. S.]

Φύρω *miſceo.* Forte a φύω ꜰᴜɴᴅᴏ, *confundo.* Conf. φύρω, φέρω &c. Alio loco cel. *Lennep.* „ φύραμα a φυράω, quod pp. notat *aqua adfuſa res ſiccas* ad uſum *praeparare:* qua virtute proprium verbum est *piſtorum*, *farinam*, *aqua admixta*, *in masſam*, ad panes coquendos, *praeparantium.* Hujusmodi *masſa farinacea praeparata* φύραμα dicitur. Differt autem φυρᾶν a verbo κυκᾶν, quod, itidem *miscendi* notione obvium, *diverſis liquoribus* convenit, quando *confunduntur* et *miſcentur.* [Conf. dicta in φύλλον. E. S.]

Φυσάω *ſufflo.* A φύσα *flatus;* quod a φύω *flo.* Hoc autem a *ſono.* [*Heſych.* Φύσα — τὸ πνεῦμα, καὶ ὁ ἀήρ. Nimirum a φύω *flo* est Futur. φύσω. Hinc φύσος, φύσα pp. *quae efflatur.* Subſtantive *flatus* et *follis.* Pulchre Il. Σ, 470. Φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἘΦΥΣΩΝ, Παντοίην εὔπρηστον ἀϋτμὴν ἐξανιεῖσαι. E. S.]

Φύω *in lucem edo; produco, gigno, pario.* Conf. φάω. [„ Verbum vetus fuit quintuplex, φάω, φέω, φίω, φόω, et φύω. Hic formis ſororiis una est ſignificatio, mater, *in lucem edendi.* Φύω ſedem potisſimum habet in *plantis*, *e terra*, *matre*, *in lucem editis.* Quidquid accesſit ſignificationum, id omne illinc fluxit. Remanſit autem hujus proximum derivatum φυή, *naturam* ſignificans, vel *ingenium.* A Praeterito Pasſ. ſuperſunt, praeter φῦμα, et φύσις, a *tertia* perſona derivata φύτωρ, et φυτός, vel φυτόν. *Patres* dicuntur poëtis etiam φύτορες. *Bacchus* autem, vini dator, Poëtis veteribus ἀμπελοφύτωρ est. Adjectivum φυτὸς, pp. *plantatus*, viget in compoſitis. Νεόφυτος pp. de plantis adhibetur, *recenter* e terra *pullulantibus:* unde vox a Chriſtianis fuit transſumta. Αὐτόφυος est *ſua ſponte*, vel *a ſ*

i -

ipso editus. Φυτὸν in usu *plantam* significavit. Ab altera forma Φίω, (FIO,) quae transsumta fuit a Romanis, remansit φίτυ, itidem *plantam* notans. Sed hujus vocis prior syllaba producebatur, alterius corripiebatur. Hinc Φυτεύειν *plantare*, prima *brevi*, at a Φίτυ, φιτεύειν, prima *longa*. Legitur interdum, apud poëtas, φυτεύσας et φυτεύσατο, ubi modulus versuum syllabam primam postulat longam, atque adeo formas φιτεύσας, et φιτεύσατο, ignotas librariis, atque idcirco mutatas. — Transfertur etiam verbum φυτεύειν ad *arvum genitale, semine virili consitum.* Vir dicitur σπείρειν *serere*, ἀροῦν *arare*, φυτεύειν *plantare:* quae hoc sensu ubique occurrunt apud veteres poëtas. Legatur locus in *Sophoclis* Oedip. Tyr. vs. 1496.", &c. L. C. V.] [Quemadmodum supra geminum, vel triplex potius, verbum Φίω, demonstravimus, sic duplex videtur fuisse φύω. Primum enim illud certum est, fuisse stirpem Φύω a sono *efflantis* effictam, atque adeo verbum ὀνοματοπεποιημένον· de quo diximus in φυσάω. Alterum φύω stirps fuit verbi Lat. FUNDO, atque hoc ipsum quoque notavit FUNDERE. Vide in φυλή et φύλλον. Sed hoc Φύω *fundo*, ex ὕω, FύΩ, enatum fuisse ibidem diximus. Jam vero Φύω, posterius, alteri φίω, Latinis *Fio*, cognatum fuit: utque a Φύω ducta sunt φύλω, φύλος, φυλὶς, φύλιος, sic a φίω, φίλω, φίλος, φιλὶς, φίλιος FILIUS, nisi malis, φίλον, et φίλιον adeoque, a φίλω *osculor* esse facta. Caeterum, quum, mea quidem ex sententia, Φύω posterius sit a FύΩ, hoc vero ab ὕω· in oculos incurrit, Lat FILIUS, et Graec. υἱὸς ex una eademque stirpe profluxisse. Ὑιὸς a φύω, pp. est *fusus, effusus*, Hebr. יָצִיא. Idem notavit FILIUS ab ὕω, FύΩ, φίλω &c. An a notione illa proprie FUNDENDI explicari etiam potest phrasis notissima ἐν τ' ἄρα οἱ ΦΥ χειρὶ *inque ejus haesit manu*, quasi dicas: *effudit* se in manum, in brachia, *filii*, Il. Z, 253. et alibi? E. S.]

[Φωκὴ PHOCA, *vitulus marinus.* Est forma ducta a Praeter. perf. Act. verbi φάω. Conf. L. C. V. in φυλάσσω, et infra in Φύω. E. S.]


[Φωλεός, et Φωλεά, *lustrum*, *latibulum*, *antrum.* Ducere solebant Grammatici παρὰ τὸ φῶς, per antiphrasin, quam vocabant, „ *quia luce careat.*" Sed longe rectius duxissent a *lucendo*, quia *lux in illa* per foramen *intromittitur:* ut, nimirum, opponantur φωλεοὶ *cavernis obscuris*, *ubi nulla lux.* Hebraei *antra* ejusmodi, *in quae lux intromittitur*, similiter מאורות, a *lucendo*, vocarunt. Nescio tamen, an φωλεοὶ et φωλεὰ rectius repetas a verbo φάλω, cognato alteri φάλω, pp. *labor*, de quo supr. in φάλαγξ. Hoc pacto, voce Adjectiva, ab *illabendo* φωλεοὶ et φωλεὰ dicta fuerint: quod *tacito pede illuc sese recipiant*, *et sensim illabantur ferae.* E. S.]

Φωνὴ *vox.* A φάω *dico.*

Φὼρ FUR. A φὼρ, φέρω. [*Etymolog.* c. 804: 6. Φώρ· ὁ λῃστής, ὁ κλέπτης· παρὰ τὸ φέρω, φέρ, καὶ φώρ, μεταθέσει τοῦ ε εἰς ω, τὰ ἀλλότρια φέρων· ὅθεν καὶ φώριον — καὶ φωράσας· διερευνήσας, καταλαβὼν τὰ κλόπιμα. „ φὼρ apud Graecos idem est ac Latinorum FUR, *qui exquirit* abscondita, ut ea *sibi furetur.* Φὼρ pp. *is* est, *qui aliquid deprehendit.* Apud veteres vox haec in bonam sumta est partem: nam, *qui*, jussu magistratus, *res occultas exquirebat*, φὼρ dicebatur: sed postea in *malam* partem coepit usurpari vox pro FURE. A prima autem potestate, quae magis est generalis, φωρὰ notat *deprehensionem rei* occultae, et verbum φωρᾶν est *deprehendere rem* occultam. Inde Adjectivum αὐτόφωρος. — Apud Atticos saepe dicitur ἐπ' αὐτοφώρῳ λαμβάνεσθαι *capi in ipso facto.* Sic *fur manifestus* Latinis" &c. T. H.]

[Φώω (pro φαόω) in Fut. φώσω, unde verbum φώσκω in Praet. perf. πέφωκα. Hinc φῶκος, φώκη, φῶκον. Φώκη, Latine PHOCA: de qua *Martinius*, Etym.

Etym. Lat. p. 224. laudatis verbis *Plinii* Hist. Natur. L. IX, 13. ubi *Plinius*, de *Phocis*, „ *Ipsis in somno mugitus*" inquit „ *unde nomen* VITULI. *Accipiunt tamen disciplinam*, VOCE*que pariter* et *visu populum salutant: incondito fremitu, nomine vocati, respondent.* Ergo quasi *loquuntur*, ut videri possint φῶκαι dictae, a φῶ, id est φωνῶ *loquor, sono.*" Hactenus ille. Equidem malim a *lucendo*. A φάω repetenda etiam vox φαΐδες (contracte φῷδες) de qua lege *Foësii* Oeconom. p. 403, 404. Et φώσων, φώτιγξ &c. apud *Hesychium*, et *Eustathium*, col. 1151: 12. E. S.]





Χ.

Χάζω *recedo.* A χάω *hisco.* [Literam Χ, antiquioribus Graecis ignotam, ex altera Κ factam fuisse, *addita adspiratione*, *Lennepius* docuit, Analogiae Cap. II, p. 30. firmantque hoc observatum multa Latina, ex Graecis facta, ut „ LOCUS, Gr. λόχος, SICCUS σικχὸς, SCIDO σχίζω, ORCA ὔρχη &c. apud *Gatakerum*, Diss. de N. Instr. Stylo, Cap. II, col. 13. Hoc pacto verbum χάζω, ex origine sua, nihil aliud foret, quam κάζω, quod a κάω *findo.* Vide dicta in κάσσω, et κάω. A notione autem *findendi* propria descendisse oporteret illam intransitivam HISCENDI. Porro demonstravit idem vir cel. *Gatakerus*, l. l., „ literam Χ a Latinis saepe *omissam fuisse*, adspiratione simplici retenta: ut in HIRUNDO, Gr. χελιδὼν, HIR χεὶρ, HIEMS χεῖμα, HIO, HISCO χάω, χάσκω. Itaque ΧΑ'ΖΩ nostrum, et HISCO Lat. pro *chisco*, nostra ex derivandi ratione, et ipsa verba cognata sunt. A χάω, nempe, Futurum est χάσω, hinc χάζω· ab altera vero forma χίω, χίσω, χίσκω HISCO. Conf. et infra in χαίνω. E. S.]

Χαίνω *hisco.* A χάω. Alibi cel. *Lennepius:* „ A verbo χάω, Lat. *hisco, hiscendo pateo*, verbum ortum χάνω, et inde χαίνω, saepe, apud Graecos, ponitur pro *hiscere.* Inde compositum ἐπιχαίνειν, cum Dativo nominum, pp. significat *hiscendo imminere* alicui. Maxime autem metaphorice sic usurpatur de *vehementi desiderio aliquid obtinendi:* plane ut Lat.

Lat. *inhiare*. In quibus locutionibus translatio praesertim spectatur a *canibus venaticis*, qui, jam *prehensuri feram*, *ore patenti* ei *inhiant*." Conf. T. H. ad *Luciani Dial.* T. I, p. 348. Animadvertendum autem est, χαίνειν hocce, a Graecis, passim elliptice dici pro χαίνειν τὸ στόμα. Plena phrasis occurrit in versione Alexandrina, Genes. IV, 11. Καὶ νῦν ἐπικατάρατος σὺ, ἀπὸ τῆς γῆς, ἣ ἜΧΑΝΕ τὸ στόμα αὐτῆς. In Hebr. est פצתה את פיה. Conf. in χάω. E. S.]

Χαῖον *pedum*. A χάω. [Conf. cel. *Lennep.* Animadv. ad Col. p. 71. *Etymol.* c. 807: 41. Χαῖον, οἱ μὲν καμπύλην βακτηρίαν· οἱ δὲ ῥάβδον· οἱ δὲ λαγωβόλον, *Hesych.* Χαιός· ἀγαθός. Χαιά· ἀγαθή. „ Omnia a χάω &c. inquit *Is. Vossius*, ab *Albertio* laudatus. Nimirum ab *hiscendo* videtur notio *patendi* &c. Vide *Casaubon.* ad Theocr. p. 260. 261. E. S.]

Χαίρω *gaudeo*. A χάω *explico*, *aperio*, *hiscere facio*. [*Etymolog.* c. 807: 50. Χαίρω· παρὰ τὸ χῶ, τὸ διαχέω, παραγωγὸν χαίρω. A χάω *hisco*, dein *pateo*, verbum χαίρειν pp. videtur idem esse, quod Latini dicunt, *explicata*, *exporrecta*, *fronte esse*, opposite nempe, ad *frontem in rugas contractam*, *tristem*, *austeram*. Quo pacto proprietate sua ad amussim responderet Gr. χαίρειν Hebraeo שמח, Arab. سمح. Hinc etiam repetenda est notio *animi liberalis*, et *bene confidentis*. Unde *Hesych.* Χαίρετε· θαῤῥεῖτε. Idem *Hesych.* Χαίρειν· ἐῤῥῶσθαι. Τὸ χαίρειν ταῖς ἐπιστολαῖς προστίθεσαν. „ Primus dicitur Cleon, (quum cepisset Lacedaemonios in Pylo,) literas misisse ad populum, et inscripsisse: Χαίρειν ὑμᾶς λέγω. Multi hunc usum primum esse volunt, et, post *Cleonem*, eam scribendi rationem usitatam esse. Sed certum est, jam ante Cleonem usurpatam fuisse, in Epistolis, hanc formulam. Hinc ortum verbum, communis linguae, χαιρετίζειν, i. e. *alicui dicere* χαῖρε· et χαιρετισμοὶ *salutationes*." T. H.] [Conf. *Aristoph.* Plut. vs. 322. et ibid. a viro summo dicta. E. S.]

Χαίτη *coma*, *juba* equi &c. A χάω *laxo*, quod ab

explicando. [Χαίτη pp. est Adject. f. g. a χαῖτος, quod a κέχαιται, tertia perf. Praeter. Pasf. verbi χαίω *hisco*, (unde χαῖον *pedum*, pp. *hiscens* &c.) Inde χαῖτος *hiscere factus*, *explicitus*, pecul. *in partes*, ut solent diffundi *jubae* equi, χαῖται dictae. A notione *fundendi*, (quam ab *hiscendo*, in verbo χέω, repetit *Lennepius*,) duci commode etiam posset. *Hesych.* χαῖται· αἱ κεχυμέναι τρίχες. E. S.]

Χάλαζα *grando.* A χαλάω. [*Etymolog.* c. 805: 1. παρὰ τὸ χαλῶ· ἡ ἐκ τοῦ ἄνω πρὸς τὰ κάτω χαλωμένη· Conf. χαλάω. E. S.]

Χαλάω *laxo.* A χάω *fundo.* Alibi *Lennepius:* „ Verbum χαλῶ, (factum a χάω *hiscere facio*, vel *hisco*,) pp. significat *laxare*, et *laxando remittere:* quo sensu ponitur de *funibus*, *nervis*, similibusque, quae *tensa remittuntur* et *laxantur*" &c. Conf. idem in σχολή. [A χάω, nempe, est χάλω, cujus proximum derivatum χαλὶς ab *Hesychio* redditur ὁ ἄκρατος οἶνος, et ὁ μεμηνὼς, καὶ κεχαλασμένος τὰς φρένας. A χαλὶς porro est χάλιος, cujus foem. χαλία in *Hesychio* exponitur ἡσυχία. Notio *fundendi*, *diffundendi* &c. satis hic evidens est. Porro, a χάλω, aliud derivatum proximum fuit χάλος, ἡ, ον· in Dativo f. g. χάλᾳ· unde χαλάω, χαλάζω. Vide et in χαλινός. Ceterum a χαλάω productius factum fuit χαλαύω· unde χλαύω, et Lat. CLAUDUS. Vide *Schultens.* Comm. ad Proverb. Salom. p. 349. in חסס, item pp. *laxo.* E. S.]

Χαλέπτω *labefacto*, *damno adficio.* A χαλέω, vicino alteri χαλάω. [„ Χαλεπὸς pp. notat *durum.* Ex ea potestate fluxit primo significatio *difficilis*, dein ea *noxii.* Quod *cognitu difficile* est, dicitur χαλεπόν. Sed χαλεπὸν εἶναι τινὶ etiam notat *noxium esse alicui*" &c. T. H.] [*Etymolog.* c. 804: 54. σημαίνει δύο· τὸν δεινὸν, ὡς τὸ, — χαλεπός δὲ Διὸς μεγάλοιο κεραυνός (Il. Ξ, 417.) — Σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀδύνατον ὡς ἐν Ὀδυσσείας Κ, (vs. 305.) χαλεπὸν δὲ κ' ὀρύσσειν Ἄνδρα θνητόν. Possent alia benemulta, ex *Homero*, loca adjici, ut Il. Α, 546. Β, 245. Θ, 103. Ε, 178. 391. &c. Quae tamen verbi significationes ita videntur esse accipiendae,

dae, ut notionem *laxandi*, (quam primariam posuit *Lennepius*,) in omnibus significationibus, tanquam propriam, retineamus. Qua lege enim κλέπτω, pro καλέπτω, est a καλέπω, hoc vero a καλέω, cujus stirps κάλω· eadem a χάλω derivata sunt χαλέω, χαλέπω, χαλέπτω. Χάλω autem pp. notat *laxo*. Hinc forte χαλέπω pp. est *laxum facio*, atque adeo *solvo*, *dissolvo*, *corrumpo*, nisi malis, a *laxando* esse notionem *elaxandi*, *solutum demittendi*, ac *deprimendi*, *adfligendi*. A notione porro *laxati* et *demissi*, sive *deorsum tendentis*, est illa *gravis*, *duri* &c. Inspice hic dicta *Hesiodi*, Ἔργ. vs. 5. et *Homeri*, Ὀd. Δ, 423. et confer *Hesychium*, in χαλεπτεῖ, sive potius χαλέπτει. E. S.]

Χαλινὸς *frenum*. A χάλω *laxo*. [A χάλω, nempe, propagata sunt χαλὶς, χαλίω, χαλίνω. Vide dicta in χαλάω. E. S.]

Χαλὶς *vinum*, *merum*. A χάω, sive χάλω *laxo*. Conf. in χαλάω. E. S.]

Χαλκὸς *aes*. A χάλω. Forte a *fundendo*. [Analogice descendit a κέχαλκα, Praeterito perfecto verbi χάλω. *Gatakeri* observatio, in verbo χαίνω laudata, nos docuit, pro χ, Latinis saepe H adhiberi, idque rejecta, in Latinis vocibus, adspiratione, vel et eadem in Graecis adscita. Hoc quidem si in voce χαλκὸς obtineret, stirps ejus statui forte posset ἅλω HALO. Ea igitur lege, a Praeter. perf. ἕαλκα, descendisset ἀλκὸς· et hinc denuo χαλκός. *Etymol.* c. 805: 20. Χαλκὸς, κατὰ πρόσθεσιν τοῦ χ, Δωρικῶς, ἀλκὸς, καὶ χαλκός. Addit ille, dictum fuisse illinc χαλκὸν, ἐπεὶ πρὸς ἀλκὴν εὔθετός ἐστιν· ἢ παρὰ τὸ ἔχειν ἀλκήν· κ. τ. λ. Mihi quidem denominationis ratio parum perspecta est, aut saltem dubia. An fortasse dictum χαλκὸς a *vi debiliori*, et quasi *laxiori*, si comparetur cum *ferro?* Pro *ferro* tamen saepius χαλκὸν dixit poëta. Διότι, verba sunt *Etymologici* l. l., πρότερον εὑρέθη, παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, ὁ χαλκὸς· ὕστερον δὲ εὑρεθεὶς ὁ σίδηρος, ἐκάλεσαν αὐτὸν ὁμωνύμως τῷ χαλκῷ. Καὶ ὁ ποιητὴς, χάλκεον

κεν ἔγχος, ἐ τὸ ἐκ χαλκῦ, ἀλλὰ τὸ ἐκ σιδήρυ, τῇ παλαιᾷ συνηθείᾳ κ. τ. λ. E. S.]

Χαμαὶ *humi*. Dativus a χαμὰ, quod a χάω. [*Etymol.* c. 806: 20. Χαμαὶ ἢ παρὰ τὸ χῶ, ἢ παρὰ τὸ χθὼν, χθαμαὶ, καὶ χαμαὶ, κατὰ ἀποβολὴν τῦ θ. Suadere posteriorem hanc derivationem possit comparatio vocis, inde productae, χθαμαλὸς, quod ab *Hesychio* redditum ταπεινὸς &c. Prius tamen verisimilius reddet Lat. HUMI, quod pro CHUMI dixere, ex observatione *Gatakeriana*. Vicina certe fuerunt χάω et χέω *fundo*. Accedit quod Lat. HUMI videatur similiter esse *Dativus*, vel *Ablativus* singularis, ab obsoleto *humis*, ut *domi* a *domis*. Vide in χάω et in χθών. E. S.]

Χαράσσω *sculpo*. Si non a *sono* repetendum est, descendit a χάω. Alio loco cel. *Lennepius*: „ Verbum χαράσσω est a χαράω, cujus origo χάρω, vel simplicius etiam χάω. Significat autem χάρω ita *excavare, ut utrumque latus in acutum emineat*, atque inde reduplicata vox κάρχαρος significavit *asperum*. Inde jam χαράσσω pp. valet *sculpendo ita excavare, ut veluti sulci efficiantur:* quemadmodum fit *terram arando*. Hinc derivatum χάραξ eximie *sulcum* notat. Generatim autem inde χαράσσειν notat *sculpere*, vel *scalpere:* atque inde χαρακτὴρ pp. *is* est, *qui rem sculpit*. Unde, in usu linguae, hac voce dicitur *nota rei alicui imposita* et *insculpta, ex qua eam* dein *cognoscas*. Inde porro significat *imaginem* exemplari *simillimam*, qualem, nempe, repraesentat speculum. Conf. *Casaubon*. ad *Theophrasti* Character. p. 90. &c. Hactenus ille. — [„ Originem verbi perspectam habuit *Guietus* ad *Hesiodi* Ἀσπ. vs. 235." (ubi de *draconibus duobus* legitur: μένει δ' ἘΧΑΡΑΣΣΟΝ ὀδόντας *iraque* ACUEBANT *dentes*. *Guietus* vero ibidem observat, a χάρω esse χαράσσω, unde et κάρχαρος, reduplicatione, *asper, dentibus asperis*, ut καρχαρόδους &c.) „ In usu olim fuisse verbum χάρω, quod in Lexicis non reperietur, non solum liquet ex analogia,

gia, ſed et ex derivatis: quorum proximum χάρος, reduplicatum κάρχαρος, ſuperest, et ſignificat *dentibus aſperum* vel *acutum*. Itaque prima verbi ſignificatio fuit *acuo*. Inde ortum χάρω, χαράσσω, notat *ſculpo*: quae ſignificatio ab illa *acuendi* profluxit. Adfine verbum est SCALPO, unde SCALPRUM et *ſcalpellum*, *quod acuit ſcalpendo*. χαρακτὴρ *res ſculpta*, *nota impreſſa*, atque adeo *ſimilitudo*, *imago*, *exemplum ſimillimum*, εἰκών. Conf. Epiſt. ad Hebr. c. I, 3. cum illa ad Colosſ. I, 15. — *Scriptor* libri *ſapientiae* (Cap. VII, 26.) uno in loco poſuit, ut idem ſignificantia, χαρακτῆρα, εἰκόνα, et εἰσόπτρον." L. C. V.] [Conf. et T. H. ad *Ariſtoph*. Plut. vs. 294. Ceterum a χάρω dixisſe videntur quoque χαρκὸς, pro hoc autem χαλκὸς, pp. *qui acuitur*, et, Subſtantive, *aes*, vel *ferrum*. Veſtigium pronunciationis hujus verbi χάρω (tanquam χάλω) exſtat in verbo SCALPO, quod haud dubie est a χάω, unde σχάω, σχάζω et σχάλω· hinc σχάλπω SCALPO. Conf. et infra in χάρτης, quod ſimiliter a κέχαρται. E. S.]

χάρις *gratia*, *venuſtas*. A χάω. Dicitur autem ab *explicando*. Conf. in χαίρω. Alibi cel. *Lennep*. „ χάρις generatim idem ſignificat, quod GRATIA apud Latinos. A verbo χάρω, cujus loco pronunciatur χαίρω, Lat. *gaudeo*." [*Etymolog*. c. 806: 51. παρὰ τὸ χαίρω, χαρὰ, χάρις. —— Σημαίνει δὲ —— τὴν εὐπρέπειαν, ὡς τὸ· Ὥς μὲν τῷ περίχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις. Locum innuit Etymologus, Od. Ψ, 166. Conf. in χαίρω. E. S.]

χάρτης CHARTA. Non male *Euſtathius* a χαράττειν derivabat, ad Hom. p. 631: 43. „ καὶ ἔοικεν" inquit „ ἀπ' αὐτοῦ (nempe χαράσσω) ὁ χάρτης εἶναι. Paullulum haec ſunt varianda. Pro χάρτης, alia quoque terminatione in α, veteres dixere χάρτα, Lat. CHARTA, ut pro ποιητὴς, ποιητὰ &c. Vide *Clark*. ad Hom. Il. A, 175. Jam vero hoc ipſum (ſive χάρτης, ſive χάρτα) recte ducendum fuerat a verbo χάρω, unde propagatum, χαράω, dedit χαράσσω. A χάρω enim in Praeter. perf. Pasſ. est κέχαρμαι, σαι, ται· unde χάρτης.

της. Sed, eodem duce *Eustathio*, facile simul apparebit, ipsum quoque verbum γράφειν a nostro χάρω, unde χάρτης, et χάρτα, diversum origine non fuisse. Verbum γράφω recte derivaverat *Etymologus* a γράω *sculpo*. Atqui hoc ipsum γράω mollius pronuntiatum fuit, pro χράω· χράω autem contractum est ex χαράω, quod a χάρω. Itaque, ut finiamus, χάρτης, s. χάρτα, (a κέχαρται,) pp. est *qui exaratur*, sive *insculpitur*, Substantive, *cortex* arboris, sive *liber*: eadem fere forma vocis, qua χαρακτὴρ a κέχαρακται. Pro *cortice* vel *libro* arboris, substituta dein *papyro*, nomen ipsum χάρτης, CHARTA, in usu remansit. E. S.]

χάρυβδις *Charybdis*, *vortex maris*. A χάω. [Pro voce composita habet *Martinius*, ex χάος *hiatus* et ῥοιβδῶν *stridens*, vel *sorbens cum stridore*: atque ad hanc etymologiam adlusisse poëtam existimat, Iliad. M, (leg. Odyss. M, 104.) ubi ait Τῷ δ' ὑπὸ δῖα χάρυβδις ἀναΡΡΟΙΒΔΕῖ, μέλαν ὕδωρ· Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναΡΟΙΒΔΕῖ Δεινόν· μὴ σύγε κεῖθι τύχοις, ὅτε ῬΟΙΒΔΗ'ΣΕΙΕΝ. Sed in origine vocis exprimenda ipsum poëtam hallucinari potuisse, quis praefracte negaverit? —— A χάρω propagari potuit χαρύω, hinc χαρύβω, χαρύβδω, χάρυβδις. Vide porro *Eustath.* p. 1716. E. S.]

Χάρων CHARON. *Orcus*, et *orci portitor*. Dicitur a χάρω. [A χάρω, unde productum χαίρω. Per antiphrasin, sive Euphemismum quendam, fuisse dictum χάροντα, *qui nemine gaudeat*, conjicit *Eustath.* ad Hom. Il. A, p. 16. Sane χαίρειν esse productum a χάρειν quis dubitaverit, qui conferat χαρὰ *gaudium*, χάρμα, χαρμονὴ, χάρις, ἐχάρην? Quo pacto χάρων, (quod Genitivum casum habet χάροντος, ut τύπτων, τύπτοντος) haud dubie Participialis forma est, atque adeo *gaudentem* deberet notare. Sed χάρω (a χάω ductum) primaria notione sua significavit *hiscere*, *patere*: unde χάρων antiquitus idem videtur fuisse atque *hiscens*, *patens*, atque adeo aptum *orco* nomen, se-

ſecundum illud poëtae (Aen. L. VI, 43.) *Noctes atque dies* PATET *atri janua Ditis.* E. S.]

χατέω *egeo*, a χάω *hisco*. [A χάω, nempe, in tertia Praeter. Pasſ. κέχαται, est χατὶς, pp. *hiatus*, ſive *hiatio*, et hinc *cupiditas*. „ HIARE est *vitioſe patere*, et ad *cupiditates malas* refertur. *Cicero* in Verr. III, 8. c. 4. *Huic homini ſi cujus domus* PATET, *utrum ea* PATERE, *an* HIARE, *ac poscere aliquid videtur*." GESNER. in Theſ. L. L. ubi plura. *Heſychius:* χατίς· ἐπιθυμία, χρῆσις. Etiam χῆτις, χάτος et χῆτος, apud *Euſtathium*, c. 210: 8. 769: 31. Unde jam porro χατέω, χατίζω *deſidero*, *cupio*, nempe, *patente*, aut *hiscente*, quaſi *ore*. A χατέω hoc repetendum quoque est Lat. SCATEO: diverſa tamen translatione uſitatum. SCATERE, nimirum, aut *ſcatĕre*, pp. quidem est *hiare*, at dein ex *fonte* ſive ex *hiatu terrae erumpere:* unde apud *Lucretium*, L. V, 950. *Largifluum fontem* SCATERE *atque erumpere flumen.* Vide *Forcell.* et *Geſnerum:* et conſule infra L. C. V. in χάω. Vide et nos in χίω. E. S.]

χαῦνος *laxus*. A χάω *hisco*. [χαῦνος· παρὰ τὸ χαίνω, χανὸς, ὡς φαίνω, φανός· καὶ, πλεονασμῷ τῦ υ, χαῦνος, ὁ κεχηνὼς, καὶ ἄπυκνος. Proxime repetendum videtur a χαῦς, cui cognatum χάος, quod a χάω. χαῦνος νῦς *mens* dicitur *inaniter tumida*, intus quaſi *hians*, et *cava*. E. S. „ Ut χαῦνα pp. esſe putanda ſint, quae *hiaſcentia*, ſeu *hiatibus* quibusdam *diducta*, *fiunt laxiora* et *fungoſiora*." Vide *H. Stephan.* Theſ. T. IV, col. 303. 304.]

[χάω *hio*, *vacuus ſum*, *capio*. „ Verbum γάω, per γ, olim ſignificabat *capio*. In Lexicis vulgatis γάω hoc non reperietur; *ter* tamen annotatum ab auctore *Etymologici magni*, p. 221. 244. 523. quibus in locis γάω ſignificare dicitur τὸ λαμβάνειν, καὶ τὸ δέχομαι. Litera χ deinceps introducta in Alphabetum Graecum, ſcribere coeperunt χάω. Et haec forma remanſit in uſu, et illinc derivata, χαίνω,

 χαί-

χαίζω, et χάσκω *hisco*, i. e. *pateo*. Quae in Lexicis prostant, significationes, sub his verbis, fluxerunt a prima *capiendi*. A verbo χάω remansit proxime derivatum χάος. Sic vocabant *vastum* illud *inane*, *rerum creandarum capax*. — Illinc remansit etiam χήμη *hiatus* oris oscitantis. A tertia Praeter. Pass. κέχασαι nomen fluxit χαστὸς, unde ortum Latinorum VASTUS, ut recte vidit *L. Bos*, in Animadverss. ad Orig. Lat. p. 84. Ab eodem verbo χάω orta fuerunt nomina primum χάολος et χάορος· quae usu contracta sunt in χῶλος et χῶρος, quorum hoc, ex origine, notat *agrum patentem*; qualis *Ovidio* dicitur *Purus ab arboribus, conspicuus undique campus*. — A χάω etiam (sive χάζω) χάσμα, unde (Luc. XVI, 26.) χάσμα μέγα *intercapedo magna*. — Interpretis Latini, qui eo (*Lucae*) loco dedit CHAOS *magnum*, versionem laudat *J. G. Graevius*, in Lectt. Hesiod. Cap. 25. *Spatium medium* inter coelum et terram, χάος μὲν ὀνομάζουσιν. Conf. *Probus* in Virgilii Eclog. VI." &c. L. C. V.]

χέζω *caco*, *alvum depono*. A χέω *fundo*. [Conf. *Aristophanis* Nubes, vs. 390. et *Martinium* in Etymol. ad hanc vocem. Unde constabit de convenientia hujus verbi cum Teutonico verbo ejusdem fere soni. E. S.]

χεῖλος *labium*. A χέω *fundo*, *explico*. [*Etymolog.* c. 811: 11. παρὰ τὸ χέειν λόγους. Quam derivationem merito damnavit *L. Bos*, in Dissert. de Etymol. Gr. p. 46. Idem χεῖλος potius dictum censebat „ pro λεῖχος, per *transpositionem literarum*, a verbo λείχειν *lambere*, *lingere*, eodem modo, quo βρέφος *infans* dicatur, pro φέρβος, a φέρβω *nutrio*" &c. Cel. L. C. V. „ Vetusta (nominis χεῖλος) forma fuit χέλυς et χέλος, cujus origo sita in verbo χέω, quod, aeque ac χάω, antiquitus significavit *hisco*. A χέλυς nomen χελύνη, (ejusdem significatus, cujus est χεῖλος,) reperitur in *Aristoph.* Vespis, vs. 1078. ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων *prae ira labra mordens*. Recte ibid. Scholiastes χελύνην interpretatur τὰ χείλη.

He-

Hesychius χιλῶναι· χείλη. Ita enim legendum esse, monui in Obss. Miscell. Vol. VIII, p. 156. Inde nomen χελυνοίδης, quod ab *Eustathio* ad Od. Λ, 434: 40. exponitur ὁ μεγάλα χείλη ἔχων, Bel. *een diklip.*" &c. Conf. porro in χελύνη. E. S.]

χεῖμα *hiems.* A χέω. [*Etymolog.* c. 809: 57. χεῖμα παρὰ τὸ χέω γίνεται. Plura habet *Eustath.* p. 905: 9. Ἐκ τοῦ χέειν, ἡ χιὼν, ὥσπερ καὶ ὁ χειμών· εἰ καὶ ὁ μὲν χειμὼν εὐλόγως φυλάξας τὸ ε τοῦ θέματος, προσέλαβε τὸ ι, ἡ δὲ χιὼν, κατ' ἄλλην ἀναλογίαν, ἐξέπεσε τοῦ θεματικοῦ ε &c. „ χειμάζω *hiemo* est a χείμη. Habuerunt Graeci χεῖμος, χείμη, et neutrum χεῖμα· quod a κέχειται, verbi χέω, vel χείω. Per formam illam in ων, Collectivam, a χεῖμος oritur χειμὼν *hiems.* χειμάζω *hiemem transigo*, θερίζω *aestatem transigo*, ἐαρίζω *vernum tempus dego*, ὀπωρίζω *autumnum ago.* De regibus Persarum narratur, solitos illos fuisse, diversis in regionibus, χειμάζειν, ἐαρίζειν, θερίζειν, et ὀπωρίζειν &c. T. H. Collectivae formae in ὼν fiunt ex Genitivis Plur. Itaque χειμὼν pp. repetendum est a χεῖμος vel χείμη, notatque *pluviarum* tempus sive *tempus* anni *pluviosum*, Belg. dixeris *den regentijd.* E. S.]

χείρ *manus.* A χέρω, quod a χέω *explico.* [*Etymol.* c. 810: 40. χεὶρ παρὰ τὸ κρατῶ. Ipsam denominationis rationem vidit *Etymologus:* formam vocis, et propriam stirpem ignoravit. Stirps est χέω, vel χείω, cognatum verbum alteri χάω, i. e. HISCO. Pro χέω etiam χίω (Lat. HIO) dixerunt. A χέω igitur, (quod pp. est *hiare* sive *hiscere*, at dein *cavitate sua complecti*, adeoque *capere*, *accipere*,) *manus*, sive potius *vola manus* dicta olim fuit χὲρ: unde supersunt *Genitivi* antiqui χερὸς, χειρὸς, ab *Eustathio* commemorati, p. 110: 35. *Dativus* porro Singularis, χερὶ (Il. Θ, 289. Υ, 182. Ω, 101.) ac *Dativ.* Plur. χερσὶ, Il. Α, 14. 77. 298. et alibi passim. A forma autem productiore χείω superest Nominativus χεὶρ, (olim etiam χὴρ,) cum Genitivo χειρὸς sive χηρὸς &c. Pro χεὶρ Latini HIR dixerunt, adspiratione emollita. Confer observationem eruditiss. *Gatakeri*, in

in χάζω, a nobis laudatam. Originem verborum χάω et χέω eleganter reclusit *Valck.* ad Theocr. Adoniaz. p. 255. „ Capio" inquit „ in veteri lingua Graeca γάω et γέω dicebatur: postea, literis adspiratis in usum receptis, χάω (χάζω, hinc ortum, in nostris libris fuit custoditum) et χέω unde *Homeri* χείσεται, (Od. Σ, 17.) Conferri poterunt *Etymol. Magn.* p. 809: 50. *Eustath.* in Od. Σ, p. 653. 2. et in Il. X, p. 1356. 41." Haec ille. Vide etiam *Ernest.* ad Od. Σ, 17. p. 156. Itaque χὲρ, χεὶρ, χὴρ *manus* dicta ab *complectendo*, *capiendo*, et ipsum manus Latinorum fortasse a μάω, unde μάρω, μάρπω, μάρπτω *capio.* Verisimilem reddit hanc derivationem, quod *manus* olim etiam μάραι dictae fuerunt, unde εὐμαρὴς, et δυσμαρὴς, i. q. εὐχερὴς, et δυσχερής. Conf. *Voss.* Etymol. in voce manus. E. S.]

[Χείρων (in Genit. χείρονος) *pejor.* Habetur pro Comparativa forma nominis Adjectivi κακὸς *malus*, cujus quidem Superlativus sit χείριστος *pessimus.* Pro χείρων Poëtae usurpant χερείων, et χερειότερος. Sed postremum hoc manifesto est ab obsol. Positivo χέρειος. Stirps est χέω, unde χὲρ, χέρω, χερέω, χερείω· uti a χεὶρ χείρω. A χέρω etiam superest χέρης, in Genit. χέρηος. Unde in Dativo χέρηϊ, Il. A, 80. in Nomin. Plur. χέρηες, Od. O, 323. et in Accus. Plur. χέρηα, Od. Σ, 228. Opponuntur ibi ἀγαθοὶ et χέρηες, ἐσθλὰ et χέρηα. Observavit cel. *Valcken.*, loco supra laudato, (sub χεὶρ) verba χάω et χέω eadem esse, quae olim γάω et γέω, i. e. *hisco*, *apertus sum.* Utrum inde χέρης pp. *apertus*, *simplex*, et hinc *vilis*, ut Belgar. slegt? An vero χέω, χάω, simul conferenda sunt cum κέω, κάω· ut, qua metaphora a κάω fit κακὸς, eadem forte a χέω fit χέρος, χέρης &c.? E. S.]

[Χελιδὼν *hirundo.* *Etymol.* c. 808: 16. varias derivationes habet, ἢ παρὰ τὸ τὰ χείλη δονεῖν, ἢ παρὰ τὸ τὰ χείλη οἰδαίνειν, ἢ παρὰ τὸ τοῖς χείλεσιν ᾄδειν. Compositiones hae etsi minus placeant, tamen illud certum videtur esse, quemadmodum Latinorum hir (Gr.

(Gr. χεὶρ) et HIRundo nomina sunt ab eadem stirpe prognata, ita et Gr. ΧΕ'Ρ, et ΧΕΛιδὼν voces cognatas esse. Accedit quod χελιδὼν, notante *Hesychio*, dicatur etiam τὸ κοῖλον τῆς ὁπλῆς, τῶν ἵππων, καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἄνωθεν τοῦ ἀγκῶνος, τὸ κατὰ τὰς καμπάς. Ubi notio *cavitatis* nos jubet ad stirpem χέω, χέρω, χέλω, χελίω &c. recurrere. E. S.]

[χέλυς *testudo*, *pectus* &c. A *cavitate*. Conf. in χεῖλος, et χλεύη. E. S.]

χέῤῥος, sive χέρσος, *desertus*, *incultus*. [A χέρω, quod a χέω. Conf. χῆρος. A notione *hiandi*, *hiscendi* est illa *vastitatis*: ut in cognata voce χάος, quam vide in χάω. *Hesych.* χέρσος· ἡ ἔρημος γῆ, καὶ ΤΡΑΧΕΊΑ, καὶ πᾶσα γῆ ἄκαρπος, καὶ ἀνέργαστος. *Steriles* et *incultas* virgines *Sophoclem* vocasse χέρσους, observant Lexicographi. Conf. simile שוממה Jes. LIV, 1. E. S.]

χέω *fundo*, pp. *hiscere facio*, *laxo* &c. [Cum adspirata litera χ, pro γέω, Graecos dixisse χέω, docuit cel. *Valck.* ad Theocr. Adoniaz. loco descripto, sub voce χείρ. Itaque γέω pp. est *hisco*, dein per meton. ex *hiatu*, vel *foramine ampliore fundo*, *profundo*. Conf. in χίω. *Etymol.* c. 809: 31. χέω κυρίως ἐπὶ τοῦ ὕδατος λέγεται κ. τ. λ. Futurum huic verbo tribuitur χεύσω, plane ut a πνέω dicitur formari πνεύσω. Sed rectissime, (apud eundem *Etymol.* l. l. col. 38.) *Eulogius* Scholiasta malle se, ait, recipere *Praesentia* tempora, χεύω et πνεύω. — „ Verbum χέω *fundo* in Praeter. Medio habet ἔχοα· unde χοὴ *fusio*. Hinc χόανος *vim fundendi habens*, quod contrahitur in χῶνος· cujus porro foem. est χώνη, Substantive significans *infundibulum*, sive *instrumentum*, *per quod* aliquid *infundimus*, Belgice *een trechter.*" &c. T. H. Etiam χύω dixere, unde Praet. perf. ἔχυκα, et Pass. ἔχυμαι, σαι, ται. Hinc χυμὸς, χῦμα, χύσις, χύτης, χυτὸς &c. Conf. infra suo loco, in χύω. E. S.]

χηλὴ *forfex*: *forceps* cancrorum, *ungula bisulca* &c. A χάω. [*Etymol.* c. 811: 14. χηλὴ ὁ ὄνυξ. Ὥρος

Ὦρος δὲ λέγει κυρίως τὴν χηλὴν, ἐπὶ τῶν διονύχων ζώων· χηλή τις οὖσα, παρὰ τὸ διεχίσθαι &c. Nimirum ab *hiscendo*. Conf. in χεῖλος, et χλευή. E. S.]

[χὴν *anser*. Recte *Eustathius*, c. 254: 28. 1178. 10. παρὰ τὸ χαίνειν, καὶ χανδὸν ἐσθίειν. Opportune confert *Martinius* verbum productius χηνιάω *ore hiante, et in cachinnos resoluto, ridere*. Nisi sit a *sono*. E. S.]

χηραμὸς *caverna*. A χάω *hisco*. [Alias scribitur χειραμὸς, scriptione antiqua, et originem nominis a χέω, χείω, clarius prodente. Rectissime ex parte *Scholiastes* Nicandri, laudatus a *Martinio:* χειραμὰ τὰ κοιλώματα, παρὰ τὸ χεῖσθαι. Nimirum a χείω est χείρω, et, per η scriptum, χήρω: unde χηράω. Hinc in Praeter. perf. Pass. κεχήραμαι· unde χηραμός. Vide et in χῆρος. E. S.]

χῆρος *viduus*. A χάω *hisco*. Alibi sic fere *Lennepius:* „ Contractum est ex χάερος, ortumque a verbo χάω *hisco*, *pateo*, ut κλῆρος a κλάερος. Hinc igitur χῆρος, α, ον. Latinorum nominum VIDUUS, et VIDUA, eadem est ratio: oriuntur enim ab antiquo verbo VIDO, unde compositum DIVIDO. Ita χῆροι, sc. ἄνδρες. VIDUI. *Hesych.* χῆροι· ἄνδρες, μὴ ἔχοντες γυναῖκας. (Idem χῆραι· αἱ μὴ ἔχουσαι ἄνδρας.) Graecis vulgo per ellipsin dicitur χήρα, i. e. VIDUA. Sed plene legas γυναῖκα χήραν Luc. IV, 26." &c. [Opportune *Martinius*, ad vocem Lat. VIDUUS, monuit, proxime id esse ab IDUO: quod ab IDO, unde IDUS, et Lat. FIDO, *findo*, quin et VIDO, VIDEO, i. e. *acumine visus penetro*. Ceterum uti Lat. VIDUUS, et Gr. χῆρος, dicunt, eadem propemodum metaphora Belgae loquuntur: *na* GESCHEURDEN *bedde* &c. E. S.]

χθὲς *heri*. Pro ἐχθές. Ab ἔχω. [Plene legi ἐχθὲς apud *Theocritum*, post *H. Stephanum*, admonuit *Scapula:* quod ipsum ἐχθὲς formam vocis antiquiorem judicabat *Etymologus* c. 809: 22. „ ἀναλογώτερον" inquit „ δὲ ἐστι, καὶ κυριώτερον, καὶ πρῶτον, τὸ ἐχθὲς, τοῦ χθές. Teneatur etiam (indice *Menagio*, in Amoenit.

nit. Jur. Civilis, p. 339.) cum χθὲς convenire Lat. HERI, ut HUMI, HIEMS, HIO, respondeant τοῖς χαμαὶ, χειμὼν, χάω. Sane ab ἔχω, sive potius ab ἐχέω, dixere Graeci ἐχετὸς (ut ἐχετὴς *dives*, pp. *qui habet:*) porro ἔχτος, ἔχθος. Conf. supra in ἔχθος. At vero ἔχω est *teneo*, *attineo*, unde de *contiguitate* dicitur: ut in ἔχεσθαι τινὸς, *firmiter adhaerere alicui*. Hinc igitur ἐχθὲς *hesternus* dies, *cum praesenti*, quasi, *cohaerens*, *nexu indivulso*. Ac nescio, utrum Lat. vetus HER, sive HES, unde HERI, HESI, *hesiternus*, HESTERNUS, repetenda sint ab ἔρω, ἔρω, *necto:* an potius ab ἔχω, ἐχέω, sint ducenda ἐχθὲς, χθὲς, χὲς, HES, HER, et hinc demum HESI, HERI. E. S.]

χθὼν *humus*, *terra*. Pro ἐχθὼν ab ἔχω. [Conf. χθὲς, pro ἐχθές. Nescio equidem, an stirps vocis χθὼν statuenda sit verbum χέω, cognatum alteri χάω, unde χαμαί. A χαμαὶ vero χαμαλὸς, et χθαμαλός. Adsurgamus tamen maximo viro, T. H., cujus haec est, de voce nostra, commentatio: χθών. Tametsi χθαμαλὸς *depressus*, *humilis*, adfine videatur, formam praefert peregrinae vocis: quam ab Aegyptiis manasse credibile est. Quae, de ejus (χθὼν) origine, commentantur Grammatici, neque coelum nec terram tangunt. Quanquam χθὼν saepius idem sit, quod γῆ, proprie tamen inde differt, ut a *terra*, TELLUS. Nam γῆ *suprema* est *orbis terrarum* facies, quae *colitur* et *habitatur:* χθὼν tota *telluris moles*, ejusque simul *infimi recessus*. Ideo *lunam* ἀντίχθονα Pythagorei vocabant, quasi *alteram tellurem*, sive *tellurem*, *orbi terrarum oppositam:* quanquam alii, per ἀντίχθονα, intelligi velint *hemisphaerium*, *telluris* nostrae *hemisphaerio adversum*. Conf. *Chalcidius* ad Timaeum Plat. p. 323. et ibid. *Fabricius*. Aliam hujus vocis potestatem explicuit *Is. Vossius*, ad Mel. I, 1. Hinc χθόνιοι dicuntur et *terrestres* et *inferi dii:* quamvis saepius utraque virtus, per adjectas Praepositiones, ita distinguatur, ut *illi* sint ἐπιχθόνιοι, hi καταχθόνιοι, vel ὑποχθόνιοι. Lege *Salmas.* ad Sol. p. 51. &c. Conf. etiam dicta in χαμαί. E. S.]

χίλιοι,

χίλιοι, αι, α, *mille.* A *fundendo.* Stirps χέω. [Incertior est vocis hujus derivatio. Pro χίλιοι, Aeolas χέλλιοι dixisse, docet *Etymologus*, c. 817: 1. 2. Sunt, qui velint, τὸ MILLE Latinorum ab hoc ipso χέλλιοι esse repetendum. Sed nimia apparet diversitas inter literas M, et X, quam ut convenire possint hae voces: nisi forte utraque litera, tam χ, quam *m*, ab initio praeposita, pro *servili* accipienda sit, atque adeo stirps utriusque sit ἴλω, vel ἕλω, *volvo, convolvo, complector.* Hac lege MILLE Lat., in Plur. MILLIA, χίλια, foret quasi *convolutio, complexus numerorum:* qua fere ratione Hebraei *mille* dixere אלף (Ar. ألف) a *conjungendo, copulando.* Malim tamen repetere a χίλω, sive χείλω, *capio.* Conf. infra in χιλός. E. S.]

χιλὸς *pabulum*, pecul. *jumentorum.* A χέω *fundo.* [Scribitur etiam χειλός. *Etymol.* c. 811: 48. χειλὸς δὲ ὁ χόρτος τῶν βοσκημάτων, παρὰ τὸ χεῖσθαι τῷ ἔλει. Stirps mihi quidem videtur esse χέω *capacitate complector, capio.* Unde χείλω productum, et hinc χεῖλος, pp. significans *id quod, hiante ore, capitur*, pabulum. A *capiendo* autem, sive *complectendo* numeros, forte etiam χείλιοι, χίλιοι *millia.* Conf. χίλιοι. E. S.]

χιτὼν *tunica.* A χέω. [*Etymol.* c. 812: 10. παρὰ τὸ κεχεῖσθαι τοῖς σώμασι, χυτών· καὶ, τροπῇ τοῦ υ εἰς ι, χιτών —— Διαφέρει δὲ πέπλου· ἐπὶ μὲν γὰρ ἀνδρῶν, λέγεται χιτών· ἐπὶ δὲ γυναικῶν, πέπλος. „ Frequentissimi usus vocabula χιτὼν, et ἱμάτιον, accurate distinguenda sunt. Non adnotavit *Ammonius* differentiam, quia a quibusvis observabatur. χιτὼν dicebatur *tunica interior*, quam ex *lino* plerumque conficiunt; *interulam* vocant Latini. Ἱμάτιον *vestis* erat *superior*; *reliquis vestimentis*, cum foras prodirent, *imposita: pallium* Latini dicunt." L. C. V. χιτὼν, ῶνος, videtur esse nomen collectivae formae, ut δενδρὼν, ὦνος, ἐλαιὼν, ὦνος &c. Analogice fit a χιτῶν, pro χιτόων, vel χιτάων, id est *Genitivo Plurali*, masc. vel foem., generis a Singul. Nom. χίτος, vel χίτη. Haec vero a χέω, Lat. HIO. Itaque dicta videtur *interula* ab *hia*ti-

ribus, vel *foraminibus*, quae in *interulis* sunt, per quae membra corporis, *caput*, puta, *brachia* &c. inseruntur. E. S.]

[χίω verbum apud Graecos obsoletum. „ Quintuplex olim forma verbi fuit: χάω, χέω, χίω, χόω, χύω de quibus quatuor, in Lexicis, reperiuntur. Quintum periit, χίω. Sed remansit inde nomen χιὼν NIX, pp. *nix* per terram *fusa*." L. C. V.] [Servavit hoc ipsum χίω Latina lingua, non tantum, in forma verbi derivata, HISCO, (quod pro CHISCO dici, monuimus jam supra, in χάζω, ortumque pp. est a χίσκω, Futuro verbi χίω; a quo χίσω, χίζω, apud Graecos quoque superest σχίζω,) verum etiam in totidem literis (dummodo adspirationem tollas) constante verbo HIO. Egregium exemplum usus proprii nobis praebet *Sallustius* Historicus, L. IV. laudatus a *Nonio Marcell*. Cap. IV; § 228. *Atque* HIAVIT *humus multa* VASTA *et profunda*. Plura dabit *Forcellinus*; qui et hoc laudavit *Valerii Flacci*, L. VI, 705. *subitos ex ore cruores Saucia tigris* HIAT, i. e. ore aperto evomit. Locus hic est quantivis pretii, ad metonymicam vim demonstrandam; qua, praegnanti constructione, HIARE *cruores* dicitur; pro *hiante ore evomere*. Ita enim et χέειν, χεύειν, pp. est *hiare*, dein *ore hiante eructare*, *effundere*. E. S.]

χιὼν, όνος, *nix*. A χίω *fundo*. [*Etymol*. c. 812: 19. παρὰ τὸ χέω &c. Nimirum χέω, sive potius χίω, pp. est HIO, dein *hiante* ore *evomo*; *fundo*, *effundo*. Spurce poëta, citatus a *Quinctiliano*, L. VIII, 6. § 17. *Juppiter hibernas cana* NIVE CONSPUIT *Alpes*. Conf. *Valck*. in χίω. E. S.]

χλαῖνα *laena*. A χάλω *laxo*. [*Etymolog*. c. 812: 21. παρὰ τὸ χλιαίνειν, ὅ ἐστι θερμαίνειν, χλίαινα καὶ χλαῖνα· λέγεται μὲν χλαῖνα, τὸ παχὺ, καὶ χειμερινὸν ἱμάτιον· χλανὶς δὲ, τὸ λεπτότατον, καὶ μαλακὸν, καὶ τρυφερόν· χλαμὺς δὲ τὸ περιφερὲς, καὶ κυκλοειδὲς, τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον σαγομάντιον, ὅπερ ἐφόρουν οἱ κηροφόροι· ὁμοίως παρὰ τὸ χλιαίνω χλιαμὺς, καὶ χλαμύς. „ χλαῖνα *amictus*, *hiemi conveniens et densior*: uti constat ex *Hesiodi*, Ἐργ. vs.

337. ubi vide *Graevium.* — Grammatici deducunt (quam tamen etymologiam praestare nolim) a χλαίνω, vel χλιαίνω, *tepefacio, foveo:* unde et χλαινὶς, χλανίδος. Sed hanc posteriorem vocem usus, pro *amiculo molliore* et *tenui*, posuit. Ad eandem originem, quaecumque sit, quin referri debeat etiam χλαμὺς, minime dubitandum videtur." T. H. Latinos pro χλαῖνα, abjecto χ, LAENAM dixisse, monuerunt *Vossius* in Etymol. voce *Laena*, *Graevius* ad Hesiod. l. l. et alii. Conf. in χλαμύς, et χλίω. E. S.]

χλαμὺς *vestis genus.* A χαλάω *laxo.* [Conf. *Etymolog.* citat. in voce χλαῖνα. „ Apud Graecos quidem χλαμὺς plerumque est *vestis militaris*, sed Latini multo latius extendunt. Vide notas ad *Polluc.* L. X, § 124. et Addenda. Propria quodammodo fuit epheborum, quos militiae munera obire, regionemque, in castellis excubantes, servare oportebat. Hinc τῶν ἐφήβων φόρημα apud Poll. L. X, § 164. et *ephebica chlamys*, *Apulej.* Metam. L. X, 254. Hinc μειράκιον κεχλαμυδωμένον, Athen. L. II, p. 47. Plura subministrabunt *Valesius*, ad Mausac. notas in Harpocr. p. 320. *Kuhnius*, ad Poll. L. VII, § 46." T. H.]

χλεύη *risus.* A χέλυς, quod idem ac χεῖλος *labium.* [*Etymol.* c. 812: 38. χλεύη σημαίνει τὴν ἀπάτην, χειλεύη τὶς οὖσα, παρὰ τὸ ἠρέμα ἀνοίγειν τὰ χείλη κ. τ. λ. „ A nomine χέλυς (de quo vide sub χεῖλος) fluxit χελύω hinc vero, vocali in diphthongum versa, χελεύω: unde porro χελευή, et, vocali elisa, χλευή. A χλευὴ χλευάζειν, significans primo *labia movere*, dein *labiis motis illudere:* ut *oculorum motu illudere* dicitur ἰλλώπτειν et ἐπιλλίζειν. L. C. V.]

χλιαίνω *tepefacio.* A χάλω *laxo.* [*Etymol.* c. 812: 21. χλιαίνειν θερμαίνειν. Progressus analogicus talis videtur fuisse. A χάλω est χαλίς; a χαλὶς productum fuit χαλίω hinc contractum χλίω, unde vox χλία, quam in Dativo habuisse oportet χλίᾳ, sive ΧΛΙ'ΑΙ. Hoc ipsum vero χλίᾳ ex se dedit novum verbum χλιαίνω *tepefacio*, sive

five potius *tepore relaxo* et *dissolvo*. Eximius hanc in rem est locus *Sophoclis*, (ex *Athenaei* L. XIII.) ab *H. Stephano* laudatus ἥλιος ἦν, οὐ παῖς, Εὐριπίδη, ὅς με χλιαίνων γυμνὸν ἐποίησεν *sol erat, o Euripides, non puer, qui me calefaciens*, (pp. *calore suo relaxans*) *nudum fecit*. Apud *Hippocratem* χλιάσματα dicuntur *fotus humidi*, qui, nempe, *obstructiones tepore* suo *relaxent*. Vide hic *Foësium*, in Oecon. voce χλιαίνεσθαι. Conf. in χλίω. E. S.]

Χλίω *luxu frango*. A χάλω *laxo*. [Vide dicta in χλιαίνω. Sed res altius est repetenda. Stirps χάω idem olim significavit ac cognatum χέω, HIO, i. e. *ore aperto emitto, halitum edo* &c. A χάω productum est χάλω, Lat. HALO. A χάλω dein factum χάλις, in usu sermonis *vinum*, seu *Bacchum*, significavit a *relaxando*: nisi malis, simpliciter, dici ab *exhalando*. A χάλις est χαλίω, Lat. HALIO, obsoletum, unde mansit HALITUS, ἀναπνοή. A χάλω etiam χάλη, (in Dat. χάλῃ, vel χάλῃ,) unde χαλάω, vel χαλέω, et χαλίνω, quod reliquit Gallorum HALEINE. A χαλίω non tantum est χαλία, apud *Hesychium* redditum ἡσυχία *quies*, quasi *exhalationem*, sive *exspirationem*, ἀποπνοήν, dixeris: verum etiam contractum nostrum verbum χλίω, quod pp. significavit *halare*, vel *exhalare facio*, atque adeo *remissum, laxum reddo*. *Hesychius* χλίει· θρύπτει *luxu frangit*. Conf. viros doctos, supra laudatos in Θρύπτω. Eadem certe Metaphora LUXUM Latinos a λύειν *luendo*, pp. *solvendo*, dixisse, in vulgus nota res est. In transitu adhuc observari meretur, a Graeco χλάω, quod, pro χαλάω positum, transitive notavit *exhalare facio*, atque adeo, *tepefacio*, (quae vis maxime conspicua est in productori χλιαίνω,) a χλάω igitur, sive derivato ejus, χλάνω, χλαίνω, ductas esse voces χλαινὶς, χλαῖνα, χλανίς, quae a *tepefaciendi, calefaciendi*, notione, *vestes, laenas* &c. significarunt. Ceterum a χαλίω, contracte χλίω, factum est χλίδω· hinc χλίδη *luxus, mollities effeminata, relaxatio* corporis mentisque. A χλίδῃ Dativo, χλιδαίνω, χλιδάνω, uti ab

ab altera forma χλίδη, χλιδέω, χλίδημα &c. Vide cel. *Ruhnk.* ad Tim. p. 276. E. S.]

χλόα, five χλόη, *herba.* A χάλω *laxo.* [*Etymol.* c. 812: 44. χλόη παρὰ τὸ φλέω, τὸ ἀναπέμπω, φλόη, καὶ χλόη, ἡ ἀπὸ τῆς γῆς ἀναπεμπομένη, καὶ αὐξάνουσα. Haec nimis coacta. E ftirpe χάω, unde χάλω, five potius e vicina ei forma, χέω, (cognata alteri γέω *explico*) ortum est χέλω, unde χέλος, et χεῖλος, χεῖλος, *labium*, nempe, *extrorfum explicitum.* Ab eodem χέλος productum fuit χελόω, contr. χλόω. Conf. dicta in γελάω. Jam vero χλόος, ex illa origine, pp. est *explicitus:* unde χλόα, five χλόη, foem. in plantis pp. *id* notare videtur, quod *explicet* fefe, ac *diffundat folia*, nempe, et *frondes:* differtque ideo vox χλόα ab altera πόα. Vide *H. Stephani* Thef. T. IV, c. 537. A χλόος autem, five contracto χλοῦς, repetenda est vox χλούνης, in Pl. χλοῦναι, qua voce, *Etymologo* docente, c. 812: 45. dicuntur οἱ σύαγροι, i. e. *fuum* f. *aprorum venatores*, οἱ ἐν ταῖς χλόαις εὐναζόμενοι, καὶ διατρίβοντες. A χλόα porro defcendit χλοαρός, a χλόη χλοερός, vel χλωρός. Pro χλοαρός contracte dicitur χλωρὸς *germinans*, *tener*, *mollis.* E. S.]

χναύω *vellico.* A χάνω *hisco.* [A ftirpe χάω, vel ab altera ejus forma, χαμὶ, aut χημὶ, in Infin. est χάναι, quod *Hefychius* reddit ἀνοῖξαι στόμα. Idem productius est χάνειν· unde χανὼν στόμα in *Hefych.* ἀνοίγων στόμα. Et χάνος *rictus* oris *aperti*, *magnoque hiatu diducti*, apud *Polluc.* L. II. § 97. Quare et *pifcis* quidam χάννος dictus ab *immani rictu.* Vide *Euftath.* c. 1778: 18. Huc etiam pertinet, Adverbialiter pofitum, χανδὸν, *Hefychio* ὅσον δυνατὸν ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι πλατύ. Jam vero ab eodem χάνω, five potius a derivata ejus forma χάνω, factum est χανάω, ut a χαύς χαύω. Pro χανάω contracte dixerunt χνάω· hinc producta χναύς, et χναύειν pp. *hiante ore imminere*, five *inhiare*, et metonymice λίχνως ἐσθίειν· *Euftath.* p. 1063: 38. 1314: 8. *catillonum more avide vorare.* Dein tenuiori fignificatu idem, quod περιχαλίζειν, περιτίλλειν, i. e. *avido ore undique carpere et*

vel-

vellicaret: quo pacto respondet Belgar. KNAUWEN. *Eustathius* p. 1314: 8. simpliciter derivavit a χνάω unde fit χναύω, uti a ψάω ψαύω a λάω λαύω· ab ἄω αὔω, a χράω χραύω. E. S.]

χοῖνιξ *mensurae genus*. A χόω *fundo*. [Etiam *pedicas quasdam* dictas fuisse χοίνικας, in quas *pedes immitterentur*, docet *H. Stephanus*, cum aliunde, tum ex *Aristophanis* Pluto, vs. 276. *At tibiae tuae clamant*: ἰοὺ, ἰοὺ, τὰς ΧΟΙ'ΝΙΚΑΣ, καὶ τὰς πέδας ποθοῦσαι. „ Ubi speciei" inquit „ subjunxit genus, ad vitandam amphiboliam. Sunt enim χοίνικες, πέδαι τινές, eaeque βαθεῖαι καὶ περιφερεῖς, ut ex *Hesychio*, et *Aristophanis* Scholiaste discimus, qui etiam addit, χοίνικα nominari πᾶν περιφερές." Haec ille. Itaque rectius a CAVANDI notione, (quae est in χάω, χόω &c. ex illa *hiandi* ducta,) dici, monuit vir summus, T. H. „ χοῖνιξ pp. est *figura* omnis *excavata*, *in quam* aliquid, vel *inseri*, vel *infundi potest*. Hinc ponitur de *mensurae genere*, in quam merces infunduntur. Significat et *modulum*, sive *foramen rotae*, per quod axis immittitur, et transit, pro quo, hac potestate, etiam foeminine dixere χοινικίς. Porro, in carceribus, χοίνικες erant *nervi lignei*, quibus pedes immissi constringebantur" &c. E. S.]

χοῖρος *porcus*. Forte a χόω. [χοίρους pp. dici τῶν συῶν τὰ ἁπαλὰ καὶ νεογνὰ, adnotavit, ex *Aristophane* Grammatico, *Eustathius* ad Od. Ξ, 8. c. 1752: 14. 24. 26. τῶν συῶν οἱ μὲν τέλειοι, καὶ ἔνορχαι, κάπροι· οἱ δὲ πίονες αὐτῶν, σίαλοι· ἡ δὲ τέλεια σῦς μόνον. Ἱππῶναξ δὲ — τὰ ἐπὶ ἁπαλὰ καὶ ἔνικμα ΧΟΙ'ΡΟΙ. Postrema haec observatio „ *teneros* UDOS*que porcellos* χοίρους *dici*," lucem fortasse praebebit etymologiae: qua, nimirum, χοῖροι dicantur a χέω, χόω, *fundo*. E. S.]

χολὴ *bilis*. A χόω *fundo*. [*Etymol*. c. 813: 30. χόλος παρὰ τὸ χέω — ἡ πρωτὴ ἔκκαυσις τῆς καρδίας, καὶ ΔΙΑ'ΧΩΣΙΣ τῆς χολῆς, πρὸς ὀργὴν, χόλος λέγεται κ. τ. λ. „ χολὴ foem. gen. pp. ponitur pro *bile*. Nonnunquam χόλος, masculinum, *bilem* significat, sed foemininum, hac in voce, proprium est. Nam χόλος, mas-

masculinum, pro *ira gravi* ponitur. Hinc χολοῦσθαι &c." T. H. Videtur haec vox ejusdem originis esse atque altera χολὴ, de qua supra. *Fundendi* vis utique propria est. An hinc χολὴ pp. est *fusum*, *diffusum*: quod de *bile* dici eximie potuit, per sanguinem *diffundi* haud raro solita, unde morbus oritur, a Medicis *icterus* dictus. Eadem autem *fundendi*, *diffundendi*que significatio ad *mentem* transferri potuit, a negotiis, quibus arcte premebatur, solutam, liberamque sibi permissam: hunc statum χολὴν dixere. Itaque voces χόλος et χολὴ pp. significasset idem, quod Lat. *diffusus*, vel *diffusa*, unde deinceps Substantive adhibitae. Conf. et supra in ὀργή. E. S.]

χόνδρος *granum*, (vel *omne id*, *quod ex continuo seorsum concrevit*, ut *salis grumi* χόνδροι ἁλὸς· *thuris micae*: *cartilago* item &c.) A χέω. [*Hesychius*: χόνδροι ἁλῶν· παχεῖς ἅλες. Si conferas cognata χάω, χάνω, χαίνω HISCO, cum χόω, χόνω, χόνος &c. videri possit, χόνδρον pp. significasse *id*, *quod hians*, sive *hiatu diductum*, *sit* ab aliis, atque adeo seorsim concretum. E. S.]

χορδὴ *intestinum*, et hinc i. q. Lat. CHORDA, (i. e. *fides*, *ex intestino contorto*, *et arefacto*.) Compone χορός. [Vocem χορδὴ cognatam quoque esse praecedenti χόνδρος, suadere videtur glossa *Hesychii*: χόνδρας· χορδάς. Eadem certe stirps est χέω, unde χόρω, χόρδω, χόνδω &c. χόω autem vicinum fuit alteri χάω *vacuus sum*, *capio*. A *vacuitate* igitur, seu *capacitate*, *intestinum* χορδὴ dici potuit. E. S.]

χορὸς *Chorus*. Proprie ab *explicando*, *capiendo*. Pertinet ad χέω. Alio loco cel. *Lennepius*: „ χορὸν Graeci dixerunt *ordinem saltantium*. Ex hujusmodi choris antiquitus praecipue constitisse comoedias et tragoedias, quando nondum essent excultae, abunde e veteribus constat." &c. [*Etymol*. c. 813: 46. χορός· οἶμαι παρὰ τὸ χαίρειν· ἢ ἐκ τοῦ χώρος· ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τὸ περιεχόμενον· ἢ χαίρω χαρός, καὶ χορός· ἢ παρὰ τὸ χεὶρ χειρός, χορός. Si conferamus Latinam vocem CHORS, quam alii

alii CORS (*cortis*) scribunt, verisimile videri possit, eandem esse vocem, per contractionem factam e Graeco χορὸς, ut MORS ex μόρος, SORS ex σορός &c. Jam vero, uti λαός *populus* dicitur a λάω *capio*, et COPIAE a *copio*, cognato alteri CAPIO, ita videri possit χορὸς, sive CHORS, esse a χόω, quod idem ac χάω. Plura dabimus in χόρτος. E. S.]

χόρτος *herba*, *foenum*, *cibus*: *septum*. A χόρω. [*Etymol.* c. 813: 53. ἢ παρὰ τὸ κείρω, κόρτος, καὶ χόρτος. Καὶ χόρτος αὐλῆς, ὁ τῆς αὐλῆς ὅρος· χόρτῳ γὰρ ἀντὶ τειχίων ἐχρῶντο κ. τ. λ. Derivata haud dubie vox fuit a χόρω, quod a χόω. Porro a χόρω, in tertia Praet. Pass., est κέχορται, et hinc χόρτος, Latine HORTUS, ut χίω Latinum est HIO, χεὶρ Lat. HIR &c. Est autem χόρτος, productior forma, quam altera χορὸς, unde contractum fuisse diximus Lat. CHORS, vulgo CORS, *cortis*, scribi solitum. Ceteroquin, pro χορὸς hocce, Graecis usitatius fuit χόρτος. Stirps χόω, (cognatum verbum alteri χάω, itemque τοῖς χέω, χίω, χύω,) pp. significavit *hiare*, et *patere*. Inde *explicare*, vel, intransitive, *explicari*, ut *germina* arborum *flores* &c. cum *hiatu* quodam ac *fissione*, *explicantur*, et *diffunduntur*. Hinc χλόη vel χλόα *germen*, *folium*, *frons*. Ex eadem stirpe χόρτος, (pp. *id quod progerminat*,) *herba*, *foenum*, deinde *cibus*, &c. A foeminina ejusdem forma χόρτη, vel χόρτα, est χορτάζω *satio* &c. *Etymol.* χορτάσαι· παρὰ τὸν χόρτον, τὸν παραβαλλόμενον τοῖς ὑποζυγίοις, καὶ ὅτι πρὸ τῆς εὑρέσεως τῶν ἡμετέρων τροφῶν, τούτῳ ἐκέχρηντο. Sed, alio flexu significandi, idem χόρτος *septum* notavit, notione ducta, ut videtur, a χόω, χόρω, quatenus a primaria vi *hiandi* fluxit illa *cavitate sua comprehendendi*, atque adeo *cingendi*, *sepiendi*. Unde χόρτος pp. idem est ac Lat. SEPTUM. Ita Il. Λ, 773. αὐλῆς ἐν χόρτῳ, coll. Il. Ω, 640. Illuc respicit glossa *Hesychii*: χόρτος — ὁ περίβολος τῆς αὐλῆς. Eidem Lexicographo χόρτος dicitur non tantum κύκλος et στέφανος, sed etiam οὐρανοῦ τὸ περιέρισμα, quod CAVAM CORTINAM dixisse *Ennium*, adnotavit *Sopingius*. χόρτος autem, (id est, *septum*,) di-

dixere pro *horto*, plane ut Hebraei גן a גנן *sepsit*, HORTUM vocarunt: et Belgae suum *tuin* itidem a *sepe*. Conf. *Vossii* Etymol. E. S.]

[χέω forma verbi, vicina aliis χάω et χίω· quae omnia haud dubie, per ὀνοματοποιΐαν, a sono HIANTIS sunt efficta. A notione autem HIANDI non tantum producta est significatio *cum hiatu effundendi*, *evomendi* &c. (quorsum pertinet illud *Valerii Flacci*, supra jam citatum, „ *subitos ex ore* CRUORES *Saucia tigris* HIAT":) verum etiam altera inde notio fluxit *expandendi*, *explicandi*; qui enim *hiant*, iis os, immani saepe rictu, *panditur*. Igitur a χέω hoc superest nomen χοὴ pp. *effusio*, *libamen*, et alia forma χοῖς: unde apud *Hesychium*, χοῖ, χώματι· χόος, χῦς, *terra effusa*: porro χόλος, χολὴ, *bilis*. Conf. etiam L. C. V. in χέω et alia passim praemissa. E. S.]

χράω *commodo*. A χείρω· Conferatur χείρ. [Χρῶ σημαίνει πέντε· τὸ ξέω, ἐξ οὗ χραύω, χραύσω, Ἰλιάδος Ε (vs. 137. 138. Ὅν ῥά τε ποιμὴν ἀγρῷ ἐπ' εἰροπόκοις ὀΐεσσι χραύσῃ μὲν τ' αὐλῆς ὑπεράλμενον, οὐδὲ δαμάσσῃ.) χραύσῃ, ἀντὶ τοῦ ἀμύξῃ ἐπ' ὀλίγον τὸν χρῶτα, ἐπιξύσῃ. — Τὸ μαντεύομαι, ὡς τὸ, τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος χρῇ: — Τὸ κτῶμαι, ἐξ οὗ καὶ χρήματα. — Τὸ ἐφορμῶ, ὡς τὸ — (Od. K, 64.) Τίς τοι κακὸς ἔχραε δαίμων; — Τὸ παρέχω, ἐξ οὗ καὶ τὸ κιχρῶ, κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν· καὶ χρηστὸς, ὁ ἀγαθὸς, ὁ πᾶσιν ἑαυτὸν παρέχων. Verbum χρᾶν, ex hac quidem Etymologi observatione, *quinque* (toto coelo, ut videri possint, diversa) notavit, I. *Radere*, sive *stringere*. II. *Oraculum edere*. III. *Possidere*. IV. *Furiose invadere*. V. *Commodare*. Vinculum tamen diversissimarum harum significationum, quod revera datur, vir ille eruditissimus non demonstravit. Consulantur igitur, praeter *Lennepium* nostrum, viri summi *L. C. Valck.* ad Herodot. L. VI, 75. p. 472. et *D. Ruhnken.* ad Timaeum, p. 104. Origo certissima est verbum χάω, vel χέω, quod, cognatum aliis χάω, γέω &c. pp. notavit *hisco*, *pateo*. Unde ducta est notio transitiva *faciendi*, *ut quid hiscat*, atque adeo notavit *radere*, *insculpere*, *scarificare*, *in-*

incidere leviter, &c. A χέω autem est χέρω et χείρω, unde χὲρ et χεὶρ *manus*, pp. *vola manus patens*, et *comprehendens* aliquid: hinc χείρω CAPIO, *manu prehendo*. A χὲρ porro propagatum χεράω, χράω, per metonymiam, notavit *capere manu*, vel, ut ipse *possideas*, vel, *ut* alteri *des*, adeoque *dare utendum fruendumve* alteri. Hebr. לקח *capere*, per eandem metonymiam, est *fruendum dare*, Pf. LXVIII, 19. Itaque χρᾶν notat *commodare*. „ Verbi χρᾶν propria vis est Activa, *utendum praebeo*. Aelian. Hist. L. XIV, 10. Itaque χρᾶν τὰ ἀργύρια dicitur, qui *pecuniam*, vel quamlibet *aliam rem*, *dat mutuam*; et χρήστης, duplici potestate, qui *nummos foenore*, et *collocat*, et *accipit*: adeoque *creditor* et *debitor*. *Thom. Magister* in voce, et *H. Valef.* in Mausfac. not. ad Harpocr. p. 339. χράομαι vero, secundum vim verborum Mediam, pp. *utendum* vel *peto*, vel *mihi sumo*, et dein in universum *utor*. Haec propria notio ad *deos* transfertur, qui, quum *consulentes* de futuris rebus *monent*, hominum *usibus inserviunt*, *seque* iis, quasi, *utendos praebent*. Ideo *dii* χρᾶν dicuntur, quando *respondent* atque *interrogantibus oracula dant*: apud *Homer*. Od. Θ, 79. 81. *Herodot*. L. VI, 25. &c. — Contra *hominum* est χρᾶσθαι, vel χρῆσθαι τοῖς θεοῖς, sive τῷ μαντείῳ, *deos*, eorumve *oracula consulere*, vel, (ut pari modo Latini loquuntur,) *adhibere deos*, et, apud *Tacitum*, Annal. L. II, 54. *Apollinis oraculo uti*. *Ulysses*, apud *Homerum*, Od. Ψ, 323. ad inferos descendit, ψυχῇ χρησόμενος Θηβαίου Τειρεσίαο. Vide *Thom. Magist.* in voce. Neque hujus potestatis expers est Passivum: unde κεχρησμένον, vel κεχρημένον, *oraculum redditum*: *Antisthenes*, p. 182. et *Alcidamas*, p. 185. ἐχρήσθη etiam, et ἐκέχρηστο, *oraculum est datum*, saepe habet *Herodotus*." &c. T. H. Denique notio *furiose invadendi* videtur itidem repetenda esse ab illa *manu apprehendendi*, vel *manum injiciendi gravem* ac *ponderosum*. *Hesych.* Ἔχραεν· ἐπεβάρησεν. *Eu-*

stathlus ἐπιέστιον· χραίειν τὸ ἐπιπλήττειν. Conf. Il. Φ, 369. Od. E, 396. στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων. Od. K, 64. E. S.]

χρεία *utilitas*. Conf. χράω, et χρή.

χρεμετίζω *hinnio*. A *sono* equorum. [*Hesych.* χρεμετίζει· κελαρύζει ὡς ἵππος. Conf. et *Bocharti* Hierozoic. P. I, L. I, c. 7. Nescio tamen, an forma verbi sit productior, orta a simpliciori χρέμω, χρεμέω &c. A χρέμω, certe, quod verbum habet *Etymologus*, c. 814: 46. (nisi forte malis, a κέχρεμαι, Praeter. Pass. verbi χρέω, Lat. SCREO) est χρεμὸς; quam vocem *Hesychius* reddit χρεμετισμός. A χρεμὸς porro est χρεμετὸς, ὁ, ὄν· a cujus Dativo Sing. f. g. χρεμετῇ fluxit χρεμετάω. *Hesych.* χρεμετᾷ· ἠχεῖ. Ab eodem quoque χρεμὸς est χρεμετὴς· et hinc demum χρεμετίζω, ut a χρεμὸς, (quod ex *Hesychio* supra dedimus,) descendit χρεμέω, vel χρεμίζω. Hujus *Futurum* Act. est χρεμίσω, Aoristus ἐχρέμισα, et in tertia Plurali ἐχρέμισαν· quod, augmento neglecto, adhibuit *Hesiodus*, Ἀσπ. vs. 347. Τῶν δ' ἵπποι μὲν ἔπειθ' ὑπεναντίοι ἀλλήλοισιν Ὀξεῖα χρέμισαν. Ubi Grammatici, per insignem anomaliam, positum volunt ἐχρέμισαν, pro ἐχρεμέτισαν. Conf. omnino T. H. in χρέμπτομαι. E. S.]

[χρέμος *piscis* nomen. χρέμης *mustelae* species: et nomen senis, CHREMES, a χρέμω nisi malis a κέχρεμαι, Praeter. perf. Pass. verbi χρέω SCREO. Sed vide T. H. in χρέμπτομαι. E. S.]

χρέμπτομαι *screo*. A sono. [„ Antiquum verbum fuit χρέμω, notans *raucam vocem edo*. Hujus derivatum nomen Substant. est vel *masc.*, vel *neutr. gen.*, ὁ χρεμὸς, et τὸ χρέμος. Unde ortum verbum χρεμέω, quod periit. Ab hujus autem tertia Praet. Pass. κεχρέμεται est χρεμετὸς, pp. notans *hinnitum* equorum, sive *asperam* illam, *tremulamque*, *vocem*, *quam equi hinniendo edunt*. Hinc frequentissimum verbum est χρεμετίζειν *hinnire*. Ab eodem porro χρέμω est χρέμπω, et χρέμπτω, quod usurpatur de *senibus*, *raucum sonum*, *ex imo pectore*, *edentibus*; atque adeo *screa-*

tum notat. A χρέμος est χρεμύλος, forma Adjectiva, eaque pp. forma Dorica diminutivorum: qua analogia a σιμὸς est σιμύλος· a μικὸς vel μικκὸς *parvus*, μικκύλος *parvulus*; ab ἔρως, ἔρωτος, *amor*, ἐρωτύλος." T. H.] [Conf., quae vir summus dedit ad *Aristoph.* Pluti argum. p. 6. E. S.]

χρέος *debitum*. A χρέω. Conf. χράω. [„ Notat *mutuum*, vel *foenori datum*: a χρέω, quod eandem potestatem habet ac χράω, pp. *utendum* sive *mutuum do* alicui, et hinc *foenori do*; nam pecunia, quae *foenori* datur, utique *datur utenda*. Attica quoque forma dixerunt χρεὼν, pro χρέον, quod pp. est Particip. neutr. generis: licet hoc quidem rarius simpliciter pro *debito* ponatur. Frequentissime autem χρεὼν dicitur pro *morte*; quasi *debitum* dicas, quod *homines naturae debeant*. Unde Latinorum locutio *reddere debitum naturae*" &c. T. H.] [Conf. *Eustath.* ad Hom. p. 166: 1. *Bergler.* ad Alciphr. L. I, Ep. 25. et Viri docti ad Hesych. voce χρεώ. E. S.]

[χρέω, verbum apud Graecos deperditum, at in lingua Latina servatum, cum praeposito S, in SCREO. Praeposuisse Latinos saepissime literam S, nota res est ex Lat. SCRUTA, Graec. γρῦτη· SCOENUM, et COENUM &c. Vicissim vide in σφάλλω, et FALLO; σφίγγω, et FINGO. E. S.]

χρήζω *opus habeo*, pro χρηΐζω. [*Etymol.* c. 815: 5. Χρήζω· ἐνίοτε σημαίνει τὸ δέομαι, ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον· ἀπὸ γὰρ τοῦ χρέος γίνεται χρείζω, καὶ, τροπῇ τοῦ ε εἰς η, χρηΐζω· — Χρηΐζοντο καὶ αὐτοί· — Καὶ, κατὰ συναίρεσιν, χρήζω. κ. τ. λ. „ Forma verbi vetus est Attica. χρεία est *necessitas* ἐν χρείᾳ τινὸς εἶναι significat *egere aliqua re*. *Plato* de Rep. L. VIII, p. 466. Τύραννος, inquit, πολέμους τινὰς ἀεὶ κινεῖ, ἵν' ἐν χρείᾳ ἡγεμόνος ὁ δῆμος ᾖ. Forma quoque fuit vocis χρέος. Hinc χρείζειν *egere*, *opus habere*. Pro χρεία, Ionice χρηΐα, et, pro χρείζειν, Ionice χρηΐζειν scribebatur. Haec forma Atticorum, modo contracta, dedit χρήζειν." L. C. V. Conf. in χράω, χρῆμα et χρησμός. E. S.]

χρῆ-

χρῆμα *res.* A χράω. Alio loco cel. *Lennepius:* „χρῆμα pp. *rem* notat, *qua uti posſis*, a κέχρημαι, Praeterito Pasſ. verbi χρᾶσθαι· uti πρᾶγμα pp. *res* est *geſta*, vel *acta*, a πέπραγμαι verbi πράττω. Itaque χρῆμα *res* quaecumque dicitur, *uſui apta*, vel et *in uſum converſa:* atque hoc ſenſu pasſim obvium est apud veteres. Inde factum est, ut in Plurali χρήματα ſpeciatim vocaverint *opes*, *divitias:* quo ſenſu Atticis ſcriptoribus est frequens. Quum autem, inter *divitias*, principem locum teneat *pecunia ſignata*, poſteriores quoque Graeci, eam, voce χρήματα, deſignaverunt." [*Etymol.* χρῆμα κυρίως τὸ διὰ χειρὸς ἔργον, οἷον χέρημα. Nimirum, a χερέω, pp. *in manus capio*, atque adeo *tracto*, (Franco Gall. *manier*,) est κεχέρημαι. Hinc χέρημα, χρῆμα, pp. *quod in manus ſumitur*, ſive *manu arripitur*, *tractatur*, *res*, *negotium* &c. A χρῆμα, χρήματος, χρήματι, est verbum χρηματίζω *rem tracto* &c. Conf. huc *Hederici* Lexicon, in voce. *Heſychius* χρηματίζει· — πράττει, λαλεῖ, χρήματα συλλέγει. Hinc *Etymol.* c. 816: 50. χρηματίζεσθαι· τὸ χρήματα πράττεσθαι. Alibi *Lennepius:* „ A χρῆμα, ſignificante *rem quamcumque*, *quam quis tractat*, verbum χρηματίζειν ortum, eximie poni ſolet de *regibus*, *imperatoribusve*, quando cum legatis *de publicis agunt negotiis*. Hinc DEUS χρηματίσαι dicitur, *jusſus ſuos* et *mandata* hominibus *patefaciens:* quomodo Moſes κεχρημάτισαι, (Epiſtol. ad Hebr. c. VIII, 5.) i. e. *mandata a Deo accepit*. Alia paullum ratione idem verbum notat *oracula edere:* cujus locutionis modus facile intelligitur. Ad hanc normam quoque, in N. T., dicuntur χρηματίζεσθαι *ii*, *qui Divinitus admonentur*, ſive per *ſomnia*, ſive per *viſa*, ſive *alia* quacumque *ratione*. Conf. *Matth.* II, 12. 22. Act. Apl. X, 22. Vi originis ſuae, χρηματίζειν nil aliud est, quam *res tractare*. Alius adhuc ejus verbi uſus est, quo ſignificet *res ita agere*, et *tractare*, *ut nomen* inde *conſequaris;* ex quo ſimpliciter idem quoque valet, quod *nominari*, vel *di-*

dici. [Ad Rom. c. VII, 3." &c. Conf. et χρησμός. E. S.]

[χρησμὸς *oraculum.* „ Oritur a κέχρησμαι, Praeter. perf. verbi χράω· quod duplex formavit Perfectum κέχρησμαι, nempe, et κέχρημαι. Horum posterius pertinet ad generalem potestatem verbi χράομαι, qua significat *utor:* prius vero (κέχρησμαι) referendum est ad specialem verbi usum, quo notat *oracula reddere;* atque hinc est χρησμὸς *oraculum.*" T. H.] [Nisi fortasse etymologia ita constituenda sit, ut forma quidem κέχρημαι sit a χράω, altera vero κέχρησμαι pp. pertineat ad verbum χρήζω, quod, iota neglecto, scripserint pro χρήζω. Vide de hoc et conf. omnino Analogiam *Lennep.* p. 89. 90. Ceterum, ab ejusdem verbi tertia perf. Praet. Pass. κέχρησαι, repetendum est nomen χρηστὸς, de qua alibi T. H. „ χρηστὸς, a χράω" inquit „ pp. *utilis, qui usui est, aptus: quo quis uti potest.* Ea potestate apud veteres poëtas occurrit; quanquam rarius. Alioquin Graece χρηστὸς *homo* dicitur, qui aliis est *utilis*, adeoque *probus* et *bonus.* Propria *utilitatis* potestas est in alio Adjectivo χρήσιμος· quod semper *utilem*, nunquam vero *bonum*, notat." Hactenus ille. Finiamus in χρὴ *opus est:* quod nonnulli veterum pro *Adverbio*, alii vero longe rectius pro *Verbo*, acceperunt. Scriptum est, namque, χρὴ, pro χρεῖ, estque adeo pp. tertia Sing. verbi χρέω, quod contractum esse potuit ex χερέω, pp. *ad manum sum, ad usum sum, usui sum.* Verbum illud χρέω, revera, hoc significatu polluisse, probat Futurum χρήσω. Itaque χρὴ verti potest *usui inservit, usus est, opus est, oportet.* E. S.].

χρίμπτω *accedo.* A χρίω. Compone χράω, χρέω. [*Etymol.* c. 815: 27. Σημαίνει τὸ περιβάλλω, καὶ προσπελάζω. Ἀπὸ τῆς χειρὸς, χειρίπτω· πλεονασμῷ τοῦ μ, χηρίμπτω· καὶ συγκοπῇ· κυρίως γὰρ τὸ ταῖς χερσὶ συναντᾷν, καὶ περιβάλλειν, καὶ προσεγγίζειν. Olim scriptum fuisse χρίπτω (sine μ) docent viri cel. *Wesseling.* ad Herod. L. II, p. 132: 5. et *Ruhnk.* ad Tim. p. 106. Signi-

Significationem vero *manibus amplexandi*, ſive *manus adhibendi*, probare videtur locus *Euripidis*, in Andromache, vs. 528. Λίσσου δὲ γόνατι δεσπότου ΧΡΙ΄ΜΠΤΩΝ, ὦ τέκνον. An hinc forte eſt notio *admovendi ſe*, vel potius *manuum pedumque motu accedendi?* ut in *Euripidis* Ione, vs. 156. αὐδῶ μὴ χρίμπτειν θριγκοῖς. Vide et Phoeniſſ. vs. 99. Rheſ. vs. 644. In forma Med. χρίμπτεσθαι, apud eundem in Cyclope, vs. 404. 405. Ἐγὼ δ' ὁ τλήμων, δάκρυ' ἀπ' ὀφθαλμῶν χέων, Ἐχριμπτόμην κύκλωπι, καὶ διηκόνουν &c. De compoſito ἐγχρίμπτω lege virum ſummum *Ruhnk.* l. c. E. S.]

Χρίω *ungo*. Pro χερίω, quaſi dicas *manibus tracto*. [„ In lexicis reddi ſolet *ungo*, *inungo: lino*, *illino*, item *pungo*, *ſtimulo*. Cui mirum videbitur, ſignificationes *pungendi*, et *ungendi*, in uno verbo, poſſe conſiſtere, huic attendendum eſt, quid vulgo eveniat? *Apes*, quando *ſpicula* ſua *cuti inſinuant*, *ſtimulo puncta*, et *compuncta*, *cruore illinuntur*, ac *perunguntur*; diciturque Latinis *unctus cruore*, ut *tincta cruore arma* dixit *Horatius*, Carm. L. II, 1, 5. Quandoquidem autem *cruorem*, quo membra *illinuntur*, *ſtimulus* praecedit; *pungendi* ac *ſtimulandi* notio, in verbo χρίειν, prior fuit, quam illa *ungendi* et *illinendi*. Primam autem iſtam *ſtimulandi* vim verbo χρίειν, quod vulgo ſignificat *ungere*, tribuit *Aeſchylus*, in Prometheo Vincto, vs. 598. ubi *morbus*, inquit, μαραίνει με, χρίουσα κέντροισι φοιταλέοισι *tabefacit me*, *pungens aculeis furialibus*. Quin imo compoſitum ἐγχρίειν, ſecundum Atticiſtas, eximie gaudet iſto ſignificatu *aculeum immittendi*. — Derivata vero hujus verbi χρῖμα, χρίσις, et ΧΡΙΣΤΟ΄Ν, vim ſuam traxerunt ab *ungendo*. Plura dabunt οἱ πάνυ *A. Schultenſius*, Origg. Hebr. T. II, p. 36. et *D. Ruhnkenius*, ad Timaei Lex. voce ἐγχρίμπτειν, p. 104. ſſ. E. S.]

χρόα, ſive χροιά, *color*. A χρόω. Conf. χρώς. [*Etymol.* c. 815: 32. Γίνεται παρὰ τὸ χρῶ, ὃ σημαίνει τὸ βάπτω· ἐξ οὗ καὶ χρῶμα. „ Χρόα ſignificat *ſuperficiem* cujuscumque rei. Apud *Theophraſtum* eſt ἡ τῶν λίθων χροιά:

χροιά: unde compositum ὁμόχροια *aequabilitas superficiei*, in *Herodoto*, et *Aeschinis* Dialog. III. Hinc χρόα etiam ponitur pro *cute*, quae *tegit* corpus humanum; et dein pro ipso *corpore* usurpatur: itidemque significat *colorem*, qui, *superficiei* instar, *lignum* rude *tegit*." T. H.]

[χρόμαδος *crepitus* maxillarum. Legitur Iliad. Ψ, 688. *Hesychius* interpretatur κρότος, ψόφος. *Eustathius* p. 1324: 29. Χρόμαδος, inquit, κατὰ ὀνοματοποιΐαν, ὁ ἐν ταῖς γένυσι ψόφος, καὶ τρισμὸς, ὃς μάλιστα ἐν ταῖς πληγαῖς γίνεται, Scholiastes vero ab Ill. *Villoisono* editus: ὀνοματοποίησις τοῦ ψόφου. Simpliciores etiam formae, χρόμος et χρόμη, apud *Hesychium*, leguntur. A posteriori χρόμη, (sive Dativo χρόμῃ,) produci potuit χρόμαδος. χρόμος autem, et χρόμη, repeti debent, vel a κέχρομα, Praeterito Medio verbi χρέμω· vel a κέχρομαι, Praeterito Pass. verbi χρόω· quod eodem fere redibit. Conf. in χρεμετίζω, et χρέμπτομαι. Cognationem, (quae inter χρόμαδος, χρόμος et χρεμετίζω intercesserit,) facile indicant haec *Hesychii*: Χρέμοις· χρεμετισμοῖς. Χρέμος — ψόφος ποιός· οἱ δὲ χρεμετισμός. E. S.]

Χρόνος *tempus*. Dicitur pro κρόνος. [*Etymol*. c. 815: 46. παρὰ τὸ ῥέω, ῥόνος, καὶ χρόνος· ἢ παρὰ τὸ χρῶ, τὸ τελειῶ. *Eustathius*, ex tribus verbis, compositam vocem censebat, p. 437: 14. ἀπὸ τοῦ χέειν, ῥέειν νέειν ὁ χρόνος. Quae quidem derivatio nemini facile probabitur. Quid? si χρόνος sit a χρόνω, hoc vero a χρόω, contracto ex χερόω· χερόω denique a χέρω *capio*, pp. *capax sum*: ut χρόνος pp. significaverit *capacitatem*, sive *spatium*, dein *tempus*? De ipsa voce alibi cel. *Lennep*. „ Χρόνος, in usu, pp. dicitur *tempus quodcumque*, ratione *durationis*: quare etiam veteres *Saturnum*, *temporis deum*, pronuntiatione antiqua, ΚΡΟ'ΝΟΝ vocarunt. Ista virtute cum alibi nomen χρόνος passim reperitur, tum *Act. Apost.* C. XV, 33. ubi ποιεῖν χρόνον τινὰ idem est, quod Latinis *aliquamdiu morari*. Diversa ratione nomen καιρὸς tum potissimum usurpatur, quando *opportunitas agen-*

agendi, vel *tempus opportunum* ad aliquid, spectatur: quo etiam fit, ut interdum χρόνοι ἢ καιροὶ *tempora aut opportunitates* conjungantur. Vide Act. Apost. c. I, 7. Ab his tandem differt ὥρα, eoque notatur generatim *tempus fixum*, et, sive *naturae legibus*, sive *hominum institutis*, *determinatum*, ac *statutum*." &c. Hactenus ille. [„ Recentiores Graeci *annos* saepe numero vocant χρόνους. *Troja* a Graecis *capienda* dicitur *Eusthathio* ad Iliad. B, p. 172: μετὰ τοὺς ἐννέα χρόνους *post* ANNOS *novem*. *Capta* autem dicitur περὶ τὸν δέκατον χρόνον, *anno decimo*, apud *Etymolog.* p. 254. Eadem vi posita vox χρόνος reperietur in Argumento *Septem Thebani Aeschyli*, et in *Scholiis* ad *Euripid. Oresten* vs. 901. et 1686. In scriptis N. T. nunquam, hoc sensu, vox reperietur, praeterquam *Evang. Lucae*, c. VIII, 27. XX, 9." L. C. V.] [Conf. Hebr. עת et Chald. עדן Dan. IV, 20. Vide et *Salmas.* Exercit. Plin. p. 459. et T. H. ad *Aristoph.* Plut. p. 176. 407. E. S.]

χρυσὸς *aurum*. Componendum forte cum χρέα, χρύω &c. [*Etymolog.* c. 816: 3. Τὸ δὲ χρυσὸς· παρὰ τὸ ῥύω, ῥυσὸς, καὶ πλεονασμῷ τοῦ χ, χρυσός κ. τ. λ. A *colore* (χρόα) ductum censet *Martinius*, quem vide. *Bochartus* ex Hebr. חרוץ repetit, Hieroz. P. II, p. 9: 51. E. S.]

χυλὸς *succus*. A χύω *fundo*. [*Etymol.* c. 731: 38. ὡς ἀπὸ τοῦ — σῶ, σύω, συλὸς, χῶ, χύω, χυλός. „ Graecis *tres* voces sunt, quae *succum* in genere, sed modo diverso, significant: nempe χυμὸς, χυλὸς, (quae utraque sunt a χύω, vel χέω, *fundo*,) et ὀπός. Hae tres voces, quamquam non semper, saepissime tamen distinguuntur. χυμὸς enim ejusmodi *succum* significat, qui *saporem* et *gustum adficit*. Hoc pacto, a rerum naturalium scriptoribus, illi *succi ex herbis* dicuntur, *qui sapore et gustu percipiuntur*. χυλὸς ejusmodi *succus* vocatur, qui vel *manibus*, vel *mortario*, vel *alia ratione exprimitur* ex *herbis*, *foliis*, *aliis*ve rebus naturalibus. Ὀπὸς denique *eum succum* significat, *qui sponte ex arboribus defluit*: quem Latini

tini vocarunt *arboris lacrymam*. Sic e. gr. *resina*, ex arbore *destillans*, ὀπὸς est. Quodsi arbores *terebrentur*, vel *incidantur*, ut *succus effluat*, is *succus* etiam dicitur ὀπός. Ita *myrrha*" &c. T. H.] [Conf. dicta in ὀπός, et adi *Foësii* Oecon. Hippocr. in vocibus χυλὸς, χυμὸς &c. E. S.]

χύτρος *olla*. A χύω *fundo*: [Nimirum a tertia Praeter. perf. Pass. κέχυται factum est nomen Adject. χυτὸς, ἡ, ὸν, *fusus*, *a*, *um*. Hinc χύτερος, χύτρος, ἡ, sive α, ον. Substantive posita χύτρος, et χύτρα *ollam* significarunt, *in quam fundi quid potest*. Nisi forte malis, χύτρος, α, ον, pp. formas esse productas a χυτὴρ, (sive antiquo χυτὲρ, χυτερὸς,) χυτρός. Vide Animadverss. ad Analog. Lenn. p. 481. ss. E. S.]

χωλὸς *claudus*, pro χαολός. A χάω *hisco*. [„ Origo vocis est verbum χάω *hisco*, *deficio aliqua parte*. Hinc χαολὸς, quod contrahitur in χωλὸς, ut ψαολὸς in ψωλός" &c. L. C. V.] [Conf. supra in χαλάω, ibique laudata observatio summi *Schultensii*. Apposite *Eustath.* p. 206: 37. ἐπὶ πλέον γάρ πως τὸ χωλὸν τοῦ κυλλοῦ. Κυλλὸς μὲν γὰρ, ὁ τὰ καίρια βλαβεὶς ἐκ γενετῆς· χωλὸς δὲ κοινῶς, καὶ ὁ ὕστερον ἐκ πληγῆς, ἢ ἄλλως πως ἐξ ἀρτιώσεως παθὼν κύλλωμα κ. τ. λ. E. S.]

χωρέω *discedo*. A χῶρος *locus*. [Hac ex origine χωρεῖν, pp. *locum facere*, variam habet significandi virtutem. Aut enim χωρέω est *locum occupo*, quasi dicas *locum facio mihi*; ut *Joann. Evang.* c. VIII, 37. ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν. Aut χωρέω est *locum facio* rei alteri, atque ita *capio*, sive *comprehendo*; ut de *vase*, *capiente mensuram*, ibid. c. II, 6. ὑδρίαι ἓξ, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο, ἢ τρεῖς· et Matth. XIX, 11. οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον — ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. Etiam χωρεῖν *locum facere* alteri (Belg. *voor iemand plaats maken*) per metonymiam significat *discedere*, *abire*: ut Il. N, 321. postquam poëta dixerat: *Homini autem* (οὐκ εἴξειε) *non cesserit magnus Telamonius Ajax*; dein subjungit, vs. 324. οὐδ' ἂν Ἀχιλλῆι ῥηξήνορι ΧΩΡΗΣΕΙΕΝ *ne ipsi quidem virorum perruptori Achilli* LOCUM CESSERIT. Hinc νέκρυ χωρίζουσι,

pro ἀπὸ νέκρυ (per ellipſin praepoſ.) eſt: *a cadavere discedent*, Il. Π, 629. et (clarius, ipſa praepoſitione expreſſa,) Il. Σ, 243. ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης χωρήσαντες *ex aſpero proelio diſcedentes* &c. Vide et Matth. XV, 17. E. S.]

χωρὶς *ſeorſum.* A χάω *hiſco.* [Pro χωρὶς etiam χῶρι dictum fuiſſe, adnotarunt *Euſtathius* p. 122: 10. 630: 25. 1879: 55. *Etymol.* col. 607: 23. Quae obſervatiuncula nonnihil fortaſſe contulerit ad originem vocis eo accuratius definiendam. A χώρω, nimirum, (quod a χάω, vel χάω *hiſco*, productum eſt,) fluxit χωρὶς, obſoleta vox Subſtantiva, pp. *hiatum*, ſive *ſeparationem* notans. Inde χωρὶς (fortaſſe in Accuſat. plurali, pro χωρίδας, ſimilive forma) pp. ſignificaverit *ſeparationes*, vel, (per Praepoſitionis cujuſdam ellipſin κατὰ,) *ad ſeparationes:* quemadmodum Hebraei dicunt לְבַד *ad ſeparationem*, i. e. *ſeorſum.* Adſcribamus inſignem locum poëtae, Od. I, 219. ſſ. ἐείνοντο δὲ σηκοὶ Ἀρνῶν ἠδ᾽ ἐρίφων· διακεκριμέναι δ᾽ ἕκασται Ἔρχατο· ΧΩΡΙ`Σ μὲν πρόγονοι, ΧΩΡΙ`Σ δὲ μέτασσαι· ΧΩΡΙ`Σ δ᾽ αὖθ᾽ ἕρσαι. Rurſus, ubi ſcriberetur χῶρι, potuit illud eſſe pro ἐν χῶρι, ſive ἐν χώρῳ, pp. *in ſeparatione.* Tali cum origine voculae χωρὶς optime conveniret conſtructio ejuſdem cum ſequente *Genitivo*, ſive interveniente Praepoſitione ἀπὸ, (ut in illo *Pauſaniae*, quod laudavit *H. Stephanus*, Theſ. T. IV, c. 682. χωρὶς δὲ ἀπὸ τῶν σωμάτων αἱ κεφαλαὶ, χωρὶς δὲ ἐν Λέρνῃ τὰ σώματα,) ſive Praepoſitione omiſſa, ut (Evangel. *Johannis*, c. XV, 5.) in verbis CHRISTI, ſervatoris optimi, qui eo loco ſub vitis imagine, cui inſiti eſſent fideles, ſe ipſe exhibet: ὁ μένων ἐν ἐμοὶ κἀγὼ ἐν αὐτῷ, οὗτος φέρει καρπὸν πολὺν, ὅτι ΧΩΡΙ`Σ ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. Rectiſſime igitur, ad proprietatem vocis, Gloſſae vett. χωρίς· SEPARATIM, SEORSUM, *praeter* &c. E. S.]

χῶρος *locus.* Pro χάορος. A χάω *hiſco, pateo, capio.* [Vide dicta in χωρέω, quod verbum hinc ortum eſt. Porro origine ſua vox χωρὸς reſpondet ad amuſſim voci Latinae *ſpatium:* quomodo *H. Stephanus*, (Theſ.

(Thes. T. IV, c. 661) Latine reddi posse docet, Il. Κ, (vs. 160. 161.) „ *Non audis, ut Trojani, in tumulo campi, Sedent prope naves:* ὀλίγος δ' ἔτι ΧΩ͂ΡΟΣ ἐρύκει; *exiguum autem jam* SPATIUM *distinet.* Itaque, uti χωρὶς pp. est *divisio, separatio,* sic χῶρος pp. est *divisus,* sive *divisum spatium,* quod *inter res intercedit,* sive quo *divulsae,* et *separatae* a se invicem res sunt: quod et foeminine dici solet ἡ χώρα· ut Il. Ρ, 394. Porro χώρα pro *planitie,* et *regione* ponitur: plane ut Hebr. בקעה. E. S.]

Χόω *ad iram concito. H. Stephanus,* Th. T. IV, c. 559. G. ex χολόω contractum putabat χόω. Id vero quum ab omni analogia linguae abhorreat, rectius videtur statui posse ipsum thema χόω, ejusdem formae verbum, ac σόω *incito,* ῥόω *roboro,* φόω *luceo.* A χόω certe, (sive pro χόω simplici forma, sive pro χεόω, ut φόω, forte, pro φαόω, positum existimes,) recta descenderunt Activa χῶσαι *fundere,* eximie χῶμα, i. e. *tumulum,* apud *Herodot.* L. IX, § 85. p. 731: 42. et 44. χῶσε νεκρὸν τάφῳ in Epigramm. Callim. LXI, χῶσον *funde,* in *Euripidis* Iphigen. Taurica, vs. 702. χώσω *fundam,* in ejusdem Oreste, vs. 1585. et Passiva, χωσθήσεται *fundetur,* Iphigen. Aulid. vs. 1443. Sed longe frequentius χώεσθαι, eo sensu metonymico, legitur, quo absolute notat *perfundi bile, ad iram concitari:* uti v. gr. Il. Α, 80. Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε ΧΩ΄ΣΕΤΑΙ ἀνδρὶ χέρηϊ, Εἴπερ γάρ τε ΧΟ΄ΛΟΝ γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ. Ita saepissime alibi, apud eundem poëtam, χώσατο, χωόμενος &c. *Hesychius:* Χώσασθαι· συγχυθῆναι, ὀργισθῆναι, λυπηθῆναι. E. S.]

Ψ.

Ψαθυρὸς, et Attice ψαθυρὸς *friabilis.* A ψάω *rado:* quod verbum factum est a sono. [*Hesychius:* Ψαθυρός· εὔθλαστος, καὶ τὰ ὅμοια. Idem ψαθύρματα ἀποκόμματα. „ Illud dignum est notatu, in lingua Graeca, quidquid est verborum et nominum a litera Ψ incipientium, id ortum esse ex uno, de his quinque: ψάω, ψέω, ψίω, ψόω, ψύω· quibus verbis, tanquam totidem sororibus, una mater est, et radix, ut loquuntur Grammatici Judaei. In origine autem notarunt RADERE. A *radendi* notione, tanquam e suo fonte, fluxere significationes *attenuandi*, *abstergendi*, *calefaciendi*. *Radendo* res *tenuantur*, et *minuuntur*; *radendo* sordes *absterguntur*; *radendo calefacimus*" &c: L. C. V.] [Conf. infra in ψαίω, ψώχω. E. S.]

Ψαιδὸς *raros habens capillos.* A ψάω *rado*, *scalpo.* [*Hesych.* Ψαιδρά· ἀραιότριχα. Stirps est ψάω· unde producta sunt ψαίω, ψαίρω, ψαιρὸς, ψαιδρός. Conf. in ψαίρω. E. S.]

[Ψαίρω *rado*, *propero* &c. *Hesych.* Ψαίρειν· —— ψαίειν, σύρειν. Etiam τινάσσειν, ῥιπίζειν, ἀσθενῶς τὶ ποιεῖν. Legitur verbum cum alibi, (locis, a *Valckenaerio* laudatis, ad *Euripid.* Phoenisſ. vs. 1399.) tum etiam in *Luciani* Tragopodagra, vs. 314. ἀλλὰ λιγὺ ψαίρει κλίνε περὶ δέρμα πίτυς. Quomodo autem notio *properandi* ex propria vi *radendi* fluxerit, facile docebit collatio illius *Virgiliani*, Aen. L. V, 218. „ RADIT *iter liquidum:*" quod ex *Aeschyli* Prometheo vincto, vs.

vs. 394. (ubi olim legeretur λευρὸν ὦμον αἰθέρος χαίρει) redditum fuisse, docuit l. l. vir summus *L. C. Valcken.*, ubi simul admonet, propriam verborum ψάω, ψαύω, ψαίρω, potestatem esse in RADENDO. E. S.]

[Ψαίω, idem quod ψήχω, et ψάω, *rado.* „ Verbum ψαίω auctum est ex ψάω, pp. *rado*, *radendo comminuo.* Auctum autem ψαίω significationem habet *comminuendi.* Sic *farina* mola *comminuta* ἄλευρον ψαιστὸν vocatur. Ex *farina* vero mixta *placentam* effingebant, diis obferendam. Ea vocabatur ψαιστός. Neutra forma ψαιστὸν ipsum *libum* notat." T. H.]

Ψακὰς *ros*, *gutta.* A ψάω. [Nimirum ab ἔψακα, Praeterito verbi ψάω *rado*, analogice fit ψακὰς, in Gen. άδος· quasi *ramentum* dixeris, Hebr. מעט. „ Derivatur a ψάω, significante λεπτύνω, et σμικρύνω, quoniam *minutissimum* et *tenuissimum* quiddam est *ros* et *guttula.*" *H. Stephan.* in Thes. T. IV, c. 700. Etiam ψαικὰς et ψεκὰς effertur. *Hesych.* Ψαικάς· ψακὰς, ῥανίς. Idem Ψεκάδες· ῥανίδες, σταγόνες. Conf. *Valcken.* ad Herodot. L. III, c. 162. p. 189. n. 64. Porro, uti apud *Plautum* est, Pseudol. Act. I, 4, 4. ne GUTTA *argenti*, pro *particula argenti minima*, (vernacule *geen* DRUP *zilver*;) ita in *Aristophanis* Pace, vs. 12. ἔνδον δ' ἀργυρίου μηδὲ ψακὰς ἦν πάνυ, πάμπαν. Conf. et *Schultens.* ad Haririi Consess. VI, p. 230. E. S.]

Ψάλιον, et ψέλλιον, *frenum*, *armilla* a ψάω. [„ Quanquam origine proxima; significatione tamen distant ψέλιον, vel ψέλλιον, et ψάλιον, sive ψάλλιον· ut indicarunt *Ammonius* et *Thomas Magist.* in voce. Ψέλια sunt *armillae viriae* vel *viriolae*, quibus *brachia lacertique* ornantur, et comuntur: maxime quidem *mulierum*, sed et *virorum*, quibus in vestitu effoeminata munditiees curae est. Ψελλίοις τισὶ κοσμεῖν βραχίονα ἱερῶν ἀγάλματος habet *Aelianus*, Animal. L. IV, 52. Homeri ἕλικας, Il. Σ, 401. Scholiastes exponit τὰ ψέλλια καλύμματα. Vocem usurpant Graeci interpretes

Genes. XXIV, 22. Numer. XXXI, 50. ψελλίᾳ jungitur χλιδῶν· quemadmodum in Historia *Judithae* Cap. X, 4. et apud *Pollucem*, L. V, § 99. — Ὁρμίσκους καὶ ψέλλια περὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας memorat *Chares* apud Athenaeum, L. III, p. 93. Persae vero imprimis, (ut idem tradit,) hoc ornatu delectabantur: quos eam ob caussam στρεπτοφόρους καὶ ψελιοφόρους dixit *Herodotus*, L. VIII. c. 118. Vide *Brissonium* de Regno Pers. L. II, p. 254. et L. I, p. 97. Ψάλια vero proprie non ipsa quidem sunt *frena*, (quamvis ea potestate haud raro ponantur,) sed *circelli asperiores*, quibus, utrimque ad os appositis, aut etiam per malas trajectis, equi ferocientes compescuntur, et ab effuso cursu retinentur. Haec caussa est, cur *Hesychius* interpretetur κωλυτήρια. *Gregorius Nyssen.* T. III, p. 311. τὸν ταχὺν, (melius leges τραχὺν,) ἵππον ψαλίοις κατάγχοντες ἔχομεν εὐπειθῆ. Vide *Dion. Chrysost.* p. 369. 430. 535. ubi χαλινῷ, tanquam imbecilliori ad domandum equum, superadditur. Junxit *Aristophanes* in Pace, vs. 154. χρυσοχάλινον (vel potius χρυσοχαλίνων) πάταγον ψαλίων. *Lupatos* vocant Latini. Hinc ἐμβάλλειν ψάλιον ad alia transfertur, pro *coërcere* et *violentiore nisu continere*: veluti, apud *Plutarch.* in Lycurgo, p. 43., populari Spartanorum et procaci adhucdum libertati, ψάλιον ἐμβάλλουσι τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν, quod a *Platone* ductum est, de Legg. L. III, p. 813. quem itidem eleganter imitatus est *Max. Tyrius* Diss. XXX, p. 307. [Cf. *Jes.* 37: 29.] *Aeschylus* ψάλια vocare non veretur *circulos ferreos*, et *catenas*, quibus innexus Prometheus Caucaso adfigebatur. Quae *Stanlejus* dum vertit *brachialia*, de ψελλίοις certe cogitabat. Observari porro meretur, primum, utrasque voces ψέλλιον, et ψάλλιον, non raro commutari, librariorum errore, ut bis terve in *Dione Chrysostomo*, et apud *Pollucem*, L. I, § 148. quod vitium interpretes saepe decepit: dein, melius scribi, per simplex λ, ψέλιον et ψάλιον· quod tum ex optimis vetustissimisque codicibus, tum ex metri lege, apud *Euripidem* et *Aristophanem*, constat. Neque

que aliter ſenſit *H. Stephanus* in Theſauro L. Gr. T. IV, p. 698." T. H.] [Itaque a ψάω *rado* derivatum verbum ψάλω, (unde ψάλλω,) dedit ψαλὶς, et ψάλιον, ut a ψέω, ψέλω, est ψελὶς, et ψέλιον. Porro a notione *radendi* est illa *freni*, ſive *lupati*, *annulive*, *ora* equi *radentis* et *vulnerantis*, tum vero etiam ea *armillae*, brachium *radentis*, illudve *annuli* inſtar, *ambientis:* plane uti Arabicum جرة, pro جروة, ab eadem notione *radendi*, in جرو et جرى, *annulum* notat, qui naſo cameli inſeritur, et ſimul *periscelidem*, ſive *armillam*. Conf. *Golii* Lexic. c. 267. E. S.]

Ψαλὶς *forfex*. Forte a ψάω. [A ψάω, nimirum, productum est verbum ψάλω *rado*, quod in ψάλιον jam indicavimus. *Tonſorium inſtrumentum* ψαλίδα vocari, docet *Jul. Pollux*, L. II, § 32. nempe a *radendo*, (Belg. *ſchrapen*,) quod *tonſoribus* proprium est. Conf. idem *Pollux*, L. IV, § 181. et X, 150. qui mulieribus etiam ψαλίδας dat, L. X, 126. 140. Denique ψαλὶς, indice *Heſychio*, non tantum dicitur τὸ ἅρμενον καὶ καμάρα, a forma nempe *forficis*, ſed etiam ταχεῖα κίνησις *celer motus*, a *radendo*. Conf. ſupr. in ψαίρω. E. S.]

Ψάλλω *leni motu percutio*. A ψάω *rado*. [*Etymol.* c. 817: 16. ψάλλειν· ἐπὶ τῶν χορδῶν τῆς λύρας· παρὰ τὸ ψῶ, τὸ προσεγγίζω· ὃ παράγωγον ψαύω. Itaque ψάλλειν χορδὰς pp. est *leniter radere*, ſive *tangere*, *perſtringere* lyrae ſides. *Heſychius:* ψάλλειν· τίλλειν, κινεῖν. Et dein, per metonymiam, *canere*. Idem *Heſych.* ψάλλειν· ᾄδειν ᾄσματα. Veteres, (una litera conſonante adhibita,) dixerunt ψάλειν. Hujus certe proxime derivata vox est ψαλλὸν, apud *Heſych.* εἶδος χαλινοῦ *ſpecies habenae*, *radentis*, levique motu ora percutientis. Inde a ψαλὶς ψάλιον· de quibus ſupra. Ab eodem ψάλω (antiqua verbi forma) ſunt ψαλμὸς, ψάλτης &c. ducta quippe manifeſto a πέψαλμαι, πέψαλται, Praeterito perf. Paſſivo, verbi ψάλω. E. S.]

Ψάμμος *arena*. A ψάω forte. [Simplicior forma fuit ψάμος, quod recta deſcendit a πέψαμαι, Praeter. perf. Paſſ. verbi ψάω *rado*. Itaque a πέψαμαι est

est ψάμος, ψάμη, ψάμον. Porro ψάμος, ſive ψάμμος, Subſtantive dixerunt pro *arena*: Cognata illi forma altera est ψάμαθος, ducta a ψάμη, ſive ψάμῳ. Significationis rationem eleganter explicuit *Etymol.* c. 817: 39. ψάμαθος· ἡ παραθαλάττιος ἄμμος· παρὰ τὸ ψαύεσθαι ὑπὸ τῆς θαλάσσης, ψάμμος. Nimirum *a fluctibus raditur*, et *tergitur arena* maritima, *litusque*: quod et ipſum ψάμαθος audit a *radendo*, *tergendo*, ut *litus* Lat. a LIO, et Hebr. חוף a חפף, ſive חוף, *raſit*, *trivit*. Alia quoque forma vocis apud *Heſychium* est, ψαμμόν, i. e. ἄλφιτα, *farina*, itidem a ψάω *rado*, *tero*, *frio*." Ψάμαθος et ἄμαθος, ψάμμος et ἄμμος Grammatici hoc modo diſtinguunt. Ψάμμος et ψάμαθος ajunt uſurpari ſolere pro *arena mari proxima*, ipſisque *collibus arenaceis*, qui *mari adjacent*: ἄμμος vero, et ἄμαθος esſe *arenam terrae*, ſive κόνιν τῶν πεδίων, i. e. *pulverem camporum arenaceorum*. Verum est, illud discrimen a Grammaticis in *Homero* fuisſe notatum [Conf. Od. M, 243. Il. I, 385. O, 362. Od. N, 119. Ξ, 136. &c.] attamen, vice verſa, apud proſae orationis ſcriptores, hae voces ſimpliciter uſurpantur. Vide *Thom. Magiſtr.* in ψάμμος &c. T. H.] [Origines vocabulorum ψάμμος, ψάμαθος, et ἄμμος, ἄμαθος, (etſi ipſe quoque *Menagius*, in Amoenit. Litt. p. 363., cum aliis, ex uno eodemque fonte repetat,) vel ſic tamen valde videntur esſe diverſae. Ψάμαθος et ψάμμος oſtendimus esſe a ψάω· contra ἄμμος, et ἄμμαθος, equidem malim repetere ab ἄμω, et ἀμάω, pp. *colligo*, *adduco* &c. Redi ad ἀμάω, ἀμός: & conf. *Ammon.* in ψάμαθος. E. S.]

[Ψαύω *tango*, *contrecto*. A ψάω. Vide ψάω. E. S.]

Ψαφαρὸς *friabilis*, *aridus*. Conf. ψαθυρός. A ψάω *rado*. [*Heſych.* Ψαφαρά· ψαθυρά· et ψαφαρόν· ξηρὸν, αὐχμηρὸν, ἀσθενὲς, ἐλαφρόν.]

Ψάω *tergo*. A *ſono* factum, qui editur *radendo* leviter. [*Suidas*: Ψᾷν· ἀμαλύζειν, λεπτύνειν. Vide L. C. V. in voce ψαθυρός. In compoſitis frequens verbum est, uti v. gr. ἀποψάω, καταψάω, συμψάω, περι-

μψάω &c. Productiorem formam habet usitatissimam, ψαίω. *Hesychius:* ψαίειν· θιγγάνειν. Conf. *Herodoti*, L. III, c. 171. p. 209. Sed dignissima sunt attentione nostra, quae habet *Etymologus*, c. 817. 818. Ψῶ σημαίνει ἀπό τινος μείζονος ἐσίας εἰς ἐλάχιστον καὶ μικρὸν μέρος καθιστῶ· ἐ ὁ μέλλων ψήσω· ῥηματικὸν ὄνομα ψηνός. — Ψῶ τὸ λεπτύνω — ἐκ τέτε καὶ ψωμὸς, μέρος τι τῦ ἄρτε· ὁ γὰρ ἄρτος ὁλοκληρός ἐςι· ψῶ, καὶ ψίω, τὸ λεπτύνω καὶ ψιάω· ἐξ ἐ καὶ ψιάς· τοιῦτον γάρ ἐςὶ καὶ τὸ ψαύω, καὶ τὸ ψάλλω, καὶ τὸ ψίω κ. τ. λ. E. S.]

Ψέγω *reprehendo.* A ψέω *rado.* [Originis haud obscurum vestigium exstat in illo *Hesychii* ψέγος· τάφος, i. e. *sepulchrum*, nempe a *corraso pulvere*, ut videtur, denominatum: plane ut Arabes *sepulchrum*, *tumulum*ve dixere قراب, et مرمس a *radendo*, *corradendo.* Ἐπιψέγειν, eodem *Hesychio* exponente, est ἐπικηδεύειν *inhumare*, pp. *pulverem corradere.* Translato sensu ψέγειν, pp. *radere*, ut Belg. *schuuren*; *hekelen*, &c. ponitur de *reprehensione acriori.* *Hesych.* ψέγει· μέμφεται, ὑβρίζει. Frequens verbum est in *Euripide:* ut v. gr. Alcestid. vs. 697. εἶτ' ἐμὴν ἀψυχίαν ψέγεις. Bacch. vs. 711. Ion. vs. 1022. &c. Conf. *Aeliani*, Var. Hist. L. XIV, 8. et ψόγον, i. e. ἔγκλημα, in *Aeschyl.* Eumen. vs. 441. E. S.]

[Ψεδνὸς *raros habens pilos*, *glaber.* Nimirum, pro ψεδινὸς, ut κεδνὸς, pro κεδινός. Stirps est ψέω, cognata alteri ψάω. *Etymol.* c. 818: 2. ψέω, ψεδινὸς, ψεδνός. Proprie igitur *rasum*, atque adeo *glabrum*, significat. Il. Β, 219. Φοξὸς ἔην κεφαλὴν, ΨΕΔΝΗ' δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Ubi *Schol.* ψεδνή· ἀραιά, μαδαρά. *Eustath.* p. 207: 20. λεπτή· ἀπὸ τῦ ψῶ· τὸ λεπτύνω, ψεδανή, καὶ, ἐν συγκοπῇ, ψεδνή. Vide etiam *Etymol.* in ψάω. Ceterum cognata haud dubie vox ψεδνὸς est alteri ψαδρὸς, de qua dictum supra, nisi forte vitio librariorum legatur ψαιδρὸς &c. Vide *Piers.* ad Moer. Att. p. 422. Hoc quidem a ψάω foret, illud vero a ψέω. An hinc quoque intelligendus vexatissimus locus *Euripidis*, Iphigen. in Taur. vs. 1270. χέρα ΨΕΔΝΟ'Ν ἕλιξ' (ἕλιξ' Ms.) ἐκ Διὸς θρόνων, pp. *ma-*

num DEPILEM *evolvit*, i. e. *extendit*, *e Iovis throno*. III. *Scaliger* ibidem pro ψεδνὸν legi jubebat παιδνὸν *puerilem*. Sed codd. MSS. et edd. ψεδνὸν habent. *Manus* autem ψεδνὴ *glabra*, *depilis*, pro *pueri manu* posita videtur. *Depiles genas* dixit *Apulejus*: *pueros* GLABROS *ac* DEPILES, *propter aetatem*, *Varro*. Vid. *Gesner*. ac *Forcell*. E. S.]

Ψελλὸς *blaesus*. Factum a sono. [*Hesych*. Ψελλός· ὁ τὸ σίγμα παχύτερον λέγων. Plura dabit *H. Stephani* Th. T. IV, c. 711. „ A ψέω *minuo* repetit *Martinius* „ *quia* BLAESUS *minuat integritatem literarum*." Similiter a *radendo* ductum videri queat: utque ψάλλω est a ψάω, ita ψέλλω foret a ψέω. E. S.]

Ψεύδω *fallo*. A ψέω *rado*. [*Etymologiam* cel. *Lennepii* confirmat collatio verborum ψέδειν et ψύδειν. Ambo haec significarunt olim *radere*, *terere*. Notio *terendi* (quemadmodum in Lat. TERREO, ATTERI, Gr. συντρίβεσθαι, et Ar. خوف) transferri potuit ad *animum*, *terrore perculsum*, *perterritum*. Utrum inde, apud *Hesychium*, est ψέδειν· ἐντρέπειν, φροντίζειν· an vero, cum clar. *Albertio*, legendum ψέφειν, invita licet literarum serie? Prius haud dubie tutius. Porro eadem origo *radendi*, *terendive* adfuisse quoque videtur in obsoleto ψύδω, unde ψυδνὸς, ψυδρός. *Hesych*. Ψυδνοί· χέρσοι, ἀραιά, ὀλίγα. Conf. cognatum ψεδνή, supr. De ratione vero metaphoricae significationis, *fallendi* et *mentiendi*, quae in ψεύδειν et ψεύδεσθαι nunc fere regnat, mihi quidem difficilius est pronuntiatu. Videri possit, verbum Activum ψεύδειν pp. esse *meticulosum facere*, sive *perterritum facere*, *alterum*, atque adeo *fallere*: ut Belgae dicimus *iemand bang maken*. Qua lege ψεύδεσθαι *mentiri*, similiter, vi formae Mediae, pp. foret, *zich zelven bang maken*, et dein, per metonymiam, *mendacia dicere prae metu*. Sed non satis respondere videntur loca veterum, quibus ψεύδειν *fallere* potius significare dixeris *blanda spe alterum fallere*, quam *fallere metum injiciendo*. An igitur *mendacium* ψεῦσμα, sive ψεῦδος, dixerunt Graeci a *rado*, *polio*, *splen*-

di-

didum reddo, uti Hebr. כזב pp. est *splendidis dictis fallere?* Ceterum, qua lege vicina fuisse constat φεύγω et φύγω, eadem cognata fuerunt ψεύδω et ψύδω. *Hesych.* Ψυδρά· ψευδῆ. E. S.]

[Ψέφος *fumus*, *tenebrae*. *Hesych.* ψέφος· καπνός. Ψέφει· — λυπεῖ. Quae postrema glossa suadere videtur, originem verbi repetendam esse a ψέω *rado*. A *radendo* est fortasse notio *ingrato sensu adficiendi*, *contristandi*. Hinc etiam *fumus* dici potuit ψέφος, quia *ingrato sensu oculos adficit*: quod ipsum est Hebr. מרה את עינים, in S. Codice obvium. A *fumo* propagata fuit significatio *tenebricositatis*, *obscuraeque* noctis. Conf. ψῆφος. E. S.]

Ψέω pp. *rado*, cognatum alteri ψάω. Ex *Eustathii* indicio linguae Graecae thema hoc restituit *H. Stephanus*, Th. T. IV, col. 700. E. Conf. mox in ψῆκτρα. E. S.]

[Ψῆκτρα *instrumentum*, *quo radimus*; pecul. *strigil.* A ψάω, sive potius ψέω. Idem quoque ψηκτὴρ dicitur. In Praeter. perf. Pass. olim dixere ἔψηγμαι, ἔψηξαι, ἔψηκται. A primo isto, ἔψηγμαι, manifesto descendit ψῆγμα, quod *Hesychius* reddidit ξύσμα· ἢ μικρὸν θρύμμα, κλάσμα. Ab altero, ἔψηξαι, est ψῆξις *rasio*, *destrictio*. A tertio denique, ἔψηκται, ψηκτὴρ, et ψήκτρα, *Hesychio* i. q. ξύστρα, σπάθη. Conf. omnino L. C. V. ad *Euripid.* Hippol. vs. 1174. Diatr. p. 288. et infra in ψήχω. E. S.]

[Ψηλαφάω „ pp. *radendo tango*, quod fit *demulcendo manibus*. Eximie, in arte equestri, ψηλαφᾶν dicuntur ii, qui *manibus* equum *demulcent*. Idem tribuitur *coecis*, qui *manibus palpando* aliquid *quaerunt*." Hactenus alibi *Lennepius*. De eodem verbo haec habet L. C. V. „ Ψηλαφᾶν verbum est compositum (de illo genere, quae rariora sunt,) ex duobus verbis ψάω *rado*, et ἀφάω *contrecto*. Proprie ponitur de iis, *qui* in tenebris *palpant*. Propria vi usurpatur Act. Apost. c. XVII, 27. et apud *Platonem*, in Phaedone p. 99. φαίνονταί μοι ψηλαφῶντες οἱ πολλοὶ, ὥσπερ ἐν σκότει. Idem dixit in *Protag*. p. 310.

ἐπι-

ἐπιψηλαφήσας τοῦ σκίμποδος *cum obscuro loco palpando scabellum arripuisset.*"]

Ψὴν *vermiculi genus* &c. A ψάω [*Hesychius:* Ψὴν· εἶδος ζώου μικροῦ συκοφάγου. Ψῆνες· κωνώπια τὰ ἐν τοῖς ὀλύνθοις γινόμενα. Ψῆνας· τὰ σπέρματα τῶν ἀῤῥένων φοινίκων. Ex quibus facile apparet, a *minutissima* forma dici. In eodem *Hesychio* est Adjectivum, hinc ductum, Ψηνός· ψεδνός, διάψιλος. Ψηνόν· ἀραιόν. Stirps igitur est ψέω, sive ψάω. E. S.]

Ψῆφος *lapillus*. A ψάω *rado*. [Alibi cel. *Lennep.* „ Verbum ψάω a *sono rei rasae* formatum est. A *radendo* vero vox ψῆφος pp. notat *lapillum*, vel *calculum*, *rasum:* quales esse solent *litorales*. Speciatim vero ψῆφος dicebatur *calculus*, cujus in *ferendis suffragiis* usus olim erat; unde figurate *ipsum* significabat *suffragium*." Conf. *Hesych.* in ψῆφος &c. ibidemque viri docti. E. S.]

[Ψήχω *rado*, *frico*, *fricando detergeo*. *Hesych.* ψήχει· καταμάσσει (καταμύσσει) τρίβει, ξύει κ. τ. λ. Plura dederunt *Pierson.* in Verisimil. p. 132. 133. *Salmas.* Exercit. Plin. p. 589. B. et *Valcken.* Adnott. ad Euripid. Hippol. vs. 109. p. 178. Stirps est ψάω, vel ψέω *rado:* e cujus Praeter. perfecto, ἔψηκα, facta sunt ψήκω, ψήχω. E. S.]

Ψίαθος *storea*, *teges*. A ψίω, vicino alteri ψάω. [Conf. infra ψίω, unde ψιάς, ψιάζω &c. „ Ψίαθος peculiariter est *storea*, quae a *junco* aut *vitili* contexitur." Vide *H. Stephani* Th. T. IV, c. 733. 734. ubi ex *Hesychio* observat, ψίαθον non solum esse τὴν χαμεύνην *stoream*, *cui humi stratae* aliquis *incubat*, sed etiam τὸ φυτὸν, ἐξ οὗ πλέκεται ψίαθος *ipsam plantam*, *ex qua texitur* ejusmodi *storea*. E. S.]

Ψίας *roris gutta*. A ψίω. Conf. ψεκάς· et infra in ψίω. E. S.]

Ψίθυρος *susurrus*. A sono. [*Etymol.* c. 818: 56. Τινὲς τὸ ψιθυρίζειν ὠνοματοπεποιῆσθαι φασὶν, ὡς τὸ κρίζε, καὶ σίζειν, ἀπὸ τοῦ τελουμένου ἤχου, ὑποφυσῶντος τοῦ ἀνέμου· οἷον· Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα τῶν δένδρων ἠχεῖτο κ. τ. λ. Conf. *Valck.* ad Theocr. Idyll. I, 1. p. 1., Idem vir summus,

mus, alio loco. „ Parum diſtant" inquit „ verba γογγύζειν, τονθορύζειν, et ψιθυρίζειν, quae proprie ſignificant *labiorum motu tacitum murmur edere.* Hinc transferuntur iſta in ſignificationem *obtrectandi*, ſive *maligne calumniandi.* A ψιθυρίζειν fluxit ψιθυριστής· *Tacitos obtrectatores Paulus* hac voce deſignat, in Epiſt. ad Rom. c. I, 30. *Heſychius* optime ψιθυρίζει interpretatur εἰς τὸ οὖς ἠρεμα διαλέγεται *ad aurem quid ipſi dicit:* quod enim Graecis erat εἰς οὖς λέγειν, Latinis est *ad aurem dicere.* Hoc cenſetur eſſe *obtrectantium*, vel *invidorum. Callimachi* locus est in Hymno Apollinis, vs. 105. ὁ Φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς οὔατα λάθριος εἶπεν· Sic enim ſcribendum est; pro ἐπ' οὔατα, cum *Rich. Daweſio: invidia*, vel *invidus*, *clanculum dixit* IN *aures Apollinis.* Deſignatum illic voluit *Callimachus*, adverſarium ſuum *Apollonium Rhodium.* Conferri poterunt notata in Phoeniſſ. vs. 714." E. S.]

Ψιλὸς *tenuis.* A ψίω *rado.* [*Etymol.* c. 818: 35. Ψιλός· ὁ ἀδύνατος· παρὰ τὸ ψῶ. ὅθεν καὶ καταψίω· ὃ πᾶν ἀνέψησαι, καὶ ἀφῄρηται. κ. τ. λ. *Heſych.* Ψιλόν· γυμνὸν, ἔρημον, εὐτελὲς, ἄτριχον· καὶ πᾶν ἀποδεδαρμένον." Derivantur autem ψεδνὸς, et ψηνὸς, a ψίω, ψάω, ut a ψίω, ψιλός." PIERSON. ad Moer. Att. p. 422.]

Ψίμμυθος *ceruſſa.* A ψίω. [Conf. T. H. ad *Ariſtoph.* Plut. p. 393. 394. et *Martinius* in voce. E. S.]

[Ψίναδος *capra ſylvatica. Heſych.* Ψίναδος· ἄγρια αἴξ. A ψίνω, ſive a ψινὰς, quod a ψινῶμαι obſoleto. Stirps est ψίω, quod vide. E. S.]

Ψίνομαι *fructum amitto.* A ψίω. [*Heſych.* Ψινάσθαι· κλαίειν. Ubi *Iſ. Voſſius* legi jubet ψίνεσθαι, collato altero ψιζομένη, quod *Heſychius* reddit κλαίουσα. A ψίω *rado* duci potuit ψίνω *radendo minuo.* Inde ψίνεσθαι, ſive ψίνεσθαι, ψίζεσθαι, idem est, quod Belgice dicimus *kleinmoedig worden*, *animo* quaſi *minui*, unde ſignificatio *lacrymas fundendi*, *flendi. Vitis* etiam figurate dicitur *deficere*, quando *acinos defluere ſinit:* quod etiam, alia verbi forma, effertur ψινάζειν. *Heſych.* Ψινάζει· ἀποῤῥεῖ τὰ ἄνθη τοῦ καρποῦ φυλλοροεῖ. Ipſa au-

autem, *vitis* ψιὰς dicitur. *Hesych.* Ψιάδες· αἱ ῥαγάδες ἀμπέλου. E. S.]

Ψίξ, ψιχὸς *mica panis friati.* A ψίω [*Etymol.* c. 819: 6. Ψίξ· παρὰ τὸ ψίχω, τὸ ἐμβρωματίζω. „ Est a ψίω λεπτύνω, *tenuefacio;* unde ψὶξ, ψιχὸς, *mica*, ut Glossae." ALBERTI Obss. in Matth. c. XV, 27. p. 109.]

[Ψίττακος et ψιττάκη PSITTACUS. Avis humanam vocem imitans: quae etiam σίττακος dicitur, litera Π ab initio rejecta. Scribitur enim ψίττακος, pro πσίττακος. „ Non dubito quin vox sit ab Indis, unde avis ipsa." Voss. in Etymol. Vide infra in ψώχω. E. S.]

[Ψίω *minuo.* Forma verbi est cognata alteri ψάω &c. *Hesych.* Ψίσαι· ψωμίσαι. *Etymol.* c. 818: 4. ψῶ καὶ ψίω, τὸ λεπτύνω· καὶ ψιάω, ἐξ οὗ καὶ ψιάς. Ibid. vs. 48. ψίω τὸ λεπτύνω, καὶ ἐλαττῶ· ἀφ' οὗ ψιὰς, ἡ καταλεπτὸν τοῦ ὕδατος ἔκδοσις· ὡς λάμπω, λαμπὰς, ἴλλω, ἰλλὰς, οὕτω ψίω, ψιάς, ἡ κατ' ὀλίγον κατερχομένη δρόσος· οἱ δὲ παρὰ τὸ ψίω, τὸ ποτίζω. Alio etiam loco (col. 220: 24.) eidem *Etymologo* ψίω est τὸ ἐμβρωματίζω, nimirum, quod Belgae dicimus *inbrokken*, vel *inbrokkelen*, *comminuentes* et *friantes*, aut *interentes* panem. Itaque et ψιὰς pp. est *mica*, ac dein pro *gutta tenuissima* pluviae ponitur: ψιάζω porro *guttatim cadere*, *minutatim stillare* &c. Etiam a ψίω superest simplicissima forma ψιὰ, quod et ψειὰ, f. g. a masc. ψιὸς, vel ψειὸς, *minutissima gutta.* Conf. mox ψοά. E. S.]

Ψοὰ, vel ψοιὰ, *clunis*, *lumbus.* Haud dubie est a ψόω, quod idem ac ψάω *rado*, *frico:* „ quia animal eam partem *fricare* solet," ut recte *Martinius.* Nempe a ψόω ψοὶς, a ψίω ψιὶς, a ψύω ψυὸς, pp. est, quod *fricatur raditurve*: unde ψία Subst. *mica*, et ψόα sive ψύα *clunis.* Eximie autem ψοαὶ sunt *lumborum musculi.* Vide *Foës.* in Oeconom. Hippocr. E. S.]

Ψόλος *fumus.* A ψάω *rado.* [*Hesych.* Ψόλος· καπνὸς, αἰθάλη, φλὸξ, ἀσβόλη. A ψόω *rado*, (nisi mavis a *Pers.*

Perf. Medio verbi ψέλλω, unde ψέλλος,) ψόλος, pp. dicta videtur *crepitatio*, sive *obscurum murmur* flammae; tum vero etiam *fuligo*, quae *abradi*, sive *radendo abstergeri solet*. A ψόλος, sive, Dativo casu ψόλῳ, fluxit ψολέω. *Hesych.* ψολῶσαι· ψιλῶσαι, ῥινῆσαι RADERE, LIMARE: unde ψολόεις, epitheton *fulminis crepitantis*, ac *cum crepitu ardentis*. Od. Ω, 538. Ψ, 330. ubi vide *Clark.* et conf. *Belg.* RATELEN. E. S.]

Ψέφος *strepitus*, a sono. [*Hesych.* Ψέφος· ἦχος, κτύπος. Consulatur *H. Stephanus*, Th. T. IV, c. 735. Glossae veteres: ψέφος· ὁ ἦχος *crepitus*, *strepitus*, *fragor*, *sonitus* &c. Analogice est a ψέω *rado*: de quo vide in cognatae significationis nomine, ψέλος. Nisi placeat repetere a Perf. Medio ἔψοφα verbi ψέφω, unde ψέφος. A ψέφος porro est ψοφέω. Conf. ψέφος, et *Valck.* ad *Euripid.* Phoenisf. p. 144. 145. E. S.]

[Ψόω obsoletum, pp. *rado*. Idem verbum fuit ac ψάω. Vide in ψοά, et infra in ψύω. E. S.]

Ψύδρακες et ψυδράκια *pustulae parvae*, *papulae*: a Singularibus formis ψύδραξ, et ψυδράκιον. Haec autem diminutiva orta a dativo ψύδρακι. Glossae vett. ψύδραξ *tuber*, ψυδράκιον *papula*. Stirps est ψύω, cognata aliis ψάω, ψέω, ψίω, ψόω. A ψύω nempe, primum ortum videtur ψύνω, ψύδω· hinc ψυδνός, ψυδνός. Unde in *Hesychio* ψυδνή· χέρσος, ἀραιά, ὀλίγη, *sicca*, *tenuis*, *parva*, a *radendo*, scilicet, et *confriando*. A ψύδω porro descendit ψύδρω, et hinc ψύδραξ. *Pustulas papulasve* a *radendo* et *fricando* dici potuisse, nemo facile negaverit. E. S.]

[Ψύθος *mendacium*, et ψυθὸς *falsus*. Dorice dicta fuisse monent Grammatici, pro ψευδής *mendax*, et ψεῦδος *mendacium*. Quae tamen ita intelligenda sunt, ut formas ψύθος, et ψυθός, accipiamus pro derivatis a tertia Praet. perf. Pass. πέψυται, verbi ψύω. Hoc vero ipsum ψύω, quum, significatione secundaria, idem valuisse videatur ac propagata inde verba ψύχω, et ψύχω, exinde simul apparebit, notionem *mentiendi* et *fallendi* desumi potuisse ab illa *proflandi*, adeoque et ipsum ψεύδειν *fallere*, ψεύδεσθαι *mentiri*, idem

idem pp. significare potuisse, ac *proflare* mendacia: qualis metaphora notissima est in illo Prov. XIV, 5. יפיח כזבים עד שקר interprete *Schultensio*: PROFLANT *mendacia testes falsitatis*, et ibid. vs. 25. יפיח כזבים מרמה. Qui *mendacia* SPIRAT, *impulsio* in *fraudem* est. E. S.]

Ψύλλος *pulex*. A ψύω *rado*. [Ut a ψίω *rado*, ψίλω, ψιλός, sic a ψύω, ψύλω, ψυλός, et, media geminata, ψύλλος. Etiam f. g. dicitur ψύλλα. *Animalculum* hoc ita vocatum fuit a *radendo*, *terendo*; quod *manu friante conteri solet*. Aliud est ψύλλος apud *Hesychium* τὸ παχὺ, τὸ συνέχον· eodem fortasse flexu significandi dictum, quo קשה *durus* Hebraeis similiter a *radendo*, *terendo*, *limando*, dicitur. E. S.]

Ψυχὴ *anima*, *vita*, pp. *spiritus*. A ψύχω *spiro*. [Conf. in ψύχω, et cel. *Lennep.* ad Phalar. p. 304.]

Ψύχω *spiro* &c. A ψύω *rado*, *tergo*, *perstringo*; ut *ventus spirans*: a cujus *sono* dicitur. [„ Prima vis verbo ψύχειν fuit *flandi*, *spirandi*. *Exspirando calida frigefiunt*, *humida siccantur*. Itaque ex origine *spirandi* duplex facile fluxit *refrigerandi* et *arefaciendi* potestas. — Verbum autem ψύχειν, antequam litera adspirata χ in usum esset recepta, pronuntiabatur ψύγειν. Hinc remanserunt Aoristus secundus ἔψυγον· nomina etiam ψυγεὺς, ψυγεῖον. Verbum ψύγω oritur a ψύω· quod unum de *quinque* est, ex quibus prodiit, quidquid verborum et nominum est a ψ incipientium. A ψύχω nomen proxime ortum ψύχος, significans *frigus intensum*. A ψύχω remanserunt Adjectiva ψυχρὸς et ψυχεινός. Prius, de *frigore* positum, proprie sic dicto, figurate significabat *ridiculum* et *ineptum*. Dicta, ad risum captandum prolata, sed a sapientibus auditoribus irrisa, quia erant *invenusta*, dicebantur a Graecis ψυχρὰ ἔπη. Conf. illa *Machonis* Comici apud *Athen.* L. XIII, p. 585., Latine conversa ab *H. Grotio* in Excerpt. p. 854. A ψύχω nomen ortum ψυχὴ *anima*, ex origine, nihil aliud notat, quam *flatum*, sive *anhelitum* [Hebr. נפש] A Praeter. perf. Pass. nomina orta sunt ψυγμὸς, ψῦγμα, ψύξις, ψυκτὴρ, ψυκτός.

Ψυκ-

Ψυκτὴρ, apud Atticos frequens, *vas* notat *vino refrigerando, poculisque eluendis, accommodum*, teſte *Moeride Atticiſta*, p. 422." [Conf. *Pierſon.* l. c. et *Ruhnk.* ad *Timaei* Lex. p. 278.] Compoſitum verbum ἀποψύχειν, et Medium ἀποψύχεσθαι, Homero recentioribus est *mori*. Videri poſſit iſta vis ab origine longe remota: nec tamen est. Ἀποψύχειν, aeque ac ἐκψύχειν, notat *exſpirare:* notat quoque *exſpirando frigefacere*, et Media forma, *frigefieri.* Hinc ſubnata ſignificatio *recreandi reſpirando.* Ita v. gr. in loco Homerico, [Il. X, 2.] Trojani, *currendo fatigati*, dum *ſudorem abſtergebant*, vires debilitatas reparare nitebantur: quod poëta dixit ἱδρῶ ἀπεψύχοντο, pp. *ſudorem efflabant.* Congruit eadem explicatio, Il. Λ, 620. ubi laſſi ἱδρῶ ἀπεψύχοντο χιτώνων Στάντε ποτὶ πνοιὴν παρὰ θῖν' ἁλός· *ſtantes in litore maris ſudorem ad ventum exſpirabant, et veſtimenta exſiccabant.* Illinc quoque nata notio *moriendi.* Qui *animi patiebantur deliquium, ultimum* etiam *halitum efflantes moriebantur*, Latine *exſpirantes*, Graecis, (ſed *Homero* longe recentioribus,) dicebantur ſimpliciter ἀποψύχειν, ἐκψύχειν. Plene *Sophocles* dixit βίον ἐκψύχειν, in Ajace vs. 1025. In *Bionis* carmine, ſive *Epitaphio Adonidis*, Veneris ille amaſius, *moribundus* atque *aegre ducens animam*, eleganter dicitur λεπτὸν ἀποψύχων. *Homerus* ANIMAM EXSPIRARE dixit θυμὸν ἀποπνείειν, Il. Δ, 524. *Efflare halitum extremum* dixit *Accius* Tragicus Latinus &c. L. C. V.] [Vide et virum ſummum ad Eurip. Phoen. vs. 1448. E. S.]

Ψύα *foetor.* Forte a ψάω *rado, frico.* [*Etymol.* Ψῶα καὶ ψῶζα, ἀμφότερα τὴν δυσωδίαν σημαίνει. *Heſych.* Ψωία· σαπρὰ, δυσωδία. Pro ψάω, contracte dicitur ψῶ, pp. *rado, frico.* (Conf. ψάω.) A ψῶ hocce deſcendit ψῶος, ψῶα, ψῶον· cujus forma foeminina ψῶα, ſive ψύα, pp. videtur notaſſe *id*, quod *fricari* ſive *ſcabi cupiat*, et hinc, eximie, *ſcabiem foetidam. Suidas:* Ψῶσα [pro ψάουσα] νόσος τις. Εὔπολις Μαρικᾷ δὲ θυμήνας τοῖς ςρατιώταις λοιμὸν, καὶ ΨΩΣΑΝ ἔπεμψεν· οἱ

ἢ Φασὶ καὶ τὸ τῆς νόσου εἶδος, ὅτι ΚΝΗΣΜΟ'Σ μετὰ δυσωδίας ἐςί. E. S.]

Ψώθιον *mica*. A ψάω. [Docuit *H. Stephanus* Th. T. IV, p. 710. „ Ψώθιον ab eadem origine esse, qua ψωμὸς, et significare itidem *frustulum*, *micam*: uti *Hesychius* dicit, ψώθια esse τὰ τοῦ ἄρτου ἀποθραύσματα &c. Itaque haud dubie descendit vox a ψάω, ψῶ, *rado*, *comminuo*. E. S.]

Ψωλὸς *verpus*. A ψάω. [Nimirum pro ψαόλος. Vide *Valck.* in χωλὸς, pro χαολός. „ Ψωλὸς *verpum* significat. Alioquin pp. notat *decurtatum*. Contractum enim est ex ψαολὸς, quod a ψάω *rado*. Hinc ψωλοὶ, qui Judaeis [מולים] *circumcisi*. Idem hoc ψωλὸς epitheton est Aegyptiorum, qui *circumcidi* quoque solebant, petulantiae, libidinis, vel instituti etiam, caussa. Ad libidinem hircorum refertur in *Aristoph.* Plut. vs. 267." &c. T. H.] [Conf. et *Is. Casaubon.* Animadversf. in Athenaei, L. X, p. 764. ubi observat, „ literis ΨΩ nonnunquam obscoeni aliquid intelligi. Sed, qua notione inter praetextata verba censeatur τὸ ψῶ, alium explicare se malle" dicit. Ergo et nos non explicabimus, cur τὸ αἰδοῖον dicatur ψωλή, in *Aristoph.* Avib. vs. 561. et alibi. E. S.]

Ψωμὸς *buccella*. A ψάω. [Malim equidem a ψάω *frico*, *decortico*: unde in Praeter. perf. Pass. ἔψωμαι, et hinc ψωμός. *Etymol.* c. 818: 2. παρὰ τὸ ψῶ· τὸ λεπτύνω. Ἐκ τούτου τοῦ ψῶ, καὶ ψωμὸς, μερὸς τι τοῦ ἄρτου· ὁ γὰρ ἄρτος ὁλόκληρος ἐςι. Idem c. 819: 45. ψωμὸς, παρὰ τὸ ψήχεσθαι, ὑπὸ τῶν ὀδόντων, καὶ τρίβεσθαι. E. S.]

Ψώρα *scabies*: *asperitas summae cutis, ex ea furfures eliciens* &c. A ψάω. [Nimirum, ψῶρος pro ψάορος· ut χῶρος pro χάορος. Rationem denominationis dilucide exposuit *Etymolog.* c. 820: 1: ἀπὸ τοῦ ψᾶν· ὅτι οἱ τῷ πάθει τούτῳ συνεχόμενοι, πρός τι ψᾶν τι καὶ κνήθειν τὰ πεπονθότα τοῦ σώματος μέρη, πολλὴν ἔχουσιν ὁρμήν. Inde et ψωρος, apud *Hesychium*, παιδεραστής· quae significatio satis intelligi poterit ex illo *Socratis* de *Alcibiade*, Memor. L. I. Conf. *Foës.* in Oec. E. S.]

Ψώχω *attenuo*, *in frusta comminuo*. A ψάω. Alibi

cel.

cel. *Lennepius:* „ Verbum ψώχω respondet Latino *friare*, vel *terendo fricare.* A verbis, nimirum, ψάω, ψέω, ψίω, ψόω, et ψύω, varia fiunt derivata, quae plerumque *terendi*, *fricandi*ve, notione usurpantur. Ista autem *terendi* notio pp. repetenda est a *sono*, qui edi solet, quando aliquid *radimus*, *fricamus*, aut *terimus*. Inest autem iste sonus in litera potissimum ψ· quare etiam omnia ejusmodi verba, a litera ψ incipientia, a *sono* facta esse censenda sunt" &c. Audiamus et L. C. V. „ Verbum ψώχειν," inquit, „ contractum est ex ψαύχειν· quae forma est auctior verbi veteris ψάω, significantis, in origine, *rado*. A RADENDI notione, tanquam ex fonte suo, fluxere significationes, huic verbo datae, *abstergendi*, *attenuandi*, *calefaciendi* &c. [Conf. in ψαθυρός.] Hinc (Evangel. *Lucae* c. VI, 1.) ψώχοντες ταῖς χερσὶ *fricantes*, sive, veteri verbo, *friantes*, i. e. *fracta comminuentes*. In *Hesychii* Lexico vox Lucanea, ψώχοντες, tanquam vulgo ignota, redditur his notionibus: λεπτύνοντες, διαξαίνοντες. Quod *Lucae* dicitur ψώχειν, hoc *Herodoto* scribitur σώχειν. Iones etiam in sermone erant molles: ex diversis linguis, et diversis dialectis, ingenia populorum ab attento possunt detegi. Multo utique lenius erat, et pronuntiatu facilius, quod *Herodotus* Ionice scripsit σώχειν [Lib. IV, c. 245. p. 315. ubi videatur *Wesselingius*] quam, quod ceteri Graeci pronuntiabant ψώχειν. Sic PSITTACUS Latinis, ut et Graecis; sed σίττακον Iones dicebant. Pro ψελλίζεσθαι *ore blaeso loqui* Ionicum *Hesychius* annotavit σελλίζεσθαι. Eadem ratio est vocum ψοίθυς, et σοῖθυς· de quibus egit vir clariss. *D. Ruhnkenius* in Epist. Critic. II, p. 65. (215. n. e.) L. C. V.] [Quodsi ad originem verbi ψώχω attendamus, videtur proxime repetendum a ψάω· unde in Praet. perf. ἔψωκα, ἔψωχα, et hinc denuo ψώχω. E. S.]

[Ψάω, verbum cognatum aliis ψάω, ψέω, ψίω, ψόω, ψύω, pp. significavit *rado*. Hinc notio *calefaciendi*, *radendo*, nimirum, sive *terendo studiosius*. Vid. cel. *Valck.* in ψώχω. *Hesychius* ψῶσαι· θάλψαι. E. S.]



Ω.

Ὦ *o!* Factum est a sono *exclamantis*, et *vocantis*. [Addatur ὢ *admirantis:* unde formatum verbum „ ὤζειν. *Hesychius:* Ὤζειν, βοᾷν † ὤζειν, ἐβόησεν. † ὤζοντες, βοῶντες, καὶ λέγοντες ὢ ὤ, καὶ θαυμάζοντες. *Aelius Dionysius Eustathii* ad Il. X, p. 1384: 39. Ὤζειν, τὸ θαυμάζειν, ὡς ὢ (leg. ὢ ὤ,) λέγειν &c. L. C. V. Diatrib. in Eurip. fragm. p. 21, A. Idem, in Adnotatt. ad Adoniaz. Theocr. p. 403." Ὢ admirantis (quod ab Ὦ distinguit *H. Stephan.* in Append. Thes. p. 53. et 103.) verbum peperit ὤζειν, significans *cum admiratione* ὢ ὢ *exclamare:* semel illud legitur in *Aristoph.* Vesp. vs. 1518., quem locum, a se emendatum, primus explicuit *R. Bentlejus*, in Resp. ad Boyleum, ex Ed. *Lennepii* Lat. p. 149." &c. Plura possunt legi apud ipsum. L. C. V.]

[Ὠβὰ *tribus: pars populi in certas classes distincti.* Dialecto Laconica. Stirps videtur esse ὤω, sive potius ὄω *fero:* de quo verbo dictum jam est in οἴω, et dicendum recurret in ὤω. Antiquioribus saeculis pro ω scriptum fuisse ο, cum virgula quadam, supra adscripta, vel et οο geminatum, pro eodem adhibitum fuisse, satis constat. Vide *Lennepii* Analog. Cap. II, p. 33. Adde ipsum *Platonem* in Cratylo, p. 420. A. *Scholiasten* Euripid. ad Phoen. vs. 688. *Valck.* ad Eurip. Phoen. p 216. 260. 688. *Villoison.* in Diatr. p. 124. 159. 168. &c. subjunctumque Indicem locupletissimum; ne alios laudem, numero plures. Hoc igitur pacto ab ὄω factum est

est ὄας, ὄη, ὄαν, et (vocalis longae figno adfcito ω) ὤας, ὤη, ὤαν. Porro, ut hiatus inter vocales, leniori pronuntiatione, tolleretur, adfcita fuit deinde litera confonans β, ab *Aeolibus* praefertim et *Doribus*. Conf. Analog. *Lenn.* Cap. XVI, p. 207. et Animadverf. p. 352. ac p. 511. ibidemque laudatos viros doctos. Itaque, pro ὤη, jam habebimus ὠβὴ, pp. *quae feratur*, vel *in lucem proferatur*, *educatur*, et, Subftantive, *tribus*. Etiam, mafculina forma, exftat ὦβαι, quod vocabulum ab *Hefychio* redditur τόποι μεγαλομερεῖς. Ceterum ab ὠβὴ, five Dativo ejusdem ὠβᾷ, novum verbum formatum est ὠβάζω *populum (in ὠβὰς) diftribuo.* Conf. *Suidas* in ὠβάς. E. S.]

[Ὤγη *interfeptio.* Ὠγμὸς *vox elatior*. *Suidas*: Ὤγη· διάφραξις. *Hefych.* Ὠγμός· φωνὴ μετὰ τοῦ ἐκβοηθῆναι, ἢ μετὰ χειροτονίας. Verbum videtur fuisfe ὤγω, pro ἄγω, e ftirpe ὄω, οἴω, pp. *fero*, *tollo*, *attollo*. Hinc ὠγὴ pp. *elata* ftructura, et dein *interfeptio.* Porro ὠγμὸς *elata vox*, five *vox* fortius *prolata*: ab ὤιγμαι, five ὤγμαι, prima Praeteriti perf. Pasfivi. E. S.]

[Ὠγύγιος *Ogygius*, *antiquisfimus*. *Etymol.* c. 820: 37. "Ὤγυγος, ἀρχαῖος βασιλεὺς Ἀθηναίων· ἀφ' οὗ καὶ ὠγύγιαι πύλαι ἐν Θήβαις· καὶ πᾶν τὸ ἀρχαῖον ὠγύγιον φασὶ, διὰ τὸ πολὺ αὐτὸν γίνεσθαι ἀρχαιότατον κ. τ. λ." Conf. et *Hefych.* ac *Suidas*. „ Ogyges Atticae, fimul et Boeotiae rex, Eleufinae conditor: ad cujus aetatem diluvium in Graecia, Deucalioneo prius, referunt, utrumque a *Noachico* diverfum; contra quam plures exiftimant. Vid. *Scaligeri* Animadv. ad Eufeb. p. 22. *Prideaux* ad Chron. Marmor. p. 92. Chronologi veteres fere confentiunt, (ut *Julius Africanus* docet apud *Eufeb.* in Chronico p. 25. 27.) diluvium Ogygium incidisfe in annum, ante primam Olympiada, MXX: quae quum *Chriftum* praecedat annis DCCLXXVI, illud esfe figendum videtur in annum, ante Chriftum natum, MDCCXCVI. Multa, de hoc *Ogyge*, ceterisque Athenienfium regibus, fingulari libro, (quem Volumen IV. *Thefauri* Grae-

 car.

car. Antiquit. continet,) *Joh. Meursius* est commentatus. Quod autem omnium in Graecia regum fuerit vetustissimus, aut vetustissimis par, (utpote *Jacobo* patriarchae, si *Eusebio* credimus, aequalis: et longe supra certi temporis fastos evectus.) ideo *quaevis prisca*, et *antiquissima* Graeci vocant ὠγύγια. *Simmias Rhodius* in Pterygio ὠγύγιον σκᾶπτρον *regnum vetustum*. *Empedocles* ὠγύγιον πῦρ, quippe *primum*, ex ejus sententia, *rerum naturalium elementum*. Thebanis Boeotiisque hunc usum fuisse proprium, notat Lutat. ad *Statii* Theb. I, 173. Vide *Spanhem.* ad Callimachi Hymn. in Iov. vs. 14. Nomen ipsum ex Oriente ab עוג vel עגוג videtur profectum." T. H.]

Ὠιδὴ ODE, *canticum*, pro ἀοιδή. Alio loco cel. *Lennepius*: „ Verbum ᾄδειν, ut et nomen ᾠδή, pp. convenit in *cantum* quemcumque, et vix differt, nisi sono, ab Ionico ὑδέομαι, cujus forma simplicior ὕδομαι, nomen ὕμνος peperit. — Verbum ἐπᾴδειν, vel Medium ἐπᾴδεσθαι, significat idem quod *incantare*, eo, nempe, sensu, quo dici solet *incantatio*, vel *cantio magica*, atque inde ἐπῳδὴ interdum sonat *cantionem magicam*. Interdum etiam speciatim nomen istud usurpatur in carmine lyrico: quando ἐπῳδὸν vocant *cantum*, *qui reliquo carmini subjicitur*, et *ei veluti respondens accinitur*" &c.

[Ὠδὶν, sive ὠδὶς, ῖνος, *dolor parturientis*. *Lennepius*, alio loco: „ Probe apud Graecos distinguendae sunt" inquit „ voces ὀδύνη, et ὠδὶν, vel ὠδίς. Prius *quemcumque dolorem* significat, [pp. *pungentem*. Vide supra.] posterius vero speciatim *dolorem* notat *mulieris parturientis*: unde, in Plurali, ὠδῖνες saepe significant *ipsum partum*, seu *pariendi actionem*; quemadmodum fere cernitur in locutione λῦσαι τὰς ὠδῖνας τινὸς *partum alicujus solvere*, vel *partum adjuvare*. Ab utroque nomine verba deducta primitivorum naturam sequuntur: et quidem ὀδυνᾶσθαι, ab ὀδύνη, generatim dolere, ὠδίνειν vero, ab ὠδὶν, idem est ac *dolore partus laborare*: unde deinceps notat *parturire*, et saepius metaphorice ponitur

tur; ut *parturire* apud Latinos." *Etymol.* c. 821: 5. Ὠδὶς, παρὰ τὸ ὠθῶ· ὠθίς τις οὖσα, δι' ἧς ὠθεῖται τὸ βρέφος. Videri possis conferendum esse verbum ὤθω, ex quo propria eluceat notio *premendi* et *nitendi*: ut ὠδίνειν, sive ὤθειν, pp. sit *niti*, et de *nisu parturientis* ponatur." Ὠδῖνες pp. sunt *dolores exquisiti*, quales *mulier patitur parturiens*. Schol. *Sophoclis* ad Electr. vs. 535. αἱ ἐν τῷ τίκτειν ὠδῖνες πᾶσαν ὀδύνης ὑπερβολὴν ὑπεραίρουσι. Veteri *Hymno* in *Apollinem*, Latona, *per novem dies novemque noctes* ὠδίνεσσι πέπαρτο *partus jacebat confixa doloribus*. Infantes *difficili partu in lucem editi*, in stilo sublimi, ὠδῖνες audiunt, ut apud *Aeschylum* in Agamemn. vs. 1427. et *Euripid.* in Ione, vs. 45. Recte, meo quidem judicio, cl. *L. Bos*, Exercitt. p. 69. phrasim (Act. Apost. c. II, 24.) desumtam esse credidit ab eo, qui manu obstetrice faciat, ut *mulier*, *nixu vehementi fatigata*, *partu liberetur*, atque *onus naturae deponat*." L. C. V.] [Quod si tamen locum insignem Homeri, Il. Λ, vs. 268-271. compares cum altero illo, Od. I, 415. vix dubitaveris, quin ὠδὶς, aeque ac ὀδύνη, origine sua pp. significaverit *dolorem acutum*: ut ὄδω, et ὤθω, formae verborum sint eaedem, et scriptione sola diversae. E. S.]

Ὠθέω *pello*. Ab ὤθω, quod cum ἄθω componendum. [Formam simpliciorem ὤθω nobis praebet *Etymol.* col. 351: 48. Ἔωσεν· ἀπὸ τοῦ ὤθω, inquit, τὸ ἀπώθω, ὁ μέλλων, ὤσω· ὁ ἀόριστος, ὦσα, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε, ἔωσα. De *fluctu* vehementius *urgente* verbum ὤθω legitur, Il. Φ, 241. Ὤθει δ' ἐν σάκεϊ πίπτων ῥόος, οὐδὲ πόδεσσιν Εἶχε στηρίξασθαι. De *austro* item, ingentem fluctum vi sua *impellente*, Od. Γ, 295. Ad priorem vero locum *Eustath.* p. 505. 29. Τὸ μὲν κυλίειν, inquit, ἀπὸ τῶν ἄνω ἐπὶ τὰ κατώτερα λέγεται· τὸ δὲ ὠθεῖν ἀνάπαλιν. Itaque pulchre verbum hoc adhibuit poëta de *Sisypho*, *lapidem ingentem* SURSUM PELLENTE, *lapidemque*, *iterum delapsum*, *summa vi ad altiora iterum* REPELLENTE, Od. Λ, 595. λᾶαν ἄνω ὬΘΕΣΚΕ ποτὶ λόφον — Αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής· Αὐτὰρ ὅγ' ἂψ

ὨΣΑΣΚΕ τιταινόμενος. Ubi in transitu observari velim, formas verbi derivatas, (ὠθέσκω et ὠσάσκω,) ab eodem fonte ὤω, sive ὅω, unde ὠθέω, deductas. Lege hic *Eustath.* p. 1702: 15. et 39. ὠθεῖται γὰρ μὲν λίθος κάτωθεν ἄνω, κυλίνδεται δὲ ἀνάπαλιν. Denuo idem *Eustath.* p. 1790: 59. κυρίως γὰρ ὠθεῖν, τὸ ἀπὸ χθαμαλωτέρου ἀνάγειν εἰς ὑψηλότερον. Conf. et T. H. in ὤσμαι. E. S.]

Ὠκεανὸς OCEANUS. Ab ὠκὺς *celer*. [Ex oriente repetendos esse vocis ὠκεανοῦ natales, post *Vossium*, eximie docuit *S. Bochartus*, Geogr. Sacr. L. I, Cap. 36. col. 638. 639. Ubi simul *Homeri* loca de Oceano in medium dedit vir summus: &c. 638: 60. „ Sub Davidis" sic pergit „ et Solomonis regno, (quo aevo natum esse *Homerum* plerique volunt,) Phoenices, non in Occasum modo, sed et in Ortum, per mare Rubrum coeperunt latius se diffundere, et longinquis navigationibus utriusque Oceani remotiora frequentare. Et mare illud vastissimum, *quo terram circumquaque cingi* deprehenderunt, mare חוג *og*, sua lingua, vocarunt, id est, *mare ambitus*. Quomodo Arabice vocari diximus אלבחר אלמחיט *mare ambiens*. Unde Graecis nata vox ὠγὴν, quod *Oceani* fuit priscum nomen. *Hesychius*: ὠγὴν, ὠκεανός" &c. Conf. porro *Scholiast.* ad Euripidis Bacch. vs. 405. ubi βαρβάρου ποταμοῦ nomine OCEANUS venit, et idem poëta, in Oreste, vs. 1376. quo loco ὠκεανὸς ἀγκάλαις ἑλίσσων κυκλοῖ χθόνα dicitur. Haec *Bocharti* etymologiam haud parum confirmant. E. S.]

Ὠκὺς *celer*. Pro ἀκὺς, ab ἄκω, vicino alteri ἀκω, i. e. *acuo*. [*Etymol.* Ὠκὺς σημαίνει τὸν ταχύν· παρὰ τὴν ἀκὴν, ἥτις δηλοῖ τὴν ὀξύτητα, γίνεται ἀκύς· καὶ, τροπῇ, ὠκὺς κ. τ. λ. Simillima ratione Hebr. מהיר pp. est ὀξὺς, *acutus*, dein *penetrans*, *celer*, *festinus*. Conf. dicta in ὀξύς. Ceterum formam Comparativam vocis ὠκὺς, apud Latinos mansisse in OCYOR, *ocyus*, observatum saepius fuit. Vide *Vossii* Etymol. et ibidem laudatos doctisf. viros. E. S.]

Ὠλένη *cubitus*, *brachium*. Ab ὀλέω *volvo*, *flecto*.

[Est

[Est pp. forma Adjectivi f. g. a masc. ὤλενος. „ Ὤλενος et ὠλένη Lat. ULNUS et ULNA. A simpliciori ὦλος, quod veteres pro *brachio* posuerunt. *Hesych.* Ὠλλὸν (ὦλον) τὴν τοῦ βραχίονος καμπήν, *brachii flexuram* &c." T. H.] [Conf. *Salmas.* Exerc. Plin. p. 872. a. et *Vossii* Etymol. voce ULNA. Vide porro in ἔλλυμι, ὅλμος, ὁλοός. Masculinum ὤλενος servatum fuit in Ὤλενος OLENUS, nomine viri proprio apud *Eustathium*, p. 883: 1. Etiam formam vocis simpliciorem ὠλὴν memorat *Suidas* in ὠλέναι. Ὠλὴν δὲ, inquit, ὠλένος, ἀρσενικὸν· τοῖς ὠλέσι, πληθυντικῶν. Ab hoc, nempe, Genitivo ὠλένος, novum fluxisse Adjectivum ὤλενος, ὠλένη, ὤλενον, credibile est. Ceterum *brachium*, sive *brachii curvatura* a *volvendo* ὄλω, sive εἰλῶν, (in Gen. ὠλένος,) videtur dicta: quia *jactari* solet *brachium*, ac veluti *volvi*. E. S.]

[Ὤμιλλα *ludus nucum*. *Suidas:* παιδιά τις, ἐν ᾗ ὁ εἰς τὸν κύκλον βαλὼν κάρυον, ὥστε ἐμμεῖναι, νικᾷ. — ἀπὸ συναιρέσεως ἡ ὤμιλλα. *Kusterus* postrema haec legi jubet ἡ ἅμιλλα. Ἅμιλλα *certamen*, quid pp. sit, explicuit *Lennepius*. Aptius tamen, ni fallor, componi poterit alterum ὅμιλος, sive ὅμιλος, pp. *simul convolutus*, *simul congregatus*, ut explicuit T. H. Itaque ἡ, sive ἡ ὅμιλα dare potuit ὤμιλα, ὤμιλλα, ὤμιλλα: qua voce *nucum congregatio* dici potuit, quam *circulum*, sive *ollam*, vulgo dicunt. E. S.]

Ὦμος *humerus*. Ab οἴω *fero*, *porto*. [*Etymol.* c. 822: 23. ἢ παρὰ τὸν οἴσω μέλλοντα (ὁ γὰρ ἐνεστὼς οὐκ εἴρηται) γίνεται οἶμος, καὶ ὦμος, ἐφ' οὗ φέρομεν τὰ φορτία, τροπῇ τῆς οι διφθόγγου εἰς ω κ. τ. λ. Nimirum, quemadmodum, (eodem docente *Etymologo*, c. 822: 33.) pro οἴ μοι *vae mihi!* dicitur ὤμοι, ita pro οἶμος dixere ὦμος. Stirps igitur οἴω, sive ὄω, *fero*, *tollo*. Ab illius quidem verbi, οἴω, prima Praeter. perf. Pass. ἔοιμαι, οἶμος, ὦμος, pp. vocatus videtur *humerus*, sive quod *tollat onera*, (uti placet *Etymologo*,) sive potius, vi formae Passivae, *quod attollatur:* nullum enim membrum fere corporis humani est, in quo

 su-

sublatio ista magis attendatur. Unde Belgis frequentissima phrasis: *den schouder opligten*. Ab ὦμος, sive potius ὦμερ, Latinis etiam UMERUM, HUMERUM, dictum fuisse, *Vossius* docuit. Conf. et seq. ὠμός. E. S.]

Ὠμὸς *crudus*. Ab ὦω *fero*, *porto*. Dicitur de *fructibus*, [nondum decerptis,] *quos* etiamnum *fert arbor*. [Forma sua Passivum est, ut alterum ὦμος, a quo non, nisi usu, differt. *Etymologus* c. 822: 16. Παρὰ τὸ ὦ, τὸ ὑπέχω repetit: quod nimis subtile est. Recurramus igitur denuo ad stirpem ὄω, sive potius οἴω *fero*: de quo lege dicta superius. Tali e fonte ὠμὸς, ἡ, ὀν, pp. est *qui*, *quae*, *quod fertur*, nempe, *ab arbore*, atque adeo pp. dicitur de *fructibus*, teste *Aristotele*, Lib. IV, Meteorol. apud *H. Stephan.* Th. T. IV, c. 778. Plura dabunt l. l. *Stephanus* et *Foësius* in Oecon. E. S.]

[Ὠνέομαι *emo*, *mercor*. Etiam ὠνέω, forma Activa, in usu olim fuit. *Hesych.* Ὠνεῖ· πωλεῖν, ἀπολαύειν. Conf. *Pierson.* in Moerid. p. 156. 157. *Eustath.* p. 1383: 11. ab ὄνος *asinus* dictum censebat τὸ ὠνεῖσθαι. „Ὥσπερ δὲ" inquit „ἀπὸ τῶν ἀρνῶν τὸ ἀρνεῖσθαι εἴληπται, οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν ὑπὸ τοῖς ζῴοις πώλων, εἴρηται τὸ πωλεῖν· ἀρέσκει δέ τισι, καὶ ἀπὸ τῶν ὄνων κατὰ ἔκτασιν τῆς ἀρχούσης, τὸ ὠνεῖσθαι παρῆχθαι" κ. τ. λ. Commodius fortasse repetas ab ὄνω, ὀνέω, pp. *cumulo*, *accumulo*, *adaugeo*: ut ὠνεῖν pp. dixerint veteres de *licitatione*, *qua*, *augendo pretium*, *emtio*, *venditio contrahatur*. Egregius locus hanc in rem est *Herodoti* L. III, c. 224. p. 269. de Dario, Sylosontis amiculum frustra *emere cupiente*, ἐπιθύμησε, inquit, τῆς χλανίδος, καὶ αὐτὴν προσελθὼν ὨΝΕΕΤΟ. Ita et *Aristophan.* Plut. vs. 519. de *emtione* servorum, quae fit *auctione* publica, ὠνησάμενος ἀργυρίου et alibi passim. Conf. dicta in ὄνειδος, ὄνημι, ὄνομα cet. E. S.]

Ὠιον vox non Graeca, sed falsa. [Occasione vocis ὑπερῷον commemoravit eam vocem *Eustathius*, ad Od. A, p. 1420: 52. Λέγεται δὲ ὑπερῷον τὸ ὑποκείμενον οἴκημα· ὦα γὰρ, κατὰ γλῶσσαν, τὰ οἰκήματα. Vide *H. Steph.*

Steph. Th. T. II, c. 1253. D. et lege, quae ad veram vocis ὑπηνῶν compositionem pertinent, indicata, superius. E. S.]

'Ωὸν *ovum.* Ab ὤω *fero.* [Sive potius ab οἴω. Distincte magis hinc intelligas illa *Etymologi*, c. 822: 39. ᾠόν· δεῖ γινώσκειν, ὅτι τὸ ᾠὸν τὸ ι ἔχει· πρῶτον μὲν, ὅτι εὕρηται τὸ ι, κατὰ διάστασιν παρὰ τῇ Σαπφοῖ. Φασὶ δή ποτε Λήδαν ὑακίνθινον πεπυκαδμένον εὑρῆν ὤϊον: — δεύτερον δὲ, διὰ τὸν χαρακτῆρα· τὰ γὰρ διὰ τοῦ ιου μονογενῆ: — εἰς τὸ ζῶον τὸ δὲ ᾠὸν ὀξύνεται. — 'Ετυμολογεῖται δὲ παρὰ τὸ οἴον· μόνον γὰρ τίκτεται. „ Malo ab αὔω *splendere.* Sunt enim *ova* fere *alba* et *splendida.* Ideo forte et hodie Graecis αὐγὸ est *ovum*, ut Danis *oeg*, Angl. *egge* et Hebr. ביצה *ovum* a בוץ (בייץ) *album esse.*" Martinius in Etymologico. Neutra derivatio mihi quidem plana satis est. Οἴων pp. videtur esse Participium praes. Act. neutr. gen. verbi οἴω *fero.* Itaque οἶον, et, pro hoc scriptum ᾠὸν, pp. fuerit *ferens*, sive *portans*, nempe *pullum*, *pullum* in se *continens.* E. S.]

'Ωὸπ acclamatio nautica. Factum a sono. [Vide *Aristophan.* Ran. vs. 182. et Aves, vs. 1394. et Scholiast. E. S.]

῞Ωρα *tempus* pro ὧρα, quod ab ὅρος *terminus:* de quo suo loco. Alibi cel. *Lennep.* „ Nomina, quibus *tempus* designatur, ὥρα, καιρὸς, et χρόνος, differunt significatione. Et quidem χρόνος generatim idem valet, quod Latinis *tempus:* ubi, nempe, indefinite sermo est de *tempore*, sive *temporis duratione;* ut, quando Graeci dicunt πολὺν χρόνον διατρίβειν, i. e. *multum tempus terere*, in aliquo loco. Καιρὸς autem praecipue significat *temporis punctum*, ad aliquid agendum *opportunum:* adeoque *opportunitatem temporis.* Hac ratione dicitur aliquis ἐν καιρῷ ἐλθεῖν, i. e. *in tempore*, vel *opportune*, *venire.* Nostrum autem ὥρα tum poni solet a Graecis, quando *tempus* intelligi volunt *definitum*, seu *fixum* et *statutum*, sive *naturae legibus*, sive etiam *hominum in-*

sti-

ſtitutis, ſive quocumque *alio modo*. Ad primum genus pertinet, ubi *quatuor* anni *tempeſtates* ὧραι vocantur, vel ὧραι τῦ ἔτυς. Quemadmodum quoque dicitur ὥρα ἔαρος, ὥρα θέρυς, χειμῶνος et ſimilia. Plerumque autem de *autumno* Graeci ὀπώραν dicunt. Ad alterum genus, ubi ſignificat *tempus hominum inſtitutis fixum*, pertinent locutiones, ὥρα τῦ δείπνυ, ὥρα τῦ καθεύδειν cet. Ab iſta poteſtate hujus vocis quodammodo deflexerunt Graeci poſteriores, quando XXIV. *partes diei* ὥρας vocaverunt. Fuit uſus ille ignotus antiquioribus Graecis, qui alia ratione diſtinxerunt diei tempora, iisque nomina dederunt ab *umbra ſolis*. Ita a veteribus certa diei tempora vocantur, v. gr. ἑξάπυς σκία, i. e. *umbra ſex pedum*, δεκάπυς σκία *umbra decem pedum* &c. Ab omnibus iſtis parumper recedit uſus vocis ὥρα, quando de *ſpecie formae* ponitur. Nihilominus tum etiam potisſimum ſpectatur *tempus aetatis*, quo quis maxime *floret* et *viget*, quodque veluti *naturae legibus* quoque *definitur*. Inde ὡραῖος ſpeciatim dicitur homo, *qui ea est aetate*, quando maxime *ſpecies formae* commendabilis est, atque hoc modo vox *pulcrum*, *ſpecioſum* notat, *aetatis habita ſimul ratione*. &c. Hactenus *Lennepius*: quem vide in χρόνος, et καιρός. Adi et *Platonem* in Cratylo, p. 410. d. *Salmaſii* Exerc. Plin. p. 446. ff. *Graevii* Lectt. Heſiod. p. 8. 130. *Menagii* Amoen. p. 374. *Pierſon.* ad Moerid. p. 426. et infra in ὤρα. E. S.]

Ὦρα *cura*. Origine ſua convenit cum ὥρα. [Itaque bina iſta confudit *Etymologus* c. 823: 7. Ὥρα σημαίνει τὴν μορφὴν, καὶ τὸ κάλλος, ἐξ ἧς καὶ ὡραῖος. (Sed vide hic viros doctos, *Graevium* in primis et *Lennepium*, ad ſuperius ὥρα.) Σημαίνει δὲ τὴν φροντίδα, καὶ τὸ τέταρτον τῦ ἐνιαυτῦ, καὶ τὸ δωδέκατον τῆς ἡμέρας· γίνεται παρὰ τὸ ὁρῶ, τὸ φυλάττω. Veriorem, ni fallor, etymologiam vide in ὄρω *figo*, &c. A *figendo* est etiam notio metaphorica *curandi*. „*Ego omnia mea ſtudia, omnem operam, induſtriam, cogitationem,* men-

mentem denique omnem, *in Milonis consulatu* ꜰɪxɪ *et collocavi.* Verba sunt *Ciceronis* ad Div. L. II, 6. Idem in Anton. Philippica XIV, 9. *Nonne satis est*, *ab hominibus*, *virtutis ignaris*, *gratiam bene merentibus non referri? etiam in eos*, *qui omnes suas* ᴄᴜʀᴀs *in reipublicae salute* ᴅᴇꜰɪɢᴜɴᴛ, *crimen*, *invidiaque*, *quaeretur?* Conf. sis Dissert. nostram in Cantic. Hiskiae, p. 200. &c. Ceterum ab hoc ipso ὤρα, (praeposita litera K, sive C,) Latinorum ᴄᴜʀᴀᴍ dictam fuisse, post *Isaac. Vossium*, docuit cel. *Burgessius* ad *Dawes.* Misc. Crit. p. 525. E. S.]

[Ὠρίων ᴏʀɪᴏɴ: signum coeleste. [*Etymol.* c. 823: 56. Ὠρίων, κατὰ τροπὴν τῆς ο εἰς ω, ἀπὸ τοῦ Οὐρίων, ἐστὶν ἀπὸ ἱστορίας· ἀπὸ τοῦ οὐρῆσαι τοὺς θεοὺς ἐν τῇ βύρσῃ, καὶ γένεσθαι αὐτόν· ἔστι καὶ ἄστρον, οὕτω καλούμενον. Sed adi *Eustath.* ad Hom. p. 280: 28. 1156: 4. 1535: 41-50. 1255: 19. E. S.]

Ὠρύω *ululo.* Factum a sono. [*Etymol.* c. 824: 2. Ὠρύω σημαίνει τὸ κλαίειν· παρὰ τὸ ὕω, ἢ αὔω, τὸ φωνῶ, γίνεται ἀυρύω, καὶ, κράσει τοῦ α καὶ υ εἰς ω, ὠρύω· ἢ γίνεται αὐορύω, καὶ κράσει τοῦ αυο εἰς ω, ὠρύω, κ. τ. λ. „ Ὠρύεσθαι *ululare* luporum proprium. In Polluce *luporum*, *vulpium* et *thoum.* In aliis *canum ululantium.* Graeci tamen interpretes de *leone* passim usurpant. Ita etiam *Petrus Apostolus*" &c. Bᴏᴄʜᴀʀᴛ. Hieroz. P. I, p. 7: 730. E. S.]

Ὡς particula, varios usus habens. Oritur ab ὅς. [Consulantur omnino *Etymol.* col. 824: 13-54. *Hesychius* in voce, *H. Stephani Thesaurus*, et, qui de Particulis Graecis eruditissime scripsit, in eximio opere aetatem laturo, vir clariss. *H. Hoogeveen*, Doctr. Particul. Cap. LVII, p. 1171-1254. Mea quidem ex sententia hoc ipsum ὩΣ nihil aliud est, quam ΟἿΣ, Dativus vel Ablativus Pluralis, Articuli vulgo dicti Postpositivi, verius autem pronominis relativi, ὍΣ. Itaque tali ex origine τὸ ὩΣ respondebit Lat. ǫᴜɪʙᴜs, scil. ᴍᴏᴅɪs, vel simili

λι voce per ellipsin suppressa. Pro ὡς dixerunt primum ᾡς, ut pro Μενελεώς, Μενελεῷς, pro εὐγεώς, εὐγεῷς. Frequenti vero usu iota subscriptum neglectum fuit: ut in aliis benemultis. De ᾡς pro ὡς, vulgo accipi solito, adi L. C. V. ad Herodot. III, 269. E. S.]

Ὠφελέω *juvo*. Conf. ὀφέλλω, ὀφείλω, et Lat. OPS. [Vide T. H. supr. eruditissime de hoc verbo disputantem. Conf. etiam *Pierson.* ad Moerid. p. 426. 427. *Koen.* ad Corinth. p. 182. &c. &c. E. S.]

Ὠχρός *pallidus*. Pro ὀχρὸς ab ἄχος. [Conf. *Foesii* Oecon. Hippocrat. E. S.]

F I N I S.



INDEX



INDEX ETYMOLOGICUS VOCUM LATINARUM, QUAE IN LENNEPII ANALOGIA STIRPIBUSQUE L. GR. NOVA LUCE AUGENTUR. CET.

(A *notat* Lennepii *Praelectiones de* Analogia *linguae Graecae;* AA. Animadversiones E. S. *ad Analogiam Lennepianam;* E. Etymologicum *sive Stirpes L. Gr. Denique litera* V. *designat* Valckenaerii *Observationes ad Origines Graecas investigandas* cet.)

A.

A *pro* ab, *Graec.* ἀπ', *quod pro integro* ἀπὸ, AA. 237. E. 116. Abs *pro* aps, *ex* ἀπὸ:, E. 137. 197. Abacus, ἄβαξ, E. 9. Abdomen, *s.* abdumen, *pro* apdumen, *ab* ὑποδύειν, AA. 266. Abies, *pro* apies, ἀπιὰς, E. 338. Ablegmen, *vox formae* absegmen, AA. 271. Abo, abare, ἄβω, E. 338. Abolla, *pro* apolla, ἀπολλὰ AA. 272. Accipiter, *ab* accipiendo, *i. e.* avide apprehendendo, AA. 273. Ac, *pro* aci, *eadem lege, qua* et *pro* eti, sic *pro* sici *cet.* AA. 308. E. 84. Acco, ἀκέω, AA. 345. E. 70. Acetum, *pp. Particip. Pass. n. g. formae* deletus, a, um, AA. 492. Acer, *vel* aceris, *contr.* acris, *ab* ἄκω pungo, V. 64. E. 70. 74. Acerbus, *pro* acerus, ἄκρος *pro* ἀκερός Acer, ἄκηρ, AA. 481. E. 70. Acies, ἀκὶς, V. 64. Acinaces, *vox Persica.* Acinus, *et* acinum, ἄκινος, ἄκινον, V. 77. E. 70. AA. 492. Acipenser, *a Plinio dictus* piscium nobi-

bilissimus, squamis ad os versis. *An ex* ἀκὴς *et* πόνη? Acna, *pro* ἄκαινα. Acta, ae, ἀκτὴ, E. 74. Actutum, *pp. accus. ab* actutus, *formae* cinctutus. *Stirps* ἄγω *ag.* E. 15. Acuo, ἀκύω, V. 61. 78. A. 145. AA. 493. E. 73. Acus, us, *ab* ἄκω, E. 75. 136. V. 63. 74. A. 134. 178. AA. 481. 492. Acus, eris, E. 136. Ad *pro* ati, *ut* ac *pro* aci, at *pro* ati: *pp.* pressione, adactione, *ab* ἄδω, E. 37. 39. 41. Adeo, AA. 310. Adagio, onis, et adagium: *formae* ambagio *&c. ab* ἄγω. Adamas, ἀδάμας· *an ab*-ἐάδαμαι, *Praet. Pass. verbi* ἀδέω, *ex* ἄδη, ἄδω, constipo? E. 39. Adeps, *pro* adaps, *ex* adapis, *ab* adapio, *ex* ἄπω, ἀπίω. *Voss.* Adminiculum, *pro* admaniculum: *a* manus, manicus, maniculus, manicula. *Stirps* μάω. Ador, *ab* ado, ἄδω, E. 39. Adulor, *ab* adulo, *ex* ἀδὺς, (ἡδὺς) ἀδύλος, E. 239. *Photius:* ἡδυλισμὸς εἶδος τῆς κολακείας. Adulter, *pro* aduliter. *Hesych.* ἡδυλίται· συνουσιασαι. *Voss.* Aedis, aedes, αἶτις, *i. q.* αἶτος, (*Voss.* et *Menag.*) *pp.* adpetitus, gratus, *sc.* locus, *ab* αἴω, ἄω, E. 66. Aeger, *pp.* quassus, debilitatus, *ab* ἄγω, *unde* Aegis, A. 36. Aemulus, αἱμύλος, *i. q.* ζηλωτής. *Deminut. ab* αἵμος, *s.* αἶμος. *Th.* ἄω, αἴω, E. 56. 61. 62. Aenigma, E. 57. Aequus, αἶκος, *pro* εἶκος, *ab* εἴκω *cedo.* (*Canin.* et *Voss.*) *Cf.* E. 194. Aër, ἀὴρ, E. 47. A. 144. Aëra, E. 60. Aerumna, *pro* aerumina, αἰρομένη, *pp.* onerosus (*Fest.*) *Th.* αἴρω, E. 60. Aes, *pro* aer, *sive* αἶτις, *a* splendore. *Th.* αἴω, αἴθω, E. 56. Aesculus, *Deminut. ab* aescus. *Th.* αἴω, αἴσω, E. 66. Aestimo, *ab* αἴω, *cognato* αὔω, *unde* autumo, E. 66. Aestas, *et* Aestus, *ab* ἧκαι, *pro* ἧκισαι *Th.* αἴω, αἴθω. *Voss.* Aetas, *pro* aevitas, (*Voss.*) *ab* αἰὼν, E. 66. Aether, αἰθὴρ, E. 49. Aevum, αἰϝὼν, *ab* αἰὼν, E. 67. Agaso, *pro* ἀγάζων, *s.* ἀγάσων, *ab* ἀγάω. *Th.* ἄγω, E. 35. Agea, ἀγεὰ, *i. q. cogn.* ἀγυιὰ, E. 32. Ager, *pro* ἄγερος, *unde* ἀγρὸς, E. 32. Agger, *pro* aggeros, *ut* ager, *pro* ἄγερος, ἀγρὸς, (*Voss.*) Agina, *ab* ἄγω, *unde* ἄγις, ἀγίνω. *Lat.* Agino, *i. e.* στρέφω. *Th.* ἄγω. Agmen, *ab* ἴαγμαι, (*contr.* ἦγμαι,) *sive* ἰαγμένος (ἡγμένος) *pp.* quod pellitur. *Th.* ἄγω, E. 32. Agnus, agna, *pro* agmenus, a, ἰαγμένος, *pp.* qui vel quae

quae impellitur, *Gr.* ἀμυδς, *et* ἀμυδ, *eliso* γ, *pro* ἀγμένος, *Th.* ἄγω. E. 32. *Hinc corrige.* E. 32. 101. Ago, ἄγω, *pp.* quatio, *hinc* pello, frango *&c.* E. 15. AA. 501. Ah! *Ital.* Ahi! ἆ, E. 51. Ajo, ἄω, E. 66. Alea, ἄλη, *pp.* quae volvitur, E. 79. Ales, *ib. Th.* ἄλω. Alacer, *ab* ἄδακρυς, *Vossius. An rectius ab* ἐάλακα, *Perf. Th.* ἀλάω? *unde* ἀλλάω, ἀλλάσσω, E. 76. 86. Alapa, *an a* sono, *ut Belg* lap, klap? *Cf.* λάπτω, λαπάζω, E. 362. Alauda, *vox Gallica*, *cf. Voss.* Albus, ἄλφος, E. 90. AA. 297. Alea, *a* volvendo, projiciendo, *Th.* ἄλω, E. 79. Alga, *a* motu irrequieto, *et* volubili, *Th.* ἄλγω. E. 76. 79. Algeo, ἀλγέω, *pp.* trepido prae frigore, E. 76. Alica, *f.* allica, *ab* ἄλω, ἄλλω, E. 84. Alius, *pp.* vagans, diversus, *Th.* ἀλίω, E. 84. AA. 309. Allium, *f.* Alium, Halium, *utrum ab* halando, *an ab* ἀλίω, E. 84. Almus, *pp.* fovens, *Belg.* koesterend (*cf.* Alumnus) *ab* ἔαλμαι, *Th.* ἄλω, *unde* ἄλθω, *&c. pp.* halo, halitu foveo, tepefacio. Alnus, *pro* alenus, (*ut* ulnus *pro* ulenus, E. 869.) *Th.* ἀλέω, *cogn.* oleo, E. 77. Alo, *pp.* foveo, E. 77. 87. V. 52. Alter, *pro* alterus, *ut* ager, *pro* agerus *&c. ab* ἄλω, *unde* ἄλλω, ἄλλος, ἀλίω, alius. E. 84. 86 Altus, *pro* alitus, *ab* alo, *Cf.* E. 82. 77. Alumnus, *pp.* fotus, *ab* alo, aluo, ἀλύω, ἐαλυμένος. *Stir.* ἄλω, HALO. *Cf.* Almus. *Aliud est* ἀλύω, E. 78. Alumen, *ab* ἐάλυμαι, *et* Aluta, *ab* ἐάλυται, *Th.* ἀλύω, foveo, tepore macero. Amaracus, ἀμάρακος, E. 94. Amarus, *pp.* contractus in se, *Hebr.* חמץ, *ab* amao, ἀμάω. E. 97. Ambi, ἀμφὶ, E. 103. Ambo, ἄμφω, E. 97. 104. AA. 297. Ambulo, ἀμπολῶ (*Voss.*) *Cf.* E. 596. Amentum, *pro* ammentum, *f.* apmentum; *ab* apimen (*Voss.*) *et* Ames, *pro* ammes, apmes. *Th.* ἄπω. E 117. *Nisi sint ab* Ameo. *Vid.* Amicus. Amicio, *ex* am, *et* icio, *Voss. Cf.* E. 121. Amicus, *f.* Amecus, *ab* ἀμέω, ἀμίη, *cognatis* τῷ ἀμάω, *pp.* attraho, complector,

ctor, E. 97. Amita, *quasi* dilecta; *Hebr.* דודה. *Cf.* Amicus. Amnis *pro* aminis, *ab* amio, *pp.* traho, E. 97. Amo, *pro* amao, ἀμάω, ἀμῶ, AA. 326. 277. E. 92. 94. 97. Amor, AA. 262. Amasso, *ex* ἀμάσω, ἀμάσεω, AA. 339. Amoenus, ἀμοῖνος, *pro* ἀμεῖνος, *ab* ἀμείω, *cognato* τῷ ἀμάω. Amphora, *i. q.* amphiphora. *Cf.* ἀμφιφορεύς, *Voss. Th.* φέρω, E. 790. Amplus, ἄμπλως, *ex* ἀνάπλως, *pro* ἀνάπλεως, *Voss.* Ampulla, *s.* ampula, *ex* ἀνάπελω *Th.* πέλω, E. 597. Amuletum, *s.* amoletum, *ab* amoliendo (*Voss.*) *Cf.* μολέω, E. 431. Amurca, ἀμόργη, *Voss. Cf.* ἀμέργω, E. 99. Amussis, *ab* ἀμύω, ἀμύσω, traho. *Cf.* ἀμάω. (*Festus:* Amussis, regulariter tractum a regula cet.) An, ἄν, (E. 105.) *pro* ani, *ut* ac, *pro* aci, at *pro* ati: *pp. i. q.* ἦν, *ex* ἐάν si. (*Voss.*) E. 244. Anas, *pro* anans, *ab* ἀνάω, attollo, erigo. *Th.* ἄνω. *Inde et Gr.* ἄναξ. Ancilla, *pro* ancilula, *ab* ancilus, *quod ab* ancilo, *contractio* anclo, ἀγκύλω. E. 25. 26. *Cf. Voss.* Anclo, *pro* anculo, ἀγκύλω, *pp.* incurvato corpore haurio, ministro. E. 26. Ancora, ἄγκυρα, *pp.* incurva, E. 25. Ango, ἄγχω, E. 19. 33. 34. AA. 501. Anguis, *et* Anguilla, *pro* anguiula. *Th.* ἄγχω, *s.* ἄγγω, E. 191. Angulus, ἀγκύλος, *Demin. ab* angus, ἄγκος, E. 26. AA. 241. Animus, Anima, *ab* ἄανιμαι, *Th.* ἄω, ἄνω, ἀνίω, E. 110. Animal *pro* animale, AA. 269. Animans, *contr. in* animas, *ut* Anans, *in* Anas, AA. 469. Annulus *Deminut. ab* Annus, *pp.* circus. *Cf.* ἔνος, E. 210. Ansa, *foem.* τῶ ansus, ἄνσος *quod ab* ἄανται. *Th.* ἄνω, tollo, attollo. E. 110. 112. *unde et* Anser, *pp.* attollens se, *nempe*, in aqua altius. Antes *Plur.* (*Festo* eminentes lapides) *a Sing.* Antis, *cujus Abl.* Ante, ἀντί. *Th.* ἄνω, E. 112. AA. 247. Antenna, *pro* amtenna (*Voss.*) *ex* am, *et* tenno, τέννω, *pro* τένω, E. 717. *aut pro* antemna (ἀντημένη) *ab* ἀντέω. Antrum, ἄντρον, E. 112. Anus, ani *pp.* circus, *i. q.* annus, *ab* orbiculari figura. *Voss.* Anus, anus, *ab* ἀνύω, E. 112. Apage, ἄπα-

ἄπαγε, ab ἀπάγω. *Th.* ἄγω. E. 35. Aper, *pro* aperus, *ut* ager, *pro* agerus, ἄπρος, κάπρος. E. 219. Apex, *ab* ἅπω, necto. *Inde et* Apis, *ut Hebr.* דבורה *a* דבר. Apinae *ab* apina, *ex* apio, ἀπίω, necto: *ut nos* zemelen knopen. *Th.* ἅπω, E. 116. (*Voss. ex Plinio* „ Apinae Tricaeque *ab* Apina *et* Tricca, duobus ignobilibus Apuliae oppidis.") Apio, ἀπίω, necto; E. 115. Apiscor *ab* ἀπίω. ἀπίσω, ἀπίσκω, E. 215. *Hinc* Adipiscor, indipiscor. E. 119. Apto, ἅπτω, E. 115. Aptus, *pp.* nexus, E. 116. 215. Apium, ἥπιον, E. 245. Appluda, *f.* Apploda, *ex* ad, *et* plaudo, plodo, pludo. Apricus, *pro* apericus, *i. e.* apertus. *Th.* πέρω, περίω, *unde* περὶ, E. 567. Apud, *pp.* nexu, *pro* apad, ad *in fine addito*, *ut in* med, ted *cet. Th.* ἅπω, *unde et* ἄπος, ἀπὸ, E. 116. Aqua. *Utrum ab* αἶκος, *pro* εἶκος, αἰκύος, *propter* aequalitatem superficiei, *ut Caninio placuit*; *an potius ab* ἄκω *pp.* findo, *unde* ἄκος, ἄκη, *f.* ἄκα, *pp.* quae finditur, sulcatur, *sc. remis?* Aquila, *ab* acumine visus, *Th.* ἄκω. Aquilo, onis, *pro* aquilon, ἀκιλὼν, ῶνος, *a* vi pungente, spiculisve, *quibus urit.* Ara *ab* ἄρω (*unde* αἴρω) aro, *pp.* tollo, E. 128. Araneus, *ab* ἄρω. E. 128. Arbiter ἀρίω, ἀρίβω, *pp* necto, conjungo. AA. 273. Arbor, *f.* arbos, *ab* ἄρω, ἄρβω, necto, *pp.* adnexa terrae, E. 128. Arca, ἀρκὴ, *pp.* nexa, juncta, clausa. *Th.* ἄρω, *in Perf.* ἔαρκα, *unde* ἄρκος *Lat.* ARX. AA. 240. Arcanus, *ab* ἀρκᾷ, *Dativo Dorico vocis* arca, ἀρκή. AA. 240. Arceo, ἀρκέω, *pp.* contineo, AA. 239. 240. E. 122. *Inde* ἀρκέσω, ἀρκέσσω, arcesso. Arctus, *et* Artus, *ab* ἄρω, ἔαρκα, ἄρκω, ἔαρκται. E. 122. Arcus, *ab* ἔαρκα, *Th.* ἄρω, AA. 499. E. 122. Ardea, *Th.* ἄρω, ἔαρται, *ab* arduo volatu. *Cf.* αἴρω, E. 60. Ardelio *ab* ardela *pro* ardeola: *ut a* tabella, tabellio. *Th.* ἄρω, ἄρδω, ardeo. (*Voss.*) Ardeo, *ab* ἄρω, tollo, attollo, *de* flamma elata. Arduus, *pp.* elatus, *ab* ἄρω tollo. Area, *ab* ἄρω, ἀρέω, *pp.* sublatus sum, sublatus pendeo, siccor. Area *a* siccitate. Arena *ab*

 areo,

areo. Areo ἀείω, *pp.* suspensus sum, *atque ita* exsiccor, *vel* exsiccatus sum. *Th.* ἄρω. *Ab* ἀρέω, ἀρέσω, ἀρέσκω, aresco, E. 47. Argentum *ab* ἀργὸς, ἀργέω, E. 116. AA. 240. Argilla, *ab* ἄργιλλος, *pp.* splendens, albicans, E. 116. Arguo, ἀργύω, *pp.* splendidum, clarum, manifestum reddo: V. 78. E. 116. Argutus, *pp.* clarus, *de* voce, *Belg.* helder, *pp. Particip. Pass. verbi* arguo. Aries, *ab* ἀρίω, ἄρω, *Belg.* stuwen, voordstuwen, *pecul.* incitare ad bellum: *unde Gr.* ἄρης, *Lat.* Mars. AA. 270. Arista, *ab* ἔαρισαι, 3 *Praet. pass. th.* ἀρίω, *pp.* quae impellitur *a vento:* ἄριστος *pp.* impulsus, vehemens, fortis admodum. *Cf.* E. 122. arma, armorum, *Plur. n. g. ab* armus, a, um: *quod ab* ἔαρμαι, *Th.* ἄρω. *Cf.* Aries, *et* AA. 274. E. 122. Armentum, *pp.* quod impellitur *pecus, ab* ἔαρμαι, ἄρμητ. *Th.* ἄρω. Armilla, *ab* ἄρμιλος. *quod ab* ἁρμὸς, Armus, *pp.* qui impellitur *inter incedendum. Cf. Belg.* armen, *et* AA. 273. Aro, *pro* arao, ἀράω, ἀρῶ, *pp.* pello, tundo, trudove vehementius, *Belg.* stuwen, voordstuwen, opstuwen: *pecul.* terram instrumento, *quod* ἄρατρον, aratrum, *dixere. Cf.* V. 50. E. 24. 123. 216. Arvus, a, um, *ab* ἀρύω, ἄρva, *Th.* ἄρω, AA. 297. Arrha, *et* arra, arrhabo, *pro* arrhabon, *vox Hebr.* ערבון, *Voss. Possis etiam ab* ἄρω, incito. Ars, *ab* ἄρω, AA. 247. 270. E. 124. 126. 127. Artus, *ab* ἔαρται, *Th.* ἄρω *a* nexu, E. 128. *nisi malis ab* impellendo. *Cf.* Armus. Arvina, *ab* ἀρνὶξ, *Voss. ut sit pp.* sevum arietinum. Arundo, *ab* ἀρύω, impello. *Cf.* Arista, *et* E. 127. Arx, *Cf.* Arca, *et* AA. 240. As, assis, *pro* ads, *ex* ados, *ab* ἄδω, constipo, solidum reddo. E. 39. 46. Ascia, *ab* ἄσκω, *pro* ἄκσω, *th.* ἄκω, findo, pungo. *Cf.* ἀξίνη. *Potest etiam duci ab* ἄγνυ. Asinus, *pro* asnus, (*Voss.*) *unde Gall.* asne, âne: *et* asnus, *i. q. Gr.* ὄνος, *ab* ὄνος, E. 501. AA. 262. Asper *pro* asperus, *pp. quasi* mucronibus instructus, *ut* aspera barba, *ab* ἄκω, ἄπω, ἄσπω. *Cf.* ἀκὴ, E. 70. Aspis, ἀσπὶς, *ut* asper, *ab* ἄσπω. Asser *pro* axer, (*ut* assis *et* axis,) ἄξων *Scalig.*

lig. ab ἄγω, E. 35. Asso *ab* ἄζω, (*Voss.*) *Inde* assus, *pp. i. q.* aridus: (*ut* assa nutrix, *Belg.* een droge minne, *Voss.*) *Th.* ἄω, *unde* ἄσω, ἄσσω, ἄδσω, ἄζω, E. 9. Astrum, *pro* asterum, *ab* ἀστὴρ, E. 131. Astus, *ab* ado, ἄδω, compingo: *quasi* dolus compactus, *aut* robur consilii. *Ar.* ‎. Astu, *ab* ἄδω, compingo; conjungo, *sc. muros, aedificia.* E. 131. At (*in vett. libris etiam* ad) *pro* ati, adi, *ut* ac *pro* aci *&c. ab* atis, *quod ab* ato, *vel* ado, ἄδω, premo, adigo. *Cf.* E. 39. 285. Ast, *pro* ats, *ex* atos, *ut* aps, *pro* apos, ex, *pro* ἔκος. Ater, *ab* αἴθω uro, aduro, E. 55. Atque, *ex* at, *vel* ad, *et* que, *Gr.* κε. E. 285. Atrium, *ab* ater: „ atrum enim erat ex fumo." *Servius.* Atrox, ἄτρυξ, E. 749. *aut ab* ἀτρὺξ, ἀτρύγες, *pp.* quod nondum esui est maturum, *ab* α στερητικῷ, *et* τρύγω." *Voss.* (*ut Hebr.* חמס.) Au *a sono.* Avarus, *ab* ἀάω, ἀϝάω. *Cf.* E. 9. Audeo, *ab* aveo, *ut* gaudeo *a* gaveo. *Voss. Cf. Th.* ἄω, *unde* αὔω, αὔδω, E. 137. Audio, *pp.* sonum percipio, *ab* αὐδὴ sonus, *Th.* αὔω, E. 73. Avena, *ab* aveo, *ut* habena *ab* habeo. (*Voss.*) *pp.* adspirata *s.* vehementius cupita, *ab* ἄω, αὔω, spiro, E. 133. Aveo, *ab* ἄω, ἄϝω spiro, adspiro, cupio vehementius. *Cf.* Avarus. Ave, *pp.* spira, respira libere, *ab* Aveo, *i. e.* spiro. Avernus, *pro* averinus, *ab* ἀὴρ, ἀϝὴρ, *pp.* caligo vapida. *Th.* ἄω, *unde* ἄις, ἀΐδης, ἄδης, E. 47. 54. Augeo, *ab* αὔγω, *unde* αὔξω, *th.* ἄγω. A. 187. E. 44. 135. Augur, *pro* avigur, *ut* augurium *pro* avigurium, *ex* avis *et* gur, *quod a* γύω explico, manifesto, E. 166. Augustus, *pro* augusitus, auguritus, *ab* augur, *s.* augus: *pp.* augurio consecratus, sanctus. Avis, *ab* ἄω, αὔω, spiro, sibilo. *Th.* ἄω, E. 137. *Cf.* Aula. Auceps, *pro* aviceps, *ut* forceps, *pro* forriceps, (*Menag.*) Aula, αὐλὴ, *ab* ἄω, αὔω *spiro: ὁ διαπνεόμενος τόπος*, (*Voss. ex Athenaeo.*) *in Masc.* αὐλὸς, E. 135. Aura, αὔρα, *ab* ἄω, αὔω, *spira.* (Aura *i. q.* splendor. *Cf.* Aurum.) Aureax, *et*

Auriga, *ex* auris *et* ago, ἄγω pello, impello. Auris, *ab* ἄυω, *olim* audis, *unde* ausis, auris (*Voss.*) *An dicta a* spirando, perflando, *Belg.* toeten: *ut ab* audis, *in Dat.* audi, *fit* audio? *Cf.* E. 135. Aurora, *a* splendore, *cf.* ἠὼς, E. 247. Aurum, *pp.* splendidum, fulvum, *ab* αὖρος, η, ον, *th.* αὔω, E. 135. *inde et* aura, *Lat. i. q.* splendor. Ausculto, *pro* ausiculto, *ex* ausiculo. *Cf.* ausicula, auricula. *Vid.* auris. Auster, αὐστὴρ, *ab* αὔω. (*Hesych.* αὖσαι· φλέξαι.) E. 135. Austerus, αὐστηρὸς, E. 135. Aut, *pro* aute, αὖτε (*Scalig.*) E. 133. Autem, *pp. Accus. ab* αὖτις, *unde* αὖτε. (*Cf. Homeri, Il.* Ο, 370. Νέστωρ αὖτε μάλιστα. Nestor AUTEM maxime *cet.*) Autumnus, *Utrum a* spiramentis ventorum *quasi*, sc. ἀυτυμένος *e Th.* αὖ, αὔω, *unde* αὖρα *&c. an ab* augendo fructibus, *ex* auctum, *ut* vertumnus, *f.* vertomnus, *a* versum, vertum? (*Nisi sit pro* vertomenos, *a* verto, vertomai, *terminatione vet. Pass. et sic* autumnus *f.* auctomnos, *pro* auctomenos, *ab* aucto, auctomai.) Autumo, *ab* αὔω. E. 66. Avus *ab* αὔω, *unde* autumo, *pp.* dico, *quasi* dicax. E. 66. Auxilium, *ab* αὔξω· *unde* auxis, auxilis, E. 44. Axis, *ab* ἄγω, ἄξω, ἄξων. *&c.* E. 139.

B.

Bacca, *pro* baca, *a Dorico* βέβακα *verbi* βαίνω, *quasi* flos provectior. (*Cf. Cicer. Divin.* II, 6.) E. 15. Bacchus, βάκχος, E. 139. Baculus, *et* Baculum, *Deminut. a* bacus, *quod a* βέβακα. E. 9. 139. Bajulo, *a* βάω, βαΐω, (*unde* βαίνω) βάϊος, E. 139. Balaena, φάλαινα, E. 780. *Th.* βάλω, βάλλω projicio, E. 141. Balbus, *a sono, ut* blaesus, *et* ψελλὸς, E. 854. Balista, *f.* Ballista, *a* βάλω, βάλλω, βαλίω, βιβάλισται, E. 141. Balneum, *pro* balineum. βαλανεῖον, E. 140. Balo, *f.* Belo, *a sono* βῆ, E. 145. *Cf.* μῆλον, E. 417. Balteus, *f.* balteum, *a* βάλω, βέλλω, injicio: *unde* βίβαλται. *Cf.* βαλάντιον, E.

E. 140. Barba, *a* παρειά, *f.* παρία, παρειὰ, παρὰ, barba, (*If. Vosf.*) E. 547. Barbarus, βάρβαρος, E. 14?. Barrus, *animal maximum, a* βάρος (*Vosf.*) *th.* βάω, E. 142. Basium, a βύβασαι, basis &c. (*Hesych* βαῖνειν· φιλεῖν, κολακεύειν.) *Th.* βάω. premo, *Belg.* drukken, E. 140. Batillus, *f.* batillum, *a* batinum. *Cf.* Batuo. Batuo, *a* βάω, *unde* βαὶς, (*Hesychio i. q.* ῥάβδος. *Vosf.* βαττύω, βατεῖν *et* πατεῖν, πατάσσειν) Bellua, *f.* Belua, *a* βάλλω, βέλω, *unde* βέλος *pp.* quae sternitur, prosternitur, E. 145. Bellum, *pro* duellum, *sive potius, pro* bduellum, a *th.* δύω moveo vehementius, E. 187. Bellus, *pro* benulus, *a* benus, *ut* ullus *pro* unulus, *ab* unus (*Vosf.*) *Cf.* Bonus. Beo, *a* βέω (*cognata* βάω, *unde* βείω, *i. q.* βαίνω) *pp.* premo, firmo. *Cf.* E. 145. Bestia, *a* βεβιασαι, *th.* βέω, βίζω, *cognato* βίω, βιάζω, premo, vim infero: noceo E. 146. Beta, *a forma expansa. Th.* βέω premo. Bibo, *a* βίω. *pp.* premo, compressis labiis potum adsumo. *Cf.* πίω, πίω, πίνω &c. E. 581. Bilis, *pro* belis, *a* βέλω jacio, ejicio *ore*, evomo, E. 145. (*Cf.* Fel.) Bis, *pro* bduis, *f.* bdis, *Gr.* δὶς· *ut* bellum *pro* bduellum. *Th.* δίω. *i. q.* δύω, E. 182. 187. Bitumen, *pro* pitumen. *f.* pittumen, *a* πίττω, πίσσω, *Lat.* spisso, E. 583. Blaesus. βλαισὸς, *f.* ψελλὸς, E. 854. Blandus, *pro* plandus, *a* plano, placo, *th.* πλάω, E. 584. 585. Blatero *a sono*, *ut German.* plauderen. *At Vosf. a* βλάω. βάλλω, blatero, blateronis, *quasi* in verba projectus. *Cf.* βλῆ. βληχάομαι, E. 147. Blatta, *a* βλάττω, *pro* βλάπτω. *a* βλάω, E. 146. Blennus, *pp.* mucosus. *Cf.* βλέννα, E. 147. Blitum, βλίτον, E. 145. Bolus, βόλος, *th.* βόλω, *cogn.* βάλλω, E. 141. Bombus, βόμβος. E. 148. A. 175. Bombyx, βόμβυξ, *vox orientalis* (*Voss.*) *Nisi sit a* βόω, pasco, E. 150. Bonus, *a* βέβνα, *verbi* βένω, (*unde* benus, bene,) *th.* βέω, beo, *pp.* denso, condenso. (*Menag. ab* ἠΰς, εὐς, βένος.) *Cf.* Fenus, *f.* foenus. Bos, βοῦς, E. 150. Braccae, *f.* bracae,

 vox

vox Gallica a ῥάκος, βράκος, *Eusthath.* διεῤῥωγὸς ἱμάτιον vestis disrupta, (*Voss.*) E. 632. Brachium, βραχίων, E. 151. Bractea, *a* βραχεῖν (*Hesych.* ἠχῆσαι· ψοφῆσαι) crepitare, (*Voss.*) E. 151. Branchiae, βράγχια, *a* βράγχος *cet.* E. 150. Brassica, *cogn.* βράσκη, *a* crepitatione. *Cf.* βραχεῖν, *in* Bractea, *et* βράσσω, E. 151. Brevis, *cogn.* βραχὺς, E. 151. Bruma, „ *pp.* brevissima. *unde* brevima, breuma, bruma, *Voss. at H. Voss. i. q.* φρίμα. *Cf.* φρίσσω, E. 806. Brutus, *pro* barutus, *a* βαρὺς, βαρύω, E. 142. 152. („ BRUTUM antiqui GRAVEM dicebant." *Fest. Cf. Voss.*) Bubo, *a sono.* (*Cf.* βύας, βύζειν *Voss.*) Bucca, *pro* buca, *a* βύκος, E. 154. (*fort. a* βύζω inflo, *Voss.*) Buso, *a* tumore, *th.* βύω, βύζω. *Cf.* βύβος plenus, confertus. *Martin.*) Bulla, *pro* bula, *a* βόλος, E. 141. *nisi sit pro* blua, *a* βλύω, βλύζω, E. 147. Buris, *et* Bura, *a* βύρω, *th.* βύω. (*Nisi rectius Perottus ab* uro, *unde* buro. *Cf.* Bustum.) Burrio, *a sono* formicarum. *Hesych,* βύρμακας· μύρμηκας. *Voss.* Burrae, *a* burrus, a, um, *quod a* burro, burrio. Bustum, *n. g. a* bustus, a, um, *pro* ustus, a, um: *quod ab* uro, *unde* comburo, *pro* comuro, E. 765. Butyrum, βούτυρον, *ex* βοῦς *et* τυρὸς, (*Voss.*) E. 758. Buxus, πύξος, *arborum spississima, a* πύω, πύκω, πύξω, E. 616. Byssus, βύσσος, *vox orientalis, Hebr.* בוץ (*Voss.*) *th.* בוץ canduit.

C.

Caballus, *s.* Cabballus, καββάλλη, *a* καββάλλω, *pro* καταβάλλω (*Voss.*) E. 283. Cachinnus *a sono* (*ut* καγχάζω, E. 283.) *nisi utrumque sit a* χάω, χίω, hisco; *unde* καχάζω, καγχάζω, καχίω, καγχίνω, cachinno, E. 829. Cacumen, „ *pro* coacumen, (*Martin.*) *th.* ἄκω, acuo, E. 73. Cado, *unde* χάζω, (*pro* χάδσω) cedo, hisco," (*Scalig.*) *th.* χάω, *s.* κάω, *unde Supin.* casum, *pp.* cava mole ruo, *Belg.* Vorten. E. 298. Caduceus, *pro* καρύκειος, κηρύκειος (*Canin.*) E. 305. Cadus, κάδος, E. 284. Caedo, ce-

cecidi, a κίω, καίω, f. κίω, unde κέςρα, E. 303. 179. AA. 344. Caelebs, f. coelebs, a κοῖλος, κοίλοβος, unde Hesych. κολοβὸς, ἐςηρημένος. E. 313. Caelo f. coelo, i. q. caedo, th. κίω, κόω, κάω, E. 298. Caeruleus, pro caeluleus, i. e. coelo concolor (Voss.) Caesaries „ a caesa, ut a luxa, luxuries." (Voss.) Caesius, pp. aequoreus, a κάω cavo: unde notio aequoris cavati &c. Caestus „ a caedendo" (Voss.) th. κάω, καίω, καίδω, unde καίζω, κέκαιςαι, E. 286. Calamus, a κλάω, pro καλάω, κεκάλαμαι, E. 315. Caleo, a κάλω (cui cognatum κέλω, κέλλω, E. 288.) pp. prae motu ferveo. „ Calere res dicitur, quae magna vi agitur, aut exercetur." Forcell. Caliga (cognatum alteri calix, pro caligs, vel calics) pp. tegmen pedum, a κάλω, unde καλίω, καλίγω. Caligo, pp. nebula crassior, lucem tegens. Calix, f. calyx, notans testam cochleae, operculum floris, putamen ovi cet. a tegendo. Cf. AA. 349. Callis, (pro calis, καλὶς, a κάλω, κέλω, pello, impello) pp. trames, per quem pecora pelluntur, „ via pecorum vestigiis trita." Cf. κέλευθος, E. 301. Callus, pro calus, pp. duratus, induratus. Cf. κλῆρος, σκληρὸς, E. 667. Calo, pro calao, pp. pello, impello, frango cet., Gr. κλάω pro καλάω, E. 308. Calo, calonis, καλὼν, pp. lignis onustus, a κᾶλον, E. 308. Calumnia, a calumnus, (quod pro calumenus, ut vertumnus pro vertumenus,) th. καλύω, caluo, pp. tego, obtego; in Pass. Caluor, calvor, pp. obtego me, tecte defraudo. Cf. καλύπτω, E. 289. Calvus, pp. tegendus pileo cet. („ Ubi ego hodie, raso capite, calvus capiam pileum"? Plaut.) Calx, λὰξ, E. 361. Aliud calx, κὰλξ, unde calcus, calculus, pro κλὰξ, a κλάω. E. 361. Calyba, καλύβη, (Salm.) Cf. καλύπτω, E. 289. Cambio, i. e. permuto, pp. moveo, flecto. Cf. κάμπτω, E. 289. unde campso. Camelus, κάμηλος, vox orientalis, E. 289. Camera, f. Camara, pp. tectum arcuatum, E. 289. Campana, vox nova. (Cf. tamen κατάνη apud Voss.) Campus, καμπὸς, f. κᾶπος, κῆπος (Voss.) th. κάπω. Cf. κάπη, E. 290. et κάμ-

κάμπτω, E. 289. Canalis, *a* χάνος (*Voss.*) *Cf.* E. 814. Cancer, *cf.* καρκῖνος, E. 292. Candeo, *a* κάνω, *quod a* κάω, καίω, uro. (*Voss.*) E. 286. 55. Canis, *cogn.* κύων, κυνὸς (*Voss.*) E. 350. κύω *et* κάω *vicina fuerunt. Cf. et* χάω hisco. Caniſtrum, κάναστρον, *i. q.* κάνες, *ſ.* κάνεον, *th.* κάνω, E. 290. *unde* κανέω, κανέω, κανίω. Canna, κάννα, E. 290. Cannabis, *et* Cannabum, *ſ.* canabis, κάνναβις, *et* κάνναβος, *fort. a* cavitate culmi, *th.* κάω, E. 298. Cano, cecini, *a* κάω, χάω, χάνω, hio, hiante ore vocem edo. E. 814. 815. Cantherius, κανθήλιος (*Canin. et Voss.*) *an a* κάω cavo, excavo, *unde notio ſit* teſtes excidendi, *et hinc* κέκανται, κανθὴρ, *ex quo et* κανθὸς, E. 290? *Cf.* Caper, Capus. Canus, (γάνος *Iſ. Voſſ.*) *a* κάω, καίω ardeo, A. 10. E. 286. Γάω *et* κάω *vicina fuerunt, ut* Cajus, *et Gr.* Γαῖος, A. 143. Capedo *a* κάπω, *ut* uredo *ab* uro *cet.* (*Voſſ.*) *Th.* κάω, *i. e.* χάω hisco, pateo. E. 814. Caper, *pro* caperus, κάπρος, *et* capra, *pro* capera, κάπρα. (*Heſ.* κάπρα· αἴξ. Τυῤῥηνοί. *Virgil.* „ Vir gregis ipſe CAPER.") κάπω *pp.* excavo, fodio. *Unde* κάπρος aper, *pro* caper, *a* fodiendo terram: *et* caper, κάπρος, *pp.* cavatus, effoſſus, exſectus *teſticulos. Cf.* Capus. *Et* Caper, *i. q.* αἴξ, cornibus ſuis cavans, arietans. *Cf.* E. 290. Capillus, „ *pro* capitis pilus, (*Iſidor.*) *at i. q.* καμπύλος, *et* καμπῦλος, criſpus, *Iſ. Voſſ. Cf.* E. 289. Capio, cepi, *a* κάω, κέω, *ſ.* χάω, χέω, γέω, γέω, *pp.* hisco, cavitate complector, E. 821. *A Supino* captum, *pro* capitum, *est* capto, κάπτω. (*Heſ.* κάπτοντες· ἀποδεχόμενοι.) &c. *Cf. Voſſ. et* E. 290. Capis, *poculi genus, a* κάπω, *th.* κάω, cavo, cavitate complector, capio. Capiſtrum, *a* capio, καπίω, κάπιστρον, *pp.* quod capitur manu aurigae. *Cf. Voſſ.* Capſa a capſo, κάπσω, futuro *th.* capo, *pp.* cavitate complector, capio, *Gr.* κάμψα, *pro* κάψα. *Cf.* Capio. Capula, *f. g. a* capulus, *Deminut. i. q.* capis. Capulus, *Deminut.* τῦ capus, *i. q.* capula, *pec.* arca funebris, *it.* manubrium *enſis*, *a* capiendo. Capus *et* Capo, *pp.* excavatus, caſtratus. *Cf.* Caper. Caput, *cogn. Gr.* κεφαλὴ (*quod a* κέφω, κέπω, *unde*

Lat.

Lat. ceps, *in* biceps, triceps) *pp.* ſummum *rei*, *quod* capitur, cacumen. Carbaſus, *κάρπασος*, *vox peregrina.* Carbo, *a κάρω*, *pp.* ſtrideo, *aut* evibro, exſilio, (*Unde καίρω, σκαίρω. Cf.* E. 666.) Carcer, *ab ἕρκος, ἕρκος,* (*Iſ. Voſſ.*) *Cf.* arceo, arx, arctus, *εἴργω*, E. 195. *niſi malis a* ſtridendo (*Heſ. καρκαίρει· ψοφεῖ.*) *Cf.* Cardo. Cardo, *a κάρω*, ſtrideo. (*Heſ. καρδμοί· κινήσεις.*) Carduus, *a κάρω*, *pp.* ſtrideo, *vel a κείρω, καίρω, id est ξαίνω.* Careo, *a κάω, χάω, unde χατίζω, pp.* vacuus ſum: *unde* nux casſa, *i. e.* vacua, E. 294. *Cf.* Caſa. Carex, „ *herba acuta, a κάρω, καίρω, cognato τῷ κείρω,*" E. 294. Carica, *forte a* Caria. (*Voſſ.*) Caries *a κάρω, κείρω,* tondeo, *vel a κάω,* excavo. *Cf.* Careo. Carina, *a κάρω, καρίνω. Th. κάω,* cavo. *Cf.* Caries. Carmen, *pro* carimen, *a κάρω,* caro, *i. e. κείρω, ξαίνω,* E. 294. *Aliud* „ Carmen *pro* canimen, *ut* germen, *pro* genimen" (*Voſſ.*) Caro, carnis, *a κάρω, κείρω, tondeo, ſeco, reſeco, ſc. ab oſſe: unde et κρέας,* E. 334. (*Genit.* carnis, *pro* carinis. *Cf.* Carina.) Carpentum, *a* carpo. (*Voſſ.*) *Th. κάρω, κείρω,* E. 294. Carpo, *κάρφω*, *pp.* ſcindo, reſeco: *unde* carpere iter, *Hebr.* חרג. E. 294. Carrus, *vox Gallica.* Cartilago, *a κάρτος, καρτύλος* (*Iſ. Voſſ.*) E. 331. Carus *a κάρω* ſeco, praeſeco, *pp.* reſectus, prohibitus, minime vilis. Caſa, „ *a* cavatione *dicta,*" *Feſtus. Th. κάω, unde* casſa nux. E. 295. Caſcus *pp.* cavus, excavatus, exeſus. *Cf.* Caries. *Th. κάω.* Caſeus, „ *a* carendo, *Iſidorus.*" Carere *est κείρειν, κειρῶν, idem quod Germanis* kaernen, keernen; *unde ſimiliter* kaes. (*Iſ. Voſſ.*) Casſis *galea,* „ *pro* caraſſis (*ſ.* caraſis) *a κάρα caput.*" *Voſſ.* Casſis *rete, a* cavitate, *th. κάω,* E. 298. Casſus, *pro* caſus, *pp.* cavus. *Cf.* Careo. Caſtigo, *a* caſtis, *ut* fuſtigo, avi, *a* fuſtis, *th. κάω, pp.* ſeco, ſcindo, exſcindendo cavo. *Heſ. κάστον· ξύλον, pp.* exciſum de arbore, *Belg.* een geſneden ſtok, E. 285. *&c.* Caſtro, *a κάω, pp.* exſcindo, eviro, *in Praet. Paſſ. κέκασαι: unde κάστωρ,* caſtor, *pp.* exciſor, caſtrator,

et

et κάστος, caſtus, *quaſi* eviratus, a libidine immunis. *Cf.* E. 296. Caſtrum (*pro* κάστρωμα, *ex* κατάστρωμα, *Iſ. Voſſ.*) *pp.* excavatus, fosſus *locus.* Caſtus, κάστος. *Cf.* Caſtro. („ *A* χάζειν· χαστοὶ, οἱ ἀνακεχωρηκότες." *Iſ. Voſſ.*) E. 814. Catamitus, *corruptum ex* Ganamidus, Γανυμήδης, (*Canin. et Voſſ.*) Catalta, *tabulatum excelſius, in quo ſervi venales exponebantur, a* καθίστημι, *unde* κατάστασις *&c.* (*Forcell.*) Cateja *genus teli misſilis: vox Gallica.* Catena, *f.* Cathena, *pp.* demisſa, dependens. *Ex* κατὰ *et* ἵνα, (*unde* ἰνία.) *Th.* ἕω, ἵνω, mitto. (*f.* κάθημα, *ſ.* κάθεμα, (*Heſ.* ὅρμος) *a* καθέω, *vel* καθίημι. E. 244. Caterva, *a* καθείργω (*unde et* κατείργω compello) *pp.* multitudo compulſa, E. 196. Catinus, *et* Catinum, κάτινον· *utrum a* demittendo, *vel* immittendo (*Hebr.* שלח) *Gr.* καθιέναι; *an a* cavitate? *Cf.* κάω, χάω, χατίς, E. 821. Cauda, *ſ.* Coda, *a* κόω, *pp.* ſeco, reſeco. (*f.* E. 328. Caudex, *et* Codex *a* κόω, *cogn.* καίδω, caedo, *ſeco*, (*Heſ.* κώδεια· κώδιξ, κεφαλὴ χωρὶς σώματος.) E. 328. Caveo, *pp.* in cavo, *vel* caverna ago, *ubi tutus ſim*, (*Pontan. Voſſ. Periz.*) *th.* κάω, *cogn.* κόω, *unde* σκάπτω, κόπτω *&c.* E. 298. Cavillor. „ Cavillo *a* caveo, *ut* ſorbillo *a* ſorbeo." (*Scal. Voſſ.*) *Hinc* Cavillo, *frequentat: pp.* caveo mihi, *ac* ſubterfugio identidem. Caula, *a* κάω, κάϝω, *unde* cavus, cavula, caula. (*Feſtus:* „ caulae *a* cavo *dictae.*") E. 298. Caulus, *Gr.* καυλὸς, *a* cavitate *Cf.* Caula. Caulis, *ſ.* Colis, *pp.* ſcapus brasſicae, *dein ipſa* brasſica, *Belg.* kool. *Cf.* Caulis. Caupo, *pro* caupon, *a* κάπηλος, *unde* κάπων, *ut a* πίθηκος, πίθων, *a* κάνθηλος, κάνθων. (*Voſſ.*) E. 290. Causſa, *ſ.* cauſa „ *ab* αὖσα, *Aeol.* αὖτα" *Iſ. Voſſ. Alii pro* cavisſa, *a* cavitum, cautum, *ut* foſſa, *a* foditum, *Supino verbi* fodio. *Rectius* „ *a* καύσω, *Fut. th.* καύω." *pp.* pungo, ſtimulo: „ *unde* καῦσις, cauſa, *ut a* παῦσις, pauſa (*Voſſ.*) E. 286. Cautes, *i. q.* καυτὴρ, cauter, *unde* cauterium, *a* κέκαυται. *th.* καύω, pungo, E. 297. Cavus *a* cavo, κάω, E. 298. 301. Ce. *Cf.* Ceu. Cedo *a* ceo, κέω, (*Periz.*) E. 197. 299. AA.

344.

344. Cedrus, κέδρος, E. 299. Celeber, th. κέλω, cogn. κάλω, unde καλέω, κλέω, κλείω. E. 42. Celer, et Celes, κέλης, κέλωρ, V. 49. A. 153. th. κέλω, E. 301. Cella, pro cela, a celo, occulto, pecul. cum festinatione, Belg. wegstommelen. Cello, κέλλω, moveo, pello, A. 205. E. 72. 232. 299. Celo, κέλω, cogn. κάλω, unde καλύω, καλύπτω a καλέω, καλέπτω, κλέπτω. Cf. Cella. Celox, a celo, ut velox ab antiquo velo. Cf. κέλω, κέλλω, pello, et CELLO. Celsus pp. motus in altum, a celo, cello, unde excello, excelsus. E. 301. Censeo, a census, quod a κένσαι, (Hes. κεντρίσαι) pp. pungere. Th. κένω, unde κέντος, κεντέω. (Cf. Schult. in נכר.) Cento, onis, a κένω, κέντω, unde κεντέω pungo, compungo: compungendo consuo, E. 301. Centrinae, κεντρίναι. Cf. κεντρίζω pungo. Centrum („ punctum in medio circuli,") a κένω, κέντω, E. 301. Centum, a κένω, κέντω, pp. pungendo consuo, consarcino. Cf. Cento, et E. 198. Cepa, et Cepe, ab exspiratione odoris acris, th. κέπω, κήπω. E. 304. 291. Cera, f. g. a masc. κηρὸς, E. 305. Cerasus, κέρασος, E. 302. Cerberus, κέρβερος, a κέρω, κείρω, E. 300. Cerdo, onis, a κέρδος lucrum, quasi κερδῶν lucrio: nisi sit a κέρω, κείρω, seco corium, E. 300. Cerebrum „ a κέρας, i. e. κεφαλὴ caput, Hes." (Voss.) a cerno autem Perizon. Cf. E. 336. Cerevisia, f. Cervisia, vox Gallica, (Voss.) Cerno pro cerino, κερίνω, unde κρίνω, A. 180. AA. 457. E. 336. Certo, pro cernito, Frequent. a cerno, i. e. κρίνω, (Voss.) Certus, pp. κεκριμένος, a certo, pro cernito; nisi malis a κέκερται, th. κέρω, unde cerio, cerino, cerno. E. 336. Cervix a κέρω, κερίω, κερίFω, quod idem ac κείρω, seco, incido, E. 174. 383. Cerussa a κηρῦσσα, pro κηρόεσσα, quod a κηρόεις, κηρὸς (Voss.) E. 305. Cervus, a κεραὸς, κεραFὸς, κερFὸς pp. cornutus, cornua gerens. Cf. E. 302. Cespes, pp. „ frutex cum terra recisus" (Fest.) pro cepses, a cepo, quod a κέω, idem ac capo, unde capio. Cf. Capio. Cestus, κεστὸς, pp. cingu-

gulum acu pictum" *a* κίω, *unde* κίνω, κέντω, κεντέω, E. 301. Cete κῆτη, E. 305. Ceteri, *f.* Caeteri, *ex* καὶ ἕτεροι (*Voss.*) *Cf.* E. 225. Cetra *vox Maurusiaca.* (*Cf. Ar.* تتر.) Cetus. *Cf.* Cete. Ceu *pro* ceve (*ut* neu *pro* neve) *ex* ce *et* ve. *Cf.* κε, καὶ, E. 285. Ceveo *pp. moveo*, *a* κίω, E. 303. Chalybs, χάλυψ, *vox peregrina* Charon, Χάρων, E. 820. *nisi* Charon *sit vox Aegyptiaca*, *ut Voss. et Periz.* Charta, χάρτης, *f.* χάρτα, E. 819. Chelys, χέλυς, E. 825. Chlamys, χλαμύς, E. 830. Chorda, χορδὴ, E. 834. *et* Cors, *pp. i. q.* Chorus, χόρος: *unde* Chorea, χορεία, E. 834. Cibus, *forte a* χίω, hio, hiante ore capio, inhio. *Cf.* E. 829. Cicada, *a* κάω, κικάω, κωχέω, E. 814. *Cf.* κίκος, (*Hes.* ὁ νέος τέττιξ) *et* κίξιος (*Voss.*) *a sono: ut* τέττιξ, E. 726. Cicatrix *a* κικάω, *reduplicata forma th.* κάω, *unde* καίω, Uro, E. 286. Ciccum, *f.* cicum, *pp.* pellicula tenuis, *a* κίω moveo, E. 306. Cicer *a* κικέρω, *th.* κέρω, κείρω, E. 300. Cicindela, *a* κικίνω, *quod a* κίνω, *cogn.* κινέω, moveo, E. 306. Ciconia, *a* κικόω, *th.* κόω, *unde* κόπτω, κόπτω tundo, E. 323. *inde* conia, *et*, *prima litera repetita*, ciconia, *pp. i. q. Belg.* KLEPPER. Cicur *a* cicuro, *quod reduplicatum est th.* curo. (*Pro* cicurare *simpliciter* curare *dixit Nigidius. Voss.*) Cicuta *a* κικύω, *th.* κύω turgeo, E. 349. Cieo, *th.* cio, κίω, *pp.* moveo. A. II. 171. 203. E. 190. 306. 307. Cilicium *a* Cilicibus. *Cf. Voss.* Cilium *a motu: th.* cio, κίω, *unde* cilo, cillo, cilleo, *i. e.* moveo. „ Cillere antiquis est movere." *Serv.* Cimex *a* κίνυμαι. *th.* κίω, *cogn.* κίω seco. E. 303. *Cf.* κόρις, E. 325. Cincinni, *a* κίκιννος. *Simplex est* Cinnus, *q. d.* motus. *Th.* κίω, κίνω, E. 322. Cingo *fort. cogn. Gr.* ζωννύω, (*Voss.*) E. 237. *th.* κίω *f.* χίω, *unde* κίχω, κίγχω. Cinis, *cogn.* κόνις, E. 322. *a* κίω, κίνω, κινέω *pp.* moveo. Cinnus. *Cf.* Cincinnus. Cippus *vox peregrina*, „ *a Germanico* kippen, *i. e.* capere." *Martin. Th. forte* χίω, *sive* κίω, *cognatum* κάω, κόω, *unde sunt* capio, cepi. *Cf.* χάω *et* χίω, E. 821. 825. Circum, *pp. Accus.* τοῦ Circus,

cus, *et* Circa, *Ablat. obsoleti nominis. Substantivi* Circa, ae. Circus, κίρκος, *et* κίρκος, *th.* κίρω *i. q.* κείρω, E. 306. 335. Cirri, *pro* ciri, *a* κίρω, κείρω, tondeo, E. 286. Cis, *pro* ceis, „ *a* κεῖσε, *ex* ἐκεῖσε" (*Voss.*) *th.* κίω, *cogn.* κίω, *unde* cio, civi, citum. *Hinc* citer, citerus, citrus: *unde* citra, *et* citimus *pro* citerimus, *ut* summus, *pro* supmus, *ex* superimus, *unde* supremus. *Cf.* E. 199. 308. Cisium *a* κίω, κίσω *pp.* moveo, ruo. Cista, κίστη, A. 152. E. 307. Civis, „ *a* κίω *i. e.* eo, vado, *quod nempe in unum veniant coetum*" &c. (*Voss.*) E. 307. Clades, *a* κλάω frango, *unde* κλάσμα &c. E. 308. Clam „ *pro* calim;" (*Fest.*) *Rectius pro* calam, *s.* celam, *a Nomin.* cala, *vel* cela: *ut* palam *a* pala. *Cf.* κάλω, καλύω, καλύπτω, et κέλω, celo, κλέπτω &c. E. 289. 308. *A* celao, celo, *productum est* celacus, clacus, clancus: *hinc* clanculus. Clamo, *a* κέκλαμαι, *th.* κλάω, *pro* calao, *unde* calamus. *Cf.* καλέω, Kalendae &c. E. 308. Clango, κλάγγω, E. 308. A. 211. AA. 501. Clarus, *pro* „ calarus, *ut* classis, *quasi* calassis, *et* nomenclator *pro* nomencalator." (*Voss.*) *th.* κλέω, E. 308. *Cf.* Clamo. Classis, *pro* calassis, (*Voss.*) *th.* καλέω, κλάω, *unde et* κλῆσις, E. 308. Clathrum, κλῆθρον, E. 308. Clava, *a masc.* clavus: *th.* κλάω, *pro* κελάω, *pp.* impello. *Th.* κέλω, E. 301. Claudo, *th.* κέλω, (*unde* κέλλω) pello, impello: *hinc* κέλλω, κελαίνω, κελαίδω, κλαύδω. E. 301. Claudus *a* χάω, *unde* χαλάω, χαλαύω, χλαύω. E. 817. Clavis, „ *a Dorico* κλᾶξ, *pro* κλεῖς, *inserto* V *consono*" (*Voss.*) *Th.* κλείω, *cogn.* κλάω, *pro* κελάω, κελέω, *pp.* impello, adurgeo. Clavus, *pp.* impulsus, impactus, *vel* qui impellitur. *Foem.* Clava, *unde Deminutiv.* Clavola, *s.* Clavula. *Th.* κέλω, E. 301. Clemens. „ *Ut a* veho, vehemens, *sic a* κήλω, clemens. Κήλειν *autem est* πραΰνειν, θέλγειν." (*Is. Voss.*) *Cf.* κηλεῖν mulceo, *unde* celemens, clemens, *pp.* mulcens. E. 303. Clepo, ere, *Gr.* κλέπω, *unde* κλέπτω, E. 308. Cliens, „ *a* κλείω, *i. e.* clio,

ce-

celebro, *honoro*, (*Vosſ.*) *An* cliens, *a* κλείω, *pro* καλέω, *pp* invocans, appellans? *Cf.* E. 308. Clino, κλίνω, A. 205. E. 309. Clitellae *Deminut. Plur. a* clitus, κλιτὺς, *ſ.* κλιτῦς devexitas, *th.* κλίνω." (*Voſſ.*) E. 309. Clivus *et* clivum, „ *Gr.* κλιτὺς, *quod Aeol.* κλιτὺς, *unde* clivus, montis devexitas, *ſ.* latera ejus proclinata." (*Voſſ.*) *th.* κλίνω, *ſ.* κλίω, E. 309. Cloaca, „ *ſ.* cluaca, *a* cluo, *pro* colluo, *purgo* (*Voſſ.*) *Rectius a* κλύζω, *i. e.* ἐκβάλλω, *pp.* glomero, *niſi malis a* κλύθω, κλύζω, abluo. E. 310. Cluo, *et* clueo, *pp.* audio, (*cf. Voſſ.*) E. 310. *niſi ſit pro* καλέω, *cogn.* καλέω, *et intranſ. pp.* vocor, *et, per meton.* audio. E. 287. A. 152. Clunis „ *a* κλύζω abluo, *unde* κλυστὴρ &c." (*Voſſ.*) *Cf.* E. 310. Clypeus, *pro* calypeus, *a* tegendo, *ut Hebr.* מגן. *Cf.* καλύπτω, E. 289. Coccus, „ κόκκος, frutex, *uti* κόκκον coccum, *granum ejus.* (*Voſſ.*) E. 315. Cochlea, *a* κόχλω, *i e.* γυρίζω, gyro, E. 329. Codex. *Cf.* Caudex. Coelum, *et* coelus, κοῖλον, κοῖλος, *pp.* cavum, cavus, profundus E. 316. Coena, κοινὴ, *q.* communis victus, E. 316. Coenum, „ *a* κοινὸν communis, *et metaleptice* ſordidus, *unde* κοινοῦν coenire, cunire, *pp.* polluere. (*Voſſ*) *Cf. tamen* E. 316. Coepi, *Praeter. perf. a* coepio, *quod cognat.* τῷ Capio. *Th.* κέω, κίω, *ſ.* χέω, χάω. Coetus, *pro* coitus, *pp.* by een komst, *unde et* coitus, *pro* συνιέναι. Cogo, Cogito, *pro* Coago, Coagito. (*Cf. Horat. Serm.* I, 4, 137. „ Haec ego mecum Compreſſis agito labris.") *Th.* ἄγω. Cohors, *pp. i. q.* χόρος, χόρτος· *unde* chors, cors. *Cf.* Chors. Colaphus, κόλαφος, E. 316. Coles, *vel* Colis. *Cf.* Caulis. *A* tumore *dici quoque potuit* braſſica, *ut* Collis, *pro* colis, *pp. parvus mons*, *ſive* tumulus, *a* tumore. *Cf.* κόλον, κολωνὸς, &c. Collum, *pro* Colum, „ *Gr.* κῶλον, *q.* membrum, *per excellentiam*," *Voſſ. Niſi malis a* proceritate. *Cf.* κολωνὸς, E. 320. („ Anſeres adjuvantur PROCERITATE COLLORUM." *Cicero.*) Collyrium, κολ-

κολλύμιον, E. 318. Colo, *pp.* pello, impello. *Vide* κόλω, E. 72. 316. 317. 319. 320. Color, *pp.* perculsio, *f.* species oculos percellens; *ut* color urbanitatis, *pro* specie: *a* κέκολα, *th.* κέλω, κέλλω, *f.* κόλω, E. 319. Colossus, Κολοσσὸς, E. 318. Colostra, *f.* Collostra, Collostrum, *lac densum, th.* κόλω, E. 316. 318. Coluber, *et* Colubra, *pro* colubera. *Utrum a* κολύβω, *cogn.* καλύβω, καλύπτω *an a* κολυβάω, κολυμβάω? *Dicta certe a* subeundo, occultando. *Cf.* E. 319. Columba, *et* Columbus. „ Κόλυμβος avis aquatica, et κολυμβᾷν urinare: *quia talis est* columbarum gestus." *Voss. Malim ego cum Varrone L.* IV. *ab* ὀνοματοποιΐᾳ. *Cf.* E. 319. Columen, *a* κεκόλυμαι, *a* καλύω, κόλω, *th.* κόω, *pp.* turgeo, *Cogn.* κολόω, *unde* κολωνὸς, E. 320. (*A* coluo *isto etiam est Pass.* columai, *unde* columenos, columnos, columna. *Cf. in* Vertumnus, *et* Autumnus.) Colus. *Cf.* κόλον, E. 318. Coma, κόμη, *a* κέκομα. Κέμω, *Belg.* kemmen, kammen, *cogn.* κόμω, *Lat.* Como, comsi, comere. *A* como *quippe est* comso, *Gr.* κόσμω, *et* κόμσω, κόμψω, E. 321. 327. *A* comso, *f.* κόμψω, *in Praeterito Latino est* Comsi, *vel* compsi. Comes, „ *ex* cum *et* eo, *unde et* comitia. (*Voss.*) *Cf. et* Comitatus, Comitivus. *Nisi* comes *sit a* como, *unde* κομέω curo, E. 327. Como. *Cf.* Coma, *et* E. 321. 327. Comis, *a* como, *q.* comtus, politus. (*Gloss.* Comis, κόσμιος. *V.*) Comissor, *a* κωμάω, κωμάσω. *Cf.* κῶμος, E. 351. Compitum, *f.* competum, *a* competo. (*Gloss.* Competit, συντρέχει. *V.*) *f. pro* Combitum. *Cf.* Bitere, *unde* adbitere, perbitere, combitere. *Th.* βέω, βέτω, πέτω. E. 572. Compos, impos, *pro* compots, impots, *unde* compotis, impotis. *A* potis, *th.* πόω *pp.* premo. E. 604. Concha, κόγχη, E. 313. Concio, *pro* concion, *ex* con, *et* cio, κίω, κίων, E. 308. Condio, „ *a* γανδιῶ, *unde* γανδύσματα, condimenta." (*Is. Voss.*) *Th.* γάω, *unde* γάνος. E. 157. *At I. G. Voss. a* con, *et* duo, *pro* do. Condo *a* κόω, κόνω. *Lenn.* E. 321. *ex* con *et* do, *ut* abdo,

Voss. Congius *a* κόγχη, concha (*Voss.*) E. 313. Conor, conatus sum, *a* κόνω, *unde* κονέω, moveo celeriter, E. 321. *Cf. et* κινεῖν, *i. e.* περιδινεῖν. *Voss.* Consulo, *ex* con *et* sulo, *s.* solo, *ab* ὅλω, *unde* solidus, solor, solatus sum &c. E. 490. Contra, *pro* contera, *ut* supra *pro* supera, intra *pro* intera, *ab* intus, *s.* interus. *Th* κόω, *unde* κόνω, conor, nitor. Contus, κοντὸς, *a* κέκονται, *th.* κόνω, *cogn.* κέω E. 322. Conus, κῶνος, E. 322. Copia, *a* copio, *cogn.* capio. E. 362. Copula, „ *ex* coapula, *ab* apio, *i. e.* necto (*Is. Voss.*) *ut* cogo *ex* coago. Coquo *s.* coco, *pro* πόπω, *cogn.* πέπω, *et* πέπτω, E. 564. Cor, κὴρ, *cogn* κὰρ, κῆρ, E. 334. A. 144. Coram, *pp. Accus.* *a* κόρη (*Scal.*) *at* „ *pro* co oram," *Is. Voss.* κόρω *est* emineo, *An hinc* cora, coram, *i. q. Hebr.* נגד, *pp.* eminentia? E. 324. Corbis *a* κόρω, κύρω, *unde* curvo. („ Corbes dicti, quia curvatis virgis contexuntur." *Isidor.*) Corium *a* corus, *quod a* κέκορα, *th.* κέρω, (κείρω) seco. E. 324. Cornix, *pro* coronix, *Cf.* κορώνη, E. 325. Cornu, *a* κόρω, κύρω, *unde* curvo, *i. e.* inflecto. E. 346. Corona, κορώνη *pp.* inflexa, circumflexa, E. 326. Corpus, *pp.* quod carpitur, depascitur, *Opp. ad* mentem, (μένος) *quod manet: a* κόρω, *cogn.* carpo. („ Ossa subjecta corpori" *Cicero dixit.*) *cf.* E. 293. (Cors, *s.* chors, *pro* χόρος, *unde* χόρτος. *Cf.* Chorus, *et* Cohors.) Cortex *a* κέρω, κόρω, *quod idem ac* κείρω. E. 300. Cortina „ *pp.* vas, in quo colores coquuntur, χρωτίνα, *a* χρωτίζω," *Is. Voss. Cf.* E. 842. Coruscus, „ *pp. forte de* splendore galeae, *dictae* κόρυς, (*Voss.*) E. 325. *at* „ *a* collisione, *Hes.* κορύγγειν· κορύττειν" *Is. Voss.* Corvus, „ *ab* inflexo oris cornu, κόραξ, κόρϝαξ, E. 326. Cos „ *pro* cots, *a* cautes, cotes." (*Voss.*) *Th.* κόω. Costa, *a* κέκορσαι, *th.* κόω, *cogn.* κύω, *unde* CURVO: *a forma* incurvata. *Hebr.* צלע. *Cf.* E. 326. Cothurnus, κόθορνος, *forte a* cavitate. *Th.* κόω, E. 356. Coturnix *a sono*, *ut Gr.* ὄρτυξ, E. 514. Coxa, *pro* cocsa, cossa, (*cf.* Cossim) *pp.* excavata, *s.* cava.

A

A κόπω, κέκοπα, κόψω, *th.* κόω, E. 356. Crabro, *pro* carabro, *vel* cerabro, *Germ.* hurnusz, *pp.* corniculis inſtructa. *A* κέρας. *Cf.* E. 302. Crambe, κράμβη, E. 331. Crapula, κραιπάλη, E. 330. Cras, *pro* craſi, *pp.* explicatione, diffuſione *vel* miſtione *ſc.* nova lucis, *ut Gr.* κῦρον, ab auro, aurora. *Th.* χράω, *pro* χέραω, *th.* χέω. *Cf.* E. 836. *et* κράω miſceo, E. 332. Crasſus, *pp.* carne ſtipatus, *pro* Carasſus, *a* caro, *unde* carao, caraſo, carasſo, crasſo. *Cf.* κάρτος, κράτος, E. 332. Crater, κρατὴρ, *a* κράω, *pro* κεράω miſceo E. 301. Crates, *a* transverſis, *et* permiſtis viminibus. *Cf.* Crates. Creber, *a* creo, cresco. *Cf.* κρείσσων, E. 332. Credo, *pro* cretum do, *Priſc. at pro* χρήζω *Voſſ. cf.* E. 839. Cremo, *Denom. a* cremium, *Gr.* κέρμα, *pro* κέρεμα, *th.* κέρω, E. 334. Cremor, *a* cremo, *pro* ceremo, *pp.* ſecerno, *th.* κέρω, *unde* cereo, creo, κρέω, κέκρεμαι. *Cf.* Cerno. Crena, *pp.* inciſura, κρήνη, E. 335. Creo, *pro* cereo, *pp.* ſeco, fabricor, E. 330. Creperus *a* Crepo, *quod a ſono* „ *ut* κρέκειν, *et Belg.* kraken." (*Voſſ.*) E. 333. *pp.* de ellychnio crepitante, *ut Belg.* knetteren, *et* ſnerken. Crepida *et* Crepido (*prima ſyllaba brevi*) *a* crepando, *ſ.* crepitando. Crepo, *unde* Crepus, Crepuſculum. *Cf.* Creperus. Cresco, *pp.* de aqua e terra erumpente ſeque extollente. *Cf.* Crena. E. 324. 334. Creta, „ *ab inſula Creta, Iſidor. Voſſ.*" Cribrum, *a* cero, cerino, cerno, *et* crino, *Gr.* κρίνω, E. 336. Crimen, *pro* cerimen, *a* cerino, crino, *ut* discrimen, *pro* discerimen, *ibid.* Crinis, *pro* cerinis, *pp.* qui cernitur, *ſ.* ſecernitur. *Ibid.* Crispus *a* crispo, *quod a* crio, *pro* cerio, *unde* cerino *&c. pp.* discriminatus, *vel* discriminandus. *Cf.* Crinis. Criſta, *a* κέκρισται, *th.* κρίω. *Cf.* Crispus *et* κροσσὸς, E. 338. Crocio *et* Crocito, κρώζειν, *a ſono*, E. 339. Crocus *et* Crocum, κρόκος. *Cf. et* κροσσός. E. 338. Crudus, *a* κρύος, *quod et* CRUOR. *Unde* κρυερὸς, κρυώδης, *pp.* horridus, horrendus. E. 338. Crumena, *a* κέκρυμμαι, *th.* κρύπτω, E. 338.

Cruor, κρύος, E. 338. V. 49. A. 153. Crus, *pro* cururis; *a* curo, *i. e.* flecto, *unde* CURVO, E. 349. Crusta, *a* cruo, (*unde* cruor) *pp.* compingo, consolido. E. 338. Crux, *a* cruo. *Cf.* Crusta. Cubo, *cogn.* κύπτω, *pp.* declino caput. *Cf.* E. 342. AA. 239. Cucullus *f.* cuculus *Demin. a* cucus, κύκλος. E. 345. Cuculus (*cum penult. longa*) avis, *a sono.* Cucuma *vasis coquinarii genus*, *a* κύω tumeo. E. 349. Cucumis, et Cucumer, *a* tumendo, turgendo. *ibid.* Cucurbita, *a* cucuro, *reduplicato. Th.* curo, curvo. E. 349. Cudo, cudere, *cogn.* caedo, *et Gr.* κόπτω *pro* κύπτω. E. 328. Culcita *a* culco, *cogn.* calco: „ *quod in ea sagum, tomentum, aliaque conculcabant.*" *Fest.* Culeus, *a* κύλω, volvo, E. 345. Culex, culicis, *a* κυλίω volvo, E. 345. Culina, *pp.* cibi locus, *pro* colina, *a* colo, *unde* κόλον cibus, E. 318. Culmen. *Cf.* Columen. Culpa *a* κόλω volvo, devolvo, E. 345. Culter, „ *pp.* vomeris genus." *Voss. Th.* κόλω, colo, *i. e.* percutio, E. 316. 319. Culus, κυλεὸς, *a* culo *volvo.* Cum, *pro* Cume, *ut* Cur, *pro* cure (*Terent. Scaur.*) Cume *autem est Ablat. a* cumis, *quod idem ac* cumus, *a* κέκυμαι, *th.* κύω tumeo, *atque ita* mole augeor, cresco. *Cf.* Cumulus. Cuminum, κύμινον, *vox Orient.* כמון. Cumulus, *Deminut. a* cumus, *ut a* tumus, tumulus. *Th.* κύω, E. 296. 350. Cunae. *Utrum a* κύω tumeo, κυνὴ, *pp.* vasculum turgens, *f.* rotundum, *an a* κίω, *cogn.* κίω, *unde* κινέω moveo? Cunctor, *i. e.* cuncta contemplor, Percunctor, *per cuncta eo. At* Cunctor, *f.* Contor, *i. e.* conto immisso pertento, *ut Gall. sonder.* Cunctus, *pro* cojunctus, (*Voss.*) *nisi sit a* κύω tumeo, turgeo, *Cf. in* Cum. Cuneus, „ *ab* ὕνις, ὕννις, ὕννη *Lat.* porcinum caput." *Is. Voss.* E. 772. *A* cunis *autem fit* cuniculus, *ut a* funis, funiculus. Cupa, κύπη, E. 346. A. 159. Cupio, *cogn.* capio, capto, κύπτω, E. 346. Cupressus, κυπάρισσος, E. 345. Cur, *f.* Quur, *pro* cure, *f.* quure, cui rei, *f.* quui rei? Cura, κυρὰ. *Schult.* *vel*

vel a curo, *pp.* curvo, E. 306. 328. 346. Curo, A. 51. Curculio. *Cf.* γαργαρεὼν, E. 158. Curia, *f. g. obsol.* κύριος, η, ον. *a* κῦρος, η, cura, E. 346. Curro, *pro* κύρω, *cogn.* „ καίρω, *i. e.* τρέχω." *Voss.* *Cf.* κείρω carpo, *sc.* viam. Curſor, *a Futur.* κύρσω, curſo, AA. 473. Curtus, κυρτὸς *pp.* tumidus; E. 347. Curvus, „ *Aeol.* κυρπὸς" *Voss. pp. i. q.* curtus, *i. e.* tumidus, gibbus, E. 320. 347. 348. AA. 239. Cuſpis, *pro* cupſis, *a* cupo, κύπω, *unde cogn.* κόπις· μερὶς &c. E. 346. Cuſtos *a* κέκυφαι, *Th.* κύω, *unde* curo, curavi &c. E. 347. 348. Cutis, *Gr.* κύτος, *unde* σκύτος, *in n. g. Lat.* SCUTUM, *pp.* CORIUM, *quod a* κεκόψα. *Th.* κύω, κόω, E. 348. 671. Cyathus, κύαθος, E. 342. Cygnus, κύκνος, AA. 241. Cymba, κύμβη, A. 208. E. 345.

D.

Dactylus, δάκτυλος, E. 168. Daedalus, δαίδαλος, E. 167. Daemon, δαίμων, *pp.* diſtributor, E. 167. Dama *a* δέδαμαι, *th.* δάω, *cogn.* τάω, *pp.* tendo, intendo: *unde* dama, *Siculis* ταμὰς, ταμμὰς, *a* curſu intenſiori, E. 716. Damnum, *pro* dampnum, dapnum, δάπανον, (*Voss. Menag.*) E. 169. Dapis, δὰψ, *a* δάπτω, A. 171. E. 170. 175. De *et* Di, *pp. Abl. a* dis, *th.* δίω *pp.* penetro, findo, ſeparo: *unde Gr.* δὶς *pro* διαὶ, *et Lat.* De, Di, *pp.* fiſſione, ſeparatione, E. 182. *Cf.* Bis. Debeo, *pp.* obligatus, devinctus ſum *alicui*, *a* δέω ligo, vincio, *unde* debo, debeo, E. 176. Debilis, *a* debeo, *ſ.* debio, *pp.* vinctus, prohibitus: *unde* debilitas linguae, *pp.* ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης. E. 176. Decem, *Accuſ. a* decis. *Gr.* δέκα, *Plur. a* δέκον, E. 172. 194. Denarius, *ſ.* Denarium, δηνάριον, E. 178. Decet, 3 *Sing. verbi* deceo, *ut* debet 3 *Sing. a* debeo, *Th.* (δέω *unde* δέκω, deceo) *pp.* conſtringo, obligo. *Cf. Gr.* δεῖ *pro* δέει, E. 176. Dego, *pro* deago, *th.* ἄγω. E. 35. Dein *Gr.* δὴν, *pro* δεὶν. *Cf.* Denique. Deleo, *ex* de *et*

 leo.

leo. Leo *i. q.* lio. *Cf.* lino, LEVI: *Unde et* eleo, *i. e.* mundo, *in Praet.* elevi, elui, E. 178. 367. Delphin, δελφὶν *et* δελφὶς *pro* δελφὶνς, *ex* δελφινὸς, delphinus, E. 172. Delubrum, „ *a* deluo, *ut* pollubrum, *a* polluo." (*Voss.*) *pp.* locus ablutionis. „ Delubrum, in quo homines sua pericula deluunt." (*Fronto ap. Voss.*) *Th.* λύω, luo, E. 387. Demo *ex* de emo, *ut* deleo, *ex* de *et* leo. *Th.* ἔμω, E. 206. Demum, *et* Demus, *Gr.* τῆμος, *Is. Voss. Th.* δέω, *s.* τέω, *pp.* extendo, devincio, adstringo. *Cf. Belg.* toen, *apud Mestingh.* E. 172. Denique, *pro* deinque. (*Voss.*) *Rectius forte* deni (*Gr.* δὴν, *pro* δηνὶ) *pp.* adstrictione, *e. i. Abl. a* denis, *th.* δέω, δένω, *ut* τέω, τένω. *Vide in* Demum: *et cf.* E. 178. Dens *pro* edens, *unde* dentes *Aeolibus* ἔδοντες, A. 134. E. 476. Densus, *pro* desus, *Gr.* δασὺς, E. 170. Depso, δέψω, *a* δέπω, *cogn.* δάπω, E. 171. 175. DEUS ΘΕΌΣ, E. 251. 252. *Cf.* δέος, δῖος, E. 208. A. 142. Dexter, *pro* dexterus, (*unde* dextera, dextra) *a* δεξιτερὸς, *quod a* δεξὶς, *ut* φίλτερος, *pro* φιλίτερος, *a* φιλίς. *Th.* δέκω, *s.* δέχω, E. 175. Diaeta, δίαιτα, E. 178. Dico, dixi &c. *pp. i. q.* δίκω jacio, ejicio, *pecul.* ore verba, *Th.* δίω pello, E. 171. 180. 182. AA. 498. Dicto, dictas &c. AA. 238. 372. Dico, dicas &c. *pro* δικάω, *a* δίκη, *th.* δίω. E. 180. AA. 498. Dies; *pp. i. q.* dives, (*cogn* δῖος, *pro* δίϊος, divinus) *q. d.* beata, *s.* Iovialis lux. *A* δῖος, DIUS, *est Abl.* diu. „ Diu noctuque *Sallust.*" E. 208. *Hinc* diu, *q. d.* per totum diem, *s.* δίω, (*Cf. et Hebr.* כל היום, *Gall. toujours.*) Digitus, *pro* dicitus, *a* δίκω, δείκω *pp.* ejicio, ostendo, E. 171. *Th.* δίω· δάω, δάκω, δάκτω, δάκος, δακτυλος? *Cf.* E. 168. Dignus, *pro* dicinus, *pp.* qui ostendi potest. *q.* δεικνὸς, δεικνὺς. *unde* δεικνύω (*Voss.*) E. 171. Diribeo, *divido*, *pp.* disjicio, *i. q.* dirimo, *ex* dis, *et* ribeo, *s.* rimo. *Th.* ῥίω, *unde* ῥίβω, ῥίπτω, E. 624. Dirus, *i. q.* δεινὸς, *s.* δειλὸς, deilus, *unde* deirus, dirus. E. 172. Disco *pro* dicso, *a* dico, dixi, dictum: *pp.* expello *saepius*, *identidem*

dem dico. Hebr. הגה. *Hinc* Discus, *pp.* qui expellitur, AA. 498. E. 179. 182. Ditio, *f.* dicio, *pp.* ubi dicitur, *vel* edicitur *jus*, δίκη, E. 180. Dives, *pp.* beatus, δῖος, divinus. „ Dei divites ſunt, deos decet opulentia." *Plaut.* (*Cf. Voſſ.*) E. 208. Divido, *ex* di, *et* vido, Ϝίδω, *pro* ἴδω, *unde* iduo, E. 194. 189. (*Cf.* Video, Viduus.) Dius. *Vide in* Dies. Do, *pro* dao, *vel* doo, *cogn.* τάω, τῶ, tendo, extenta manu porrigo, E. 169. *A* δόω, *f.* δόμι, *Gr.* δίδομι &c. E. 179. Doceo, *a* doco, δόκω, *th.* δόω, *pp.* tendo, tenſa manu monſtro. (*Cogn.* δάω *dedit* δέσω, δάσκω, διδάσκω.) E. 179. Doleo, *intranſ. a* dolo, *cogn.* δήλω, *th.* δάω, δαίω, *pp.* pungo, fodico: E. 178. Dolium, *q.* δάολον *a* δάω, δέω, tendo, intendo, conſtringo vehementius: *unde* dolium *pp.* vas conſtrictum, *Belg.* TON. (*Cf. Meſtingh. laud. in* δέκα *Belg.* TIEN) E. 172. Dolo, *cogn.* δήλω, *pp.* pungo, aſcia caedo, levigo: *unde* δόλων, Dolon, dolonis, *pp.* aculeus &c. E. 177. Dolor („ *aegritudo crucians*" *Cicer.*) *pp.* compunctio. Dolus, δόλος, *Utrum pp.* conſtrictus laqueus, *pro* δάολος, (*unde* Dolium) *an a* dolo, *pp.* pungo, compungo? *Cf.* E. 173. Dominus, *pp.* ſubactor, domitor, *Th.* δόω, *vel* δέω: *unde* δέσω, δέσπω, (δέψω) δεσπόω, δεσπότης, E. 175. Domo, *pro* domao, *cogn.* δαμάω, *pp.* ligo, vincio. (*A* domeo *est Praet.* domui, *pro* domevi: *a* domo, domis. *Supin.* domitum) E. 173. 169. Domus (*et obſol.* domis) *a* δέδμα. *Th.* δόω, *f.* δέω ligo, colligo. E. 173. Donec, *pp.* motu, *f.* agitatione, *pro* donecum, *ab obſol.* donecus, *quod a* δεδονεκα. *th.* δονέω agito, moveo, E. 184. Dono, *cogn.* dano. *Th.* δάω, *f.* δέω. *Cf.* Do, E. 169. A. 204. Dorcas, δορκάς, δόρξ, E. 184. Dormio, *et obſol.* Dermio, *a* δέδερμα, *f.* δέδορμαι, *unde* δέδορσαι, *pp.* in dorſo recumbo: *niſi ſit a ſono* dormientium. („ *Gr.* δαρθεῖν, κοιμηθῆναι.") E. 170. Dorſum *a* δέδορσαι. *th.* δέρω *f.* δείρω, *pp.* quod excoriatur, *in pecudibus*, E. 174. Dos, δώς, *pro* δόσις *f.* δόσις, *th.* δόω E. 179. 187.

187. Draco, *pro* dracon, δράκων, E. 184. Dubito, „ *pro* duito *a* duo. *A* duo *est* dubium, dubiare, dubitare." *Voss.* E. 186. 187. AA. 298. Duco, „ δείκω, δεικνύω, *ut* ducere *pp. sit* ostendere *sc. viam.*" *Voss.* *Malim i. q.* δίειν movere, pellere, *atque adeo* trahere. *Cf.* E. 182. Dudum, *pro* dudume, *a* dudumis, *voce formae* cucumis. *Th.* δύω. (*Vide* Dum.) Duellum. *Cf.* Bellum. Dum, *pro* dume, *ut* cum *pro* cume. (*Cf.* Cum.) *Th.* δύω *pp.* findo: penetro, subeo. *Hinc* δέδυμαι dumis: *unde* dume, dum, *pp. q. d.* subeundo, penetrando, *vel* se insinuando, *et*, *forma redupl.* dudum, *q. d.* vix dum subeundo, insinuando sese, *id est* vix antea. Dumus „ *a* δέδυμαι, *th.* δύω *subeo*, quo subeunt animalia" (*Scalig.*) E. 186. Duo, duae, δύο *s.* δύω, *pro* δύοι, *et obsol.* δύαι, *pp.* fissi, separati: fissae, separatae. E. 186. 187. Duo, δύω, *penetro, subeo: unde* induo, ἐνδύω &c. E. 186. Durus *pp.* asper, immitis, *ab obs.* δέρω, *cogn.* δέρω, δείρω, *lacero*, *decortico: unde* δόρυ lignum, *pp.* decorticatum; *Cf.* E. 175.

E.

E, ec, ecs, *s.* ex, *ut* a, ab, abs, *Cf.* Ex, ἐξ, E. 197. Ebrius *ex* e, *pro* ex, *et* brius, *s.* bria, *genere vasis: unde et* Sobrius. Bria *a* βρύω, E. 153. Ebur, *s.* Ebor, *unde* eboris. *Vox orientalis.* Ec, *idem quod* ac, *in* Ecquis, E. 191. AA. 342. 496. Egeo, *forte ex* e *et* geo, γέω, χέω, *i. e.* hio, appeto vehementer. E. 814. 815. Ego, ἐγὼ, E. 191. AA. 280. Eja, εἶα, E. 193. Ejulo, *a sono*, *ut* ὀλολύζω, E. 490. Elegans, *ex* e, *et* legans, *a* lego, legavi, *quod olim i. q.* lego, legi. (*Voss.*) *Cf.* E. 366. Elementum, *ab* eleo, *cogn.* oleo, *pp.* cresco. (*Voss.*) E. 488. Elephas, *pro* Elephans, (*unde* Elephantus) *vox ex Orientali detorta*, E. 202. Elogium, *cogn.*

cogn. ἐλεγεῖον, *cf.* E. 200. Emo, emi *&c. pp. i. q.* ἅμω, *pp.* prehendo. *Cf.* Demo, E. 206. En *pro* ἐνὶ, *s.* ἑνὶ, *pp. Abl. Sing. ab* ἑνὶς, *quod ab* ἕνω, *th.* ἕω, ἵημι, mitto, immitto, *pecul.* conjicio oculos, visum, aliquorsum. *Inde et Praeter.* ἧκα, ἧκα, *unde* ἐκ, *Lat.* EC, *cui addita syllaba* κε, *ortum* ECCE, E. 244. Enim, *pp. Accus. ab* enis, *Gr.* ἐνὶς, *s.* ἠνὶς, *de quo in* En. (Endo, *cf.* In.) Eo, ivi *&c.* ἕω, ἴω, *unde* ἰέω, ἵημι, E. 229. Epistola, „ ἐπιςολὴ, *q. d.* missoria. *Th.* ςέλλω, *s.* ςέλω *&c.* E. 687. Epulae, *s.* Epulum, *convivium sollenne ac publicum, ab* ἔπω, ἐπὺς, ἐπύω, instruo, E. 215. *pecul.* coquo, *Gr.* ἕψω, E. 229. Equus, *i. q.* ἵπος, ἵππος; (*ut* λίπω liquo, linquo) E. 276. Ercisco, *s.* Hercisco, *bona divido, pro* erctum cio, *s. potius ex* erctum cisco, *vel* scisco. Erctus, *ab* ἔρκω, ἔρκτω, *th.* ἔρω, (*unde* εἴρω, εἴργω, E. 195.) *Porro* σχίω, *unde* σχίζω, *th.* χίω, E. 829. Erebus, ἔρεβος, E. 217. AA. 501. Eremus, ἔρημος, E. 219. Erga, *pp.* nexu, *s.* conversione. *Th.* ἔρω, *unde* εἴρω, εἴργω. E. 195. Ergastulum, *ab* ἐργάςαι, *ex* ἐργάω, ἐργάζω. *Th.* ἔρω, ἔργω *&c.* E. 195. Ergo, ἔργῳ, *s.* ἔργοι, *Abl.* τῷ ἔργῳ, *pp.* opere, *i. e.* re vera. E. 195. Erro, erravi, *pro* errao, *ab* εἴρω, E. 222. Eruca, *ab* ἐρύω, ἐρύκω, E. 222. Ervum, *pro* erovum, *cogn. Gr.* ὄροβος· *Th.* ἔρω, *cogn.* ὄρω. E. 223. Esca, *forte pro* edsca, *ab* edo, ἔδω, ἔδσκω, ἔσκω, *unde et* vesco, vescor, E. 191. AA. 342. Et, *pro* eti, *qua lege* at *pro* ati, ad *pro* adi, ut *pro* uti, en *pro* eni *&c. a Nomin.* ἔτις, *cujus Dat. vel Abl.* ἔτι *et* ἔτε. *Hinc sunt* ἔτι, ET, *ac Gr.* τε *pro* ἔτε, *ut* μὲ *pro* ἐμὲ. *Th.* ἔω, E. 225. AA. 252. 308. 449. Ex, ἐξ, *pro* ecs, ἐκς, *quod pro* ἐκὸς, *uti* abs *pro* ἀπὸς. *Pro* ex, *sive* ἐκ, *dixerunt* e, *ut pro* abs, *s.* ab, *brevius* a. E. 197. AA. 248. 308. Exin, *pro* exine *s.* exinde: *pp.* emissione; *compos. ex* ex *et* in *pro* ine, *a Nom.* is, inis: *vel ex* ex, *et* inde *ab* indis. *Th.* ἴω, ἵνω, E. 275. (*Cf.* Inde.) Examen, *pro* examenum, ἐξαμένον, *s.* ἐξαμμένον, *comp. ex* ἐξ, *et* ἀμένον, *s.* ἀμ-

ὀμμάτων. *Th.* ἅπω, ἅπτω, necto: *unde* „ apes, *q.* aptae: *quod invicem colligantur.*" (*Charis. Voss.*) E. 116. 117. Exemplum, *i. q.* ἔξομπλον, (*i. e. Hesych.* ἴσον) *comp. ex* ἐξ, *et* ὄμπλον, *pro* ὁμλόν, *f.* ὁμαλόν, SIMILE. *unde* exemplum, *q. d.* ex simili, F. 492. *th.* ἄω, *fero.* Exiguus, *pp. q. d. ab* exigo, *ut* ambiguus *ab* ambigo. *Unde pp.* exiguum, „ *quod nullo negotio* exigi ejicique potest." *Voss. Th.* ἄγω, E. 35. Exilis „ *forte i. q.* ἐξίτηλος" *Voss. Cf.* Ilia. Exta, *i. q. Gr.* ἔγκατα, *ab* ἔγκας. *Th.* ἔγω, *f.* ἔκω, *unde* ἔγκω, ἔγκας. *Ab* ἔκω *item* ἔκσω; ἔξω, ἔξετος, extus, a, um: et ἐξέτης, exster, exterus, exterinus, externus. *Cf. in* Ex. Extorris, *q. d.* exterris, (*Belg. pp.* ellendig) *comp. ex* ex *et* torris, *quod a* τέτορα, *th.* τέρα, *f.* τέρω, tero, *unde* tera, terra. „ *A* solo, exsul: *a* terra, extorris." *Voss.* F. 740. 741. Extra, *pro* extera, *ut* intra *pro* intera. *Cf. in* Exta. Exuo, *pro* exduo, *a* duo, δύω, *unde* induo. *Cf.* Duo.

F.

Faba, φάβα, *a* πάω (*unde* pasco) *dein* πάβω, *adspirate* φάβω, *cui cogn.* φάγω. E. 777. (*ubi leg.* φάγω edo,) Faber *a* φάω, *pp.* findo: *unde* φάβω, E. 785. (*An inde et* faba, *q. d.* effissa, *nempe ex folliculis, quibus innascitur? Masc. obsol. fuit* fabus, *unde* fabula.) Fabula, *Belg.* een praatje, sprookje. *Th.* φάω findo, aperio: in lucem profero. (*Cf.* Fari.) E. 785. Facetus *a* φάω, φάκω, FAX: *q. d.* lucidus, elegans. *Cf.* E. 778. Facies, *a* facio, *ut* species *a* specio. Facio, *a* φάω luceo, *pp.* in lucem profero, manifesto. *Unde et* facies, *pp.* quae in lucem profertur, conspicua maxime pars corporis. *Arab.* وجه. E. 778. AA. 328. Facundus, *a* φάκω. (*Cf.* Fari) Faex. *Vid.* Fex. Fagus, φηγός, E. 791. Fala, *pf. f. g. a* φαλός, *unde* φάλαι, E. 781. Fallo φάλλω, *f.* σφάλλω, A. 213. AA. 298. E. 704. 705. Falx, *pro*

pro falex, *ex* falecus, *cogn. Gr.* πέλεκυς, E. 559. Fama, *Dor.* φᾶμα, *pro* φήμη: *a* πέφαμαι, *th.* φάω. (*Cf.* Fari.) Fames, *a* πέφαμαι, *th.* φάω *findo*, *pp.* apertio oris, vehementior cupiditas oris hiantis E. 785. Famulus, *cogn.* ὅμιλος, Fόμιλος (*Voſſ.*) E. 495. Fanum *f.* „ Fanus, *a* ναός, ναFός, Fανός, (*Iſ. Voſſ.*) E. 443. 444. *aut a* φάω. φαίνω, *ut ſit* locus, ubi numen fatur, E. 778. Far; farris, *pro* faris, *in Dat.* fari, *unde* farina, *ab* albo, lucidoque, colore. *Th.* φάω, *unde* φαλὸς, φάρος, E. 781. 785. Farcio, farſi, fartum, *a* φάρω, πέφαρκα· *quod dedit* Farco, farcio. E. 783. Fari. (*Vide* For.) Fas *pp.* „ *q.* fatum, *a diis*, *vel a ſacerdotibus.*" (*Voſſ.*) *Th.* For, fari: *unde et* nefarius. Faſcia, *et* Faſcis, *et* Faſcinum, *a* φάω (*adſpirato*) *pro* πάω," *unde* πάσσω *Doricum*, *i. e.* πήσσω compingo (*Voſſ.*) *A* faſcis, faſcicus *obſol.*; *unde* faſciculus. Faſcinum, *pp.* obligamentum Magicum. *Cf. et Gall. Faſcine*, E. 549. Faſtus, a, um: *cui oppoſ.* nefaſtus, *a* φάσκω· *th.* φάω, for, fatus ſum, E. 785. 786. Faſtus, ûs, „ *pro* ſuperbia, *item a* φασὸς, *f.* φάσκω, *quia* ſuperbi grandia fantur. *Inde* faſtidium, *et* Faſtidire, *cum faſtu aſpernari.*" (*Voſſ.*) Fateor, *a* fatus, φατὸς, *quod a* φάω, *f.* φημὶ, (*Voſſ.*) E. 785. Fatim; (*unde compoſ.* adfatim,) *pp. Accuſ. vocis obſol.* fatis, *th.* πάω, premo, premendo conſtipo. *Hinc* 3 *Perſ. Paſſ.* πέπαται, E. 553. (*niſi ſit cogn.* τῷ fatis, *Gr.* ἅδις, ἅτις· *unde* Fatis, *et* Satis: *ut ab* ὕω, *f.* ὕσω, *est* Fuo, *et* Sum, E. 40. 82.) Fatigo, „ *q.* fatim ago." (*Voſſ.*) Fatuus *pp.* obtuſus, *ab obſ.* fato, *ut a* paſco, paſcuus, *a* muto, mutuus: fato *autem id. forte q.* πάτω, πατέω, calco, conculco, obtundo, E. 540. Faveo, *a* φάω, *unde* φάFω, φαFέω, *pp.* cupio fari *in gratiam alicujus*: *unde* favere linguis. E. 785. Favilla, „ *a* φάω luceo." (*Voſſ.*) E. 785. Faviſſa, *ciſterna*, „ *a* favio, *i. e.* fodio." (*Voſſ.*) *Th.* φάω, *pp.* findo, E. 785. Faunus, *a* φαύω. *Th.* φάω. Favonius „ *a* faveo: *th.* φάω." (*Voſſ.*) *at Iſ.*

Voſſ.

Voss. ab ἄω, *unde* γάω, E. 137. Faustus, „ φαυστός. *a* φαύω· *th.* φάω, *s.* φημὶ," (*Voss.*) E. 785. Favus, *a* φάω, *pp.* findo, separo, E. 785. Faux, *unde* fauces, „ *a* φαύω, *th.* φάω," (*Voss.*) E. 785. Fax, facis, *pro* φακὸς, *ut* pax, *pro* πακὸς· *th.* φάω luceo, (*A* φακὸς, facus, *est* facula: *et* facul *pro* facule, *ut* simul, *pro* simule. Facul *porro* facile, *pp.* id quod *sine labore* facias, *i. e.* in lucem proferas.) AA. 328. E. 785. Febris „ *pro* ferbis," *a* fervo, ferbo, ferbeo. (*Voss.*) *th.* φέρω, E. 790. Februo, *pro* ferbuo, *pp.* cum fervore ejicio, expurgo: *a* ferbo, *unde* ferbeo, E. 786. Fel, fellis, *a* felo, *quod idem ac* βέλω, jacio, ejicio, E. 145. (*Cf.* Bilis. Felis, *ex Aeol.* φαιλὸς, *quod pro* αἰλὸς, *unde* αἴλουρος (*Salm.*) Felix, „ *a* feo, *unde* fetus, fecundus" &c. (*Voss.*) E. 791. *Malim a* felo, *pp.* sugo: *ut* felix *pp. sit* uber, E. 787. Fello, fellare. „ φηλᾶν, *i. q.* θηλᾶν sugere." (*Voss.*) E. 787. Femen, Femina, Femur, „ *a* feo, *pp.* findo, *unde* fetus" &c. (*Voss.*) φέω *pp.* findo, in lucem edo, E. 791. Fendo, „ *a* φένω," (*Voss.*) E. 789. *th.* φέω *pp.* findo, *cui cogn. est* fendo, aperio. Fenestra, *pp.* fissura, *a* φένω *pp.* findo, E. 791. Fenum, *a* φένω findo, seco: *ut Hebr.* גז, *a* גזז, E. 791. Fenus, *pp.* quod editur, paritur, *a* φένω findo, in lucem edo, pario, *ut* τόκος, E. 791. (*Cf. et* Bonus.) Fere *et* ferme, *pp. Ablat. ab obsol.* feris *et* fermis, *th.* fero. φέρω, *q. d.* allatione, accessione *ad rem*, E. 790. Feriae, *olim* Fesiae, *a* feo, *pp.* findo, separo: *nisi sit a* fero, *i. e.* differo, E. 790. Ferio, *a* feo, *pp.* findo: *nisi malis a* πέρω, *unde* πείρω, E. 570. 584. Fero, φέρω, AA. 370. E. 790. Ferrum *a* findendo, *ut Ar.* حرس *ab* حرس. *th.* φέω, E. 791. Fervo, *et* Ferbeo, ferveo, *a* φέρω, E. 790. Ferula, *Demin. a* ferus: *th.* fero, *unde* ferus, *pp.* qui fertur, vehementius movetur: *et* ferulus, ferula, *item a* motu, E. 790. Ferus, *a* fero, AA. 485. 514. E. 255. 790. Fessus, *pp.* fetsus, *ex* fetisso, *s.* fetisco, *quod alias* fati-

tiſco. *Th.* φάω, *pp.* findo, *et intr.* hio. *Unde* feſſus, *pp.* hians ore, E. 791. Feſtino, *pp.* hiante ore pergo. *Cf.* Feſſus. Feſtuca, *a* findendo. *Th.* φέω, E. 791. Feſtus, *pp.* diviſus, ſeparatus. *Cf.* Feriae. Fex, *pp.* „ πῆξις coagulum, concretum." (*Voſſ.*) E. 574. Fibra, *a* fibo, *th.* ἴω, φίω; *cogn.* φάω, findo; *unde* „ fiber, fibra, fibrum, fimbria, *pro* extremo" &c. (*Voſſ.*) E. 796. Fibula, *f. g. a* fibulus, *quod Deminut.* τῦ fibus. *Th. obſol.* fibo, *i. q.* findo. *Niſi ſit a* πίω premo, E. 794. Ficedula: *an a* ficus, *et* edulus, *th.* edo? *Cf. Gr.* συκαλίς. Ficus, *Gr.* συκῆ. *Th.* ἴω, *cogn.* ὕω, *unde* ϝίω, *et* σύω, E. 701. Fidelia, „ *Deminut. a* πίθος, dolium" (*If. Voſſ.*) *quod a* πίθω, *th.* πίω. E. 555. 578. Fides, „ *qua creditur, ab Aeol.* πίττις, *pro* πιςίς· *quae tenditur, a* φὶς, φιδὸς" &c. (*Salm.*) *Th.* πίω premo, E. 555. Figo, „ *a* πήγω, *unde et* pago, pango." (*Voſſ.*) *Cf.* E. 574. *Th.* φίω, *pro* πίω, E. 555. *coll.* 796. Filius, φίλιος, A. 161. *Th. forte* ἴω, *cogn.* ὕω, *unde* ϝίω, ϝύω, ὗιος, E. 794. 811. Filum, „ *pro* fixillum" *Periz. Rectius forte a* ϝίλω, *pro* ἴλω convolvo, torqueo, E. 273. *coll.* 794. Fimbria, *pro* fibria. *Cf. Voſſ. in* Fibra. Fimus *pp.* exhalatus, fumum emittens, *a* ϝίω fio, (*unde* ſuffio *pro* ſubfio) *cogn.* φύω, *th.* ἴω, E. 796. Findo, *pro* fido, *ex* ἴδω, *unde* ϝίδω, VIDO, φιδω, E. 785. Fingo, „ *a* figo," *Periz. Rectius forte ab* ἴγγω, ϝίγγω, φίγγω, *unde* σφίγγω, AA. 298. E. 706. Finis, *a* φίω *pp.* premo, inhibeo, E. 796. *niſi ſit a* φίω, *cogn.* φάω, findo, reſeco: *ut* קין *Hebr. a* קצץ. Fio *et* ſuffio, *pro* ſubfio, *cogn.* ϝύω, *unde* fumus, &c *ab* ἴω. *Alterum* fio, *pro* ἴω, ἔω &c. E. 796. Firmus, *pp.* nexus, *pro* feirmus, ϝειρμὸς, *ab* εἰρμός· (*Voſſ.*) *th.* ἔρω, E. 223. Fiſcus *pp.* conſtrictus, *a* φίω, φίζω, φίγω, φίγγω, σφίγγω, E. 706. Fiſtuca, *a* ϝίω, *pro* ἴω, mitto, demitto: *niſi ſit* „ *a* πίω, *unde* πίεζω·" (*If. Voſſ.*) E. 583. Fiſtula, *Deminut. ab obſ.* fiſtus: *th.* ἴω, mitto, emitto: *unde* ϝίω, fio, *i. q.* ſuffio, E. 794. Flaccus, *et* Flacceo,

a

a φλάω, *i. e.* τύπτω, μαλάσσω, E. 798. Flagito, *pp.* cum fervore postulo, *a* φλάω, *unde* φλάζω, E. 797. (*Cf.* ζητέω, E. 236.) Flagro *a* φλέγω, *cogn.* φλέγω *th.* φλέω. *Forte est a sono*, E. 797. 798. Flabrum, *et* Flagrum, E. 783. 798. Flamen, *pro* filamen. (*Fest.*) „ *a* flameo, *h. e.* velamento capitis," *Voss. et Periz. Th.* φλάω, E. 797. Flamma, *olim* flama, *pp.* quae flatur, *f.* afflatur: *a* πέφλαμαι, *th.* φλάω, *Lat.* flo, *pro* flao, E. 797. 798. 800. (*Cf. Gr.* φλόξ, *in* Floccus.) Flavus, φλάϝος, *a* φλέω, *unde* φλάζω ferveo, E. 797. Flecto, *pp. i. q.* Plecto, *a* πλέκω, E. 586. Fleo *cogn.* fluo, φλέω, *et* φλύω, E. 798. Fligo, „ *a* θλίγω *pro* θλίβω, *Aeol.* φλίγω, E. 256. Flo, (*pro* flao) flavi, φλάω, *a* sono *factum*, E. 797. 798. Floccus, *pro* flocus, φλογὸς, φλόξ, *pp.* qui flatur, *vel* proflatur. Flos, *i. q.* φλόξ, *in* φλὸξ οἴνου FLOS VINI: *ab* efflatu *odorum. Th.* φλέγω, *unde* πέφλογα, φλόγς, φλόξ, E. 361. 798. Fluo, *cogn.* fleo, E. 798. 800. *cogn. et* βλύω, E. 147. Flustrum *a* fluo, *ut* lustrum, *a* luo: *pp.* tempus defluendi, „ cum defluit saxis agitatus humor." (*Dacier.*) Focus *a* φώγω, *cogn.* φάγω, voro: *pecul.* de igne devorante, *Hebr.* אכל. E. 777. Fodio, *a* φόω, *cogn.* φάω findo, aperio. *Hinc et* φόϝω, *unde* fovea. E. 785. Foecundus, *f.* fecundus: *a* feo. *Cf. in* Feo. Foedus, a, um, „ *ab* οἶδος." (*If. Voss.*) ϜοῖδοϚ. *Cf.* ὄζω, *unde* ὄζω, ὄζη foetor, E. 478. Foedus, ĕris, *f.* fedus, *a* feo, *i. e.* findo, ferio, E. 791. (Foenus, Foenum. *vide* Fenus &c.) Foeteo. *Cf.* Foedus, a, um. *Th.* ὄω, οἴω, (*unde* οἰδέω, ὄδω.) *pp.* tumeo cum odore malo. Foetus, a, um, *pp.* tumens, tumidus. E. 486. 480. Folium, *cogn.* φύλλον, *th.* φύω, E. 809. Follis, „ *Aeol.* φύλλις *pro* θυλλὶς," (*Voss.*) E. 263.: *nisi sit ab* ὄλω, ϝόλω. E. 801. 800. Fons, *a* findendo: *th.* φένω, *unde* φόνος, FONS, E. 788. For, *pro* faor, *a* φάω, E. 785. Forceps „ *pro* formiceps." (*Scal.*) *aut pro* foriceps, *ut* auceps *pro* aviceps: *et sic* forfex, *pro* fori-

rifex. Forifex (*ut* aurifex) *ex* fex, *et* fori, *quod a* forus; *th.* πόρω, E. 601. Forda, „ βῦς ἐγκύμων, *a* fero: *unde Ovid.*" forda ferens bos est." (*Voff.*) *th.* φέρω, E. 790. Forem *a* foo, *cogn.* fuo, AA. 511. E. 810. Fori, Forica, Fores, Foruli, *a* φόω, *cogn.* πόω, *unde* πόρω, πόροι, E. 601. Formus, *i. e.* calidus, *cogn.* θερμὸς, *Aeol.* φερμὸς, *th.* θέρω, E. 253. Forma, μορφὴ, E. 433. Formica, *Aeol.* βόρμακα, *cogn.* μύρμηξ. (*Voff.*) *Forte a* meticulositate, *qua fe* auferat. *Th.* φόρω, *cogn.* φέρω, *unde et* Formido. Fornax, *cogn.* furnus: *quod pro* πυμνὸς, *a* πῦς, E. 618; Fornix, „ *a* forando, *quia effent faxa petraeve* perforatae." (*Vosf.*) *Th.* πόρω, *i. e.* Foro, E. 601. Fors, *pro* foros, φόρος, *ut* mors *pro* moros, μόρος, fors *pro* foros *&c. th.* φέρω, E. 790. „ Fors, (*unde* Forte) *pp.* est: ut res fert." (*Voff.*) E. 433. Fortis, *a* πέφορται, *th.* φέρω, *cogn.* φέρω, E. 135. 790. Fortuna, „ *pro* fortumna" *Periz. An. quafi* vortumna? (*Cf. in* Vertumnus, *et* Columen.) Forum, *pp. i. q.* φέρον, *th.* φέρω, E. 802. Fovea, *a* φέω *cogn.* φάω, *i. e.* findo. *Cf. in* Fodio. Fraceo *ab obf.* frago, *unde* frango *et* frax. Fraces *funt* carnes oleae fractae, *f.* CONTUSAE, in quibus oleum ftagnans deterrimum fit. *Hinc* Fraceo, *et* Fracefco, *i. e.* rancefco, putresco. *Th.* ῥάω, *cogn.* ῥήγνυμι, *&c. Hinc* Fράω *&c. Porro a* ῥάω *est* ῥάγω, ῥάγγω, *et* RANCEO. E. 632. Fragum, *ab* odore fragranti. *Th.* ῥάω, ῥάγω, contundo *&c.* E. 632. (*Cf.* Fragro.) Fragor, (*unde* fuffragor) *a* frago, *i. e.* frango: *hinc* „ fuffrago καμπὴ, *ubi, nempe*, fractum *quafi* crux, *a* parte inferiori. *Itaque* Suffragor, *pp.* flexis pedibus nitor, obnixe facio omnia ad juvandum, *et* Refragor, *pp.* renitor." (*Cf. Vosf.*) *Th.* ῥάω, E. 632. Fragro, *pp.* contufus fum, *unde* Fragrat, *h. e* contufum odorem fpargit late, „ fragrat acerbus odor." (*Val. Flacc.*) *Th.* ῥάω, ῥάγω. Fράγω *&c.* E. 632. Framea, *German.* fraim, friem, pfriem, *Belg.* Priem. (*Voff.*) Frango. (*Cf.* Fraceo) *Th.* ῥάω, Fράω,

Fρά-

Γρύγω, *unde* fragor *&c.* E. 632. 809. Frater, Φρήτηρ, *pp.* qui *auxilium* fert: *a* φρέω, *pro* φεράω. *th.* fero, E. 804. Fraus, *pp.* quae infertur, *fallacia aut damnum; a* φρέω, *pro* φεράω, *th.* φέρω, E. 804. Fraxinus *ab obsol.* frago, fraxo, *arbor* „ quae in asperis locis montanisque fragis nascitur." (*Isidor.*) *th.* ῥάω, *unde* ῥήγω frago, E. 632. Fremo, βρέμω, E. 151. 808. Frendo, *et* Frendeo: *a sono. Cf.* E. 808. Frenum, *pp.* quod huc illuc fertur: *th.* fero. Frequens, *pp.* conveniens, *a* πρέπω convenio, E. 606. Fretum, *pro* fertum, *aut* fervetum: „ *a* fervore" *unde* fretum aetatis, *pro* juvenili *&c.* (*Vosf.*) *th.* fero. *Hinc* fervo, ferveo, E. 789. Fretus, a, um, *pp.* elatus, φρητὸς, *pro* φερητὸς, *th.* φέρω, E. 802. Frico, *pro* ferico, *a* φέρω, φερίω, *unde* frio, *h. e.* moveo huc illuc: *Hinc* φρίκω, φρίκη, E. 807. Frigo, *cogn.* φρύγω, E. 808. Frigus ῥῖγος, E. 633. 338. 807. Frio. (*Cf.* Frico) Frit, *i. q. Gr.* ἀθὴρ, *pro* frite, *a* φρίσσω, φρίττω, E. 807. (*Cf. Forcellin.*) Fritinno *factum a* sono. Frivolus, *pp. i. q.* friabilis, facile comminuendus: *th.* Frio. Frons, frondis, „ *a* βρύω, pullulo," (*Vosf.*) *f.* βρύω *pp.* scateo. E. 153. Frons, frontis, *olim* fruns, fruntis, *pro* ferons *f.* feruns, *h. e.* attollens se, *vel* sublatus. *Cf.* φρὴν, *th.* φέρω, E. 807. Frugis (*ab obs.* frugo, *cui cogn.* frago, frango) *pp.* quod frangitur, *f.* commolitur dentibus, *adeoque* usui inservit. (*Unde* homo frugi, *i. e.* qui usui est.) Fruor, *et* Fruniscor, *Depon f. Medium, pp.* frango mihi, *et* comminuo dentibus: *a* fruo, *cogn.* frao, *unde in Particip. obs.* frustum, *h. e.* fractum, confractum. Fructus, *pp. Particip. verbi* fruor. (*Cf* Fragor, *et* Fragro.) Frutex, „ *a* βρύαξ pullulo," (*Scal.*) E. 153. Fucae, *et* Fucus, *a* φύω, *unde* fusus *Partic. verbi* fundo, fudi: *th.* ὕω *hinc* ὕδω, FUDO, offudae, *et* offuciae, E. 811. 763. 764. *Itaque* FUCAE *pp. sunt* maculae parvae, per faciem fusae; FUCUS *autem i. q.* φῦκος, *pp.* alga effusa in litus, E. 808. Fugio, *cogn.* φεύγω, fugo, E. 786. 791.

Ful-

Fulcio *ab obs.* fulco, *s.* ἕλκω, *unde* ὅλκος, *&c. Th.* ἕλω, *i. q.* ἔρω *pp.* traho, *unde Gloss.* FULCRA ἐρμῖνες. *Ab* ὅλκος folcus, fulcus, *est* fulcio. *Cf. Is. Voss. et* E. 203. Fulgeo, *ab* ὅλω, ϝόλω, *pp.* traho, *spec.* splendorem, caudamve lucentem. *Conf.* ἕλω, *unde* σέλας, σελήνη, E. 650. Fulica, *et* Fulix, „ *a* πώυξ, πώλυξ." (*Voss.*) E. 620. Fuligo, Fulmen, *pro* fulimen, Fulgur, *pro* fuligur, *ab* ὅλω, ὕλω, ϝύλω, *pp.* traho: *quod eleganter de* fulminibus, *per nubila quasi* tractis, E. 650. Fullo, *olim* fulo, *pro* fulon, *utrum a Gr.* πολῶν, versans *vestes* inter lavandum; *an a* polo, polio? E. 596. 597. Fulvus, *a* ϝύλω, *th.* ὕλω, *cogn.* ἕλω, σέλω (*Cf. in* Fulmen.) Fumus, *pp.* qui funditur, offunditur: *a* ϝύω, *th.* ὕω, *cujus proprietas in* motu undante. E. 771. 797. 809. 264. 265. Funda *cogn.* σφενδόνη, AA. 298. *Aliud* Funda, *fem.* τῦ fundus. E. 617. Fundo, *th.* ὕω, *unde* ϝύω, *&c.* E. 811. Fundus, *ab* ὕω, *unde* ϝύω, βύω, βυθος *&c.* E. 617. Fungor, *pp.* effundo me, *et* totum praebeo: *hinc* laete ago. *Th.* ὕω, ϝύω, *unde* ϝύγω, ϝύγγω. E. 811. Fungus, *pp.* effundens se, laete crescens. (*Cf.* Fungor.) *A* fungus, φύγγος, *praefixo* σ, σπόγγος. Funis *ab* ὕω, *cogn.* ἵω, mitto, elaxo. „ Funes ab ἶνες, *praeposito* F." (*Voss.*) E. 277. Funus, „ *pro* nece, *Gr.* φόνος: *pro* rogo, βωμός." (*Vossii*) E. 788. 150. Fuo, *cogn.* fio *et* foo *&c.* E. 797. Fur, φὼρ, E. 812. (*Cf.* Furo.) Furca *a* furo *i. e.* φύρω, *cogn.* φέρω, fero. *Inde* Furo, furor, *pp.* aufero mihi. (*Cf.* Fur.) *at* Furca *pr.* instrumentum ferendi; *Belg.* een gavel, E. 812. Furfur, *pp.* „ *i. q.* βόρβορος (*Becm. et Voss.*) E. 149. *nisi sit redupl. a* furo, φόρω. *pp.* quod studiose auferatur. E. 790. Furnus, *pro* furinus, πύρινος, E. 618. Furere, *cogn.* ferre, *pp. i. q. Gall. s'emporter. Alio flexu* furor, furari, *pp.* aufero mihi ab aliis. (*Cf.* Fur.) Furvus, *olim* fusvus, *cogn.* Fuscus, *a th.* φύω, *i. q.* φάω, *unde* φαιός, E. 778. Fustis *a* πίφυσκω, *pp.* fusor, fugator, *s.* instrumentum fundendi, *i. e.* fugandi *adver-*

sarios: th. fuo, *unde* fundo. E. 811. Futilis, *pp.* fluens, perfluens: *th.* ὕω, *unde* φύω *&c.* E. 776. Futo, *et* Futuo, *a* fuo, *cogn.* fundo, E. 811. *A* futum (*i. e.* vas coqui) *est* futo, confuto. (*Schult.*)

G.

Galea, „ γαλέη, γαλῆ (*Voss.*) E. 156. *An a* γάλω, *cogn.* γέλω, explico? E. 156. Galena, *pp. i. q.* γαλήνη, E. 156. Gallus, *pro* galus, *f.* calus, *pp.* vocans gallinas, *a* κάλω, καλέω, *quod forte a* sono, *ut Belg.* kloeken. E. 287. Ganea, *et* Ganeum, *pp.* locus abditus sub terra, *q.* γανεῖον (*Voss.*) E. 156. Gannio, *pro* ganio, *a* γάνω, γανύω (*Voss.*) *nisi sit a* sono. E 156. Garrio, *pro* gario, *i. q.* γαρύω, γηρύω. (*Voss.*) *a* sono. E. 162. Gaudeo, „ *a* γαδέω." (*Voss.*) *Cf.* γηθέω, E. 161. Gausape, *n. g. a masc.* γαυσάπης. (*Voss.*) *Cf.* E. 159. Gelu, *a* γέλω niteo, splendeo, E. 160. Gemini, „ *ab* ἡμμένοι, *i. e.* conjuncti, *praefixo* G." (*Is. Voss.*) *An a* γέω, hisco, *ut* gemini scopuli, *q.* divisi? E. 825. Gemma *pro* gema, *a* „ γέμω turgeo." (*Scal.*) E. 160. Gemo, γέμω, *a* sono *fictum*, E. 160. Gena, *pp.* palpebra, *th.* γέω, hisco, *unde* γένω, γιγένω, γίγνω. E. 159. Gener, *pp.* qui genit, *i. e.* gignit *prolem novam: th.* γένω, E. 159. Geno, genere: *unde* ingenere. *Th.* γέω, *i. q.* χέω, hisco, *dein* fundo, effundo, E. 825. Gens, *pro* genos, γένος, *ut* mens, *pro* menos, μένος, A. 142. E. 411. *Th.* γένω geno. Genu, *Gr.* γόνυ, *a* geno, *i. e.* hisco, E. 164. Germen, „ *pro* genimen, *ut a* gnoma, groma" *&c. Voss. An pro* gerimen, *aut a* γέγειμαι· *ut pp. sit* quod geritur, *f.* tollitur, *aut* attollit sese? E. 161. Gero, γέρω, E. 21. 161. Gerrae, *pro* gerae, *pp.* crates vimineae: *th.* gero, E. 160. Gibbus, *et* Gibber, *pro* gibus, *cogn.* „ κυφὸς." (*Voss.*) *th.* κύω tumeo, E. 339. Gigno, *pro* gigeno, E. 583. (*Cf. in* Gena.) Gilvus, „ *a* κιῤῥὸς, κιῤῥός," (*Voss.*) *th.* κίρω, E. 306. *nisi sit*

a

a γίλω, γίλω, E. 160. Gingiva, *pro* gigiva, *a* γίω, *f.* χίω hisco, E. 829. Gingrire, *i. q.* γιγγρίζειν, vox anserum. Glaber, *a* glabo, *ut* scaber, *a* scabo. *Th.* γλάω, *pro* γελάω, *cogn.* γλύω *pro* γελύω. E. 164. Glacies, *a Th.* γλάω, *pro* γελάω. niteo, E. 160. 164. Gladius, „ κλάδος, ramus. *Nam his primum pro* gladiis *usi agricolae.*" *Voss. Nisi sit a* γλάω splendeo, *aut a* κλάω frango, contundo. E. 308. Glans, *a* nitore: *th.* γλάω, E. 164. *aut a* dejiciendo, βάλανος, γάλανός, GLANS, E. 140. Glarea, *cogn.* χλιαρὸν, κλῆρον, *a* κλάω, χλάω, frango, E. 308. 309. Glaucus, γλαυκὸς· *color albo mixtus*, *a* γλαύω, *unde* γλαύσσω splendeo: *th.* γλάω, E 163. 164. Gleba *cogn.* γλία, *a* nitore. *Th.* γλάω, *pro* γαλάω, E. 156. 164. Glis, *a* nitore pingui. *Th.* γλίω, *pro* γαλίω, E. 163. Glisco (*Belg.* glimmen) *a* γλίω, *cogn.* γλάω, *pp.* nitere, *f.* splendere incipio, *de* favilla *&c.* E. 164. Globus *a* lubricitate: *th.* γλόω, *pro* γελόω, E. 164. Glocio, *Belg.* klocken, *Gr.* κλώζειν, *a* sono. E, 310. Glomus, *cogn.* globus, *a* γλόω, E. 164. Gloria, *a* κλέω, „ κλεὸς, κλεόρια." (*Is. Voss.*) *Th.* κλέω, *unde* κλείω, E. 308. Glubo, *a* γλύω, *unde* γλύφω, E. 164. Gluma, *a* gluo, glubo, E. 164. Gluten *a* γλύω, *cogn.* γλίω, *unde* γλίω, E. 164. Gluttus, *pro* glutus, *a* γλύω, E. 164. Gnarus, *a* narus, *quod a* naro, narro. *Th.* νάω, *cogn.* νέω, E. 163. 458. Grabatus, κράβατος, AA. 241. E. 329. Gracilis, „ *a* graco, *ut a* fleo, flebilis *&c.* (*Voss.*) *A* γράω, *quod a* ῥάω, *cogn.* ῥύω, *unde* ῥυσὸς, E. 637. Graculus, „ a sono oris." (*Fest.*) Gradior, gressus sum, *pp.* effero me, pedesve meos, altius. *Th.* γέρω, *unde* gerao, gerado, grado, *et* gereo, greo, gressus, E. 162. Graecus, Γραίκος. Grallae, „ *a* gradior, (*f. absol.* grado") *ut a* radendo, rada, radula, ralla, *sic a* gradiendo, grada, gradula, gralla (*Voss.*) *Th.* gero. E. 162. Gramen (*cogn.* κράσις, *unde* γράσις *et Belg.* gras) *pro* cramen: *a* κράω, *pro* κεράω, *cui cogn.* κείρω, seco. *Th.* κέρω, E. 332. 303. Grandis, *pp.* qui effert se, *pro* gradis,

a gradior. *Pro* gradi *f.* gradiri, *etiam* grandiri *dixit Pacuvius. Th.* γέρω. Grando, *a* nitore rasili, *ut Hebr.* ברד. *Th.* ῥέω, *unde* γρέω, γράνω *&c.* E. 628. 629. Granum, *a* ῥέω, γρέω. *Cf.* Grando. *Nisi sit a* gero, gerao, gerano. *Cf.* E. 160. Gratus, *ab obs.* grao, χράω, *pro* χαρίω, *quod a* χέρω, *unde* χάρις, E. 819. Gravis, „ *q.* geravis, *a* gerendo: *nam* gravia tolli ferrique *necesse est.*" *A* gravis *autem* gravidus. (*Voss.*) *Th.* γέρω, *quod a* γέω, χέω. E. 823. Gremium, „ *a* gero, *quasi* geremium." (*Is. Voss.*) *Th.* γέω, capio, *unde* γέρω, E. 825. Grex, „ *pro* agrex *ab* ἀγείρω," (*Voss.*) *quod ab* ἀγέρω, *vicino* ἀγέλω, *unde* ἀγέλη, E. 20. Grumus, κρυμὸς, *th.* κέρω, *unde* κερύω, κρύω, E. 338. Grunda, „ *ex* gerunda, „ *quia, ut tectum promineat,* aggeritur." (*Voss.*) *Th.* γέρω. Grunnio, *cogn.* γρυλλίζω, *a* sono γρῦ, E. 165. Grus, *pro* gerus, *cogn.* γέρανος, E. 160. Gryllus, γρύλλος, „ genus locustae noctu stridens," *a sono* γρῦ, E. 165. Gryps, γρὺψ, E. 165. Guberno, κυβερνῶ, E. 342. AA. 241. Gula, „ *a* γύω, *unde* γυίω." (*Is. Voss.*) E. 161. 825. Gurges, „ *a* sono (*Voss.*) *Cf.* γαργαρίζω. E. 175. Gusto *a* χύω, γεύω, E. 162. Gutta, *pro* guta, χυτὴ, *th.* χύω, E. 845. Guttur, „ *a* sono *&c.* (*Voss.*) Guttus, γῦτος, *a* γύω, χύω, E. 845.

H.

Habena „ *ab* habeo: *quia iis* inhibentur equi." (*Voss.*) Habeo, *a* χάω, *i. e.* hisco, capio, complector: *unde* HAO, *ut a* χίω HIO. *Ab* hao, habo, habeo. E. 829. *nisi sit ex* ἅβω. AA. 260. Habito, *ab* habitum, *ex* habeo. Haedus (*Vide* Hoedus.) Haereo, αἱρέω, E. 60. Haeres (*Vide* Heres.) Halec, *f.* Halex, *pp* „ ἁλικὸς *i. e.* ἁλμυρὸς, salsus, *quod ab* ἅλς," (*Voss.*) E. 87. Hallucinor, *f.* Alucinor, *ab* ἄλω, ἀλύω, ἀλύκω *&c. pp.* vagor huc illuc, E. 88. Halo, halare, ἄλω, E. 90. 817. AA. 260. Hama

et

et Hamus, *ab* ἅμω, traho, attraho, E. 97. AA. 248. Hara *a* χάω, *th.* χάω, hisco, pateo, E. 821. Hariolus, *olim* fariolus, *a* fao, fo, *unde* for, fari, fatidicus: *th.* φάω, E. 785. Harpago, avi, *cogn.* ἁρπάζω, E. 124. Haruspex, *an comp. ex* ara, *sive* aro, (*Abl. ab* arus) *et* spex, *a* specio? *ut pp. sit* βωμοσκόπος? (*Sed cf. Voss.*) Hasta, *pp.* defixa, *s. g. ab* hastus, *hoc vero ab* ἧσται, *pro* ἧσται, *a verbo* ἄζω, *cogn.* ἕζω· *th.* ἄδω premo, E. 47. Haud *s.* haut, οὐτ', *pro* οὔτε, E. 524. Haurio, *cogn.* ἀρύω, *th.* ἄρω, *unde* αὔρω &c. E. 134. Hebes, *pp.* remissus, *ab* ἕω, E. 229. Hedera, *s.* edera, *ab* ἕδω, *cogn.* ἅδω adhaeresco, E. 47. 106. Hei, *cogn.* αἲ, *a* sono. E. 51. Heluo *ab* ἕλω, ἑλύω, *pp.* traho, educo, uno *quasi* spiritu. E. 205. 206. Hem, *a* sono. Hepar, ἧπαρ, E. 244. (*Cf.* Iecur.) Herba, *olim* ferba, φερβὴ, *th.* φέρω, E. 789. 790. Hercisco. AA. 240. *Cf.* Ercisco. Heres, *ab* ἕρω, necto, adipiscor, E. 223. *Cf. Hebr.* ירש. Here *et* Heri, *pp. Ablat. ab* ἧρις, *cogn.* ἧρις, *th.* ἕρω necto. V. 49. E. 223. 221. 229. 826. Hernia, „ *ab* ἔρνος." (*Voss.*) E. 222. Heros, ἥρως, E. 246. Herus, *ab* ἕρω necto, adfero, E. 223. 246. Heu, *cogn.* αὖ, *a* sono, E. 51. Hic, haec, hoc, *pro* hice, haece, hoce, ἵγε, ἥγε, ὅγε, AA. 300. 303. 306. Hiems, *s.* hyems, *ab* ὕω, *vel* χύω, *cogn.* χέω, χεύω, *unde* χειμὰς, E. 823. 776. Hilaris *et* Hilarus, *ab* ἱλάω, E. 273. Hilla, *intestinum*, *pro* hirula, hilula, *ab* ἴλω, *s.* ἴλω, ἴλλω, volvo, E. 273. *Sed cf. et* Hira. Hilum, *ab* ἴλω volvo, E. 273. *Inde et* nihilum, nihil. Hinnio, *a* sono equorum. *An inde et* Hinnus, ἴννος? E. 276. Hio, χάω, E. 821. 824. 829. *Ab* hio *est* hiso, hisco, E. 814. Hir, χεὶρ, E. 824. Hira, *intestinum jejunum*, *s. vacuum*, *a* χάω, *cogn.* χάω, E. 821. Hircus, *Aeol.* φίρκος, βίρκος, φρίκος, (*Is. Voss.*) *An ab* ἵρω, εἴρω necto, adjungo: *unde notio* coeundi? E. 196. Hirquus, *angulus oculi*, *cogn.* ἵκις, *th.* ἵκω, E. 277. Hirrire *et* Irrire, *a* sono canum. Hirtus, *et* Hirsutus: *th.* ἵρω, *cogn.*

ὄρω, *unde* horro, horreo. E. 826. Hirudo *ab* ἔρω necto, *cogn.* εἴρω, ἔρω, haereo, adhaereo, E. 277. Hirundo, *pp.* tignis adhaerens, *f.* nidum adnectens, *ab* ἔρω necto, adnecto, E. 277. *nisi sit a* sono *hujus avis*, *cogn. Gr.* χελιδὼν, E. 824. Hispidus, *cogn. alteri* Hirtus. Histrio, „ *ab* hister" (*Vosf.*) *h. e.* narrator, *cogn.* ἵσωρ. E. 280. Hodie, *i. q.* hoc die, *pro* hoi, (*Gr. ol. f.* ῳ) die. *In Lat.* hoc, *litera* c *ex* g, γε, *orta est. Cf.* Hic, haec, hoc. AA. 303. Hoedus, *olim* foedus, *atque* oedus: *th.* οἴω tollo, fero cum impetu: *unde* ὁίσος, E. 486. 487. Homo, *antiquis* Hemo, „ *ab* intellectu." (*If. Vosf.*) *Th.* ὄω, *cogn.* ὄω, *f.* ὄω, *unde* οἴω, οἴομαι, puto, intelligo. *pp.* mecum fero, *et* ἥμων, ἔμπειρος, E. 486. 487. Hony (*Gall.*) *et* Honor, Honos, *ab* ὄνω, *th.* ὄω. AA. 260. E. 498. 501. Hora, ὥρα, E. 871. Hordeum, *olim* fordeum; *ab* ὄρω *unde* ὀρέω, ὀῤῥέω, horreo. „ *Est enim* horridum, *h. e.* pilosum, *et* hispidum." (*Vosf.*) E. 826. Hornus, *pro* horinus, ὥρινος, *quod idem ac* ὥριμος, E. 871. 872. Horreum, *pro* horeum, *Gr.* ὡρεῖον (*Suidae i. q.* ταμεῖον) *ubi horna reconduntur*, E. 871. Horreo, *ab* ὄρω, ὄῤῥω, *unde* ὄρθος (τρίχες ὀρθαὶ φρίσσουσιν, *Hesiodo*, Ἔργ. *vs.* 540.) E. 826. Hortor, *pp.* excito, *f.* erigo me, erectus consisto, *ad alios impellendos*, *pro* horitor, *ab* ὄρω, *unde* ὀρέω, orior etc. E. 516. Hortus *pro* horitus, *ut* hornus, *pro* horinus; *pp.* locus, ubi oriuntur herbae, E. 516. *nisi sit*, *i. q.* χόρτος, E. 835. Hospes, *pp. i. q.* hostis, *i. e.* peregrinus. (*Vosf.*) *nisi sit* „ *i. q.* ἑέστιος, ξένιος." (*If. Vosf.*) E. 224. *aut pro* hopses, *ab* ἔπω, ἕπτω, E. 506. 507. Hostia, „ hostibus a victis, (*Ovid.*) „ *i. q.* θυσία, *transpositis literis*," (*If. Vosf.*) *ab* hostio, *i. e.* ferio. (*Fest.*) Hostio, *i. e.* ferio, (*Fest.*) *Th.* ὄω, οἴω fero, *unde et* ferio. Hostis, *olim* fostis, *ab* ὄω, οἴω fero. Hinc ξένος, *pp.* qui fertur, *f.* infert se *aliunde*, peregrinus: *et*, qui infert se alieno animo, *i. e.* inimicus. E. 459. Humerus, *ab* ὤμαρ, ὦμος: *th.* ὄω fero. E. 869. Humeo *ab* ὕω, *unde* ὕμος,

χυ-

χυμὸς *&c.* E. 776. 844. Humus, *pp.* terra compluta: *th* ὕω (*Scal.*) *Cf.* χυμὸς. E. 763. Humi. *cogn.* χαμαὶ, F. 818. Hyacinthus, ὑάκινθος, E. 761. Hydrus, ὕδρος, A. 156. Hymen, ὑμὴν, E. 764. Hymnus, ὕμνος, A. 140. E. 764. 843. Hyssopus, ὕσσωπος, E. 774.

I.

Iaceo, *et* Iacio, „ *ab* ἴω *unde* ἰέω, ἵημι, εἶκα, ἴακα, ἰάκω, ἰακέω, (*Vossii*) E. 218. (*Cf.* Icere *ab* ἴκω.) Jam, *pro* iam, *pp. Accus. ab* ia, ἰὰ, *pp.* itio, missio, emissio, *unde* ἰὰ, vox, *q. d.* emissio oris, *Acc.* ἰὰν vocem. *Itaque* jam, *s.* iam, *q. d.* emissione, *vel* ejectione statim futura. *Th.* ἴω, ἴω, E. 281. Ianua *a* motu reciprocato, *ut Hebr.* דלת, *pro* דלות. *Th.* ἴω, *cogn.* ἴω· *unde* ἴκω, ἰάπτω *&c.* E. 268. 269. Ianus, *pp.* Sol, *a* motu quotidiano. *Cf.* Ianua. Ibex, *a* motu veloci, *ac* reciprocato: *unde* ἰβύω ferio. *Th.* ἴω, E. 280. Ibi, *pp.* eo, *scil.* loco; *pro* ii, *Ablat. Sing. antiquus a Nom.* is, *vel* i, *unde et Abl. Plur.* ibus. AA. 306. 309. *Cf.* Illi. Ico, icere, *cogn. alteri* jacio, *ab* ἴω, ἶκα, εἶκα, E. 280. Idem, eadem, idem, AA. 308. Idoneus, *i. q.* ἴδιος, (*cum terminatione* neus, *ut in* subitaneus *&c.*) *pp.* qui videri queat, *scil.* aptus, *ab* ἴδω, *cogn.* εἴδω· *unde* vido, video, E. 270. Idus, *ab* ἴδω, *unde* ϝίδω, findo. (*Horat. Carm. L.* IV, 11. 15.) E. 270. 826. Iecur, *cogn. Gr.* ἧπαρ, Hepar, π *et* κ *permutatis*, E. 244. *Th.* ἴω, *unde* ἰέω, ἵημι, *cogn.* ἕω, ἧκα, ἧπα *&c.* E. 280. Iejunus *ab* ἰέω, *unde* ἰύω *&c. Th.* ἴω, *unde et* ἴνω, ἰνέω, E. 280. Iento, *ab* ἴω, ἰέω, ἰέω, ἴνω *&c. Cf.* Iejunus. Igitur, *pro* eigitur, *vel* eigetur, *quod forte ex* εἰ γὲ τὸ ἄρ, *ab* ἀρὰ, E. 117. Ignis, *pro* igenis, *ab* igo, *cogn.* ago, ἄγω. *A* motu continuo, *aut a* splendore, *fortasse dictus*, E. 35. Ilex, *ab* ἴλω, εἴλω, εἰλέω, E. 274. Ilia *ab* ile, *th.* ἴλω volvo, E. 274. Ilicet, „ *pro* ire licet, *ut* sci-

ſcilicet, *pro* ſcire licet, videlicet, *pro* videre licet." (*Voſſ.*) *niſi ſit pro* i, licet; ſci, licet; vide, licet) Ille, *ab* ἰ, *unde* idem *&c.* AA. 501. Illi, *et* illic, *pro* illice. Illi *pp. Ablat. antiq. ut* ii, *unde* ibi. Imago, *ab* ἴω, *cogn.* ἔω, *unde* εἴω, εἴκω, εἶμα, εἶγμα. *Cf.* Imitor *et* E. 376. Imber, ὄμβρος, AA. 635. E. 380. 494. Imitor *ab* ἴω, *unde* ἶμαι, ἰμίω, *&c. An cogn. alteri* μιμέομαι; E. 423. AA. 54. 542. Immanis „ ἔμμανής." (*Iſ. Voſſ.*) *i. e.* furibundus. *Th.* μαίνομαι, E. 393. Imo „ *i. e. Gall. au contraire,"* (*Scheller.*) *pp. Ablat. ab* imus. Imus „ *ab* infimus, *facta ſyncope, ut a* ſuperus, ſuperimus, ſupmus; *ſeu* ſummus." (*Voſſ.*) *Niſi ſit ab* ἴω, mitto, demitto. In, ἐν, *pro* ini, *ut* ἐν, *pro* ἐνὶ, E. 208. AA. 252. *Cf.* ἔνδον, *h. e. Accuſ. cujus Abl. est* ENDO, *ſ.* INDU. E. 208. *Vide* Indu. Ina *ab* ἶνος, *unde* ἰνόω, E. 270. Inanis, *ab* ἰνάω, *cogn.* ἰνέω, E. 275. Inchoo, *ex* ἐν, *et* χόω, *ſ.* κόω, *cogn.* κάω, καίω, καίδω *ut* inchoare, *ſ.* incoare, *pp. ſit* incîdere, lineas primas ducere. *Cf.* Caedo, *et* Caelo. Incîle, *ab* incidendo. *Th.* κίω, *cogn.* κάω, καίω, caedo, caelo. *Cf.* Inchoo. Inclytus, *ex* in, *et* clytus, κλυτὸς· *th.* κλύω. *Cf.* Cluo. Indago, „ *pro* indu ago." (*Voſſ.*) E. 208. 35. Inde, *i. q.* ἔνθεν, *quod forte Accuſ. est;* inde *vero Ablat. Sing. Cf.* IN, INDU. Indiges, indigetis, *pro* indigens, *ex* in, *vel* indu, *et* agens. *Cf. Voſſ.* Indoles *ex* in, *vel* indu, *et* oles, *ab* oleo, „ *ut* ſuboles *ex* ſub *et* oleo, proles, *pro* prooles, *ex* pro *et* oleo." (*Voſſ.*) E. 491. Indu, *ſ.* endo, ἔνδοι *ſ.* ἐνδοῖ, *Dativ. ſ. Ablat. In Accuſ.* ἔνδον, E. 208. Induciae, „ *ex* indu *et* otium: *ut ex* indu, *et* ſtruo, *est* induſtrius." (*Voſſ.*) *An rectius ab* ἐνδύω? *Cf.* ἐνδυκέως, E. 209. Indulgeo, indulſi *&c. ex* indu, *et* algeo, *quaſi* frigeo, *ſ.* frigeſco *in re perſequenda*, E. 77. Induſtrius. *Cf.* Induciae. Infenſus *ex* in, *et* fenſus. *Cf.* Fendo: *ut* infenſus *pp. ſit i. q.* inſtigatus, vehementer incitatus. *Ejusdem originis quoque est* Infeſtus. *Th.* φέω feo: *unde* Fendo, Feſtus. In-

Infitias, *Accuf.* *ab* Infitiae, *ex* in *et* fateor. „ Infiteri, non fateri." (*Feſt.*) Infra „ *ex* infera, *ut* ſupra *ex* ſupera. *Ab* inferus, *quod ab* inferendo." (*Voſſ.*) *Th.* Φέρω, fero. Infimas, atis, *pro* infimans, *ut* ϛὰς *pro* ϛάνς· *ab* infimo, are. Infula, „ *ab* infilando, *ſ.* infulando, *h. e.* amiciendo, velando. (*Scal.*) *Th.* ὄλω, *ſ.* ὕλω, E. 491. Ingenium, *ab* ingeno. *Th.* γένω, geno. Ingens, „ *olim* incens, *ab* in *et* cenſeo, *quod tantum ſit, ut* cenſeri non posſit. (*Scal.*) Inguen, *pp.* infundens, ἐγχύεν *ab* ἔγχυμι. *Th.* χύω, *ſ.* χύμι; E. 845. Inquam, *pro* inquami, ἔφαμι, *ut* ſum *pro* ſumi *&c.* AA. 284. 444. 445. Inquino, „ ἐγκονέω, *a* κονέω." (*Iſ. Voſſ.*) *Cf.* Coenum. Inſtar, „ *pro* inſtare, ut altar *pro* altare, jubar *pro* jubare; *ex* ἵϛηρ *vel* ἴϛηρ iſter, iſtar, inſtar." (*Iſ. Voſſ.*) *th.* ἴω, *unde* εἶμι, E. 194. Inſula, „ *Deminut. pro* iſa: *ſive* inſa. *Heſych.* ἴσα, ἅλες, θάλασσα." (*Iſ. Voſſ.*) *th.* ἴω *cogn.* ἔω, *unde* εἰμὶ, fio *&c.* E. 278. 281. *ut* inſa, *Deminut.* inſula *pp. notet*, quae exiſtat, *ſive* exſerat ſe, *nempe in mari.* Integer, *cogn.* „ ἀθιγὴς, ἄθικτος, *pp.* non tactus." (*Voſſ.*) *Th.* tago, *cogn.* θίγω. A. 181. E. 265. 693. Inter, *pro* intera, *quod etiam contract. in* intra: *ab* interus, ἔντερος, *unde* ἔντερον: *hoc vero ab* ἐντὸς, *th.* ἔω, *ſ.* ἔνω, *unde* ἐνὸς, ἐνὶ, ἐν. E. 211. 207. Interdum, *pro* inter ea dum, intereadum, *aut* „ *pro* interduatim." (*Feſt.*) Interim, *pro* inter im, *h. e.* eam, *ſc.* rem. (*Veteres pro* eum, eam, *dixerunt* ium, *et* iam, *contracte* im.) „ *Ut* inter ea, *puta* nogotia" (*Voſſ.*) Interpres, *pp.* μεσοκρήτης, (*Salm.*) *pro* interprets, *ſ.* interprats, *compoſ. ex* inter *et* prats, *Gr.* πράτης. *Hoc vero a* πράω, *pro* περάω, *unde* πράσσω, E. 605. Intra, *pro* intera, ἔντερα· *ut* extra, *pro* extera. *Vid. in* Inter. Intus, ἐντὸς, E. 211. Invito, *ex* in *et* vito, ϝίτω, *pro* ito. *Th.* ἴω, *cogn.* ἔω, *unde* ito, itavi. Invito, *pp.* ire, *vel* inire, intrare, facio. *Cf.* Jubeo. E. 280. 229. *et* Invitus, *pp.* intrare jusſus, compulſus, coactus. Jocus, „ *i. q.* ἰαχὸς, ἰακχὸς," (*Iſ. Voſſ.*) *a* ſono.

no, E. 270. Ipſe (*cogn.* is, *vel* i. AA. 301.) *pro* ispe: *quod idem atque* isce, *et* ἴσκε, E. 518. Ira „ *a canibus, et a ſcaeva canina*, ir *vel* hir: *unde* hirrire, *ſeu* irrire, *et* irritare. Ira *vel* irra. (*Iſ. Voſſ.*) *Cf. et* ἔρις, ἶρις, E. 277. 220. Iris, ἶρις, E. 277. Irrito, *pp.* irrire *ſ.* hirrire facio *canem. Cf.* ira, *et Gr.* ἐρέθω. ἐρεθίζω, E. 217. Is, *cogn.* ὅς. *Th.* ἴω *ſ.* ἴω· *unde* is, *pp. i. q.* iens, movens ſe, incedens. AA. 300. 308. 309. E. 518. Ita, εἶτα, E. 196. Itaque, εἶτα κε, E. 196. Iter, ἴτηρ, *i. q.* ἴτης, *pp.* ducens, ire faciens; *ſive* ductus. (*Cf.* invito.) *Th.* ἴω, *unde* ito, E. 229. Juba, *pp.* coma promiſſa, *pro* jua, *ſive* iua, *ab* ἴω, mitto, promitto. *Hinc* ἰάω, ἰάω, ἰόω, ἰύω, ἰύβα, E. 276. *Cf.* Jubeo. Jubar, *pro* jubare, *ut* altar *pro* altare. *Th.* ἴω. „ Jubar, *quod* jubas lucis effundit." (*Serv.*) Jubeo, juſſi; *pro* juſi, juſſum, *pp.* ire facio, compello: *a* jubo, *th.* ἴω. *Cf.* Juba. Jubilo, *a ſono* ἰȣ̀, ἰȣ̀, E. 276. Jucundus, *ab* iuo, *unde* ἰύϝω, juvo; *pp.* remitto, relaxo: *th.* ἴω, ἰάω, ἰύω. „ *Ut a* fetum, fecundus; *a* fatum, facundus: *ita a* jutum, jucundus." (*Voſſ.*) *Rectius dicas: ut a* feo, πέφυκα, fecundus; *et a* fao, πέφακα, facundus: *ita ab* ἰύω, ἴυκα, jucundus. Judico, *ex* jus *et* dico, *pro* dicao, *cogn.* δείκνυμι, E. 171. *unde* judex &c. Jugerum, *a* jugo, *unde* jungo. „ Jugerum dictum, junctis duobus actibus quadratis." *Varro.* Juglans *i. e.* Joviglans, (*Varro*) *vel potius* Joglans *ut* Jupiter, Jopiter, *i. q.* Jo pater. Jo *autem forte ex* ἰάω, *pro* ἰάϝο, יהו. Jugulum, *et* Jugulus, *Deminutiv. a* jugus, jugum. *An a* jungendo, *quod* caput trunco jungat; *ut* jugulum *pp. ſit* junctura, locus jungendi? Juncus, *a* jungendo: *cujus ope* jungas unum alteri, „ *ut Germ.* bintz *a* binden." (*Voſſ.*) Jungo, *cogn.* ζεύγω &c. *a* jugo: *th.* ἴω, *unde* ἰάω, ἰέω, ἰύω, E. 279. 233. 234. Juniperus, *ex* junis, *i. e.* νέος, *et* pero, *cogn.* pario, peperi: *dicta arbor*, „ *quod juniores et novellos fructus pariat antiquis matureſcentibus.* (*Bauhin.*) Junix,

nix. *Vid.* Juvenis. Juno *ab* ἴω, ἰόω, mitto, *pecul.* emitto halitum, spiro. *Unde* Juno, aër *dictus.* *Cf.* *Prolegom.* p. LIII. Jupiter, *pro* Jopater. *Cf.* Juglans. Jurgo, „ *pro* jurego, *ut* pergo *pro* perrego, surgo *pro* surrego." (*Voss.*) *Nescio an sit a* juro: *quod ab* ἰόω, ἴω, mitto. promitto, protendo, *pecul.* manum ad coelum. *Cf.* Juba. Jus, juris. (*forense*) *ab* ἴω, ἰόω, mitto, emitto, *pecul.* vocem: dico, edico. Jus, juris (*culinarium*) *ab* ἴω mitto, emitto, vaporem, *adeoque* ferveo. *Cf.* ἰάω, ἰαίνω, E. 268. Juvenis, *pp.* remissus, laxus *aetate*, *ut Hebr.* פתי, *Ar.* فتى *Ab* ἴω, ἰόω *Nisi sit a* juvando. Junix *pro* juvenix. (*Voss.*) Juvo, *ab* ἰόω, *pp.* exhalo, ferveo: cum fervore opem fero. Juxta *et* juxtim, *a* jugo, *unde* jungo. (*Voss.*) *Th.* ἴω, ἰόω, *cogn.* ἴω, *unde* εὔω, σεύω, δτεύω, ζεύγω, E. 233. 234. *An ita et* Jupiter, *ex* Ζευπατήρ.

K.

Kalendae, *pp. Particip. Pass. pl. num. f. g. verbi* καλέω, CALEO, *cogn.* calao, calo. *Pro* καλέω, *Gr. etiam est* κλέω, κλεύω. *Vid.* E. 287. *et Voss. Etym.*

L.

Labarum, λαβαρὸν, vexillum majus, *a* fluendo, *f.* motu undante. *Cf.* λάβρος, *pro* λάβρινος, E. 356. Labor, lapsus sum, E. 356. Labor, oris, *a* λάω. Prolegom. *p.* LVIII. Labium, *et* labrum, *pp.* instrumentum prehendendi, E. 356. Labrusca, *a* λαβρὸς, E. 356. Lac, *f.* lact, AA. 269. „ *pro* glact, *ex* galact, γάλα, γάλακτος. *Th.* γάλα, E. 156. *Nisi sit ab* eliciendo, *e* λέλακται, *verbi* laco (*unde* lacio) prehendo, elicio. *Th.* λάω. Lacer, *pro* lacerus, λακερὸς, *a* λακῶ crepo, E. 358. 359. Lacertus, *a* λελάκερται, *th.* lacero. *Cf.* Lacer. Lacinia. „ *A* λακὶς, *unde* lacino, (*Voss.*) *Forte a* prehendo, *th.* λάω,

F.

E. 361. Lacryma, *a* lacry, *Gr.* δάκρυ *ab* acrimonia mordente, E. 82. 168. Lacus, λάκκος, *sive a* λάκω *pp.* crepo, *sive a* λάκω excipio, E. 359. 316. Laedo, *i. q.* λάζω *th.* λάω. E. 357. Proleg. *p.* LVI. Laetus, λαῖτος, *pp. i. q. cogn.* laevis, *Brittan.* glad, E. 9. 806. Laevus, λαιὸς, E. 357. *Cf.* Scaevus. Laevir, *f.* levir, *cogn.* δαήρ. (*Vosf.*) Laevus, *f.* levis, *cogn.* λεῖος, E. 363. 372. 378. Lagena, *cogn.* λάγυνον, *forte a* sono, *ut Hebr.* בקבוק. Lallare, *a* sono: *cogn.* λαλέω, E. 359. Lama, λάβω, *cogn.* λείβω. (*If. Vosf.*) Lambo, *a* labo, *cogn.* λάπτω. AA. 238. E. 362. Lamentor, „ *a* λάμα *&c.* (*If. Vosf.*) *Nisi sit a* sono, *ut* lallo. Lamina, *a* λέλαμαι, *th.* λάω *pf.* traho, E. 360—363. Lampas, λαμπὰς, E. 361. Lana, *f. g.* τῦ λάνος, *i. e.* λῆνος, *f.* ἔριον. *Th.* λάω capio, traho, E. 365. 379. 381. Lancea, *cogn.* λόγχη, E. 381. Langueo, λαγγέω, *pp.* solutus sum: *a* λάγω, *cogn.* λάκω. Λαγγάζει· ὀκνεῖ, οἱ δὲ λαγγεῖ. *Hesych.* Lanista, λανιστὴς, *a* λανίζω *quod a* λανίω, lanio. „ Lanii, qui LANIUNT pecora: laniſtae, qui laniendis praesunt gladiatoribus." (*Fronto.*) Lanius, *a* lanio: *hoc a* λάνω *th.* λάω. Lanx, *i. e.* lancs, *a* λέλαγκα, *praet. perf. verbi* λάγω. *th.* λάω. Lapis, *cogn.* λᾶας. (Λαὶς, λάϝις. *If. Vosf.*) *Th.* λάω, *vic.* λέω, λείω, λίω, *unde* λίθος, E. 356. 373. Laqueus. *A* λάω, capio, *est* λάκω, λακὶς, λάξ. „ Lax fraus est: lacit [*pp.* trahit] in fraudem inducit." (*Fest.*) E. 561. *A* λάκω, λακέω, λακὶς, LAQUEUS. Lar, *pp. i. q.* λαρὸς, *i. e.* προσηνὴς benignus. *Th.* λάω capio, λαρὸς, *pp.* qui capit *dona*, *aliis praebenda?* (*Cf. Hebr.* לקח מנחה) *vel* qui capitur, *i. e.* accipitur, gratus. *An vero* lar, *pp.* capiens *sedem: unde* LARES, *penates?* Lardum, *pro* laridum, *pp.* pingue, *i. q.* λαρινὸν, E. 385. Largus, *pp.* copiosus, *i. q.* λαῦρος. *Th.* λαύω, E. 363. Larva. *A* λαρὸς, λαρϝὸς. λαρϝή. *Cf.* Lar. Lascivus, „ *a* lacio *et* lacesso, lascivus *et* lacessivus." (*If. Vosf.*) *Th.* λάω capio: *hinc* λάσω, λάσδω, λάζω, *i. e.* ὑβρίζω, E. 365. Lassus,

a

a lacio: *unde* „ lacitus, lasſus. *Itaque* vaccae lasſae *dicantur*, cum diu nimis laciuntur." (*Voſſ.*) *At cf.* Laxus. Lateo, *a* λάθω, E. 81. 371. Later, *a forma* lata, *et q.* extracta. *Th.* λάω. *Cf.* Lamina. Laterna, *pro* laterina, *pro quo et* latrina, *pp.* locus latendi, quo abdunt ſe homines, quo lumen conditur &c. Latex, λάταξ, E. 363. Latro *pro* latron, *pp.* praedator. *Th.* λάω, *unde* λάζομαι &c. E. 357. Latus, a, um: *a* λάω traho, extraho. *Cf.* Later. *A* λατὺς, πλατὺς, π *praemiſſo*: *niſi* latus *ſit a* πλατύς, E. 585. Latus, eris, *a* latendo, *quia* latet *ſub axillis.* (*Voſſ. ex Iſidor.*) Lavo, *cogn.* λέω. &c. E. 383. AA. 417. 484. Lautus *pro* lavitus, *a* lavo &c. E. 383. Laurus, λαῦρος, E. 363. Laus, „ *a* λαύω fruor." (*Scal.*) *An* λαῦς, laus, *a* λάω, capio, *ſ.* percipio? Laxus, *cogn.* lasſus, *i. e.* ſolutus, *a* λάω, (*unde* lavo) *vic.* λόω, λύω, E. 387. Lebes, λέβης, E. 366. Lectus, *pro* legtus, *a* λέγω, *cogn.* ligo, E. 173. 366. 370. 383. AA. 502. Lego *pro* legao, legare, *cogn.* lego, legis, *et* ligo, ligas, *pp.* adſtringo, injungo, *ut Hebr.* צוה. *Th.* λέγω, E. 366. Lego, legis, *pp. i. q.* λέγω colligo, conjungo *literas*, *voces*, E. 360. 366. Legumen, *ab obſ.* λεγύω, *th.* λέγω, *pp.* „ quod legitur manu, nec ſectionem requirit." (*Serv.*) Lemures (*a* λέλημαι, *th.* λέω *cogn.* λεῖω, *et* λεαίνω, laevigo, mitigo) *pp.* manes, mitigandi, placandi, E. 368. Lenis, *a* λέω, λείω, laevigo, mitigo. *Cf.* Lemures. Leno, *pro* lenon, *q. pp.* laevigator, conciliator. *Th.* λέω, λείω, E. 368. Lens, lendis, *et* Lens, lentis, *a* lenitate. (*Voſſ.*) Lentus, *pp.* tractus, *vel* protrahens ſeſe, leniter. *Th.* λέω, *cogn.* λάω, E. 370. Leo, *pro* leon, λέων, E. 370. Lepor, *ſ.* lepos, *a* λέπω. *Th.* λέω, *unde* λεῖος levis, politus, *cogn.* λεῖφος, E. 368. Lepra, λέπρα, E. 368. Lepus, *olim* lepor, leporis, λέπορις. *Th.* λέπω, E. 369. Lesſus, *cogn.* λιστὸς. (*Heſ.* λιστός· ἄθλιος) *th.* λίω, E. 379. Letum, *utrum pro* lethum, *a* λήθω, *pp.* lateo, *an a* λέω, *cogn.* λάω, capio, (*unde* leo)

leo) *ut sit i. q. Ar.* حتف? Levis, *cogn.* λεῖος, E. 368. Lex, *pro* legs, *th.* λέγω dico. Rex, *pp.* qui regit: lex, quae edicit, E. 366. Liber. *f.* leber, *Aeol.* λέπος, *pp.* cortex. *Th.* λέπω decortico. (*Voss.*) E. 369. Liber, era, erum, *pp.* solutus, *f.* effusus, *pecul.* Bacchus. *Th.* λείβω fundo. Libet, *f.* lubet, *a* libeo, *ut* decet, *a* deceo: *pp.* splendidum, gratum est. *Th.* λίω, λείω polio, E. 368. *Cf.* Lito. Libo, λείβω, E. 367. Libra, *pro* libera, *an*, *quasi*, permissa sibi? *At Voss. Salmas. cet. i. q.* λίτρα, E. 379. Licet *pp. i. q.* liquet, *i. e.* clarum, limpidum est *mihi. Th.* liceo, *id. orig. ac* liqueo. *Th.* λίπω, E. 377. Licium: *pp.* locus capiendi *f.* innectendi *stamina. Cf.* Lacio, *pp.* capio: *et* Lacinia. Lictor, *a* ligo, ligere, *quod id. ac* ligo, are. (*Cf. Voss.*) Lien, *a* nitore: *ut a* τίρω, τέρην, *sic a* λίω, lio, lien, E. 372. Lignum, „ *a* ligando, *ut* ligna *dicta sunt* ξύλα δεδεμένα." (*Is. Voss.*) *An a* poliendo, fabricando? *Cf.* λίγγω, E. 373. Ligo, *cogn.* λογὰ *et* λέγω, E. 384. Ligo, onis, *cogn.* λίσγος, E. 377. Ligurio, *a* λίγω, (*unde* λίγγω LINGO) *cogn.* λείχω, E. 368. Lilium, λείριον, *a* candore. *Th.* λείω, E. 368. Lima, *a* λέλειμαι. *th.* λείω, LIO, E. 368. Limax. *Ut a* dico dicax, *sic a* limo (*i. e. tero, depasco*) limax. *Th.* λίω *f.* λείω, E. 379. Limbus, *pro* libus, *a* λίω tero, E. 375. *cogn.* lembus, λέμβος, *quod a* lebo. *Th.* λέω, E. 368. Limen, *pp. i. q.* λιμὴν, *a* λίω tero, E. 375. Limes, *pp.* obliquus. (*Voss.*) Limpidus, *pro* lipidus: *th.* λίπω, LIQUO, *unde* λίμπω, *cogn.* λάμπω, E. 377. 361. Limus, *a* lio, *unde* lino. *Hinc et notio* transversi ductus, E. 372. Linea, *a* lino. *Th.* λίω. Lingo, *pro* ligo, *cogn.* λείχω, E. 373. 374. AA. 502. Lingua, *a* lingo, λείχω. Lino, levi: *a* λίω, λέω, E. 368. 375. 377. Linquo, liqui: *a* λίμπω, *pro* λίπω, *cogn.* λείπω, E. 368. AA. 501. Linter, λυντὴρ, *a* λύω: *th.* λύω, *cogn.* λάω *pp.* traho, E. 373. Linum, λίνον, E. 376. Lio, λίω *f.* λείω, E. 373. 379. Lippio,

pio, *cogn.* λείβω. Lippus, *pro* lipus. *Th.* λείπω, *cogn.* λίβω, λείβω, E. 80. 367. Liqueo, *a* λίπω, *cogn.* λείβω, E. 80. 361. Lira *a* λίω, λείω niteo: *ut* ניר, *a* נור. *Alia metaphora*, lirae, λῆροι, E. 371. Lis, „ *Gr.* λίς, *pro* ἔρις." (*Voss.*) E. 220. *nisi sit a* λίω *cogn.* λάω, traho: *unde* lino. *&c.* Litera, *a* litum, *th.* λίω (λίνω LINO,) *pp.* traho, protraho. Lito, „ *a* λύω, solvo: *q.* lutare." (*Voss.*) *nisi sit pp.* lenem, placidum reddo *deum &c. a* λίω, *cogn.* λείω. *Cf.* Libet. Litus, λιτὸς, E. 378. Prol. p. LI. Lituus, *a* λιτύω, *i. e.* λιτὸν, *tenuem, reddo*, „ *a* sono acuto." (*Dacier.*) E. 378. Lividus, „ *ex* πελιδνός. (*Nunnes. Voss.*) *Nisi sit a* λίω, λίπω, *pp.* tero, attero. Lixa, „ *veteribus* aqua." (*Non.*) *a Th.* λίπω, λιπω, LIQUO. *An hinc* lixa, λιξὴς, *q.* eliquator, *qui* liquidam aquam, *s.* jus, praebet? E. 367. Lobus, λοβὸς, E. 379. 388. Locus, λόχος, E. 383. Locusta, „ *a* loquacitate." (*Bochart.*) *An a* λοχεύω, *q.* incubator, agminatim incubans? E. 385. Lodix *s.* laudix, *a* λαύω capio, undique comprehendo, E. 363. Loligo, *piscis*, „ *ab* atro succo, ὅλος *dicto.*" (*Voss.*) *An a* λόω, *cogn.* λίω, *unde* livor, lividus? Lolium, *a* λόω, *cogn.* λάω capio, prehendo, E. 379. Lomentum, *utrum pro* lovimentum, *ut* momentum, *pro* movimentum; *an simpliciter*, *ut* momentum, *a* moo (*unde* moveo) *sic* lomentum, *a* λόω; *cogn.* λέω? „ Lomentum perficitur lavando, terendove." *Plinius.* Longus, λόγγος, *a* λόω, *cogn.* λάω capio, prehendo. *Unde* LONGI crines, *pp.* qui prehendi possunt, E. 379. Loquor, „ *a* λόγος." (*Scal.*) *An a* λόκω, *cogn.* λάκω crepo? *ut Aristoph.* τί ἔλακε ἐκ τῶν σιμμάτων, E. 359. Lorum, *veteribus* laurum, *a* λαύω capio, E. 363. 389. Lotium *a* λόω, λούω, Lavo, E. 383. Lubricus *a* λύω, E. 385. Lucrum. „ *Ut a* lavo, lavacrum *&c. sic a* λύω, lucrum." (*Voss.*) E. 381. *sed cf. in* Lurco. Luctor, *a* λύγω, E. 384. Lucus, „ *a* λύγος tenebrae, obscuritas." (*Is. Voss.*) E. 385. Ludo, *pp.* solvo me *labore, curis &c. Th.* λύω, E. 387.

387. Lues, *pp. id quo* „ corpora solvuntur, *a* λύω." (*Voss.*) E. 387. Lugeo, *a* λύγος: *nisi sit a* sono, *ut* λύζω, E. 385. Lumbricus, *pp. i. q.* lubricus. Lumbus, *a* luo, *unde* lubo, lubeo, lubido. Lumen, „ *pro* lucimen, *ut* momen, *pro* movimen" *&c.* (*Voss.*) *Th.* λύω *pp.* polio, *intr.* splendeo, E. 383. Luna, *pp.* splendida. „ Λῦνον, λαμπρόν," (*Is. Voss. ex Hesych.*) *Th.* λύω. *Cf.* Lumen. Luo, λύω, *pp.* solvo, E. 385–387. Lupus, λύκος, E. 385. 507. Lurco, *pro* laurco, *a* λαύω, λαύρω, λάβρω, E. 363. 356. *An ita* lucrum *pro* lurcum, *ab* aviditate, *qua q.* devoratur? Luridus, *a* λύρα, E. 382. Luscinia, *a* lusci, *quod videntur dixisse pro* luci; *unde* Lucina, luscina, *et* luscinia. Luscus, *et* lusciosus, *q.* lucis avidus. *Cf.* Luscinia *et* Lux, λύκος, λευκός, E. 369. Lustro, *a* λύω, λύω *abluo, purgo.* (*Cf. Voss.*) E. 385. Lutum *a* λύω luo, abluo, E. 385. Lux, *pro* lucs, lucos, λευκός, *pp.* nitidus, candidus, E. 369. 385. 387. Luxo, *a* λύω, λέλυκα, λύκω, E. 387. Luxus, *pp.* dissolutus, dissolutio. Lympha, *a* λύω, λύω, E. 382. Lynx, λύγξ, E. 385.

M.

Macellum, μάκελλον, E. 394. Macer, *a* μακερός, *quod contr.* μακρός, *pp.* extentus, longus, E. 394. Maceria, *et* Maceries *pp.* paries longus, a μακρός (*Isidor.*) *pro* μακερός. E. 394. Machina, μηχανή, *pro* μαχανή, E. 420. Macte, *pp.* extenssione *s.* prolixitate. *Abl. obsol. nominis* mactis, *quod a* μέμακται, *th.* μάκω, (*al.* μήκω,) *unde* μακρός prolixus *&c. Hinc* macte virtute, ingenio, esse *&c. per ellipsin duarum praepositionum*, *pro* in conditione prolixa *s.* ampla esse, *a* virtute, *ab* ingenio, *i. e.* propter virtutem *&c.* Macto, *pp.* protendo, extendo; *pro* macito: *hoc a* macis, *s.* macio; *th.* μάκω. *al.* μήκω, *unde* μῆκος, E. 416. Mactare *naves in mare*, *est* praeci-

cipitare, *q. d.* protendere; mactat me *lutum*; i. e. fatigat, *q.* extendit; mactare *hostiam*, i. e. humi sternere, *ut jaceat* extenta; mactare honoribus, *i. e.* augere, *q.* extendere. Mactra, μάκτρα, A. 157. Macula, *pp.* labes extenta, *s.* sparsa; *a* μάκω, *unde* μακύω, μακύνω, *i. e.* μεγαλύνω *et* μάκαρ beatus, extento aevo, E. 393. Madeo, *cogn.* μαδάω, μυδάω, E. 392. 435. *Cf.* Mando. Magister, *cogn.* μέγιστος, *unde* μεγίστερος," (*Menag.*) *An ita a* μάγις (*Lat.* magis) μάγιστος, μαγίστερος, *et* MAGISTER? *Cf.* μέγας, *pp.* extensus, magnus, E. 404. Magnes, μάγνης, E. 392. Magnus, *pro* maginus, *cogn.* μέγας, E. 404. Magus, μάγος, E. 392. Maja, μαῖα, A. 173. Mala, *pp.* mollis, mollior *pars vultus*, *non hirsuta*: *pp. vox f. g. a* μᾶλος, *Dor. pro* μῆλος *th.* μάλω, *cogn.* MOLO, MOLLIO. *A* μαλὸς malacus, μαλακὸς *&c.* E. 394. 395. Malleus *a* μάλω, *cogn.* μόλω, MOLO, *pp.* instrumentum commolendi, contundendi, E. 394. 432. Malva, *a* μάλος, μάλη, *i. e.* μαλάχη (*Hesych.*) *pp.* mollis herba, E. 395. Malum; μῆλον, *pp.* molle *pomum*, E. 417. Malus, a, um, *pp. i. q.* mollis, ignavus, E. 395. Mamma *pro* mama, *a* μέμαμαι, *th.* μάω, *unde* μάζα, μαζὸς, μαστὸς, E. 393. 402. Mancus *pp.* mobilis, recto talo non insistens: *a* μέμαγκα, *th.* μάνω, E. 396. Mando, avi, *cogn.* mando, mandi. *Th.* μάω, *pp.* moveo: *unde* μάδω, μαδάω, MADAO, *&c. pp.* mobiliter diffluo *&c. Hinc et* mando, avi, *pp.* mota manu indicium facio, σημαίνω. *At* mando, mandis, *pp. est* movendo *maxillas* sursum deorsum *cibos* comminuo, subigo, E. 396. 400. Mane, (*ut* Macte) *pr. Abl. a* manis, μάνις, *pp.* movens, emicans, *lux* matutina. *Alio usu* μηνὰς, *s.* μήνη, luna noviter emicans. *Cf.* E. 417. Maneo, *cogn.* μένω, *pp.* moveo me, *prae impatientia*, anxie exspecto, *ut Hebr.* חול, *et Belg.* trippelen. *Th.* μάω, E. 403. Manes, ium, *a* mobilitate *&c.* E. 396. 427. Manifestus, *forsan a* μήνυω, μηνυτὴν, *ex* μηνυτὴν." (*Is. Voss.*) E. 418. Mannus, *pp. i. q.* μαλὸς, E. 396. Ma-

 no,

no, *pp. i. q.* moveo, cum motu emico: *th:* μάω, E. 403. Mansuetus, *pro* manu (*h. e.* manui) suetus, adsuetus. Mantica, *a* μάω, μέμαιται, μαντικὸς, *pp.* agitatus, commotus: *eximie* balcheus, zona &c. *Cf. Hebr.* ארגן, E. 393. Manus, *a* μάω moveo huc illuc, E. 405. Mapalia, *vox Punica.* Mappa, *pro* mapa: „ *a* μάσσειν, μαγίς, μαγῖον, et μαγὴ, μάρη." (*Is. Voss.*) E. 401. Marceo, *pp.* mobilis fio, flaccesco: *cogn.* μαραίνω *th.* μάρω, *vic.* μάλω *unde* μαλκὸς, *i. q.* μαλκὸς, *s.* μαλακός. *Th.* μάω. AA. 327. E. 396. Mare, *a* motu continuo. *Th.* μάω, *unde* μάρω, *cogn.* μύρω, E. 489. *Cf.* Marra, Margo, „ *a* mergendo, *nempe* ripas *et* litora &c. (*Is. Voss.*) E. 100. Marmor, *a* μάρω, μαρμάρω, μαρμαίρω, resplendeo, E. 96. 397. Marra, *f. g. Gr.* μάῤῥον, *n. g. A* μάρω· *th.* μάω moveo huc illuc. Mars, *a* μάρω moveo: *Forma cogn.* μαύω, *unde* μαῦρος, *pro* μάορος. *An a* μάορος, μάϝορος, MAVORS? E. 442. *Cf.* E. 639. AA. 271. Mas, *pro* mars, *in Gen.* maris, *a* vi *s.* motu. *Cf.* Mars. Massa, *a* μάσσειν. *Cf.* μᾶζα, E. 401. 392. Mater, μάτηρ. *Dor.* μάτηρ, E. 419. A. 151. Materia, *pp.* quae tractatur, *s.* movetur inter operandum. *Th.* μάω, *unde* μάτηρ &c. E. 403. Matula, *pp.* quae movendo invertitur, *sc.* olla: *Demin: a* matus, mata, *pp. i. q.* motus, mota. *Th.* μάω moveo. *An ad proprietatem respexit Plautus*, Pers. IV, 3, 64. „ Nunquam ego te tam esse matulam (*mobilem*) credidi. Quid metuis?" E. 403. Maturus, E. 403. Maturus, *cogn.* „ πέπειρος, *Aeol.* μέτηρος." (*Is. Voss.*) *An pp.* subactus, *a* μάω (*unde* μάσσω) μέμαται, E. 401. Matutinus. *Cf.* Mane, *quod a* μάω *e cujus Supin.* matum *produci potuerunt* matus, matuo, matutus, matutinus. Maxilla, *a* μάω, μάγω, μάξω· *unde* μάξις, μάξιλος· *Cf. et* μάσσω subigo, E. 401. Medeor, *cogn.* μήδομαι, curo, E. 416. Meditor *a* meditum, *Supino obs. verbi* medio, *quod a* μέδω, μέδομαι, E. 405. *Cf. et* μελετᾶν, E. 407. Medius, *cogn.* μέσος, E. 405. 410. Medul-

dulla, *cogn.* μυελὸς, E. 436. Mel, μέλι, E. 407. Melior, ius, *pp. compar. a* μέλις, (*unde* μέλι, MEL) *pp.* mollior, dulcior. *Cf.* Malum. Membrum, *cogn.* μέλος *et* μέρος. *Th.* μέω *Nisi sit a* movendo, *f.* mevendo (*th.* meo, mevo) mebrum, membrum, *pp.* quod movetur *inter eundum, ut manus, pedes &c.* E. 416. Memini, *pp. i. q.* μέμνημαι *in mentem revocavi. Th.* μένω, *f.* μίνω, *unde* μιμίνω. AA. 453. E. 427. 428. *Ex* μιμίνω, *contr.* μέμνω, *supersunt* Μέμνων μέμνονες. *Porro a* μένω μένος *&c. est* Menerva, Minerva; *et compos.* promenervo *ap. Festum.* Mendum *et* menda, *a* μένω maneo, *pp.* quod manet, *ut* macula, verruca *&c.* E. 411. Mendicus, *an pp.* maculosus, impurus, *a* mendum? Mens, μένος, *ut* GENS, γένος ,, *an a* motu continuo?" A. 142. E. 410. *Cf. in* Memini. Mensa, *pp.* ,, *i. q.* μέσα, quod in medio poneretur." *Varro. At Is. Voss.* ,, *forsan a* μέσω, ἐδίειν, mensa, *vel* minsa." *An pp. partic. f. g. a* metior, mensus sum, *q. d.* extensa? Mensis, *pro* menesis, *a* μὴν, μηνὸς, E. 418. Mentior. *Utrum, ut a* denti, dentio; *a* forti, fortior: *sic a* menti *est antiquum* mentio, *et recentius* mentior? *an* (*quod Is. Vossio placuit*) *a* μῆτις, μητίω, MENTIO, *pp.* excogito studiose? Mentum *a* motu. *Th.* μένω, *f.* μέω, E. 416. Meo, *cogn.* beo, *Gr.* μέω, A. 201. 202. AA. 247. E. 396. 413. 416. *Cf.* Metuo. Merces, edis, *a* μέρω, μείρω, μερίζω, μέρκω *pp. id*, quod dividitur *operariis. Cf.* Merx, *et* Mereor. Merda, *a* separando, excernendo. *Th.* μέρω, *unde* μέρδω, E. 411. AA. 506. Mereo, *f.* mereor, *pp.* partem, *f.* μέρος, mihi consequor, E. 407. Mergo, *pp.* premendo moveo, E. 92. AA. 506. Meridies, (*cogn.* medidies) *ex* meri (*quod a* μέρω, μείρω divido) *et* dies. *Th.* μέω, *unde* μέσος, medus, medius. *et* μέρω, μέρος. Merus, ,, *pp.* divisus ac separatus," (*Voss.*) *ut* vinum *a faecibus &c. Th.* μέω, μέρω, E. 407. Merx, mercis, *a* μέμερκα, *Th.* μέρω divido, ,, *quia per partes venditur.*" *Cf. Voss. et Gr.* κάπηλος, καπηλεύειν E.

 290.

290. 291. Met (*in* ipsemet) *cogn. Gr.* μὲς, μὴν, AA. 295. Meta, *pp.* quae movetur, *nimir.* pertica, terminus. *Th.* μέω, E. 413. Metallum, μέταλλον, E. 414. Metior, *pp.* ad mensuram exigo, *cogn.* μετρέω, E. 405. 415. Meto, messui. *Th.* μέω, *pp.* penetro, divido, *hinc* reseco, *unde et* μέσος, *pp.* divisus, E. 412. Metuo, *pp.* penetro *in foramen, antrum &c. Th.* μέω, *unde* μεὺς, μῦς. *Ab obsol.* meo, mevi, metum, *est* metus: *hinc* metuo. *A* meo *porro productum* meao, *contr.* meo, meavi. Mica, *f. g. adjectivi* micus, *Gr.* μικὸς (μικκὸς) *pp.* minutus, comminutus: *unde* μικρὸς, μικρός. *Th.* μίω. A. 157. AA. 293. E. 423. 424. Mico, *pp.* tremulo motu agitor. *Th.* μίω, *cogn.* μίω *&c. Cf. Schroeder. Origg. Hebr.* p. 124. Migro, „ *ab* ἐγείρω, ἔγρω." *Is. Voss. Nempe,* μ *praemisso. Nisi sit a* μίω (*unde* MICO) μίγω, μιγέω, μίγρω, *pp.* moveo me *e loco in alterum,* E. 422. Miles, *pro* „ milex, μίλαξ, *i. e.* ὁμιλητικὸς." *Menag. At Voss.* „ *pro* meles, *a* μελία hasta." *Forte a* μίλω, *cogn.* μέλω, μόλω, MOLIOR. „ μολεῖν *i. e.* μάχεσθαι," *Voss. ex Hesych. Th.* μίω, E. 426. 441. Milium, *a* μίω, μίλω, *cogn.* μέω moveo, E. 424. Mille, *pro* mile, *cogn. voci* Milium. *An potius ab* ἴλω, μίλω, *pp.* convolvo. conglomero? *Sic* אלף *Hebr. a* conjungendo. Milvus, Milvius, „ *a* sono" *Voss.* Mimus, μῖμος, E. 423. Minae, *a* „ mino, *i. e.* pello, impello; *unde* minare *pecus.*" *Voss. Th.* μίω. *Aliud* Mina, מנה, *vide,* E. 426. 427. Minister, *ab obs.* μινίω, *f.* μινίζω, μεμίνισται. *Th.* μίω, μίνω, μινύω *&c. An a* pellendo, impellendo? *Cf.* Minae, *et* Magister. Minium, μίνιον. *Cf.* Minuo. Minor, *cogn.* μείων, μινύθω *&c. Th.* μίω, E. 423. 424. 426. Minuo, *a* μίω, μίνω, *cogn.* μινύω. V. 78. A. 184. E. 407. 424. Mirus, *pro* meirus, *pp.* sejunctus, separatus, *pecul. a cognitione nostra; ut Hebr.* נפלא. *Th.* μείρω, E. 407. Misceo, *a* misco, μίσγω, E. 422. 426. AA. 239. 293. Miser, *pp.* attritus, *ut Hebr.* דך, *th.* μίω, E. 424. Mitis *pro* meitis, *a*

μείω,

μεῖν, *unde* μειόω, *pp.* subigo, contundo. *Hinc* mitis fustibus, *i e.* contusus, *&c.* E. 407. 424. Mitra, μίτρα, E. 426. Mitto, misi *&c.* „ *a* μιῶ, *pro* ἴω, *s.* ἵημι." (*Is. Voss.*) AA. 512. *Rectius fortasse a* μίω, *cogn.* μάω, moveo: *unde Praeter.* misi, μῖσος, E. 426. *et* MITTO, *pp.* ad motum impello. Modus. „ *A* μέδω, μέμοδα, μόδος" (*Scal.*) E. 405. 415. *ubi et* Modius. Moechus, μοιχὸς, E. 430. Moereo, *utrum pp. est* τὴν μοῖραν deploro, *an fictum a* sono moerentium? Mola, *cogn.* μύλη, *a* μόλω molo, *i. e.* moveo vehementius, *pecul.* in gyrum, E. 431. Moles, *cogn.* μῶλος, E. 442. Molior, E. 394. 408. 431. Mollis, *cogn.* μαλὸς, *s.* μαλακὸς, *&c.* E. 93. 395. 407. Monedula, „ *a* Junone moneta." *Voss.* Moneo, *cogn.* μηνύω, (E. 419.) *th.* μένω; *unde* μενάω, μνάω, et μεμένακι, *s.* μεμένημι, μέμνημι, E. 427. 428. *Cf.* Moneta. Moneta, *pp.* signata. *Est partic. pass. s. g. a* monetus, a, um, *quod a Supino vet. verbi* moneo (Proleg. p. XIII.) *A. th.* μένω, *s.* μόνω, *est* μόνη· *hinc* MONEO *i. e.* signum *q.* mansionem, *s.* notam immanentem imprimo, *aut* ostendo. Mons, *cogn.* βουνὸς, „ *pro* μόνος, *a th.* μένω, maneo, *quia* permanet." (*Scal.*) E. 432. Monstrum „ *pro* monestrum, *a* moneo." *Voss. pp. i. q.* ostentum. Mora, *pp.* divisio, *pro* parte *exercitus; aut pro* intervallo, spatio *&c. a* μέμορα, *praet. med. th.* μέρω, *s.* μείρω, E. 407. Morbus, *pro* μόρος, *inserta* b. *Hesych.* μόρος· πόνος, νόσος *&c.* E. 433. Mordeo, momordi *&c. a* μόρω divido, separo *dentibus*, E. 407. Mors, *pro* μόρος, *ut* fors *pro* φόρος, sors *pro* σόρος· *th.* μέρω, *s.* μόρω divido, separo. *Hes.* μόρος· μοῖρα τοῦ βίου, E. 433. Morta, μορτή. *Hesych.* μορτὸς, θνητός. Mortarium, „ *pro* moretarium". *&c. Voss. nisi sit a* μέμορται· *uti a* μέμορται, *est* μόρτιμος. *Th.* μόρω divido. Morus *arbor*, μόρος· *a* tarditate. *Cf.* Mora. Morus, *stultus*, μωρὸς, E. 442. Mos, moris, „ *i. q.* modus." (*Scal.*) *pro* mods. *Cf. Gall. Mode.* Moveo, *a* μόω, *cogn.* μάω, E. 388. 40[illegible]. 426. 431. 434. *A pristino*

moo *etiam est* momen, momentum. Mox, *q. d.* momento, *pro* mocos, *ut* nox, *pro* nocos; *a* μέμοκα, *th.* moo, μόω, *unde* momen, momentum, E. 403. Mucor *a* muco, *quod a* μέμυκα, *th.* μύω· *Belg.* verstikken, E. 440. Mucro, *pro* mucron. „ Μόκρωνα· τὸν ὀξύν," *Is. Voss. ex Hesychio. Th.* μύω, *cogn.* μόω, MEO, *i. e.* pervado, E. 441. Mucus, *s.* muccus, *cogn.* μύξα· *Th.* μύκω *cogn.* μύγω, *unde* mungo &c. E. 438. Mugil, „ *a* muco, *ut* μύξων *Gr. a* μύξα." (*Voss.*) Muginor, *i. e.* „ *nugor, et quasi tarde conor.*" (*Fest.*) „ *Fort. factum ex* nuginor." *Voss. Cf. tamen Hes.* μυκός· ἄφωνος, σκολιὸς ἄνθρωπος *etc. Th.* μύω, *unde* μύκω, *i. e.* crepo, musso &c. E. 437. Mugio, *cogn.* μυκάω &c. E. 436. 437. 439. Mulceo, *cogn.* μέλγω, μειλίσσω, MOLLIS, MOLLIO &c. E. 99. 407. 409. *th.* Mulco, *pp. i. q. Belg.* strijcken, afstrijcken. *Cf.* „ Mulcere *ferrum, i. e.* mollire, *s.* lenire." (*Fest.*) Mulgeo, mulsi, mulctum, *cogn.* μέλγω, ἀμέλγω, *et* Mulceo. AA. 507. E. 251. Mulgo, (*unde* promulgo, avi) *cogn.* μέλγω· *Nisi forte nostrum* „ promulgare *pp. sit i. q.* provulgare" (*Fest.*) *nempe, permutatis literis labialibus,* m *et* v. *Sane* δημιών, *in gloss. exponitur* vulgo *et* mulgo. Mulier, „ *a* mollitie, *tanquam* mollier." (*Isidor.*) *An a* μύλω, *vic.* μόλω, *pp.* molo, *ut sit a* permolendo? E. 437. Mullus, *piscis;* „ *q.* mollis: *est enim carnis tenerae.*" (*Isid.*) Mulsus *pp. part. Pass. verbi* mulgeo. Multa, *s.* mulcta: *pp. part. Pass. f. g. verbi* mulgeo. *A Sabinis et Oscis vocem hanc ad Latinos pervenisse, tradunt Varro ac Festus.* Multus, a, um, *olim* moltus, *th.* μόω, Proleg. p. LI. Mulus, *et* Mula. *An i. q.* μύλος, *th.* μύλω, *ut* ὄνος *ab* ὄνω? E. 501. 437. Mundus, a, um, *pp. i. q.* munctus, emunctus. *Hinc* nitidus. Mundus *pro* mudus, *ut Gr.* μύδος *et* μύδος *idem notant. Th.* μύω, *unde et* μύγω, MUNGO, μύζω, E. 436. Mungo, munxi, *th.* μύω. *Cf.* Mundus, *et* AA. 242. Munio, ivi: *a* muno, *pp.* claudo. *Th.* μύω, E. 438. Munus, *pp.* quod ar-

arcte injungitur, officium &c. *th.* μύω, E. 441. *Cf.* Munio. Murcus, *Aeol.* μυρκός, *pp.* ignavus, *cogn.* μελλός, μαλακός, E. 395. Murex, „ *a* mure, *quem* acumine *refert.*" (*Martin. et Vosf.*) Muria, Muries. *Ut* mare *a* μύω, moveo, *fic* muria *etc. a cogn.* μύω, μύρω, E. 440. 441. Murmur, *a* fono, *aut a redupl.* μύρω, *ut* furfur, *a* furo, E. 440. 433. 149. Murus, *a* μύω, *aut pro* moerus, *a* μοίρω, E. 440. Mus, μῦς, *pro* μεῦς, *th.* μέω. AA. 247. E. 436. 440. Mufa, μοῦσα, E. 434. Musca, „ *a* μυῖα, *Diminut.* μυῖσκη, MUSCA" (*If. Vosf.*) E. 436. *Nifi fit ab* adhaerendo: *ut* Muscus. Muscus, μόσχος, μόσχος, *ab* adhaerendo, E. 433. Muffo, μύζω, E. 434. 440. Muftela, „ *a* mus. tela *vocis productio est.*" *Vosf.* Muftum, *a* muftus, *i. e.* novellus. (*Nonius*) *pp.* claufus, fignatus, *a* μέμυσαι, *th.* μύω, μύζω. *Unde* virgo mufta, *i. e.* עלמה, E. 442. Mutilus, *cogn.* μιτύλος· *a* mutus, *pp.* praeclufus, *Hebr.* אלם, E. 577. Muto, avi, *i. q.* moto, motavi. *Th.* μύω, *f.* μόω, E. 434. Mutus, *i. q.* μυτὸς, μύδος· ἄφωνος. *Th.* μύω. AA. 242. E. 442. Mutuus, *a* muto, permuto, *ut* ἀμοιβαῖος *ab* ἀμείβω. Myfta, *i. q.* μύστης, E. 442.

N.

Nae, ναὶ, E. 443. AA. 250. Naenia. *Vide* Nenia. Naevus, „ *pp.* excrefcentia in facie, *a* νέω, νέος, ναῖος, ναίϝος, νέϝος." (*If. Vosf.*) E. 445. Nam „ *e Dorico* μὰν, *f.* μὴν," (*Vosf.*) *An uti* cum *pro* cume, *fic* nam, *pro* name, *a* νέναμαι, *th.* νέω, *cui vicina* νέω, νίω, *unde* νένιμαι, *et hinc* NEM, NIM, ENIM, *pro* etnim, *five pleniore* etenim, *quod forte comp. ex* ete, ἔτε, *et* nim, *Cf.* AA. 308. Nanciscor, nactus fum, *verbum formae* apiscor, aptus fum; *a* nancio, *unde* nancifo, nancisco, *plane ut ab* apio, apifo, apisco *etc. Th.* nao, νάω, *contr.* no, νῶ, *pp.* findo, divido, *pecul. aquam natando: et metonym.* divifam

 par-

partem (μέρος) accipio, E. 445. Nanus, *pp.* „ vas aquarium humile et concavum." *Fest. A* νάω, *unde* ναῦς, ναῦς, E. 445. Napus, *genus raporum oblongius, et exilius; an a* νάω findo: *unde et* νάπος? E. 445. Naris, *Pl.* Nares, *an a* νάω, fluo, *ut* ῥῖνες *fortasse a* ῥέω, *cogn.* ῥέω, E. 446. 634. *Cf.* Narro *et* Nasus. Narro, *pro* naro, *nisi sit pro* gnarro, *hoc vero pro* gnaruro, *i. e.* gnarum reddo (*de quo vett. glossae et Voss. in* gnari) *ortum videri possit a* naro, *i. e.* fluo, *unde* nares. *A* fluendo *quoque potest duci notio* narrandi. *Cf. Gall. flux de bouche*, E. 446. Nascor, natus sum, „ *pro* gnascor *ex* γεννάω." (*Voss.*) E. 159. Nassa, *s.* Naxa, „ *piscatorii vasis genus, quo, cum intravit piscis, exire non potest.*" (*Fest.*) *A* νάω, νάσσω, E. 445. Nasus *a* νάω fluo. *Cf.* Nares. Nates, *a* νίνασαι, *th.* νάω, *pp.* findo. *Cf.* „ diffissa nate," *apud Horat.* E. 445. Natrix, *Gr.* ὕδρα, *s.* ὕδρος *a* nando. Natta, *pro* nacta, νακτής. *Th.* νάω, νάσσω, E. 445. Nauci, „ *putamen nucis.*" (*Priscian.*) *An a* νάω, ναύω, findo? E. 445. Navis, *cogn.* ναῦς, E. 445. Nausea, ναυσία, *s.* ναύτιασις, *a* ναῦς, *s.* νάω, *quia* navi vectis *oboriri solet. Cf.* E. 445. Nautea, *i. q.* ναυτία, *pp.* aqua de sentina navium, E. 445. Navus, *pro* gnavus, *ut* natus, *pro* gnatus, *&c. Gr.* „ γεννάδας, γεννάος, γεννάτης." *Is. Voss.* Ne, *et* ni, *Gr.* νὲ, *in* νέπους pedibus carens: *pp. Ablat. Sing. obsoleti* nis, *quod a* νίω, E. 456. Nebula, *cogn.* νεφέλη *th.* νέφω, *unde* νέφος, *i. e.* nebus, *et Deminut.* nebulus, nebula. *Cf.* E. 460. Nebulo, „ *a* nebula, *ut a* tenebris, tenebrio." (*Voss.*) Necesse *et* Necessum. „ *A* ne *et* cesso, necesse, *quomodo a* ne, *et* fari, nefarius." *Opilius et Voss.* Nectar, νέκταρ, E. 447. Necto, nexui, *et* nexi, „ *a* νέω, *ut* plecto *a* πλέκω." (*Voss.*) E. 24?. 458. Nedum, *ex* ne *et* dum. *Cf.* Dum. Nego. „ *Ut* dego, *pro* deago, *sic* nego, *pro* neago." *Voss. quem vide. An ex* ne *et* ajo, *permutatis* j *et* g? *Cf. illud Terentii*, „ negat quis, nego: ait, ajo. Nemo, *ex* ne

ne *et* hemo, *quod veteres dixere, ut* homo. *Ita ex* semi, *vel* se, *et* hemo, *factum* semo. *Cf. in* Homo. Nempe, „ *a* nam, *et* pe: *ut* quippe, *ex* qui *et* pe." (*Voss.*) *Rectius fortasse ex* nem, *et* pe, *i. e.* κι. (*Cf. in* Nam.) *Itaque* nempe *aliquando est i. q.* namque: *ut in illo* Plauti, Mercat. IV, 4, 36. Nemus, νέμος, *quod a* νέμω. (*Voss.*) *Cf. tamen* νέφω, tego, obtego, *pp.* propendeo, E. 450. *ut* νέμος *pp. sit dictum a* ramis *arborum* propendulis. Nenia, „ *carmen funebre.*" (*Quintil.*) *An a* sono? Neo, νέω, *unde* νῆμα, νήθω, E. 451. 458. Nepos, „ *a* νέος, νέϝος, νεοσσός, P *loco* digammatis." (*Is. Voss.*) E. 449. Nequam *pp.* inutilis, ἀχρεῖος· „ *ex* ne *et* quam, *pro* quidquam." *Varro. An, uti ex* ne *et* for, faris, fandus, *est* nefandus, *ita ex* ne, *et* quam, *pro* φαμὶ, *ductum est* nequam? *Cf.* Inquam. Nervus, *cogn.* νεῦρον, E. 446. 450. Nex, *pro* necs, *ut* lex *pro* legs, fex *pro* fecs; *a* neco, νέκω, *pp.* pungo, *ut illo* Plauti, Curc. II, 1, 21. „ lien necat," *Belg.* de milt steekt *mij*, E. 447. 458. AA. 499. Nisi, *ex* ni, *et* si. *Cf.* Ne. Non. Nico, νίκω, *unde frequent.* nicto, *ut a* dico, dicto: *th.* νέω, *cogn.* νέω, *unde* νεύω. *A* νέω *etiam* νέϝω, νηϝέω, NIVEO, E. 450. *Cf.* Nix. Nidor, oris; *an pro* gnidor, *f.* cnidor, *a* κνίω, *unde cogn.* κνίσσα? E. 311. Nidus, *pp.* habitatio, *a* νέω, *cogn.* νάω, *unde* ναίω, E. 443. Niger, *pro* nigerus, *cogn. fort.* νέκρος, *et* νίκος, *Hesych.* νίκος· διαφθορά. Nimbus, *pro* nibus, *cogn.* νέφος, E. 450. *Nisi sit conferendum cum* νέω, deorsum vergo, propendeo, E. 455. *Cf.* Nimium, Nitor. Nimirum, *ex* ni, *quod idem ac* ne, *et* mirum. Nimium, „ *ex* νὴ *et* μεῖον, *q. d.* non minus." *Voss. An a* νένιμαι, NIMIS, NIMIUM, *uti* νίτρον *a* νένιται, *th.* νέω, *pp.* deorsum vergo, gravatus *nempe. Cf.* Nimbus. Niteo, *pp.* politus, tersus sum, *a* νέω, sursum deorsum moveo, tergo, polio. E. 456. Nitor, nisus sum, *vel* nixus sum, *a* νέω, sursum deorsum vergo, *f.* moveo, *cogn.* νέω, *unde* νέομαι· πορεύομαι, E. 451. Niveo, *a* νέω, νέϝω, *pp.* sursum deorsum moveo. *Cf.* nico, nicto.

cto. Nix *pro* nics, *cogn.* νὶψ, *pro* νὶπς, *f.* νίφος ἢ νίφω *unde* νίκω NICO &c. *Pro* νίκω *dixerunt* νίγω, *unde* NINGO, E. 455. No, *pro* nao, νάω, *cogn.* νέω, *pp.* sursum deorsum moveo *manus*, findo *aquam*, E. 456. 446. Nobilis, *pp.* notus, *pro* novilis, *ut* mobilis, *pro* movilis, *a* noo, νόω, *unde* nomen, *ut a* moo, momen. *A* noo *est* nosco &c. *Cf.* Nomen. Noceo *a* noco, νόκω. *Cf.* Nox. E. 458. 462. AA. 499. Nodus, *a* νόω, *cogn.* νέω, noo, *pp.* moveo sursum deorsum, *atque ita* fortius constringo, E. 456. Nomen, „ *pro* novimen. *ut a* moveo, movimen, momen." &c. *Voss. Nisi sit ab ipsa stirpe* νόω, *unde* νόεω, νόσκω, νώσκω, γνώσκω. A. 205. Non *pro* nono, „ *ab antiquo* nenu *vel* neno." *Voss. Cf.* Ne, *et* Ni. *An a* noo, *pp.* moveo, *fere ut* לא *Hebr. a* לוא? Nonae, *pro* novenae. *Cf.* Novem. Norma „ *a* noro, *unde* ignoro." *Voss. Jam vero* noro *i. q.* gnoro, *ut* natus *et* gnatus. *Itaque et* norma *cogn. est Gr.* γνώριμα, *s.* γνώρισμα, *pp.* instrumentum cognoscendi. *Cf. Scalig. ap. Voss.* Nos, *pro* noës, &c. AA. 288. 286. Nosco, novi &c. „ *ut a* βόω, βόσκω, *sic a* [νόω, *unde*] νόω NOSCO. G *vero*, *sive* γ, *praefixo cum vocali*; γνώσκω, gnosco, *unde* agnosco, ignosco, *ubi* g *servatum est.* (*Voss.*) E. 162. AA. 453. *Cf.* gnarus. Nothus, νόθος, E. 456. Noto, *pro* notao, *a* nota: *hoc vero pp. Particip. pass. f. g. verbi* nosco, novi, notum &c. Novem, *cogn.* ἐννέα *pp. Acc. Sing. obsoleti* novis, *ut* decem, *a* decis. *Th.* νέω, *cogn.* νέω. *Ut a* νέω, νέος, *sic a* νόω, νόος, νόϝος, νέις, νέϝις &c. *Cf.* E. 210. Noverca, „ *a* νέος, νέας, nuorica, noverca." (*Is. Voss.*) E. 462. Novus, νέϝος, *cogn.* νέος, E. 449. 210. Nox, νὺξ, E. 426. Nubes, *cogn.* νέφος, *a* nubo &c. E. 450. 460. Nubo, *pp. tego*, *operio.* Nubo me *et absol.* nubo *viro.* (*Sanctii Min.* III, 3. p. 357. IV, 4. p. 656.) E. 445. 459. 460. *unde* Nupta, *pp.* operta *flammeo*, E. 462. Nucleus, *pro* nuculeus. *Cf.* Nux. Nudus, „ *pro* ne dutus, *h. e.* indutus, *ex* ne *et* duo, *unde* in-

indno; *f. a νε στερητικῷ, et δύω.*" *Vosf. An a νύω,* moveo furfum deorfum, *dein* corticem, tegmen demo, decortico: *ut* ערום? *Cf. Adnott. ad Genef.* III, 1, E. 463. Nugae, *a νύγω, cogn. νύσσω,* pungo, compungo: *unde νυγμὸς &c.* E. 459. 463. Num, *pp. i. q.* nutu, *pro* nume, *ut* cum *pro* cume, *et* tum *pro* tume. *Th.* nuo, *νύω,* E. 463. Numella, „ *genus vinculi, quo quadrupedes alligantur.*" (*Feſt.*) „ *A νύω, i. e.* vergo, propendeo, inclino: *qua ratione Gr. κύφω, a κύπτω*" (*Turneb. et Voff.*) E. 463. Numerus „ *a νόμος, f. νόμου th. νέμω.*" (*Scal. Burgeff.*) Numus, *f.* nummus, *pp. i. q. νόμος,* (*Salm.*) E. 449. Nunc, *pro νῦνγε, vel νῦνκε,* E. 461. AA. 239. 247. Nuncupo, „ *pp.* nomine capio, *ex* nomen *et* capio: *ut* occupo, *ex* ob *et* capio." *Voff.* Nuncius, „ *a νέος.*" (*Varro.*) *Ut ab ἓν, ἑνὸς, est ὀγκία* uncia, *ita a νέος, νέγκιος.* (*Scal.*) E. 449. Nundinae, „ *a* nono die." (*Macrob.*) Nunquam, *pro* ne unquam. *Cf.* Nusquam. Nuo, *νύω, f. νεύω,* E. 450. 451. 463. 630. Nuper, „ *pro* noviper." *Feſt.* AA. 247. Nurus, *a νύω, νυὸς, &c.* E. 462. Nusquam, *pro* ne usquam, *ut* nunquam, *pro* ne unquam, nufpiam *pro* ne ufpiam. *Cf.* Nunquam. Nutrio „ *ex* neotrio, *quafi Gr. esſet νεοτρέω. Hoc autem a νέος, vel νεώτερος.*" (*Voff.*) Nux, *pro* nucs, *a νύκω,* findo, frango. E. 426. Nucs *autem pro* nucos. *f.* nucus, *unde* nuculeus, nucleus. (*Voff.*)

O.

O! *ὦ, interjectio a* fono, E. 864. Ob, *praepof. Uti* ab *pro ἀπὸ·* abs, *ἄψ, pro ἀπὸς· ita* ob, (*pp.* refpectu, *f.* oculo) *pro ὀπὸ, et* obs (*in* obſtrudo *&c.*) *pro ὀπὸς, quod et ὀυὸς, cogn. ὄπις,* E. 503. 504. Obiter, „ *ex* ob iter." (*Prifc.*) Obliquus, *ex* ob *et* liquus, *ut* fubliquus, *ex* fub *et* liquus *&c.* (*Scal.*) Liquus, *i. q. Gr. λίξ. Hefych. λὶξ, et λιγξ· πλάγιος. Th. λίω. Cf.* Limus *&c.* Obliviscor, *ex* ob, *et* liviscor.

cor. *Th.* λίω, λίπω, λιπίω, *&c. pp. i. q.* oblinor, *f.* oblini incipio, vestigiis *rerum quasi* deletis, E. 368. Obolos, ὀβολὸς, E. 474. Obrussum, ὄβρυζον, E. 474. Obscenus, „ *pp. augurale verbum.*" *Voss.* *Utrum compos. ex* obs (*de quo in* OB) *et* cano, cecini, *an* obscoenum, *ex* obs, *et* coenus, κοινὸς? *Cf.* *Voss.* Obscurus, *ex* ob, *et* scurus, σκοιερὸς *cogn.* σκιερὸς, σκιόεις; *&c.* E. 670. Obsonium, ὀψώνιον, E. 534. Obstetrix, „ *i. e.* obsestrix, *q.* adsestrix, *quae adsideat parturienti.*" (*Voss.*) *An a* sto, *pro* stao, steti, stetrix, obstetrix, *q. d. quae* adsistat *parienti?* *ut* stator *pp. dicitur*, qui stat opem laturus. (Obstinatus, Obstipus; *pertinent ad* Stino, *et* Stipo.) Occo, occavi *&c. pro* oco, ὄκω, *cogn.* ἄκω, pungo, *f.* acuminatis rastris comminuo, E. 501. Occulo, „ *ex* ob *et* colo." (*Voss.*) Occupo, *ex* ob, *et* cupo, *cogn.* capio. *A* cupo *est* cupa. *Cf.* Nuncupo. Oceanus, ὠκεανὸς, E. 868. Ocreae, „ inaequaliter tuberatae, *ab* ocris, *i. e.* confragosus." *Fest. Th.* oco, ὄκω, *cogn.* ἄκω, *unde* ocris, *ut ab* aco, acris. *Cf.* Occo. Octo, ὀκτὼ, *ab* ὄκται, *th.* ὄκω *cogn.* ἄκω. Oculus, *Deminut. ab* ocus, ὄκος. *Hesych.* Ὄκκος· ὀφθαλμὸς, E. 547. 502. Odi, odisse, *ab* odio, *cogn.* ὀδύω, ὀδύσσω. *Th.* ὄδω, pungo, E. 478. Odor, odoris, *ab* ὄζω, ὄζω, pungo, E. 478. 489. AA. 329. 347. Offa, „ *Aeol.* ὄππα, *pro* ὄμμη." (*Voss.*) *pp. form. f. g. a masc.* offus, *uti patet ex Deminutivo* Offula. *Th.* ὄπω, *unde* ὀπὸς, E. 504. 505. Olea, *cogn.* ἐλαία, E. 199. Oleo, *ab* olo, *Gr.* ὄδω, *permutatis* δ *et* l. E. 489. *Cf.* Odor. *Aliud est* oleo, *unde* Adolesco, *ab* ὄλω, *Lat.* VOLVO, E. 78. 489. Olim, *pp. Accus. obsoleti* olis. ὄλις, *pro* κατ' ὄλιν, *pp.* devolutione, revolutione. *Th.* ὄλω, E. 541. Olla, *f.* aula, *pp.* rotunda. *Th.* ὄλω, *f.* ἄλω, E. 490. Olor, *i. q.* Odor *Cf.* odor, oleo. *Aliud* olor, *i. e. cygnus*, „ *fort. ab* ὕδος." *Voss.* Olus „ *ab* oleo, *i. e.* cresco." (*Jos. Scal. et Voss.*) Omasum, *utrum cogn. alt.* omentum; *an fort. vox Gallica?* Omen, *cogn.* ὀμφὴ, *th.*

th. ὄω, οἴω; E. 498. Omentum, „ *ab* ὑμὴν, ὑμένιον." *Is. Voss. Ut* momen, momentum, *a* moo, *unde* moveo: *sic* omen, omentum, *ab* ὄω, *i. e.* fero. *Cf.* Omen. Omnis, omne. *Th.* ὄμω, *cogn.* ἅμω, *pp.* necto, conjungo. *Unde* ὁμὸς, ὁμᾶ. (*Cf. Voss.*) *Itaque* omnis, *pp. i. q.* conjunctus, *f.* cojunctus, *unde repetitur* cunctus. Onus, ὄνος, E. 501. AA. 260. 262. Onyx, ὄνυξ, E. 501. Opacus, *pp.* valde densus. *A* παχὺς, *praemisso* ο. *Cf.* E. 558. *et* A. 205. AA. 509. *Porro* Opimus, *pp.* valde compactus, *f.* pinguis, πιμελὴς· *a* πίω, *pp.* premo, compingo, *praefixo* ο *intendente*, *quod ejusdem indolis atque* α. *An hinc eximie* opima spolia, *pp.* subacta, domito hostium duce? *Cf. et* πίω, E. 583. Opinor, „ *a* πινύω, *h. e.* φρονῶ, *praemisso* ο." (*Voss.*) *Th.* πίω, *unde* πίνω, *pp.* premo, *pecul.* mente, *vel* pectore. (E. 581.) Opinor, *pp.* premo, *vel* occulto mihi *f.* mecum, *ut* οἴομαι *pp. est* fero mihi, *f.* mecum. Opiparus: *an*, *ut* viviparus, *et* oviparus, *compositae voces sunt*, *ita et nostrum* opiparus, *ex* opis, *et* paro, *f.* pario? *Cf. Plaut. Poen.* I, 1, 1. Opes, *i. q.* oves, *literis* p, *et* v, *permutatis.* (*Meurs.*) *Cf. Ar.* مال, *ac Lat.* pecus, pecunia. *At* opis, opem, ope, *ab* ὄπω, *cogn.* ὄκω, *unde* ὀξὺς *et* ὠκὺς, ocys, ocyor &c. *ut* opis *pp. sit* auxilium paratum, E. 868. Oppidum, *f.* Opidum, „ *ab* ὀφιδεύειν, *i. e.* διατρίβειν, οἰκεῖν. (*Is. Voss. ex Hesych.*) *Th.* ὄπω, E. 530. *An a notione τῦ* ὀξὺς, *f.* ὠκὺς, *in* oppido, *est significatio τῦ* vehementer *ac* saepe? Opto, ὄπτω, E. 506. 507. A. 186. Optimus, *pp.* spectatissimus, *f.* maxime spectabilis. *Cf.* Opto. Opus, *f.* oper, *unde* operis, *pp. id quod spectatur*, *f. intentis oculis agitur*, *Th.* ὄπω, *cogn.* ἕπω. *Cf. Voss. et* E. 506. 505. Ora, *forma f. g. a masc.* oros, ὅρος, *pp.* extremitas, terminus, regio litoralis, E. 513. Orbis, *cogn.* urbs, urbis, Proleg. p. LIV. *et* Orbus, ὀρφὸς, E. 515. Orca, „ *ex* ὄρυγα." (*Voss.*) Orcus *pp. i. q.* ὅρκος, E. 511. Ordior, „ *pp. verbum* textorum, *cum* texere *incipiunt,*

piunt, *cogn.* ὀρθόω, *unde* ὄρθωμα, *Hesych.* ἡ πολύπη τῶν ἐρίων. (*Cf. Voss.*) *Igiturne* ordior, *pp. est* oriri facio? *Cf.* Orior. Ordo, *pp.* nexus, feries, *th.* ὄρω, *cogn.* ἄρω, ἔρω, *unde* ARS, SERO *&c. Cf. et* ὁλὸς, ὄρχος *&c.* E. 516. 512. 510. Orior, *a th.* ὄρω, E. 510. 520. 514. 517. AA. 503. Orno, *pro* orino: *th.* ὄρω, E. 517. AA. 347. Ornus, „ *q.* ὀρεινός." *Voss. Nisi sit a* recta ftirpe. *Cf.* Orno. Oro, *pro* orao, *th.* ὄρω, *&c.* E. 117. 517. Os, oris, *pro* ors, ὄαρ, *pp.* incifio, *ut Hebr.* פי, E. 516. Os, osfis, *pro* ods, ὀστέον, *cogn.* ὀστέον, *th.* ὄζω comprimo, compingo, E. 520. Oscillum, „ *Deminut. ab* osculum: *ut a* tantulum, tantillum. *Aliud est* oscillum, *comp. ex* os, *pro* obs, *et* cillum, *quod a* cillo, *cogn.* cello, *i. e.* moveo: *ut* oscilleo *sit*, *pro* obfcilleo *&c.*" *Cf. Voss.* Oftium, *pp.* janua *domus*: „ *q.* ὠθεῖον *a* pulfando, *ab* ὠθεῖν, ὠθεῖσθαι." (*Is. Voss.*) E. 867. *An a* comprimendo, claudendo, *ut cogn. sit* τῷ ὀστέον, *ab* ὄζω? E. 478. Oftrea, *et* Oftreum, ὄστρεον, E. 521. Otium „ *pro* optium, *ab* opto, *f.* αὐτὸς, *et* αὐτίζεσθαι, optare, *unde* τιμαυτίζειν." *Is. Vosf. An pp.* tempus vagandi, *f.* conferendi te *quo velis*, *ab* ἴω, οἴω, fero, confero: *unde* οἴχεσθαι? E. 486. Ovis, ὄϊς, ὄϊς, E. 484. Ovo, *pro* ovao, „ *a* clamore, *quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites*, *geminata o litera.*" (*Fest.*) Ovum, ὠεῖον, ὠόν, E. 871.

P.

Pabulum, *a* πάω, *unde* πάσω, πάσκω, PASCO, E. 551. 553. Paedor, *f.* pedor, „ *et* pedidus *fortasse a* pedendo." (*Is. Vosf.*) Paenula, *cogn.* φαινόλης. *Cf. Vosf.* Paetus, *a* παίω, E. 539. Pagus, παγὸς, E. 536. Pala, πάλη, *pp.* quae agitatur, agitatio, E. 540. *Hujus Accuf. est Praepositio* Palam. AA. 236. 248. E. 549. 648. Palaeftra, παλαίστρα, *cf.* E. 541. Palatium, „ *a* Palatio, *f.* monte Palatino." (*Vosf.*) Palatum, *pp. Partic. pasf. verbi* palo, *i. e.* palis fulcio, *unde* pala-

latum coeli, *pro* convexo *et* arcuato, *dixit Ennius.* Palea, *a* disjiciendo, dispergendo: *th.* palo, πάλλω, AA. 236. E. 543. 544. Palla, „ *contr. ex* φαινόλα, φαινόλη." *Is. Voss. nisi sit ab* excutiendo, *th.* πάλλω. AA. 249. E. 783. *et* Pallium. *Cf.* Palla, Palleo, *a* πάλλω. Πάλλων Φοίβῳ, *h. e.* παλλόμενος *Sophocli.* (*Martin. et Voss.*) E. 544. Palma, *et* Palmus, *a* πεπάλαμαι, *unde Gr.* παλάμη, E. 541. AA. 236. 249. Palma, „ *arbor*, *a* ramis expansis," (*vp.* excussis.) *Isidor.* Palmes, *a* πέπαλμαι, *th.* πάλλω vibro, agito, E. 544. Palo *et* palor, *pp.* excutio me, *et q.* dispergo, *pro* palao: *unde* palma, *pro* palama, παλάμη. *Aliud* palo (*unde* palatum) *est a* pala, *s.* palus, *h. e.* palis fulcio. Palpebra, *et* Palpebrum, *tunica*, *s. tegumentum oculorum*, *a* motu continuo: *a* palpo, *unde* palpito. *Th.* πάλω, πάλλω, *&c.* E. 544. „ *Ut a* tero, terebra, *ita a* palpo, palpebra. *Cf. Voss. Aliud est* Palpo, *pro* palpao, *i. e.* palpo (*s.* manu porrecta) delenio, demulceo. *Veteres videntur dixisse* palpa *aeque ac* palpus, *et* palma, *pro* manu expansa. Paludamentum, *a* paludamen, *quod a* paluda, *s.* paludo. *A th.* πάλω, παλύω *&c. pp.* excutio. *An hinc* agilis, levis sum: *ut* paluda, *vestis militaris*, *sit q.* levis, commoda? Palumbes, „ *a* πάλλεσθαι [*s.* παλύεσθαι] *quia est animal* timidum. (*Voss.*) „ *a* πέλειαι, πελειάδες." (*Is. Voss.*) *Sed haec forte cogn. vox est*, *ducta a* πέλω, *vic.* πάλλω, E. 559. Palus, paludis, *pro* paluds, *an a* motu, *quo* agitatur? *Th.* πάλω, παλύω. *Cf.* Paludamentum. Palus, pali: „ *fort. per syncop. pro* paxillus, *aut pro* pagulus." (*Voss.*) Pampinus. „ *Cf.* πέμπω mitto, *ut* pampinus *pp.* sit folium emissum *&c. Vid. Martin. et* E. 562. Pando, pandi, pansum *et* passum: *th.* πάω premo, *unde* πάνω *&c.* E. 549. Pango, pegi, *et* pepigi, pactum: *olim*, pago, *s.* paco, *a* πέπηγα, *s.* πέπαγα *th.* πάω premo, deprimo, E. 536. 538. AA. 501. Panis, *a* πάω, πάνω, premo, denso, impleo *&c.* E. 550.

550. *Unde et* Pannus, *pro* pannus, „ *Dor.* πᾶνος, *f.* πήνος. *Hesych.* ὕφασμα." *Voss.* Pantices *intestina*, *a* πέπανται, *th.* πάω premo, denso, impleo, distendo, E. 552. Panus, πῆνος. *Cf.* Pannus. Papaver, „ *a* papo, *ut a* cado, cadaver." *Voss.* *Nempe* papo, *pro* papao, *forma redupl.* τῦ πάω premo, *pecul.* oculos, cerebrum: somnum concilio. *An vero* „ papa *pp.* *est* mammillae caput," *a* premendo; *et hinc* papaver *ob similitudinem? Cf. Meurs. apud Voss. et infr. in* Papula. Papilio „ *ab* ἠπίολος, *re etendo* p." *Voss.* Papula, *Demin. a* papa, *i. e.* tuberculum: *th.* πάω denso. *A* Papula, Papilla. Papyrus, πάπυρος, *vox Aegyptia.* Par, paris, *a* πάρω, *unde* παρὰ: *Th.* πάω, premo: premendo adjungo, adnecto, E. 545. Parco, *a* πέπαρκα, *th.* πάω, *cui vici* πάν, *unde* πέρω, πείρω *&c.* premendo rumpo, transadigo. *Utrum a* πέρω, πέρας, PARS, *pp.* quae rumpitur, abrumpitur *premendo*, *et hinc* parco, *pp.* partem servo: *an* parco *pp.* *est* premo, supprimo, *unde Plautus*, „ parce vocem," *i. e.* preme, *et Virgil.* „ argenti talenta Natis parce tuis" *&c.?* E. 547, 787. *A primitivo* πάρω paro *est* parso. AA. 327. Pareo, *pp.* adjungo me, praesto sum. *Cf. in* Par. Paries, *pp.* transiens, dividens *scil.* maceria. AA. 270. Pario, *pp.* premo, nitor, cum nisu edo, enitor. *Th.* πάω, πάρω. AA. 270. E. 546. Parma, „ *pro* palma, πάλμη." *Is. Voss. nisi sit vox peregrina.* Paro, *a* πάω, *pp.* premo, subigo, *f.* adjungo. *Cf.* Par. AA. 270. Pars, *utrum pro* πέρος (*Cf.* Parco) *an pro* parts, *a* πέπαρται; *Cf. Hesych.* πάρος κλάσμα. Parus, *obsol. Gr.* φαῦρος, *unde* parulus, parlus, pallus *&c.* E. 782. *Aliud vide in* Parvus. Parvus *cogn.* παῦρος *th.* πάω, πάρω, premo, deprimo, supprimo. *Unde* πάρος parus, *cujus neutr.* parum. *A* πάρος, parus, πάρεσο. *Inde et* parumper, „ *q.* παύρωπερ." (*Voss.*) E. 139. 559. *&c.* Pasco, *cogn.* βόσκω, *a* πάω, πάσω, πάσκω. *Cf. in* Panis, *et* A. 141. AA. 235. E. 139. 550. 552. Pastor, *cogn.* βωτὴρ,

Ap

A. 153. E. 554. 594. 595. Passer, *et* Passa, („Passa, ὀρνέου εἶδος." *Glossae*) *cogn.* σπίζαι *et* ψᾶρες. *Vide Voss. Utrum a* sono, *an a* pando, pandi, PASSUM; *ut Gr.* πετάομαι, *ab* expansis *alis?* E. 571. *An hinc et* Passus, *in Gen.* passus, „ *quod pp.* de pedibus passis." *Voss.* Pastillus, *pp.* massula expansa: *Demin. a* Pastulus, *quod a* pastus, *hoc a* πέπασαι, *th.* πάω, πάζω, *cui cogn.* πατέω, πέσσω, πιπέζω *&c.* E. 550. Pastinum, *a* πεπάσαι, *th.* πάω, *&c. Cf.* Pastillus. Pateo, *pp.* expansus sum, *a* πάω, *cui vicin.* πέω, *unde* πετάω *&c.* Pater, πατήρ. *Cf.* Patro, *et* A. 151. AA. 474. E. 545. 550. Patera, *cogn.* πάτανα, „ *quod* pateant." (*Varro*) „ *quod* patentes *sint*, dispar*i*sque *labris*." (*Isidor.*) Patibulum. „ *Ut a* lateo latibulum; *sic a* pateo patibulum: *nempe a* patentibus ramis, *s.* cornibus " (*Voss.*) Patina, *cogn.* πατάνη, *a* πάτιω, *Lat.* patio, *unde* patior. *Cf.* Patera, E. 794. Patior. *Cf.* Patina, *et* E. 550. 575. 794. Patria, *pp. i. q.* πατριὰ, *sc.* γῆ, *Belg.* Vaderland. *Cf.* Pater. Patro, „ *est a* πράττειν." (*Is. Voss.*) *Nisi malis a* πάω premo, *&c. unde* πατὴρ *pp.* densator, altor. *Alio flexu* patro, *i. q.* subigo: *et hinc* opus facio, *ut Hebr.* עבר. Pauci, *a* πάω, παύω, *unde* πάρω, PARUS. *A* παύω *autem* παῦρος *a* πέπαυκα, *item* paucus. *Cf.* Parvus. Paveo, *a* πάω *&c. pp.* depressus, demissus sum, *pecul.* animo, *Belg.* nedergedrukt, ter neder geslagen, verslagen zijn. *Inde* παυς, παϝός. Pavio, *a* πάω, πάϝω, παϝίω, *cogn.* παίω, *pp.* deprimo, calco *&c. Cf.* Paveo, *et* E. 552. Paulus, *s.* Paullus, *pro* paululus. *Th.* πάω, παύω, *pp.* deprimo, imminuo, E. 551. Pavo, *pro* pavon, *cogn.* ταώς, *s.* ταὼν, ταῶνος, E. 716. Pauper, „ *ab* ἄπορος, ϝάπορος." *Is. Voss. An pro* paviper, *a* paveo, *unde* pavidus? *ut* πτωχὸς, *pp.* meticulosus? *Cf. Martin. et* E. 614. Pax, *pro* pacs. *ut* fax, *pro* facs, „ *a* paco, *s.* pago, *i. e.* pango." E. 536 537. *Th.* πάω, *unde* πέπακα. *Nisi malis a* πάω, *unde* παύω, *et* πάσω, πάσκω. „ Pascito linguam, *i. e.* coërceto."

(*Paull.*) *ut* pax *pp.* repressionem, pausam, silentium *significet*, E. 552. Paxillus, *pro* paxilulus, *a* paxilus, *f.* paxulus: *th.* pago, *unde* pango, depango, E. 536. Pecco, „ *a* pecu, *pro* pecicare, *f.* pecucare, *h. e.* instar pecoris agere. ' *Voff.* *An a* πέω, premo; *unde* πέπτικα, πέκω, PECCO? *ut* peccare *pp.* *sit i. q.* πέκτειν, *h. e.* ξαίνειν, τίλλειν, κείρειν, κτείνειν; (*Hesych.*) Pecto, *a* πέκω, *unde* πείκω, E. 557. Pectus, *f.* pector, pectoris, „ *a* ςῆθος, *Aeol.* σπῆθος." *&c.* *If.* *Voss.* *At* „ *a* πεκτὸς, *quod a* πήγω, *f.* πήγνυμι, *i. e.* PANGO." (*Voff.* *Pater*) *ut* PECTUS *a* firmitate *dictum sit.* (*f.* ςῆθος, E. 691. Pecus. *f.* pecor, pecoris, *a* πέκω, *unde* PECTO. Πέκεσθαι· κείρεσθαι. Πέκτειν· τὸ κείρειν. Πέκος· τὸ ἔριον τῦ προβάτυ. (*Hesych.*) (*f.* AA. 269. Pedo, *cogn.* βδέω, πέρδω. *&c.* E. 144. 560. Pejor, *Comparat.* „ *pro* pessior *a* pessum, *unde* pessimus." *Voff.* *An potius a* peus, πέος, *pp.* pressus, deminutus. *Th.* πέω, E. 546. 563. *Cf. et* πῆμα, E. 575. Pellex, „ *a* παλλακὶς, *extrito* ι," *aut a* pelliciendo, *uti* illex *fortasse ab* illiciendo. (*Voff.*) E. 544. Pellis, *a* pello, *h. e.* πέλω, *pp.* moveo, amoveo, E. 560. Pello, *pro* pelo, πέλω, E. 560. 586. 587. 588. Pelta, πέλτη, E. 560. Pelvis, *a* πέλυς· *h. e.* λεκάνη, *th.* πέλω. *Cf.* *Voff.* Penates. „ *Ut a* magnus, magnas; *a* summus, summas; *ab* optimus, optimas: *unde* magnates, summates, optimates; *sic a* penus, penas, penates," *qui coluntur in* penetralibus, *h. e.* penitis aedibus. (*Cicer.* *Macrob.* *Voff.*) Pendeo, pependi *&c.* *a* pendo. *Th.* πέω, *unde* πένω, *pp.* nitor deorsum, E. 563. Pendo, *pp.* „ facio, ut quid pendeat." *Voff.* Pene, *f.* paene: *Ablat. Sing. vocis* penis, *quae pp. videtur significasse* pressionem, adactionem: *unde* pene, *i. q.* prope. *Th.* πέω, *unde* πένω, πῆνος *&c.* E. 576. Penes. *An pp.* *Accus. Plur. vocis* penis, *prima syll. brevi*, *quae cognata fuerit alteri* penis, *prima longa: unde* pene, *f.* paene? Penis, *cogn.* πέος, E. 563. Penna, *olim* pesna, „ *ut* coena, cesna: *pp. f. g.* πε-

πετεινὸς, et πετηνός." *Voss.* E. 572. Paenula. Penus, *pp.* quod premitur, *s.* reconditur. *Cf. in* Pene. Peplus *et* Peplum. *Hesych.* πέπλον, ἢ πέπλος, ἱμάτιον, ἢ ἔνδυμα γυναικεῖον. *An pro* πέπελος, *priori syll. reduplicata a* πέλω? E. 564. Pepo, *pro* pepon, πέπων, E. 564. Per „ *pro* περὶ, *ut* et *pro* eti: *at Scal., pro* παρὰ, *Voss. cui favet Gallorum par.* Παρὰ *autem i. q.* παραὶ, *Lat.* PRAE. *Prius tamen malim. Sunt vero* περὶ, *et* παρὰ, *ejusdem fere originis.* AA. 308. E. 565. 546. Pera, πήρα, E. 576. Percer (*Gallor.*) *obsol.* πέρκειν, E. 260. Perdix, πέρδιξ, „ *a* πέρδειν, pedere." *Vid. Voss.* E. 566. Perdo, πέρθω, E. 566. „ *At, si vocem spectes, videatur esse a* do." *Voss. uti enim a* condo, condidi, *a* dedo, dedidi, *cet. sic a* perdo, perdidi. Proleg. p. XLI. Pergo *pro* perrego, *s.* perrigo, *ut* porgo *pro* porrigo. (*Voss. et Periz.*) Pergula. „ *Ut a* rego, regula, *a* tego, tegula: *ita a* pergo, pergula; *sic dicta, quia extra murum* porrigatur." (*Voss.*) Perio, *cogn.* pario, *ut* per *est Gall. par, utrumque vero ductum a* περὶ, *vel* παρὶ, *casu obliquo vocum* περὶς, παρίς. *Hinc* aperio, reperio &c. *Cf. Voss. in* aperio. Perna, πέρνα, *et* petaso, *pro* petason, πετασών. *Cf. Voss. Sunt vero* πέρνα, *et* πτέρνα, (*quae conveniunt, ut* πόλις *et* πτόλις,) *forte dicta a* πέρω, *i. e.* πείρω transadigo, E. 557. Pernix *i. e.* ὠκύπους, ἐκφύτευος „ *a* perna, *i. e.* pede, *seu* calcando." (*Is. Voss.*) *Ut a* perdo, πέρδω, PERDIX, *sic a* perno, *i. e.* transeo, trajicio, PERNIX. Pero, *pro* peron, πήρων, *a* πήρα, E. 557. Perperam, *pp. Accus. vocis* perpera, *i. e.* πέρπερα, *a* πέρπερος, perperus, E. 569. *Cf. Voss.* Perpes, perpetis, *et* Praepes, praepetis, *ex* per *s.* prae, *et* pets, *a* πέτω, peto. *Cf. in* Per. *Th.* πέτω, E. 572. Persona, „ *ex* περιζώνη· παρὰ τὸ περιζῶσθαι." (*Scal.*) E. 237. Pertica, „ *a* pertigo, *pro* pertingo." *Voss.* Pes, *pro* peds, *nisi potius pro* pets: *quod a* πέτω, *th.* πέω, E. 554. 572. 604. 684. Pessulus, *cogn.* „ *Dor.* πάσσαλος, *quod a* πάσσω, *s.* πάττω, *vulgo* πήσ-

σω, *f.* πήττω. *quod idem ac* πηγνύω. *pango*, *compingo*." *Voss.* *Hujus th.* πάω. *Sed* Pessuius *Deminut.* *a* pessus, πεσσὸς, *quod a* πέσσω, *cogn.* πάσσω, E. 571. Pessum. *pr.* *Accus.* *a* pessus, E. 571. Pestis *a* πέπυσμαι, *tertia Praet. Pass. verbi* πάω. *A prima ejusdem*, πέπημαι, *est cognata vox* πῆμα. *Cf.* Il. Λ. 413. *&c.* E. 575. Petasus, πέτασος, *a* πετάω *f.* πετάννυμι. E. 571. „ *Caussa nominis*, *quod* latos *haberet* margines." (*Voss.*) Peto, πέτω, E. 572. 583. Petra, πέτρα, E. 571. Petulans *pp.* *Partic. Act. primae conjug. ab obsol.* petulo, avi *&c. ut a* maculo, maculans; *a* bajulo, bajulans: petulo *autem frequentat. a* peto, *ut a* posco, (*f. obsol.* posto) postulans. *A* petulo *etiam est* petulcus. „ Petulantes, *et* petulci, *qui protervo impetu et crebro* petunt." *&c.* (*Fest.*) Phabs, φὰψ E. 785. Phaecasium, φαικάσιον, E. 778. Phaedrus, Φαῖδρος, E. 778. Phalanx, Φάλαγξ, E. 780. Phalangae, „*fustes teretes*, *qui navibus subjiciuntur*, *Gr. vic. forma* φάλαγγες, *et* φαλάγγια." *Cf. Voss.* Phalerae, *vic.* φάλαρα, E. 781. Pharetra, Φαρέτρα, E. 782. Pharmacum, Φάρμακον, E. 782. Pharus, Φάρος, E. 783. Phaselus, φάσηλος, E. 783. Phiala, Φιάλη, E. 793. Philyra, Φίλυρα, E. 795. Phoca, Φώκη, E. 812. Phoebus, Φοῖβος, E. 801. Phoenix, Φοῖνιξ, Φοίνικος, E. 802. Pica, *i. q.* κίττα. „ *A* πείκειν, *seu* πίκειν, *i. e.* ξαίνειν." (*Is. Voss.*) E. 557. Piger *pro* pigerus, *in Gen.* pigri *pro* pigeri, *a* πικρὸς, *quod et* ἀργαλέον *i. e.* ἀργὸν, *notat.*" (*Is. Voss.*) *Th.* πίκω, FIGO. *An* piger *pp.* defixus in loco? E. 579. Pignus, „ *a* pago, *seu* pango, *quia* pactionis *lege datur.*" *Nisi malis a cogn.* pigo, *pro quo* FIGO *dicitur. Cf.* Piger. Pila, *mortarium*, *an a* πίλω, pilo, (*unde* πιλέω, oppilo, expilo, suppilo) *cogn.* πέλω, *i. e.* moveo, verto *&c.*? E. 559. 560. Pila, *structura elatior*, *Belg.* pilaar, *a* πίλω, πιλέω, *pp.* denso: *ut* murus *a* μύω, E. 579. Pila, *prima brevi*, *i. e.* σφαῖρα *pr.* *quae* versatur, *a* πίλω. *cogn.* πέλω, PELLO, *&c.* E. 560. Pileus, *cogn.* πῖλος, E. 579.

579. Pilum, *prima longa*, telum Romanum; *an a* πίλω, *pp.* verto, vibro? „ *A similitudine* pili, *quo in* mortario *tunditur*; *e* pilillum. *Th.* piso, *pro* pinso, *unde* pisum, pilillum, pilum" *&c. Vos.* Pilus, *priori syll. brevi*, *i. q.* πτίλος *unde* πτίλον. *Utrum a* mobilitate, *ut th. sit* πίλω, *cogn.* πέλω, πελλω; *an a* τίλω, τίλλω, π *praemissa. Cf.* E. 612. Pingo, pinxi, *&c. a* pigo, *ut* fingo, *a* figo. Pigo *et* Figo, *cognata sunt.* Πίγω. πίκω, *unde* PICTUM. *An igitur* PICTOR *pp. est*, *qui* στίζει? „ *Ab* εἴκω, *unde* εἴκων, icon." (*I. Vos.*) Pinguis, *cogn* πίων, *a* πίω, πίγω, *cogn.* πάγω. *&c.* E. 583. Pinna, πίννα, E. 581. Pinso *vic.* πτίσσω. *a* πίω, E. 612. Pinus, πίνος, *ex dialecto* πίτυς, E. 580. Piper, *vic.* πεπερι, *unde nos* PEPER. *Vox Indica*, E. 56 Pipare, *et* Pipire, *vic.* πιπίζειν, E. 580. *Piquer* (*Gallor.*) *ab obs.* πίκω, E. 579. Pirata. πειρατής, E. 557. Pirus, *cogn.* ἄπιος, E. 116. Piscis „ *ab* ἰχθὺς, *addito* π, *loco digammatis*, *ut saepe.*" (*I. Vos.*) *Cf.* E. 581. *At Vos. pater*, „ *a* πίω; *unde* πίσκω, πιπίσκω." Pisum, πίσον. *Th.* πίω. *Cf.* E. 58 . *et* Pilum. Pitissare, πιτίζ . *Th.* πίω, *unde* πέπιται, *&c* E. 583. AA. 340. Pituita, „ *cogn.* πίττω, *a* πιτύω, *i. q.* πτύω." (*I. Vos.*) *Cf.* E. 583. Pius, „ *ab* ἠὺς, εὐ , εὖς, *praeposito* π, *loco digammatis.* (*I. Vos.*) *Sed cf. cogn.* πίων, E. 583. *Veteres dixere etiam* piens, (*i. q.* πίων, *pro* πίων) *unde* pientissimus. Pix, picis, πιξ, *cogn.* πίσσα, *et* πίττα, E. 578. 583. Placenta, *cogn.* πλακοῦς, *quod pp. est Particip.* πλακόεις, *scil.* ἄρτος: *a* placeo: *quod vide.* Placere, *i. q. Belg.* plat, vlak, effen zijn. *Unde* placidum mare *&c* *Ab obsol.* πλάκω: *unde* πλάκος, πλάξ, πλακόω. *Th.* πέω premo: *hinc* πέλω, πελάω, πλάω, πέπλακα *&c.* E. 584. Placo, *i. e.* placidum reddo. *Cf.* Placeo. Plaga, „ *Dor.* πλαγὰ, *pro* πληγὴ, *quod a* πλήττω." (*Vos.*) E. 589. Plaga, (*priori correpta*, *i. e. spatium*) *cogn.* πλὰξ, *pp.* plana regio, πᾶν τὸ πλατὺ χωρίον (*Vos. ex Eustath.*) E. 584. Plagium, πλάγιον, *pp.* obliquum *faci-*

cinus, *oppos.* τῷ ὀρθῷ. *Hesych.* Πλάγιον· δόλιον· *Suidas* πλαγίως· δολίως." (*Voss.*) E. 584. Plancus, „ *supra modum pedibus planus.*" (*Fest.*) *pro* placus, πλακοῦς. *Cf.* Placenta. Plango, *pp.* verbero, *e* plago, *ut* tango *a* tago; pango *a* pago; frango *a* frago." *Voss.* Plago, *vic.* πλήσσω, E. 584. *Cf.* Πληγὴ, *et* Plaga. Planta, *solum pedis*, *a Dor.* πλάτα, *s.* πλάτη. *h. e.* τὸ πλατύ, E. 585. *At* Planta, „ *Graecor.* φυτὸν, *fort. ex* palanta, *hoc a* palus: *ut olim* planta *fuerit*, *non quaevis stirps*, *sed ea*, *quae* pangeretur." (*Jul. Scalig. Cf. Virgil. Georg.* II, 23.) *vel ab Aeol.* βλάττη, *pro* βλάστη." (*Voss.*) Planus, *cogn.* πλακόεις. *Th.* πελάω, πλάω, E. 559. Platanus, „ πλάτανος, *a ramis*, *foliisque* late *diffusis.*" (*Voss.*) *Cf.* πλατὺς, E. 585. Platea, πλατεῖα, E. 585. Plaudo, „ *a* πλάδω, *quod id. ac* πλάζω, *unde et* plango." (*Is. Voss.*) E. 584. Plaustrum, „ *a* plaudenda *terra*, *ut a* rodo, rostrum, *a* fluo, flustrum *&c.*" (*Scal.*) Plautus, πλατὺς, πλωτὺς, E. 585. Plebs, (*et hinc* plebes, *ut a* seps, sepes) *pro* plebos, „ πλῆθος," (*Voss.*) E. 587. 588. Plecto, *vic.* flecto, *a* pleco, πλέκω, E. 585. *Aliud* Plecto, *i. e.* *ferio*, *cogn.* πλήσσω· *unde* plectrum, πλῆκτρον, E. 589. Plenus, *vic.* plerus, *et* πλέος, E. 587. 588. 590. Pleo, πλέω, *unde* πλέος, πλήθω *&c.* E. 588. 590. Plerique, *ex* pleri, *et* que, *ut. Cf.* Plenus. Plico, πλίκω, *vic.* πλέκω, E. 585. Ploro, *pro* plauro, φλαύρω, „ *unde* φλαυρός." (*Is. Vos.*) *Th.* φλάω, *cogn* φλέω, FLEO, E. 798. Pluma, *a* πέπλυμαι, *th.* πλύω, PLUO, *cogn.* φλύω. *A* motu undante. *Cf.* E. 593. Plumbum, *pro* plombom. *Per metathesin et* ι *ejecto*, *ex* μόλιβον, λόμβον, *et praefixo* β, *more Aeolum*, βλόμβον *&c.* (*Voss.*) E. 431. Pluit, *a* pluo, *cogn.* fluo, φλύω, AA. 235. E. 593. 800. Plus, *pro* polus, πολὺς, *cogn.* πλέον, E. 598. Pluteus, *cogn.* „ πλατεῖον, πλαίσιον, *quod et* πλινθίον." (*Is. Vos. laudato Hesychio.*) *A* πέπλωται, *verbi* πλόω, *cogn.* πλέω. πλάζω. impello, admoveo. *Th.* πέλω. Poculum, *Deminut.*

vo-

vocis pocus. *Hoc a* πέπωκα, *th.* πόω, E. 604. Podex *a* πέπορδα, *th.* πέδω. *unde* πέρδω, PEDO, *&c. Cf.* pedo. Poena, ποινὴ, E. 595. Poenus, *et* Punus, *cogn.* Φοῖνιξ, φοινικὸς, *unde* Punicus, E. 801. Pol, Perpol, Edepol. (*Is. Voss.*) *in* Me-diusfidius. Polenta, „ *a* παλύνειν." *Voss. Malim a* πολέω, verso, *cui illud cognatum est*, E. 596. Polio, *unde* πολιὸς, E. 597. Pollen, *et* Pollis, *cogn.* πάλη *pro* polen, *th.* poleo, πολέω, E. 596. Polleo, *pro* poleo, πολέω, *pp.* libere me *huc illuc* verso, jactoque. *Cf.* Polenta, *et* E. 597. Pollinctor, „ Pollictor, ἐνταφιαστής." (*Glossae*) *a* Pollingo, *pro* polingo. *quod cogn. Gr.* παλύνειν. *Cf. Is. Voss. Th.* πόλω, *cogn.* πάλω, πάλλω, E. 544. Polus, πόλος, E. 560. 620. Pompa, πομπὴ, E. 562. Pomum, „ *a* πόμα, *s.* πῶμα." (*Scal.*) *th.* πόω, E. 603. 604. Pondus, *et* Pondo, „ *a* pendo, *ut Belg.* gewicht, *a* wegen, *i. e.* pendere." *Voss. Cf.* Pendo. Pone, *pp. Abl. Sing. obsoleti* ponis. Pone, *i. e.* retro, in loco postico. (*Voss.*) *Itaque cognatum est alteri* post, *enato ab eodem* pono, posui, positum, postum *&c. Th.* πόω, E. 604. Pono, *pp.* premendo defigo, statuo. *Th.* πόω, *cogn.* πέω, *unde* πένω, E. 604. 563. Pons, *pro* ponos, *ut* fons, *pro* fonos *&c.* Ponos *autem i. q.* „ πόρος. *Hesych.* Πόρος· γέφυρα." (*Is. Voss.*) Pontus, πόντος, E. 598. Popa, *pp.* coctor, *th.* πέπω, *s.* πέπτω, E. 598. Poples, *ab* ὄκλαξ, π *praeposita loco digammatis. Cf. Is. Voss. et* E. 487. Popysma, πόππυσμα, E. 599. Populus *prima brevi*, multitudo VERSANS *in eadem regione. Th.* πύλω, πυλέω *&c. Nisi pp. sit pro* popolus, *a* πόλω, *unde* πολὺς, *et, priori geminata*, πόπολυς. Porca, *sus femina*, *et* Porcus, πόρκος, *th.* πέρκω, E. 599. *Et.* Porca, *pp. quod in arando exstat*, *a* πέρω transeo, E. 599. Porceo, *i. e.* βιάζομαι, *a* πόρκω, *cogn.* πέρκω, E. 599. Porrico, *cogn.* porrigo. Porrigo, *pro* porigo: *An ab* ὀρέγω, π. *loco digammatis, adscita? Cf.* E. 510. Porro, πόῤῥω, *pro* πόρῳ, *Abl. Sing.* τῦ πόρος, meatus, trans-

transitus, E. 601. Porrus, *et* Porrum, *cogn.* πράσον, *quod pro* πέρασον. *Origo incertior.* *An a* πόρω, *cogn.* πέρω, *unde* περάω? E. 566. *Cf.* Porus. Porta *pp.* introitus, *f.* introire faciens, intromittens: *a* πέπορται, *th.* πέρω, *f.* πόρω transeo, E. 601. Porto, *i. q. obs.* φόρτω, *unde* φόρτας, φόρτος. *Th.* πέρω, φέρω, E. 802. Portus, Porticus, *cogn.* Porta, E. 601. Porus, πόρος, E. 601. Posco, *pp.* premo identidem, *Frequent. a* πόω. *Ut a* βόω, βόσκω, *sic a* πόω, πόσκω, E. 604. Possum, *pro* potsum, *f.* potsumi: *ex* pot, *f.* potis, *et* sum, *pro* sumi. Post, *pro* poste. *Cf in* Pone. Postis, *pp.* qui defigitur, *f.* depangitur, *a* πέποσαι. *Th.* πόω, πόσσω &c. *Cf.* Pone, *et* Post. Postulo. „ *Ut ab* ustum, ustulo, *sic a* postum, postulo." (*Voss.*) Postum, *fort. pro* poscitum, *a* posco. *Cf. in* Petulans. Potior *a* potio, *quod a* poti, *Ablat. vocis* potis. Potis, pote, *a* πέποται, *th.* πόω *pp.* premo, *pecul.* imperio, E. 604. Poto, *pro* potao, *a* pota, *quae pp. vox est f. g. a* potus, a, um. *Th.* πίω, *cogn.* πίω, πίνω, E. 604. Prae, *i. q.* πραὶ, *ex* παραὶ, *pp. Dat. Sing. f. g. a* παρὸς, πρὸς, *unde* παρὰ, πρὰ, πρὶ. *Cf.* E. 547. Praebeo, *pro* praehibeo: *cui cogn.* prohibeo. *Cf. in* Prae. *Vid. et* habeo. Praebia, *q.* praehibia, *a* praehibendo, prohibendo. *Cf. Voss.* Praeco, *pro* praecon, *et hoc forte pro* praecion, *a* praecieo, *f.* praeciot „, *qui* praeciet, *f.* eiet, excitat, *populum, ut conveniat.*" *Cf. Voss.* Praeda, „ *est ab hostibus capta, quod manu* parta, *ut* parida, praeda." (*Varro.*) *An rectius* preda, *a* prendo, *pro* predo? *unde* πρέζα, πρέδα. *Cf.* πρήσσω *et* prehendo, E. 615. Praedium, *f.* predium, *an pp.* captum, prehensum? *ut* PRAEDIA, *ab Asconio*, dicuntur „ satisdationibus obnoxia." Praegnans, „ *pro* praegenans, *ex* prae, *et* genans," *Partic. verbi* geno, *pro* genao, γεννάω. *Cf. Voss.* F. 159. Praelium. *Vid.* Proelium. Praemium, „ *pro* praeemium, *ex* prae *et* emo, *i. e.* capio." (*Scal.*) *An pp.* premium, *a* premo, *i. e.* nanciscor? Praeputium, προπόσθιον, (*Scal.*)

(*Scal.*) *Cf Voss.* Praes, praedis. *An rectius* pres, predis, *a* predo, *i. e.* prendo? *Cf.* Praeda. Praesens. *ex* prae *et* sens, *quod idem atque* ens, *ut in* absens. *Th.* ἔω, εἰμὶ, EO, *unde* ens, *et* s, *loco spiritus, praemisso*, sens. *Ita pro* umi, sumi; *pro* imi, simi. Praesertim. „ *Uti ab* insero, insertim; *ab* exsero, exsertim: *ita a* praesero, praesertim." *Voss.* *Cf.* sero. Praestigiae, „ *a* praestingendo, *s.* praestigendo, *oculos.* *Cf.* *Voss.* Praeter. „ *A* sub. subter: *ab* in. inter: *a* prae, praeter." (*Priscian.*) *Cf. in* Prae. Praetor, *pro* „ praeitor, *a* praeeundo." (*Varr.*) Prandium. „ *A Dorico* πρὰν, *i. e.* πρωὶ," *q. d.* πρωΐδιον. *Cf. Voss.* Pratum. „ *A* πρατία, *Dor. pro* πρασιά." (*Scal.*) *nempe a colore* porraceo, *s.* herbido. (*Cf. Menag.* Amoen. Jur. Civ. p. 335.) Pravus, „ *a* πρᾶος, πρᾶϝος." (*Voss.*) *Ex* πέραιος, *pp.* quod *facile* transfodi possit, E. 605. Precor, „ *forte i. q.* procor, *ut* benus, *et* bonus, hemo *et* homo. *Origo a* προὶξ, προίκτης, προΐσσω manum extendo." (*Voss.*) E. 610. *Cf.* procus. Prehendo *pro* prendo, *hoc vero pro* predo, *unde* praeda *s.* preda. *Th.* πέω. *Hinc* πέρω, περθω, πρέω *&c.* *A* prendo *vero* prenso, *pro* prendso. AA. 329. Prelum, „ *pro* premulum, a premum *&c. Voss. Nisi sit a* πρέω *unde* premo." Premo, pressi, *pro* PRESI, *&c.* „ *A* πέρω, πέρρω, πέρρημι." (*Is. Voss.*) *Th.* πέω. *Cf. in* prehendo *et* pretium. Prester, πρηστὴρ, *a* πρήθω, E. 607. Pretium *ab obs.* περάω *unde* πέπραμαι, *s.* πέπρημαι, PREMIUM: *ut a* πέπρεται *est* pretium, E. 607. Prior, *compar. a* pris, *unde* pri, πρὶν, PRISCUS, *&c.* AA. 487. E. 547. 606. Princeps, „ *ut* praeceps, *et* praeceptor, (*pp.* qui prius capit) *ex* prae *et* ceps: *ita* princeps, *ex* πρὶν *et* ceps. *Cf. Voss.* Privignus, *Gr.* πρόγονος, („ *pro* πριϝίγενος, *ex* πρίϝι, *pro* πρὶν, *et* γένος, *cogn.* γονὸς,") *q. d.* praegenitus, „ *ut* bignus *dicitur, pro* bigenus, *h. e.* bigenitus." (*Voss.*) Privo, πρίϝω, *a* πρίω, *pp.* seco; serra divido, separo: *unde* privus, *pp.* resectus, separatus, E. 609. Pro,

πρὸ, *pro* παρὼ, *pp. Dat. Sing. masc. a* παρὸς, *ut* PRAE, *pro* πρaὶ, *ex* παραὶ. E. 609. 547. Probrum, *cogn.* „ πέπειρον." (*If. Voss.*) *Cf.* E. 569. Probus, „ *a* πρόϜυς, *Aeol. pro* πραΰς." (*If. Voss.*) *Cf.* πρᾶος, E. 605. Procax *cf.* Procus. Procella, „ vis ventorum cum pluvia, *dicta quod omnia* procellat, *h. e.* moveat." (*Servius.*) *Th.* κέλω, κέλλω, cello, E. 301. Proceres, *pp.* „ capita trabium, quae eminent extra parietes." (*Isidor.*) „ *A* procero, (*quo modo veteres scripsere*) *pro* progero: *quia* progeruntur, *h. e.* προβάλλονται." (*Voss.*) Procerus, „ *a Dor.* προχὴρ, *quod pro* προεχὴρ, *f.* προεχὴς *i. e.* eminens. (*Voss.*) Procul, *pro* procule, *ut* facul, *pro* facule, simul, *pro* simule *&c.* Proculis *autem*, *f.* procilis, *a* procio, *h. e.* promoveo: *ut* facilis *a* facio *&c.* (*Periz.*) Procus, *et* Procax, „ *pf.* qui petit *et* elicit *quid ab alio: a* procio, *h. e.* promoveo, provoco." *Periz. Nisi tamen, ut* edax *est ab* edo, dicax *a* dico, vorax, *a* voro *&c. ita* procax *pp. fit a* proco. „ Procare *vero i. e.* poscere." (*Fest.*) *An vero* proco, *pro* προΐκω? *Cf.* E. 610. Prodigium, „ *pro* prodicium," *a* prodico, *i. e* praedico; *quod* praedicunt *futura.*" (*Cicero, et Fest.*) Prodigus, *et* prodigo, *ex* pro, *f.* porro, *et* ago. „ *Est enim* prodigere, *pp.* praeter modum erogare: *ut Belg.* verdoen." (*Voss.*) Proelium, „ *a* προΐλις, armata saltatio. (*If. Voss.*) Proficisci, *Belg.* zig voordmaken. *Frequent.* *a* proficio. *Cf. Voss.* Proles, *ex* proöles. *Cf.* Indoles. Promo, „ *ex* pro *et* emo, *i. e.* sumo, capio." (*Voss.*) E. 206. Pronus, *cogn.* πρηνὴς, „ *ex* πραϊνὴς," (*If. Voss.*) E. 608. Prope, *pp. Abiat. a* propis, *unde in Dat.* propi, *hinc vero* propior, „ propissimus, prossimus, proximus." Propis *a* πρέπω, *pp.* convenio. E. 606. Properus, *a* propero, (*cui cogn.* προπορεύω.) *Illud vero comp. ex* πρὸ, *et* πέρω, *unde* πέρω, πορέω, πορεύω, E. 601. Propinquus, *pro* Propiquus προπικὸς. (*Cf. Periz. ad Sanct.* I, 11, 3.) Propitius, *Ut a* novus, novitius, *a* crate, cratitius: *ita a* pro-

prope, (*f. potius antiquo* propus, *cogn.* propis) propitius, *q. d.* praesens, ad ferendam opem. *Cf. Vosf.* Proprius, „ *a* πέπω, (*If. Voff.*) πέπροπα, πρόπις PROPIS &c. E. 606. Propter, *pro* propiter, „ *ut ab* in, inter, *a* fub, fubter." (*Scal.*) *Itaque* propter, *pp. est i. q.* juxta, ἐγγὺς. *Vid. Terent. Adelph.* 2: 1, 15. *Virgil. Bucol.* 8: 87. &c. Prora, πρῶρα, E. 611. Prorfa, *et* (r *elifa*) profa: *ut* rurfus *et* rufus, furfum, *et* fufum &c. Prorfus, *pp.* proverfus, *f.* porro verfus, *i. e.* rectus. Prorfa [*nempe*] oratio, quam non inflexit cantilena. (*Serv.*) *Cf. Vosf.* Profapia, „ *pp.* generis longitudo. *A* profupando. Sipare, *f.* fupare, *i. e.* jacere." (*Cf.* Non. *et* Feft.) *ap. Vosf. Sed If. Vosf.* „ *a* προσάπτειν, προσαφὴ, *et* προσάφια," E. 116. 117. Profper, *pro* profperus, „ προσφερὸς, *th.* προσφέρω." (*Voff.*) Proftibula, „ *a* proftando; *quia* ante diverforium ftant, *ut* profedae *dicuntur a* profedendo." (*Vosf.*) Protenus, *et* Protinus (*pp.* protendendo; ante fe agendo) *a* προτάνω, *f.* προτείνω, E. 722. Provincia, „ *a* provincendo, *quam* populus Rom. provicit, *i. e.* ante vicit." (*Feft.*) Prudens, *pro* providens. „ Ex providendo appellata est prudentia." (*Cicero.*) Pruina. „ *A* πρωὶ, πρώιος, πρώϊνος, πρωΐνη." (*If. Vosf.*) E. 611. Pruna, *pro* purna, *ex* πύρινα. Prunum, *pro* purnum, πύρινον, *ab* igneo colore, E. 618. Prurio, *pro* perurio, *ab* urendo. „ *A* fcateo, fcaturio, *a* leigo, λείχω, *f.* ligo, ligurio &c." (*Vosf.*) Prytanis, πρύτανις, E. 610. Pfallo, ψάλλω, E. 851. Pfittacus, ψίττακος, E. 858. Ptifana, πτισάνη, *a* πτίσω. „ πτίσσω, *i. e.* κόπτω." (*Vosf.*) Pubes, *cogn.* φοῖβος. „ Φοῖβαι *dicuntur* καθαραὶ, καὶ λαμπραὶ τρίχες, καὶ ἁπλῶς τρίχες." *Vosf. ex Etym.* Publicus, *pro* poblicus, poplicus, *ex* populicus. *Cf.* Populus. Pudor *a* pudo, *unde* pudeo. *An ab* igneo colore? *Cf.* πῦρ. *Ut* pudet *idem fit atque* ruborem incutit. *Cf.* Purus. „ *Ab* αἰδὼς, *et* αἰδὸς, *Aeol.* ϝαῦδος: *et hinc* pudor." *If. Vosf.* E. 54. Puër, πάϊρ, πόρ, E. 397. 532. 621. Pugna

et

et Pugnus, *pro* pucna, pucnus, *ex* pugina, *&c. cogn.* πυγμὴ *&c.* E. 614. 617. Pulcher, *l.* pulcer, *olim* polcer. *An ut* alacer *est ab* ἀλάω· volucer, *a* voluo, *l.* volvo, (E. 76. 77.) *ita* polcer, *pro* policer, *a* πόλω, πολίω, POLIO; *unde* πολιὸς *pp.* candidus? E. 596. Pulex, *cogn.* ψύλλος, *et* ψύλλα, E. 860. *Nisi sit a* saltu veloci. *Th.* πύλω, *cogn.* πόλω, E. 617. Pullus, *i. e.* niger, *cogn.* πελὸς, πελλὸς, E. 560. *Alterum* Pullus, *contr. ex* puellus, *est cogn.* πῶλος, E. 449. 621. Pulmo, *pro* pulmon, „ *per metath. ex* πλεύμων, *Attice*, *pro:* πνεύμων," (*Voss.*) E. 593. Pulpa, *pp.* caro mollis *et* tremula, *a* pulpo, *cogn.* palpo. *Th.* πύλω, *cogn* πάλω, *unde* πάλλω *&c.* E. 542. 560. 617. Pulpitum, „ *a* λογεῖον, *pro quo Aeoles* Ϝόλγιϝον, *unde* pulpitum." (*Is. Voss.*) Puls, *pro* pults, *l.* polts, *ex* πόϊος, *a* πέπολται *th.* πόλω, *cogn.* πέλω, verso. E. 596. Pulvinar, „ *quod dormituri capiti supponimus*, *et* Pulvinus, *quo in sedendo utimur*, *a* polis, *seu* polulis. *Olim enim fiebat ex* alutaceo scorto, *quod* POLULAS *dixere; vel a* πόλφος, *quod Erotianus exponit* βολβὸς, *i. e.* bulbus? (*Voss. ex Varr. et Martin.*) *An a* πόλω, *l.* πύλω, verto, inverto? *ut* Pulvis *sit a* vertendo? *Cf. Hebr.* חול, *a* חול versare. Pumex, „ *a* πῶμα, πώμηξ, *ab* ebibendo humore. (*Is. Voss.*) *Olim fuit* spumex, *dictusque*, *quia nihil aliud est*, *quam* spuma, *et* fex *lapidum liquefactorum*, (*Scal. Voss.*) Pumilo, *pro* pumilon, *et hoc pro* πυγμαλίων, *ut idem sit ac* πυγμαῖος, *quod a* πυγμῆ, E. 614. Pungo, *cogn.* πύγω, *pro* pugo, *unde et* pugio: *pp.* defigo. *Cf.* E. 536. Pupa, *cujus Deminut.* pupula: *pp. i. q.* pusa. Pusum, *et* pusam, puellum *et* puellam *dixere.* *A* pusus, pusio, pusillus. *Th.* πύω, *cogn.* πάω, πόω, *unde* πάϊς, παῖς, πόϊρ, PUER. *A* πύω, πυπύω, *&c.* E. 539. Puppis: „ *ab* ὄπις, *vel* ὦπις, *unde* ὀπίσω *&c. praefixo* π, *loco digammatis.*" (*Voss.*) E. 503. *Nisi malis a* πυπύω, *th.* πύω. *Cf.* Pupa. Purgo, *a* πέπυργα, *l.* πέπυρκα, *th.* πύρω· *unde* PURUS, *a* splenden-

dendo, E. 618. 619. Purpura πόρφυρα, E. 601. Purus. *Cf.* purgo. *et* πυρὸς, πυῤῥὸς, E. 619. Pus, „ *pro* πύος, *ut* thus, *pro* θύος." (*Voss.*) E. 619. Pusio, *pro* pusion. *Cf.* Pupa. Puteo, *a* πύθω, *th.* πύω, *Gall. puër*, E. 615. Puteus, *cogn.* βυθὸς, πυθμὴν *&c.* E. 615. Puto *pp. i. q.* purgo, *f.* putum reddo. Putus *et* purus, *a* πύω. Putris *pro* puteris, *a* πύω, *unde* putus, putor *&c. Cf.* puteo *&c.* Putus, *a* πέπυται, *th.* πύω, E. 619. Pytho, *pro* Python, Πύθων, E. 615.

Q.

Quaero, *pp.* investigo, „ *ab* ἔρω, ἔρημαι, ἐρωτάω." (*Is. Voss.*) *An cogn.* πειράω, πείρω, πέρω, *pp.* penetro? E. 558. Quaeso, *i. q.* quaero. „ Quaesere, *antiquis, pro* quaerere." (*Fest.*) *Hinc* quaestor, *pro* quaesitor. Qualis, *a* quâ: *ut* οἷος, *ab* οἷ, *i. e.* ᾧ, E. 558. Qualis: *an pro* κάλος, *unde* κάλον? E. 658. (*Cf. Voss.*) Quam, *pro* κὲ ἂν, *pp.* Accus. Sing. *f. g. a* qui, *vel* quis: *ut* quum, *pro* quom *f. Gr.* κὲ ὂν, *m. g. Cf.* Qui. Quando: *an pro* qua endo: *i. e.* in qua, *sc.* parte? *vel simili nomine suppresso. Cf. Lucretii illud* endo statu *&c.* Quantus, *pro* quamtus. „ *Ut* ὅσος *ab* ὃς, *sic* quantus *a* quam, *converso* m, *in* n." (*Voss.*) Quasi: „ *ut* ὡσεὶ, *ab* ὡς, *et* εἰ, *sic* quasi, *ex* quam [*sive* qua] *et* si." (*Voss.*) Quatio, concutio, *a* κάω, κύω, *cogn.* κεώ, *unde* κέλλω, κέλλω, πέλλω, E. 303. Quatuor, *cogn.* πέτορα, *i. e.* τέσσαρα, *ut* quis, τίς. (*Cf. Voss.*) Que, κε, *pro* κῆ, *f. integro* καὶ, E. 285. Queo, κέω, *pp.* findo, pervado, E. 303. Quercus, *a* κέρχος, *unde* κερχαλέος. *Th.* κέρχω, E. 303. Queror, *Depon. f. Med.* τῶ κέρω, *unde* κέρσαι *i. e.* κόψαι *&c. Ut* Queror *pp. sit idem ac* κόπτομαι *i. e.* tundo me, *f.* plango *&c.* E. 323. Qui, *pro* κὶ, *ex* κὲ ἳ. *Cf. de* ἳ AA. 303. Quia *ex* qui *et* ᾇ. *ut* quod *ex* πῶ *et* τε. Quis, *utrum a* τὶς, *an a* κὲ *et* ἴς: *unde et ipsum fortasse* τὶς, *pro* τὲ ἴς. *Cf.*

et

et E. 573. 523. 574. 604. *ubi notandum*, πῶς *&c*, *fortasse esse ex* πι, *pro* κὲ, QUE, *et* ὅς. *Cf.* Quo, πῷ, E. 502. Quies, *a* πίω, *cogn.* πιέω, *unde* παίω, *i. e.* premo, comprimo, E. 552. Quin, *pro* qui ne? *vel* qui ni? *cui vicinum est* quidni? Qui *pp. est Ablat. pro* κὲ ῗ: quid *autem pp. Accusativus n. g.* Quinque, *pro* quimque, *Gr.* πέμπε, *quod id. ac* πέντε, E. 563. Quirito, *frequen ativ. a* quiro, κτέω. *Cf.* Queror. Quis, „ *a* καὶ ὅς. QUI *a* καὶ ὅ, *ut censet C. Scaliger.*" „ *Magis arridet sententia A. Caninii et J. Scaligeri*, QUIS *esse a* τίς." (*Voss.*) *Nisi malis*, τὸ QUIS *esse ex* κὲ ἴς, QUI *vero ex* κὲ ἴ, *et* τὶς *denique ex* τὲ *et* ἴς. *Cf. in* Qui. Quisquiliae, *q. d.* κοσκυλίαι· „ *surculi minuti; frumentorum purgamenta, vel palea creentata.*" (*Isidor.*) *Cf. cogn. Gr.* κοσκυλμάτια· *i. e.* τὰ τῶν βυρσῶν περικομμάτια, E. 326. *Th.* κύλω, *unde* σκύλω, κοσκύλη, κοσκύλιος, α, ον. *et* κόσκυλμα *&c.* 670. Quoniam, *ex* quon, *id est* quom, *f.* quum, *et* jam; *quasi Belgice dicas* daar nu. Quoque, *ex* quo *et* que, *f.* κε. Quorsum, *pro* quo versum (*Priscian.*) „ *Par ratio in* horsum, *pro* hoc versum; dextrorsum *pro* dextroversum", *&c.* (*Voss.*) Quot „ *Jonice* κόσοι, *ut* quotus, κόσος, quoties κότε *&c.*" (*Voss.*) E. 523.

R.

Rabies. „ *Ut a* facio, facies *&c. ita* rabies; *a* rabio." (*Voss.*) *Cogn.* ῥάζω, ῥάσσω *&c. Hesych.* ῥάζειν· κυρίως ἐπὶ τῶν κυνῶν, E. 628. Rabula, *a* ῥάω, ῥάζω· *A* ῥάω, ῥάϝω, ῥάβω, *Lat.* RABO, RABULO: *ut a* Φάω, Φάϝω, Φάβω, FABULA, E. 628. Raccare *a sono* tigrorum. *Cf.* AA. 256. *et* ῥάκω, ῥάγω, E. 626. Racemus, *pp.* pars uvae, *&c.* (*Forcell.*) *pp.* fragmen: *ab* ἐῤῥάκημαι, 1 *Praeter. perf. th.* ῥακέω, *unde Lat.* FRACEO, *supr. et* E. 626. Radius, *cogn.* ῥάβδος, *a* ῥάω, ῥάσω, ῥάδω *&c.* E. 624. Radix, *pp. i. q.* ῥάδιξ, E. 623. Rado, *a* ῥάω, ῥάδω *&c.* AA. 517. E. 628. Ralla, *vestis*, *pro* rarla,

la, *ex* rarula, E. 300. *Aliud* ralla, ξυςὴρ, *pro* radla, *ex* radula. Ramex, *a* ῥάω, *unde* ϝρήω, frago, frango, *i. q. Belg.* breuk, *a* breuken, breken, E. 628. Ramus, *cogn.* ῥάδαμνος, *i. e.* ἁπαλὸς κλάδος. (*Hesych.*) *Uti Gr.* κλάδος, *a* κλάω, *sic* RAMES, *ab* ἔῤῥαμαι, *th.* ῥάω, *unde* ῥήγνυμι, E. 307. 628. *Praefixo* ο, *a* ῥάμος, ῥάμνος, *est* ὄραμνος. *Cf. Voss. et* A. 205. AA. 509. Rana, „ *a* voce." (*Varro.*) E. 143. Rancor, *a* ῥάκω, *pro* racor, *ut a* frago, fragor. *Cf.* Fraceo, *et* E. 632. Raphanus, ῥάφανος, E. 628. Rapio, *cogn.* ἁρπάζω, *quod ab* ἅρπω· ἅρπω *autem i. q.* ῥάπω, RAPO, *unde Supin.* raptum, *in verbo* rapio. *Th.* ῥάω *&c.* E. 124. 626. 627. 628. Rapum, *et* rapa, *cogn.* ῥαπὶς, *a th.* rapo, *unde* rapio, ῥάπος, ῥάπον, ῥάπυς, E. 628. Rarus, *cogn.* ἀραιὸς· *th.* ῥέω, *unde* ῥάδω RADO *&c.* E. 628. AA. 516. 517. Rastrum. „ *Ut a* rodo, rosum, rostrum: *sic a* rado, rasum, rastrum." (*Voss.*) *Th.* ῥάω, ῥάσσω, ῥάζω, ἔῤῥασαι, ῥαςρον, E. 628. Rates, „ *tigna inter se colligata*, πλοῖα ῥαπτά (*Fest. et Is. Voss.*) *Th.* ῥάω, *unde* ῥάπτω, E. 628. Ratio *an a* nectendo, *ut* rates? *Cf.* Reor, ratus sum, Restis *&c.* Raucus, *cogn.* βράγχος, *i. e.* raucedo, βραγχάω, raucesco. *Th.* ῥάω, *unde* ῥάος, ῥάϝος, ravus, ῥάγω, ῥάχω, ῥάγχος, βράγχος. *Hinc et* RADO, *Belg.* schraapen, *quod* rauci *dicuntur*, E. 628. Recens, *cogn.* ἐρςήεις, *i. e.* δροσώδης, νεαρὸς, *Is. Voss. ex Hesych.* E. 222. *Propr. est Partic. praes. obs. verbi* ῥέχω, *ducti a perf. th.* ῥέω, *cogn.* ῥόω (*unde* ros *&c.*) fluo. *An ab eodem* ῥέκω, *s.* ῥέχω, *praefixo* β, βρέχω? *Cf.* E. 152. Reciprocus. „ Reciprocare, — Procare *est* poscere." (*Fest.*) Redimio, *ex* re, *et* dimio, *quod a* δέμω, *unde* δέμα *&c. Th.* δέω, E. 173. Rego, *obs.* ῥέγω, *unde* ῥέγος, regos, regs, rex, E. 628. Religio, „ *a* relegendo: *tanquam a* deligendo, deligentes, *ex* intelligendo, intelligentes," *&c.* (*Cicero.*) *Nisi sit a* ligo *i. e.* constringo. „ Religio *i. e.* metus. *Ab eo quod mentem* deliget, *dicta* religio." (*Servius.*) *Cf.* δέω, δέος,

δέος. E. 176. Remulcus. *Cf.* ῥυμουλκεῖν, remulcô trahere, *ex* ῥυμῷ *et* ἕλκειν. Ῥυμὸς. *i. q.* ῥῦμα. *Cf. Voss.* Remus, *ab* ἔρρημαι. *th.* ῥέω, *cogn.* ῥέω. E. 628. Ren, *a* ῥέω, fluo. E. 631. Reor, ratus sum. *A* ῥέω, *cogn.* ῥάω, *i. e.* motu reciproco ago, consuo, connecto. *Cf.* Rates, Ratio, *et* E. 629. Repagulum, *Demin. vocis obsol.* repagus, *s.* repagum: *quod a* re *et* pago, *unde* pango. *Cf.* Pango. Repens, *cujus Ablativ. est* Repente, *pp. Particip. verbi* ῥέπω, *unde* ῥοπὴ, *et* ἐν ῥοπῇ in momento. *Cf. Voss. et* E. 630. Repo, (*priori syll. longa,*) *an pro* ἕρπω, *unde* serpo: *ut th. sit* ἕρω traho? E. 221. *coll. tamen*, p. 630. Reprehendo, *Belg.* te rug grijpen, te rug trekken: *ex* re *et* prehendo. „ Res, „ *pro* resis, ῥῆσις." (*Scal.*) *ab* ἔρρησαι, *ut* ῥῆμα. *ab* ἔρρημαι, *th.* ῥέω, *unde* ῥέζω, E. 629. Restis, *cogn.* ῥυτὴρ *et* ῥυστὴρ, *ab* ἔρρησαι, *th.* ῥέζω, E. 629. *Cf.* Reor, Rates, *et* Rete, *quod ab* ἔρρηται, *th.* ῥέω, E. 631. Retrix, *cogn.* ῥέεθρον, fluentum. *Th.* ῥέω. *Cf. Voss.* Retro, *pp. Abl. Sing. vocis obsol.* retrum, *cui nescio an respondeat Gr.* ῥέεθρον *et* ῥεῖθρον fluentum. Fluere *dicuntur quae* dilabuntur, evanescunt. *Th.* ῥέω, E. 631. Reus, „ *a* χρέος, *vel* χρέως." *Is. Voss.* Rheda, ῥέδη, E. 628. Rica, *cogn.* ῥάκος. *i. e.* ζῶμα, ζωνή. (*Hesych.*) *Th.* ῥέω, ῥίω, fluo, E. 634. Rideo, risi *etc.* *th.* ῥίω, *cogn.* ῥάω, *a* motu oris *etc.* E. 628. Ridica, *pedamenti genus*, *a* ῥείδω, ἐρείδω, E. 217. Rigeo, *a* ῥίγω, *unde* ῥῖγος *etc.* E. 633. 338. Rigo, *cogn.* βρέχω. *praefixo* β. *a* ῥίω fluo, E. 634. Rima, ῥῆγμα fissura. (*Voss.*) *An a* ῥίω, fluo, *ut* rima *pp. sit*, *per quam* effluat, *humor?* E. 634. Ringor *utrum a* ῥίω, *unde* ῥίνη· *an vero a* ῥίγω, (*unde* ῥιγόω) *ut* fingo *a* figo? *Th.* ῥίω, *pp.* reciproco motu agor, E. 634. Ripa, *pp. idem quod* ῥιπὴ, *a* motu continuo, E. 635. Riscus, ῥίσκος. *A* motu. *Th.* ῥίω, ῥίζω *etc.* *Cf.* Rixa, *et* E. 633. Ritus *ab* ἔρριται, *th.* ῥίω, E. 634. Rivus, *cogn.* ῥύαξ, *a* ῥίω, fluo, E. 634. Rixa, *a* ῥίζω, ἐρίζω. „ *Cf. Hesych.*

ῥισαν-

ῥέοντες φιλοτιμήσαντες." *Is. Voss.* Robur, „ *Aeol.* ῥῶβορ, *i. q.* ῥῶμος." *Voss. Th.* ῥύω, *i. q.* ruo, E. 639. Rodo, *cogn.* rado. *Th.* ῥάω, ῥέω, E. 628. Rogo, *a* ῥέω, *pp.* identidem peto *&c.* E. 628. 639. Rogus, *cogn.* ῥωγὴ, E. 639. Romphaea, ῥομφαία, E. 636. Ros, *cogn.* δρόσος, *a* ῥέω fluo, E. 186. A. 209. AA. 512. Rosa, *cogn.* ῥόδον, *et Aeol.* βρόδον. *Ab* effluxu odorum, *vel a* motu reciprocato, *quo aguntur*, E. 634. 635. Rostrum, „ *a* rodo, *ut* rastrum *a* rado, plostrum, *a* plodo *&c.*" *Voss.* Rota, *a* motu reciproco. *Cf.* ῥόθος, *et* ῥοθεῖν, cum impetu ferri, E. 635. Ruber, „ *a cortice vel granis* mali Punici, *quod* ῥοὰ, *vel* ῥοιὰ *appellatur.*" *Scal. ap. Voss. Cf.* E. 635. Ructo, *cogn.* ἐρεύγομαι, E. 218. A. 204. Rudis *a* rudo, *ut* raudus, ῥάβδος, *a* ῥάδω. *Th.* ῥύω, ῥάω, E. 628. Rudo, *cogn.* ῥάζω, κρώζω, *a* sono, E. 625. Rudus, eris, *a* ῥύω, RUO, E. 628. Rufus. *Conf.* ruber. Ruga, *cogn.* ῥυτὶς, *a* ῥύγω, *cogn.* ῥέγω, *unde* ῥικνὸς. *Th.* ῥύω, E. 633. 638. Rugio, *cogn.* βρύχω, βρυχᾶσθαι, *a* sono, E. 135. Rullus *pro* rurlus, *a* rurulus, *ut a* rarus, rarulus, rarlus, rallus, *ab* unus, unulus, ullus *&c.* Rulla, *aliis* ralla, *pro* rarula. Ruma, *i. e.* θηλὴ, *mamma*, rumen, rumentum *et* rumex. *ab* ἐῤῥύμαι· *th.* ῥύω, RUO, *pp.* traho, E. 638. Rumor, *pp.* fluxus cum sono, *item a* ῥύω, traho, *dein* fluo *&c.* E. 636. 638. Rumpo, rupi, *a* rupo, ῥύπω, E. 637. 628. Rumpus *a* rumpo. Runcina, *cogn.* ῥύγχαινα, *s.* ῥυκάνη, *a* ῥύω, RUO, *pp.* traho, reciproco: *unde* ἔῤῥυκα, ῥύκω, ῥόγκω, *Lat.* runco, E. 636. Ruo, ῥύω, *pp.* traho, *dein* fluo, *ut Hebr.* נגר, *cogn.* ῥέω, ἐρύω *&c.* E. 628. 636. 638. Rupax, *a* ῥύπω, *s.* ῥύπος, *ut* πλέταξ *a* πλέτος, E. 637. Rupes, *cogn.* ῥὼξ, *vel* ῥωγὰς, *a* rupo, *unde* rumpo: „ *pp* abrupta pars, locus praeruptus et praefractus, *Gr.* ἄξος, *vel* ἀγμὸς." (*Voss.*) *Cf.* rumpo. Rupex, *i. e.* praefractae *indolis homo. Vid.* rupes. Rursus, *et* rursum, *pro* rorsus, rorsum, *ex* revorsus, revorsum. *Cf.* prosa. Rus, *s.* rura, „ *ab* ἄρουρα, *praeciso*

sa α," *Voss. Nisi sit a th.* ῥύω, *unde* rumpo: *ut* rus *pp. sit*, quod rumpitur, laceratur *aratro. Cf.* ἀρόω, E. 123. Ruspor, *pp.* trahendo, *et* disjiciendo *scrutor; th.* ῥύω, *unde* RUPO; rupso: (*et trajecto* s, *ut in* dico, dicso, disco &c.) ruspo, ruspor. Russus, *cogn.* rufus, rubor &c. *Cf.* ruber, rutilus. Ruta, „ ῥύτα, *s.* ῥυτὴ," *Voss. cogn.* ῥυτίς, E. 638. Rutilus. *cogn.* rufus, ruber &c. *Th.* ῥύω frango, *a* refractis radiis, E. 628.

S.

Sabbattum, שבת, σάββατον, E. 641. Sabulum, „ *ex* ἄμμος, ψάμμος, ψάμος, SABUS: *cujus Deminut.* sabulum." (*Is. Voss.*) *An rectius a* σάω, moveo: *unde* σάβω, *et* sabulum, *a* motu, *ut Hebr.* חול? E. 646. Saccus, σάκκος, E. 643. Sacer, *pro* sager, *th.* ἄγω, ἄγω, *unde* ἅγιος, *et*, s. *praemissa*, sager, sacer. *Cf.* sagmen, E. 22. Sacoma, σήκωμα, *pp.* quod moveat *bilances, ut in alteram partem ferantur, tandemque consistant aequaliter. A* σέσακα, *th.* σάω, E. 643. Saeculum. *Vid.* Seculum. Saepe, *s.* sepe, *pp. Abl. vocis* saepis, sepis, *ut* paene, *s.* pene, *a* paenis, penis. *Nescio, utrum a* σάω, σαύω, σείω, moveo, *unde* saepe *pp. sit* motu, reciprocatione; *an ab* ἅπτω, ἅπω, *pp.* necto, *loco spiritus posita* s. *Cf.* E. 215. Saevus *ab* ἀίω, *unde* ἀΐσσω, E. 61. Sagax *a* sago, sagio: *ut* dicax *a* dico &c. *Th.* σάω, *unde* σάγω, cieo, moveo. *Inde* canes sagaces, E. 641. Sagena, σαγήνη, E. 641. Sagina, *a* nitore. *Th.* ἄγω, ἀγίω, *unde* ἅγιος, E. 22. Sagitta, *an ab* ἄγω, ἄκω, *unde* ἀκίς? E. 70. V. 62. Sagmen, *pro* sagimen, *ut* agmen *pro* agimen. *Ab* ἄγω, *unde* ἀγίω, ἅγιος, &c. E. 23. Sagum, *vicin.* σάγος, *a* σάγω, *unde et* Sagma, E. 641. Sal, ἅλς, E. 87. Salax, *a* salio, *ut* rapax *a* rapio *etc.* E. 129. Salebra, „ *ubi saepius* saliendum, *ut a* scateo, scatebra. SALEBRAE *a* SALTU *dictae.*" (*Nonius et Voss.*) Salio, *pro* ἀλίω, E. 83.

83. 86. 650. Saliva *et* salix, *a* salio. Salpa, σάλπη. Saltem, *s.* saltim; *pp. Acc. a* saltis, *quod ab* ἅαλται. *Th.* ἅλω, *s.* ἅλλω, *pp.* verso *&c. Unde* ἅλλομαι, E. 86. 90. Salum, *vic.* σάλος, E. 643. 650. AA. 288. Saltus, *cogn.* ἅλσος, E. 87. Salus, salutis, *a* salo, *i. e.* ἅλω, verto, averto me, elabor, E. 90. Sancio, *pp. i. q.* sanctum facio: *th.* ἅγω, *s.* ἅγω, *unde* ἁγὸς, ἁγίω, sagio, sangio, sancio, ἁγιάζω. *Cf. Voss. et* E. 22. Sanctus, *pro* sancitus. *Cf.* sancio. Sandalium, σανδάλιον, E. 643. Sandapila, „ *ex* sanidapila: *hoc est*, σανιδοπύελος", *etc.* (*Voss.*) Sanguis, *cogn.* αἷμα. *Th.* ἄω, ἀίω (*unde* αἴθω, αἷμα, E. 56.) *Ab* ἄω *ducta quoque* ἅγω, ἁγύω, saguis, sanguis. *Genitivus* sanguinis *est a Nomin.* sanguen. AA. 269. Sanies, *a* σάω, σάνω *etc. pp.* moveo. *Inde et* σάπω, σήπω, σαπρὸς, E. 645. Sanna, *pp. distortio vultus cum* MOTU *oculorum, linguae etc. Th.* σάω, E. 644. *Cf.* sanies. Sanus *i. q.* σάος *et* σόος, *et* sane, *a* σάω, σάνω, moveo, E. 644. Sapa *plantarum succus, a* σάω, σάπω, E. 645. Saperda, σαπέρδης. *Cf. Voss. et* σαπρὸς, E. 644. Sapinus, *pp.* soluta pars arboris, in fluvio macerata *etc. a* sapio. *Cf. Forcell.* Sapio, *pp.* liquefacio, *s.* solutas particulas gustu percipio, E. 645. Sapo, σάπω, E. 645. Sarcina *a* sarcio. Sarcio *s.* sartio, *pp. i. q. integrum facio*, V. 75. *Est Gr.* ἀρτίω, *unde* ἀρτίζω, καταρτίζω, (*If. Voss.*) *Th.* ἄρω, E. 127. Sarmentum, „ *a* sarpo, *i. e.* puto; purgo: *unde* vinea sarpta, *i. e.* putata *etc.* (*Voss. ex Festo.*) *Th.* ἄρω, *unde* ἅρπω, ἅρπος, ἅρπη, *i. e.* δρέπανον, E. 124. Sarrio, *cogn.* σαρόω, σαίρω, *ab* ἄρω, αἴρω, *etc.* E. 643. Sartago, „ *a* stridore, quem edunt, quae friguntur." *Isidor. An ab* ἄρω, ἄρτω, ἀρτύω, E. 126. Satis *et* sat, *pro* sate, *Gr.* ἅδις, ἅτις, E. 40. 83. 647. Satyrus, σάτυρος, E. 647. Saucius, *a* σάω, σαύω, *cui vicin.* σείω, moveo, concutio vehementius, E. 648. Saxum, *a* gravitate. (*Voss.*) *Th.* σάω, *unde* σάττω *etc.* E. 646. Scabo, *cogn.* σκάπτω, AA. 239. Scaevus,

a σκαιός, σκαιρός, E. 658. *Cf.* laevus. Scalae, „ *a* scandendo." *Isidor. Th.* κάω, *unde* κάλω, κᾶλον, σκάλω *etc.* E. 658. Scalmus, σκαλμός, *a* σκάλλω, E. 659. Scalpo, *cogn.* γλάφω *pro* χλάφω. *Th.* χάω, *unde* χάλω, σχάλω, σχάλϝω, E. 819. *Cf. tamen in* sculpo. Scalpellum, *a* scalprum, E. 783. Scambus, σκαμβός, E. 659. Scamma, σκάμμα, E. 660. Scamnum, *pro* scamenum, *pp.* quod adscenditur: *a* σκάω, *unde* σκάδω, SCANDO, E. 659. Proleg. p. XVI. Scandalum, σκάνδαλον, E. 659. Scando, *a* σκάδω, A. 210. E. 130. 659. Scapha, σκάφη, E. 446. 659. Scapula, *Demin.* τῦ scapus, *quod* a σκάπω, E. 659. Scapus, *a* σκάπω, *unde* σκήπτω innitor, E. 664. Scarifo, *cogn.* χαράσσω, E. 661. Scateo, *a* χατέω, E. 821. Scaurus, *pro* scarus, *a* σκάω, *unde* σκάζω. *Th.* κάω, E. 658. 822. Scelus, *a* σκέω, *cogn.* σκάω. *Hinc* σκελλός, σκιλλός, *i. e.* perversus, *vicin.* σκολιός. *Cf. Hebr.* עון. Scena, σκηνή, E. 664. Scheda, σχέδη, E. 661. 707. Scheiden (*Belg.*) E. 707. Schoenus, σχοῖνος, E. 707. Schola, σχολή, E. 707. Scilicet. *Cf. in* ilicet. Scilla, σκίλλη, E. 665. Scindo, *pro* scido, σχίδω *etc. Th.* χίω, E. 661. 707. 814. Scintilla, *cogn.* σπινθήρ, E. 682. *an a* scido, scindo? *Cf. Voss.* Scio, *pp.* penetro excavando. *Th.* χίω, *unde* σχίω, σχίδω, E. 707. Scipio, *pro* scipion, *cogn.* scapus, *et* σκήπτω. Scirpus, *cogn.* κάρφος, *a* σκίρω, *unde* σκιρτάω, *pp.* inclino, procumbo, E. 666. Scobs *a* scobo, *cogn.* scabo. Scolius, σκολιός, E. 667. Scopae, *a* σκάπω (*unde* σκώπτω) *cogn.* scabo, *et* scobo, *unde* scobs. Scopus, σκοπός, *a* σκέπω, *unde* σκέπτομαι. *Item* scopus, *unde* scopulus, σκόπελος, *pp.* ὑψηλὸς τόπος. *Cf. Voss. ex Hesych.* Scoria, σκωρία, E. 672. Scorpius, σκορπίος, E. 668. Scortum, *et* scrotum, *pp.* pellis, *unde* scorteum, *i. e.* pelliceum. *Cf. Voss. in* scrotum. Screo, *pro* χρέω, *cogn.* χρέμπτομαι, A. 175. E. 838. 839. Scribo, *a* χρίω, *cui vic.* χράω, *pro* χαράω, *unde* χαράσσω, E. 818. 842. *Ejusdem originis est* γράφω.

φω. *Cf.* E. 165. 819. Scrinium, *cogn.* γρίνιον, *quod Deminut. a* γρίνη, E. 165. Scrobs, *a* χρόω, *cogn.* χράω, *pro* χαράω. *Th.* χάω, hisco, E. 836. Scrofa, *cogn.* γρομφὰς, *th.* γρόω, *cogn.* χρόω, E. 836. Scrupus, *unde Deminut.* fcrupulus. *Th.* χρύω, *cogn.* χρόω *&c.* Scruta, *cogn.* γρύτη, *a* γρύω, χρύω, E. 839. *Inde* fcrutor, γρυτεύω. *Cf. Voff.* Sculpo, *pro* fclupo, σγλύφω, *ex* γλύφω *ut* Scalpo, *a* γλάφω, σγλάφω. *Th.* γλάω, *f.* χάω, E. 821. Sculponeae, *f.* fcolponeae, *calceamenta fervorum*, *fort. a* fono, *ut Belg.* floffen. Scurra „ *pro* fecurra, *a* fequendo." (*Verr.*) *Cf.* ferra. Scutica, *f. g.* τῆ σκυτικὴ, e corio factus. *A* σκύτος, E. 671. Scutra, *pro* χύτρα, *th.* χύω, E. 845. Scutum, *vicin.* σκύτος, E. 671. *Cf.* Cutis. Scymnus, σκύμνος, *pro* σκύμενος, *a* σκύω, *th.* κύω, E. 349. Scyphus, σκύφος, E. 671. Sebum, *f.* fevum, *pro* fuebum, *vel* fuevum, *a* fue. (*Ifidor.*) *Cf.* fevum. Seco, *olim* fico, *unde* fica, disfico *&c. Th.* ἴκω, ico, *unde* fico, *cogn.* ἴκω SECO. „ *A* ξέω, σκίω, feco." *If. Voff. Cf.* E. 272. Seculum „ *a* fequor, *pro* fecuculum, *vel* fequiculum, *ut a* fero, fericulum, feroulum." *Voff. At If. Voff.* „ *ab* ἑκὰς, ἑκατὸν *et* ἑκαλὸν· *unde* ἑκαλία, πόῤῥωθεν *&c.* Secundus, *et* fecundum; *ab* ἕκω, *cogn.* ἕπω, ἕπομαι, E. 167. Securis, „ *pro* femiquiris: *nam* curis, *feu* quiris, hafta." *If. Voff. Nifi fit a* feco, fecui, E. 112. *Cf. Vosf.* Secus, *ab* ἕκω. *Cf.* fecundus. Sed, *f.* fet, *an pro* et; *pro fpiritu litera* s *pofita*, *ut alibi?* Sedeo, *et* fedo, *cogn.* ἕζομαι, *ab* ἕω, ἕδω. AA. 454. 495. E. 270. Seditio, *a* fe (*id est* feorfim) *et* itio, *interjecta* d, *ut in* reditio. *Cf. Voff.* Sedo, *pro* fedao, *ab* ἕδω, ἑδάω, *unde* ἑδαιὸς, E. 192. Sedulus *i. e.* ἐπίμονος, *ut* adfiduus, *a* fedo, fedeo. *Cf. Vosf.* Seges, *an a* fego, *i. e.* feco, *ut a* tego, teges? *Cf.* feco. Segnis, *cogn.* ἄκνος *praemiffa* s. *Cf. If. Voff. et* E. 487. Semel, *pro* femeli, *ut* mel *pro* meli. *Est pp. Abl. Sing. a* femelis, *vicin.* fimilis, *unde* femel *faepius i. q.* fimul. *Cf. Forcell.* Semen,

men, „ *pro* ferimen." *Voff. An ab* ἕω mitto, *unde* ἕρω, fero? Semis *et* femi, ἡμι, E. 243. AA. 288. Semita „ *a* fepio, fepita, fepta." (*If. Voff.*) Semper, „ *ex* femiopere, *ut* toper *ex* toto opere", *etc.* (*C. Scal.*) *An uti* parumper, *ex* parum *et* per, *fic* femper, *ex* fem *pro* femi, *et* per? Semi, *ab* ἕω, E. 229. Senex, *ab* ἔνος vel ἕνος annus, *q. d.* annofus, E. 210. *Cf. tamen* E. 211. Senfim, „ *a* fentio; *ut a* rapio, raptim &c. (*Voff.*) Sentina, *cogn.* „ ἄντλος." (*If. Voff.*) E. 449. *a* Sentio, *ut a* rapio, rapina *etc.* Sentio, *a* feno, *th.* ἕω *unde* ἕνω, *etc.* E. 211. *Cf.* αἰσθάνομαι, *ab* ἄω, αἴω, E. 61. *Itaque et* fentina *ab* ingrato odoris fenfu *dicta*. Sentis „ *quod a tangentibus quam primum* SENTITUR." *Voff. ex Perotto.* Seorfum, *et* feorfus, *ex* fe *et* vorfum, *f.* vorfus: *ut* deorfum, *ex* de *et* vorfum. Sepelio, *pro* fpelio, „ *a* σπέος, σπέλος, σπήλαιον. (*If. Voff.*) E. 680. Sepes, *cogn.* σηκός. E. 507. 652. *Cf.* feps. Sepia, σηπία, *th.* σήπω, E. 653. Seps, *i. q.* fepes, *ut* fels, feles; plebs, plebes. Septem, *vicin.* ἑπτά˙ *ut* decem, δέκα, E. 215. 650. Septemtriones, *ex* feptem *et* triones, *pro* teriones, *i. e.* boves *etc. Th.* tero. *Cf. Voff.* Sequefter „ *a* fequo, *i. e.* ἕπω, dico, *quia* fententiam dicit *inter partes*." (*Vosf.*) E. 215. Sequor, ἕπομαι, *ab* ἕπω, ἴπω, E. 215. 650. AA. 433. 508. Sera, *a* fero, ἔρω, E. 223. Serenus, *pp.* ficcus: *a* fereo, *unde* ferefco, *i. e.* ficcus fio, *Gr.* ξηρός, E. 468. Seres. *Cf.* σήρ, E. 653. Seria, σίλια. (*If. Vosf. ex Hefych.*) Series *cogn.* εἱρμός, *et* σειρά, *ab* ἕρω, εἴρω, E. 196. 650. Serius, *pp.* ferie et ordine compofitus, contentus, *ab* ἕρω, E. 223. Sermo *a* fero, ἕρω, E. 196. 223. Sero, fevi, fatum. A. 212. E. 215. 511. *An a th.* σέω, *cogn.* σάω, *unde* fevi, fatum? E. 648. *Ut* ferere *pp. fit* mota huc illuc manu fpargere? Sero, ferui, fertum, *pro* ἕρω, E. 128. 196. 220. 223. *etc.* Serpo, *pro* ἕρπω, E. 221. AA. 362. *Cf. et* repo. Serra, „ *quafi* fecerra; *ut* fcurra, *pro* fecurra: *a* fe-

ſeco." *Voſſ.* Servo, *pro* ἐρύω, *th.* ἔρω, E. 223. Serum *in lacte, cogn.* „ ὀρὸς, *vel* ὀῤῥός." (*Voſſ.*) E. 513. Serus, *pp.* adnexus, in extremo adjunctus, *th.* ἔρω, ſero, E. 223. Servus, *pp.* nexus. *Th.* ἔρω, E. 184. Sesqui, „ *pro* ſemisque, *h. e.* et ſemis." (*Voſſ.*) *Ita et* Seſtertius, *pro* ſemitertius. (*Voſſ.*) Seta, χαίτη, *a* movendo. *Th.* σέω, *unde* σείω, E. 650. 652. Severus, „ σεβηρὸς, *i. q.* σεμνός." (*If. Voſſ.*) E. 651. Seulen (*Belg.*) *obſol.* σύλειν, *i. q.* συλεύειν. Sevum; *ſ.* ſebum, *a* σέω, moveo, huc illuc agito, *ut ſolent partes adipoſae animalium inter incedendum agitari.* Sex, ἕξ, E. 212. 650. AA. 518. Sexus *et* Secus, *a* ſeco, *ſ.* ἴκω, εἴκω. *Cf. If. Voſſ.* Si, *olim* ſei, εἰ, A. 212. AA. 251. E. 51. 193. Sibilus, „ *a* ſono, *ut* σιφλάζω." *Voſſ.* Sibylla, σίβυλλα, E. 654. Sic, *pro* ſici, ἰκῇ, AA. 308. *ab* ἰκὸς, εἰκὸς, *unde* ἴκελος, εἴκελος. Sica, *a* ſico, *cogn.* ſeco. *Th.* ἴκω, ico. Siccus, *pro* ſicus, *ab* ἴκω, ico, *q. id.* ictus, *a ſole. At* „ *i. q.* σικχός," *Canin. et Gatak.* E. 814. *Cf.* ſoccus. Sido, *obſ.* ἴδω, *unde* ἴδσω, ἵζομαι, E. 650. Sidus, *ſ.* ſeidus, εἶδος, *pp.* quod videtur. A. 212. E. 193. Signum *pro* ſicnum, ſeicnum. „ εἰκνὸν *ab* εἴκω· *unde* ἰκνεῖται *apud Heſych. &c.*" *If. Voſſ.* Sil *cogn.* ἰλὺς, „ *pp.* limus est." *Plin. An ab* ἴλω, εἴλω, volvo? E. 273. 195. Silanus, *cogn.* σωλὴν. *Vox Arab.* سيلان. *Erpen. ap. Voſſ.* Sileo, *cogn.* σιγάω, E. 655. Silex, *an, ut Ar.* صلد *et* مصيت, *pp.* lapis ſilens, *h. e. qui percusſus ſonum nullum edit?* Siligo, *cogn.* σίλιγνις, *fort. vox peregrina. Cf. Voſſ.* Siliqua, *cogn.* κέλυφος, *pro* ſciliqua. *Cf.* καλύπτω, E. 289. *Niſi ſit ab* ἴλω, *ut ſequens* ſilo, *pro* ſilon, *ab* ἴλω. *Vid. in* SIL. Silva, *ſ.* Sylva, *ab* ὕλϝα, ὕλη, A. 212. E. 766. Sima, *pro* ima, *pp.* depreſſa. *Th.* ἴω. *Vide* imus, ſimus. Simia, *pp. ſ. g. a* ſimius. *Hoc ab* εἴω, *unde* εἴκω *&c.* E. 194. Simila, ſimilago, *cogn.* σεμίδαλις. *Cf. Voſſ.* Similis, *cogn.* ὁμαλὸς, E. 492. *Th.* ἕω, εἴω, *unde* εἴκω. Simplex *pro* ſinplex, *a* plico, *q.* ſine plica." *Voſſ.* Simpulum, *Diminut. a* ſimpus, *cogn.*

cogn. σίφων. *Cf. Scal.* Simus, σιμὸς, *pro* ἶμος, E. 655. *Vid.* ſima. Sinapi, σίναπι, *Voſſ.* Sincerus, *q. d.* ſine cera. (*Donat.*) Sinciput, „ *ex* ſemi caput," (*Vel. Longus et Voſſ.*) *An pro* ſimciput, *ex* ſimus, *et* caput: *nempe a forma* planiore, *et q.* depreſſa? Sindon, σινδὼν, *vox Orientalis.* Sine „ *a* ſino, *ut* pone *a* pono." *Scal. Propr.* excusſione. *Est Abl.* τῦ ſinis, σίνις, excusſio, E. 657. Singuli, „ *ab* ἴα, ἴγα· *unde* ἴγγια· εἷς. *Heſych.*" *Iſ. Voſſ.* E. 196. Singultio, *ut Gr.* λύζω, *a* ſono, E. 385. Siniſter, *pro* ſiniſterus, *Gr.* ἀριστερὸς, *de quo* E. 196. *An ab* ἴω, ἴνω, SINO, σινίω, σινιςὴρ? Sino, *utrum ab* ἴω, ἴνω, E. 51. *an a* σίω, σίνω? E. 656. Sinope σινώπη, E. 657. Sinus, „ *fort. ab* ἐγγὺς," *Iſ. Voſſ. an ab* ἴω, ἴνω, *pp.* remitto? E. 281. Sipo, σίπω, E. 657. Sirenes, σειρῆνες, *ab* ἔρω, εἴρω, σείρω, E. 649. Sirius, σείριος. *Ib.* Sirpo, *i. e.* alligo, *ab* εἴρω, σείρω, σειρπὴ. *Ib.* Sirupus, *vox Orientalis*, *Ar.* سراب. Siſto, ſtiti, ſtatum &c. *a* ςάω, ςῶ, ἱςῶ, SISTO, ἵςημι. *Hinc* exiſto, conſiſto. *Cf. Voſſ.* ſiſtrum „ σεῖςρον, *a* σείω." *Voſſ.* E. 650. Sitis *a* σίω, σείω moveo, *pecul.* linguam, *ut faciunt canes ſitientes*, E. 650. Sittace, *i. q.* ψίττακος. *Cf.* pſittacus, E. 858. Situla *Deminut. a* ſitus, *ſ.* ſita: *quod a* σίω, σείω moveo, concutio, *vas in puteo*, E. 650. *Cf. Hebr.* מחץ. Sive, *et contr.* ſeu, *fere ac*, *pro* neve, *contracte* neu: *ex* ſi *et* ve, *h. e.* vel. Smaragdus, *pro* maragdus, μάραγδος, E. 397. Sobrinus. *Cf.* ſoror. ſobrius. *Cf. in* ebrius. *Niſi ſit a* σόβω, *cogn.* σέβω, σέβομαι, E. 649. 674. Soccus, σύκχος, *ut* ſiccus, σικχὸς, E. 814. *Th.* σύω, σεύω, E. 652. 703. Socer, *cogn.* ἑκυρὸς, E. 651. Socius, „ οἰκεῖος, οἴκιος, SOCIUS." *Iſ. Voſſ. At* „ *a* SEQUO, ἕπω, ἕπομαι, *Voſſ. Pater. Verba* ἔχω *et* ἕπω *cognata fuere*, E. 199. 215. Sodalis, „ *q.* ſedalis, *Feſtus. At a* ſueo, ſueſco, ſuetus, ſuetalis, ſudalis: *vel potius ex* ὁδαλὸς, viae ſocius," *Iſ. Voſſ.* E. 476. Sodes, *pro* s'audes, *ex* ſi audes. Sol, *cogn.* ἥλιος, *ab* ἄλω, ἕλω, *cogn.* εἴλω, E. 78. 650. Solea, „ *quod* ſolum *ſ.* plantam *pedis* ob-

obtegit." Solemnis *a* soleo, *quod ab* ὅλος, *q. d.* totus sum in re. *Cf. Voss. et Periz. Nisi sit ab* ἴλω, *pp.* volvo, oleo, soleo, E. 488. Solidus, *ab* ὅλω, ὀλίω, E. 78. 492. 651. Solium, *pp.* sedes rotunda, *ab* ὅλω, VOLVO. *Ib. Cf. Ar.* كرسى *a* كرس. Solicito, *f.* sollicito, „ *pro* sollum cito, *h. e.* totum commoveo. (*Cf. Sanct. Minerv.* L. IV, c. 17.) *Aut a* lacio, lacito, *addita praepositione* sub, sullicio, sullicito, sollicito." *&c. Voss.* Solor, solatus sum: „ *ab Osco* ollus, *h. e.* integer, totus: *ut notet pp.* redintegro. *Qui* animo fractus *est*, *spe meliorum* reficitur *&c.*" *Voss. Cf.* ὅλος, *pp.* convolutus, E. 491. *et Ar.* واسى. Solox *lana crassa*, ἔριον παχύ· *nempe q.* convolutum, E. 491. Solum (οὖδος *Is. Voss.* E. 525.) ὅλω, *pp.* convolutum, densatum, *ut* רקיע. „ Astra tenent coeleste SOLUM." *Ovid. Vide* E. 491. *et*, *productam hinc vocem*, solidus. Solvo: *an a* λύω, ὀλύω, σολύω, SOLVO? E. 387. A. 205. AA. 509. Solus, ὅλος, E. 491. *Cf. tamen* solvo; *unde videri possit*, solus, *idem esse ac productius* solutus, *h. e. separatus.* Somnus, *pro* sopnus, ὕπνος, ὕπινος, SUPINUS, E. 770. Sono, *ab* ὄνω tollo, attollo, *vocem*, AA. 260. *An vero ab* ὀνοματοποιία, *ut Hebr.* שאה. Sons, *pp.* gravatus, oneratus, *crimine*, *pro* sonos, *ut* pons *pro* ponos. *Th.* ὄνω. AA. 260. E. 501. Sopor, *a* sopo, *ut* honor *ab* hono. (AA. 260.) *Th.* ὄπω *cogn.* ὕπω, *unde* ὕπαρ *&c.* E. 767. Sorbeo *a* sono, *ut Ar.* شرب *&c.* (*Voss.*) Sordes *a* converrendo. *Th.* σάω, *unde* σαορὸς, σωρὸς, E. 710. Sorex, ὕραξ (*Voss. Etym.* p. 522.) *Cf.* E. 771. Soror, *ab* ὄρω *vicin.* ἔρω SERO, necto, adjungo: „ *ut* soror *idem sit quod* adnexa, *quomodo et Graecis* patrueles consobrini *et* amitini *dicuntur* ἀνεψιοὶ, *ab* ἀνάπτεσθαι *&c.* (*Voss.*) Sororio *a* soror, *ut* fraterculor *a* frater *&c.* (*Fest. et Voss.*) Sors (ὅρος *Is. Voss.* E. 513.) *pro* soros, *ut* fors *pro* foros, E. 433. Sospes, *pro* sopses, *ut* hospes, *pro* hopses, *an a* σόω, *unde* σόπω, σοφὸς, *pp.* agilis, celer. E. 676. *ut* sospes *pp. sit* qui eva-

evaſit? Spadix, σπάδιξ, *pp.* avulſus termes &c. (*Gell.*) *Th.* σπάω, E. 679. Spado, *pro* ſpadon, σπάδων, „ ἀπὸ τῦ σπᾷν &c. *Voſſ.* E. 679. AA. 243. Spargo (*unde* σπαργάω) *a* σπέρω, *cogn.* σπάρω, ἔσπαρκα. *Th.* σπάω, *cogn.* σπέω· *Hinc* σπέρω, σπείρω, E. 679. Spartum, σπαρτόν. *Cf. Voſſ. et* E. 679. Sparus, *ſ.* ſparum: *vox peregr. An i. q. Belg.* Sparre? (*Voſſ.*) *Et* Sparus, σπάρος, *nom. piscis. ibid.* Spatha, σπάθη, E. 676. Spatium *a* σπάω traho, distraho, AA. 243. Specio „ *ab* εἴδω, πείκω, σπείκω." *Iſ. Voſſ. Niſi vox* ſpecus, *Gr.* σπέος, *ſuadeat, ducendum verbum esſe a* σπέω traho, attraho, *pecul.* viſu. *A* σπέω *hoc certe ſunt* σπέος, ſpeco, ſpecito, ſpecto &c. E. 680. Specium, *cujus Deminut.* Specillum, *a th.* σπέω traho. Specula, „ *a* ſpecus, σπέος." *Heſych.* σπέος· σπήλαιον, ἄντρον. *Voſſ.* E. 680. Spenden (*Belg.*) &c. E. 680. Sperno *pro* ſperino, *ut* cerno *pro* cerino &c. *cogn.* σπείρω. „ *Ita pp.* ſperni *dicetur, quod per viam* ſpargitur, *ut* temni, *quod* abſcinditur &c." *Voſſ.* Spes, *pro* ſpeſis, *ut* res *pro* ῥῆσις· *a* σπέω, *cogn.* σπάω, traho, E. 205. 679. Sphaera, σφαῖρα, E. 704. Sphacus, σφάκος, E. 704. Sphinx, σφίγξ, E. 706. Spica, *olim* ſpeca, *foem.* τῦ ſpicus: *hoc vero cogn.* „ *Aeol.* σπάχυς, *pro* στάχυς." *Voſſ. Niſi ſit a* σπέω, traho, attraho, attractum carpo. *Cf. Evang. Marc.* II, 23. Spina „ *i. q.* pinna." *Iſ. Voſſ. at a* σπίζειν *i. e.* ἐκτείνειν, *Voſſ. Niſi pp. ſit a* σπίνω· *unde Belg.* ſpinnen, E. 682. Spinter *i. q.* σπινθήρ, (*Voſſ.*) *a* σπίνω. E. 682. Spinturnix, *cogn.* σπινθαρίς. *Cf. Voſſ.* Spira, σπεῖρα, E. 679. Spiro, *cogn.* σπαίρω, *an a* ſono? *Cf.* E. 676. Spisſus, *pro* πίσσος, E. 583. Spithama, σπιθαμή, E. 681. Splen, σπλήν, E. 684. Splendeo *a* σέλας *unde* σελήνω, σβελήνω, *ſ.* σπελήνω, σπελένδω, SPLENDO, ſplendor &c. E. 650. Spoeden (*Belg.*) E. 681. Spolium, *a* σπόω, *cogn.* σπάω, E. 701. Sponda, *pp. thalamus,* „ *a* σπονδή," *Voſſ. Cf. tamen* σποδός, E. 684. Spondeo *a* σπονδή &c. *Cf.* σπένδω, E. 679. Spongia *a* σπόγγος·

γος· *quod id. ac* φέγγος. *Cf.* Fungus. Sponte, *pp.* effusione. *Est Ablat.* τῦ spontis, *quod a* σπένω, *s.* σπένω, *unde* σπένδω, E. 679. Sporta *a* σπείρω *&c.* „ *A* σπυρὶς, σπυρίδος, σπυρίδα" *&c. Voss.* Spuma, *ab* ἔσπυμαι· *th.* SPUO, σπύω· SPUO, *cogn.* πτύω, *a* sono. A. 183. E. 613. Spurcus *a* πόρκος, PORCUS, *praemisso* σ. *Cf. Is. Voss. et* porcus. Spurius, *q.* sporius, *a* σπορὰ, *pp.* sparsio *seminis. cf. Hebr.* ספיח *et* E. 679. Squaleo „ *a* κηλὶς macula" *&c. Voss. An cogn.* τῷ σκέλλω arefacio, *ut* squalens *pp. sit* aridus, incultus, horridus. *Cf.* E. 662. Squama *ab obsol.* squao, *pro* σκάω, *unde* scabo: *ut* λεπὶς, *a* λέπω, *Cf.* scabo. Stabulum, *ut cogn.* σαθμὸς, *a* στάω, στῶ, STO, *cui vicin.* ἵστημι· *ita a* πάω, pabulum *&c.* E. 685. 278. Stacte, στακτὴ, E. 684. Stadium *a* στάω· *unde et* στάδιον. Stagnum *pp.* liquatum, *s.* ex liquore deciduo collectum. *Contracta vox est ex* σαγόμενον, *ut* agnus *ex* ἀγόμενος· *th.* στάγω, *i. q.* στάζω stillo. *Inde et* σταγὼν, στάγμα, E. 684. Stamen, *cogn.* στήμων, *a* στάω, E. 685. Stannum, *pro* stamnum, *ex* stagmnum, *s.* σταγόμενον, *pp.* liquatum, *et hinc pp.* „ liquor, qui prius fluit in fornacibus," *ut, ex Plinio, docuit Vossius. Itaque* stagnum *et* stannum *ejusdem quidem originis voces sunt, sed usu diversae. Pro* stannum *etiam* stagnum *scribitur in Codd., et Itali hodie, pro* stanno, *dicunt* stagno. *Unde clarius indicium etymi. Est vero* stagnum *a* στάγω, *ut* agnus *ex* ago. *Graeci (elisis aliis literis)* ἀμνὸν *dixere, pro* ἀγομενὸν, *quem Latini* agnum, *ex eodem* ἀγόμενον. (*Hinc corrige dicta*, E. 101. *de* ἀμνὸς, *et p.* 684. *de* σαμνὸς· *quod similiter est pro* σαγόμενος.) Statera: *an fem. forma Adjectivi* στατηρὸς, ὰ, ὸν. *quod ab* ἕσταται, *unde* στατὴρ STATER. *Th.* στάω, E. 685. Statim *ab eodem* ἕσταται, *cogn.* ἵστημι· *Hinc* statim, *priori syllaba producta, i. q.* ἱσταμένως, *i. e.* constanter, *at, priori brevi, i. q.* εὐθέως, *Belg.* OP STAANDEN VOET. *Cf. Voss. et* E. 278. Statua *a* statuo, *quod a* statum. Stauro *obsol. vicin. Gr.* σαυρόω, *quod a* σαυρὸς vallus, *s.* palus, *pp.*

pp. notat vallum *f.* palum depango. *Hinc* instaurare *&c.* (*Voss.*) E. 685. Stega, στέγη, *a* στέγω, *quod a* τέγω, E. 686. Stella, *pro* sterla, *ex* sterula, asterula, E. 131. A. 203. Stellen (*Belg.*) *i. q.* στέλλειν, E. 688. 691. Stenen (*Belg.*) *i. q.* στένειν, E. 689. Stercus, *pro* stergus, *pp.* quod abstergitur *natibus &c. Th.* τέρω· *unde* τέργω, TERGEO. *Hinc* στέργω *pp.* tergeo: *unde Graece nunc est i. q.* mulceo, delinio: *sed in Latina voce* stercus *propria verbi vis est servata.* (*Adde haec dictis in* στέργω, E. 689.) Sterilis, *f.* Sterilus, *pp.* durus, *f.* duriusculus, *a* στέρος, *f.* στέῤῥος· *unde* στερεὸς *&c.* E. 690. Sternax „ *a* sterno, *ut a* vivo, vivax, *ab* emo, emax, *a* curro, currax *&c. Voss.* Sterno, *pp.* durum solidum facio: *unde* sternum, στέρνον, E. 691. *Dicitur pro* sterino, *ut* cerno *pro* cerino, sperno *pro* sperino. *Cf. et cogn.* στορέω, *et* στρώννυμι, E. 696. 698. Sternuo, *et frequent.* Sternuto, *ut* πταίρω *et* πταρνύω, *a* sono, E. 611. Sterto „ *a sono* stertentium." *Voss.* Stibium, *Gr.* στίβι, κατὰ τῦ στίβειν *&c. Voss. Cf. et* στίζειν, E. 693. Stica, *pp. i. q. cogn.* στικτὴ, *i. e.* punctis variegata, *absol.* tunica, *et eximie* tunica caepae. *Cf. Voss. et Belg.* stikken, E. 693. 694. Stilla, *pro* stila, στίλη *th.* στίλω. *Cf.* stilus, *et Belg.* stillen, E. 695. *Nisi sit pro* stirla, *et* stirula, *ut* stella *pro* sterla *&c. Cf.* stiria. *An a sono* STI, *ut a* στὰ, *sunt* στάζω, σταλάζω, E. 684. 783. Stilus *a* στίλω, *cogn.* στέλω, στέλλω· E. 693. 699. Stimulus *a* stimus, *quod ab* ἔστιμαι, 1. *Praeter. verbi* στίζω, *f.* στίω. *Th.* τίω, E. 689. 693. Stinguo, *unde* distinguo, *a* stigo, στίγω, *cogn.* στίζω· *A* στίγω *sunt* στιγεὺς, στιγὼν, στίγμα, *et Lat.* instigo. „ *Gloss. Cyr.* στίγω, stingo, pungo *&c. Cf.* στίζω, E. 693. 694. Stino, *obsol. unde* destino *&c. Gr.* στίνω *f.* στένω, *i. q.* στενόω· *Th.* είω, *cogn.* στίω, E. 689. Stipendium, „ *pro* stipipendium," *Voss. Cf.* stips. Stipes *a* stipo, *cogn.* στύπω, E. 699. *Cf. Voss.* Stipo, *cogn.* στείβω, στύπω, (*unde* stupeo) *et* στύφω. AA. 236. 237. E. 699. Strips (*origine i. q.* stipes, *ut* seps

et

et ſepes, plebs *et* plebes) *a* ſtipo. *Eadem metaphora est in* מכר, סגר *&c.* E. 699. Stipula „ *Deminut. ab inuſit.* ſtipa, *quod a* στύπος, *quia caulis est frumenti.*" *Voſſ. An pp. fem. forma est* τῦ ſtipulus, *i. e.* firmus, *ſ.* firmulus, *Deminut. Adjectivi* ſtipus? *Cf. cogn.* στιπτὸς, *i. e.* πυκνὸς, στερεὸς *&c. Th.* ſtipo. Stiria. *Cf. in* ſtilla. Stirps, „ *ut a* τρίπυς *Lat. est* tripes, *ſic* στερεόπυς, *prius forte* ſterpes, *poſtea* ſtirpes, ſtirps *&c.*" *Voſſ. ex Scal. Niſi malis a* στείρω, *ſ.* στέρω, *pp.* firmo, *repetere τὸ* στείρω, *ſ.* στείρπω, στεῖρπος, STIRPS. Stiva, στίβη· ἱστίω, *unde* ἱστοβοεύς. (*Iſ. Voſſ.*) *Th.* στίω, E. 689. Stlata *navis piratica*, *pp.* inſtructa: *pro* ſtelata, *a* στέλω (στέλλω) στελάω, E. 687. Sto, ſteti *&c. Th.* στάω, *cogn.* στέω, στίω, E. 685. 689. 725. AA. 456. 467. Stola, στολὴ, E. 688. Stolidus, „ *Ut a* στῖπος STIPES *et* STUPIDUS, *ſic a* στόλος STOLIDUS, *et* STULTUS." (*Iſ. Voſſ.*) *Sed* „ *a voce* Stolo (*pro* ſtolon) *i. e. fruticatio inutilis*, ſtolidus, ſtoldus, ſtoltus, ſtultus." *Voſſ. Pater. Ipſum* Stolo, (*pro* ſtolon, *unde Genit.* ſtolonis) *pp. factum videtur ex Genit. Plur. vocis* στόλος, *i. e.* emiſſus, *eximie* ſurculus. *Th.* στόλω, *ſ.* στέλω, στέλλω, E. 687. Stomachus, στόμαχος, E. 695. Stoppen (*Belg.*) E. 699. Storax, στύραξ, E. 700. Storea, „ *a* στορεῖν, *i. e.* ſternendo." *Voſſ.* E. 697. Strabo, στραβὼν, *a* στράβω, *cogn.* στρέβω (*unde* στρεβελὸς, *ſ.* στρεβυλὸς, STREBULA, στρεβλὸς) *et* στρέφω, E. 698. Strages," *cum aut vento arbores*, *aut bello homines*, STERNUNTUR. *Gloſſ. Cyrilli:* στρῶσις νεκρῶν ἐν πολέμῳ." *Voſſ. A* στράω, *cogn.* στρώω, *&c. Belg.* Stroojen, E. 697. Strangulo, *cogn.* στραγγαλῶ, (*ex* άω *et* όω,) *hoc a* στράγγω, *cui vicin.* STRINGO. *Conf.* στράγγω *cum Belg.* STRANG, E. 797. Strena, στρηνὴ, E. 698. Strenuus, *a* στρῆνος, E. 699. Strepo, „ *a* ſono: *ut* ſtrideo *et ſim.*" *Voſſ.* Stria „ *a* ſtringendo," *Perott. Niſi ſit a* στρίω, *unde* στρίγω, στρίγγω, E. 697. Stribilita, *et* ſtriblita: ſtribiligo *et* ſtribligo, *a* στρεβλὸς. *Cf. in* ſtrabo, *et Vid. Voſſ.* Strido, *et* ſtrideo, *a* τρίζειν, *ſ.* τρίδειν. Τρίζω, ἔτριδον,

E.

E. 748. Striga *a* Strigo, *quod id. ac* Stringo. *Cf. Vosf. A* Strigo *etiam ſuperest* Strigilis, E. 695. Stringo, *cogn.* στράγγω, E. 695. 689. Strix, στρὶξ, *pro* στρίγξ. (*Vosf.*) *Th.* Stringo. *Cf.* ſtria. Struma, *ab* ἔστρυμαι. *Th.* ſtruo. Struo „ *ex* στορέω. „ *Voſſ. An pro* ſteruo, *quod a* στέρω, *unde* στερεὸς? E. 690. Studium, *cogn.* σπουδή. „ *Pro* στάδιον, *Aeoles* σπάδιον, *ut contra a* σπουδὴ *Lat.* STUDIUM." (*Vosf.*) E. 681. Stug (*Belg.*) E. 699. Stultus. *Vide in* ſtolidus. Stupa, στύπη, E. 700. Stupeo, *pp.* firmus, immobilis ſum, *intranſ. a* ſtupo, E. 700. 759. Stuprum *a* ſtupo, *quod idem ac* ſtipo. „ *A* στύω *ſ.* στύομαι, *quod in obſcoenis est, ac notat* τὸ αἰδοῖον ἐντείνειν. *Uti* στῦμα· αἰδοίου τάσις, *&c. Vosf.* E. 689. Sturnus, „ *a* στορεῖν· *quia magna ſe vi ſternat humi ex alto.*" *Vosf.* E. 697. Stylus, στύλος. *Vid. in* ſtilus. Suadeo, *i. e.* „ ſuavibus verbis inducere conor." *Forcell.* „ *Ut* audeo *ab* aveo, *ita* gaudeo *a* gaveo." *Vosf. An ita et* ſuadeo, *a* ſuaeo, *h. e.* ſuafeo, ſuaveo, ſuavem me exhibeo? Suavis, *ab* ὕω, ὑάω· *unde* ὕαμα *apud Heſych. i. q.* βάθος. *Itaque* ſuavis *pp. fuerit quod* ſubeat leniter, *ſ.* titillet *palatum: ut Hebr.* דובב. Suavium *pp.* de osculo libidinoſo. „ Dum ſemihulco ſavio meam puellam ſavior." (*Cf. Taubm. ad Plauti Milit. Glor.* II, 1, 16. *et Driesſen.* Diſſ. Philol. p. 53.) Sub, ὑπ' *pro* ὑπὸ, AA. 237. E. 771. Suber, *cogn.* σύφαρ. *Cf. Vosf. et* E. 702. Subidus, „ *a* ſubando." *Vosf.* Subleſtus „ *ab* ὑπόλιστος, *i. e.* τετριμμένος. *Compoſ. ex* ὑπὸ *et* λίσπος, *i. e.* ἰσχνός. *Vosf. An ex* ſub, *et* leſtus, *Partic. Paſſ. th.* λέω, λέζω, *ſ.* λείζω, *cogn.* λάζω, capio, *ſ.* rapio: *ut* ſubleſtus *pp. ſit i. q.* ſubtractus, *pecul.* cui fulcrum ſubtractum ſit, *ut* ruinam minetur, E. 357. Sublica, „ *vocabulum Volſcum est.*" *Voſſ. an ex* ſub, *et* lica, *pp. adject. ſ. g. a* licus, *quod a th.* λίω, moveo *&c.* E. 373. Subligar *et* ſubligaculum, „ *a* ſubligando." *Vosf.* Sublimis *ex* ſub *et* limis. *An. Abl. Plur.* τοῦ limus *i. e.* obliquus? *Ita* ſublimis *pp. dici posſit, quod ſub* limis *i. e.* obliquis, *ſ.* transverſis laquearibus, *ſ.* trabibus, ſit,

sit, *i. e. quod vertice suo ipsa laquearia ferit: unde clarius forte intelligas illud*, „ sublimi feriam sidera vertice." Suboles. *Vid. in* indoles. Subsidium „ *a* subsidendo, *ut a* praesidendo, praesidium, *ab* obsidendo, obsidium. *Voss.* Subtilis *ex* sub *et* tilis. „ Τίλαι, *et* τίλα, *dicuntur* quaelibet res minutae." *Is. Voss. Utrum hinc* subtilis, *pp.* aliquantum minutus, *ut* subtristis *&c.* (*Cf.* E. 612.) *an vero alia vocis ratio est?* Subucula, *i. e.* interula, *s.* ὑποδύτης· „ *a* sub, *quasi* quod subtus induatur." *Forcell. An ab* ὑπὸς (*unde* ὑπὸ) *Lat.* SUBUS, *unde Deminut.* SUBUCULUS? E. 771. Subula, „ *q.* suibula, *a* suendo." *Voss.* Subulcus. „ *Ut ex* bovibus, bobus, bubus, *est* bubulicus, bubulcus: *sic a* suibus, subus, subulicus, subulcus." *Voss. Cf.* ὗς, SUS, E. 772. Succinum „ *a* succo." (*Plin.*) Succus, *pro* sucus, ὀπὸς, E. 505. Sudes, „ *ab Aeol.* σύδος, *pro* ὄζος." *Is. Voss. Th.* ὕδω pungo *&c.* E. 478. Sudo, ὕδω, E. 763. A. 156. Sudor, ὕδωρ, A. 212. E. 763. Sudus „ *ab* ὕδος." (*Voss.*) *Huic voci, nempe, cogn. est* ὕδος. Suesco „ *a* sueo, *unde* consueo." (*Cf. Voss.*) „ Sueo *vero ab Aeol.* ἔυω, σύω, σύω." (*Is. Voss.*) *Th.* ὕω, *unde* suo *&c.* E. 776. 229. Suffio *pro* subfio, *i. e.* subtus fio, E. 265. Suggillo, *q.* succillo, *pro* subcillo, *ex* sub *et* cillo, *cogn.* κέλλω, cello. *Cf. Camer. ap. Voss.* Sugo, *obsol.* ὕγω, A. 156. E. 762. Sui, ἕ, AA. 299. Sulcus, *s.* folcus, ὁλκὸς, E. 203. 480. Sulphur „ *ab* ἕλπος, *s.* ἔλφος, *h. e.* λίπος, ἐλαίωμα." *Is. Voss.* E. 205. *Th.* ὅλω, E. 491. Sum *pro* sumi, ὑμὶ, AA. 450. E. 229. 701. 796. Sumen, ὑμὴν, *pp.* membrana. *Vid. Is. Voss. et* E. 766. Summus *pro* supmus, *ut* somnus *pro* sopnus. *Ab* ὕπος, *unde* ὑπατος *&c.* E. 770. Sumo, *ab* ὕμω, *cogn.* ἕμω *et* ἕμω. *Nisi sit* „ *pro* suremo, *ex* sursum *et* emo." (*Voss.*) Suo, σύω, *s.* σιύω *a* motu manus, E. 703. *Aut* σύω *Aeol. pro* τύω, *unde* κασσύω CONSUO, E. 295. Supellex, *q.* ὑπέλλαξ, *ab* ὕπλω *&c.* (*Menag. Amoen. p.* 375.) E. 503.

503. Super, ὑπὲρ, A. 212. AA. 237. E. 703.767. ff. Superus, ὑπερὸς, A. 159. E. 769. Superbus, *ab* ὑπερὸς, *inserto* β. „ Faciam ego hodie te SUPERBUM, ni hinc abis." *Plaut*. E. 770. Supinus ὕπινος (*unde* ὕπνος) E. 770. Supparus *et* Supparum, *ex* ſub *et* parus, φάρος, E. 782. Supra *pro* ſupera, AA. 482. Sura „ *ab* ἔρα, *quatenus notat* τὰ ὀπίσθια. *Hujus deminut*. ſurula, *et contr*. ſulla: *unde* Syllae *nomen*." *If. Voſſ. Cf.* E. 527. Surculus *pro* ſuriculus, *a* ſuricus, ſurcus. *Th.* σύρω *&c.* E. 702. Surdus, *ſ.* ſordus, „ *ex* ſordidus, *quia aures* ſordibus oppletae." *Voſſ. Malim a* σύρω, E. 702. Surgo, *pro* ſurigo, ſubrigo, *Gloſſ.* „ Subrigo, ἀνορθῶ *etc.*" *Cf. Voſſ. in* rego. Surſum, *ut* prorſum *pro* proverſum *etc. ita* ſurſum *pro* ſurverſum. *Cf. in* proſa. *Niſi ſit ſimpliciter pro* ſorſum *ab* ὄρω. Surus, *i. e.* palus, pali, *ut pro* ſorus, *ab* ὄρω, E. 516. (*Cf.* ſura.) Sus σῦς, *ſ.* ὗς, E. 702. 772. *Diverſum hinc est* ſus *pro* ſuſum, ſurſum. *Cf. in* proſa *et* ſurus. Suſpicor *ex* ſus, *ſ.* ſub, *et* ſpico, *cogn.* ſpecio: *ut* ſuſpicari *pp. idem ſit quod* ὑποβλέπειν. *Cf. Voſſ.* Suſurrus, *a* ſono. Sylva. *Vid.* ſilva.

T.

Tabanus, *Gr.* οἶστρος, *a* τείνω tendo, protendo, *pecul.* aculeum. *Hinc* τάνω, τάβω *etc.* E. 716. Taberna „ *pro* tabulerna." *Voſſ. An ſimpliciter a* protenſis aſſeribus, *ut ſit vox formae in* rnus, *ut* hibernus, heſternus? *Cf.* Tabula. Tabes *a* τάω, *unde* τάκω, τήκω, τῆξις, E. 728. Tabula. *Ut* fabula *a* φάω, *ita* tabula *a* τάω, E. 716. Taceo, *a* τάκω, *ut ab* ἄκω, ἀκέω, E. 728. Taeda, *Gr.* δαΐς, *ſ.* δαῖς, *Gen.* δαΐδος *etc. quod a* δαίω, E. 167. Taedet, *pp.* urit, *ſ.* laniat, *a* δαιδέω, *cogn.* δαΐζω. *Th.* δάω, E. 167. Taenia, ταινία, *a* ταίνω, extendo, E. 732. Talea, θάλεια, *pp.* virens, E 249. Talentum, τάλαντον, E. 711. Talis, *cogn. Aeol.* τάλικος *pro* τηλίκος. *Cf. Voſſ.*

Tal-

Talpa, *q. d.* fota, calida, *a* θάλπω foveo calore, E. 249. Talus, „ *ex* taxillus *&c. Voss. Periz. Th.* τάλω, E. 712. Tam „ *ex Doric.* τὰν, *pro* τὴν, *Perizon. ad Sanct. Min.* p. 483. *Cf.* tum. Tama, *a* τέταμαι *th.* τάω, E. 716. Tamen *forte Accus. vocis obs.* tamen, taminis, *quod a* τάω, *uti* flamen *a* flo, *pro* flao: *ut* tamen *pp. notet* tensionem, protensionem, *unde idem saepe valet ac* tandem. *Nisi malis esse pro* tagimen, *a* tago, *i. e.* tango. *Hinc certe* tamino *&c.* E. 421. Tango *a* tago, *ut* frango *a* frago *&c: Th.* τάω *cui vic.* τέω, τίω. *&c.* E. 256. 686. 716. 752. *Compos.* contingo, obtingo, *respondent Gr.* τυγχάνειν, E. 753. Tantus, *a* τὰν *Dor. i. q.* τὴν, *ut* quantus *a* quam *s.* quan, *i. e.* κὰ ἄν. Tardus, *pp.* perculsus, obtusus, *pro* taradus, *a* ταρέω, *unde* ταράσσω, E. 713. *inde et* τάρβος, terror, E. 714. Tartarus, τάρταρος, E. 715. Taurus, ταῦρος, E. 716. Tego, τέγω, *unde* στέγω, E. 686. Tela *pp. fem.* τοῦ τῆλος, E. 728. *Cf.* telum. Telamon, τελαμὼν, E. 719. Tellus *pro* telus, τῆλος, *an ab* extensione, amplitudine, *ut forte Ar.* طل? E. 720. Telum, τῆλον. „ TELUM gladium *a* longitudine." (*Serv.*) E. 720. 728. Temere, *pp.* conscissione, *a* τέμω, *unde* τέμνω, E. 720. *quod dedit Lat.* contemno, *i. e.* proscindo. Temetum, *pp. Partic. Pass. verbi* τεμέω, *unde* τμητὸς, *pro* τεμητὸς, *pp.* sectus, incisus. Vinum *dicitur* incidi. *Cf.* תמש *et* κεάω, E. 332. Temno, τέμνω, E. 720. *Cf. in* sperno, *et* temere. Temo *pro* temon, „ τήμων." *Is. Voss. Nisi sit a* τέμω seco, divido *boves, curru junctos.* Templum, *fort. pro* tempulum, *Demin. a* tempus, *Th.* τέμω seco, divido, *pp.* regio lituo finita. *Hinc locus* divisus, ac diis consecratus, *Cf cogn.* τέμενος· ἱερὸς τόπος, E. 721. Tempero *a* τέμω, *pp.* seco: *unde* temperare *vinum, pocula &c.* E. 720. Tempus, *pp.* divisum, definitum *spatium: a* τέμω. *Cf.* templum. *Cf.* AA. 269. Tendo, *a* τένω, τείνω. A. 10. E. 254. 717. 721, 728. 732. Tenebrae. „ *Ut a* la-

lateo, latebrae, *a* ſcateo, ſcatebrae: *ſic a* teneo, tenebrae." *Voſſ. An a* teneo, *i. e.* extendo me ſuper aliquid, *atque adeo* obtego, obſcuro rem? Teneo *a* τένω, τείνω, *pp.* extendo me. „ *Nam*, *ut* teneamus, *nervos* extendimus." *Voſſ.* Tener, *a* τένω, *pp.* extentus, diductus, E. 722. *Cf.* tenuis. Tenor *a* τένω extendo, E. 717. Tenuis, *cogn.* τετανὸς, *pp.* nimis extentus, rarefactus, E. 755. Tenus, *i. e.* laqueus ad captandas aves, *pp. i. q.* tenſus. Tenus, *cogn.* τένης, *i. e.* ἕως. *Heſych. pp.* tenſio, extenſio. *Hinc* quatenus, hactenus *etc.* E. 717. Tepeo, *a* τέπω, E. 740. Terebra, *a* tero, *ut a* verto, vertebrae, E. 723. 741. *Niſi malis a* tereo, *ut* tenebrae *a* teneo. *Gr.* τέρετρον *a* τερέω, *unde et* teredo, τερηδὼν, E. 723. Teres, *cogn.* τορὸς, *pp.* terendo, *ſ.* terebrando rotundatus. Tergo, *a* τέρω, *unde et* τέρσω, E. 724. Tergum, *ac* tergus, *cogn.* ςέρφος, *h. e.* βύρσα, δέρμα, *a* tergendo. Termentum, *i. q.* detrimentum, *a* termen, *quod a* τέτερμαι· *th.* τερέω. *Hinc et* Termes, *pp.* ramus deterſus, deſtrictus, *i. e.* „ nec foliis repletus, nec nimis glaber." (*Paull.*) Terminus „ *a* τέρμονος, *Genit.* τῦ τέρμων." (*Voſſ.*) *cogn.* τέρμα, E. 723. Tero, τέρω, *unde* τερέω, τείρω *etc.* AA. 517. E. 713. 718. 723. 724. 729. 748. Terra, *q.* terſa, deterſa *aquis*: *a* τέρω, τείρω, *i. e.* ξηραίνω, *ut* terra *pp. ſit* ἡ ξηρά. *Cf. Voſſ. et* τέρσω, E. 723. Terreo *i. q. cogn.* ταράσσω, *pro* τερέω, *i. e.* attero, conſterno *aliquem etc.* E. 723. *Cf. Ar.* خوف Teruncius *a* ter, *ſ.* „ tribus, unciis. (*Varro.*) Tesqua, *ſ.* teſca, *i. e.* loca umbroſa, δάσκια *pro* δασύσκια, denſam *ſeu* ſpisſam umbram facientia" (*Scal.*) *an ſimplicius a* τάζω, extendo, protendo, τασκὰ, protenſa, praerupta loca? „ Tesqua κατάκρημνοι-τόποι " *Cf. Voſſ.* Teſſera, „ *a* πισσὸς, πισσόρ." *Iſ. Voſſ. A* teſſera, teſſerula, teſſerla, teſſella. *Cf. Voſſ.* Testa, *vas fictile, quod deponitur*, *ſ. collocatur in menſa. Th.* θέω, θέζω. *Cf.* teſtis. Teſtis, *cogn.* θέςωρ, *i. e.* ὁ μάρτυς· *an ab obſ.* θέζω, *i. q.* τίθημι pono, de-

depono: *ut* testis *pp. sit Gallice celui qui dépose?* E. 730. *A* testis *est* testor, *hinc* testamen, testamentum. (*Vide Vosf. et Menag.*) Testudo *a* testu. „ Testu *i. q.* testa." (*Prisc.*) *Cf. Vosf.* Teter *a* τέτεται, 3 *Praet. Pasf. th.* τέω tendo, protendo: *unde* teter, *pp.* qui protendit vaporem, odoremve ingratum. (*Cf. Ar.* نتن, *cum Hebr.* נתן.) Texo, *a* tego, *pro* tegso, *ut* taxo *a* tago, *pro* tagso, saxo *a* faco, (*unde* facio) *pro* facso. „ Invicem tegimus tramam et stamen: *unde* TEXERE." (*C. Scal.*) Thalamus θάλαμος, E. 248. Thallus, θάλλος, *a* θάλλω, E. 249. Thermae, *a* θερμὸς, E. 253. Thesaurus, θησαυρὸς, E. 256. Thiasus, θίασος, E. 256. Tholus, θόλος, E. 732. Thorax, θώραξ, E. 267. Thronus, θρόνος, E. 261. Thus, θύος, E. 264. Tiara, τιάρα, E. 730. Tibia, *an a* τίω, *cogn.* τέω, extendo, *unde* τίφω, τίβω *&c.* E. 735. 732. Tignum *pp.* „ omnis materia, ex qua aedificium constat." (*Ulpian.*) „ *Ut* lignum *a* lego, *sic* tignum *a* tego. *A* tigno, tigillum, *ut a* signo, sigillum." *Voss. Atqui* tigillum *monstrare videtur th.* τίγω, *s.* θίγω, E. 256. Tigris, „ vocabulum e lingua Armenia." (*Varro.*) Tilia, τίλια. (*Is. Vosf. ex Hesych.*) *an a* τίλω, τίλλω? E. 731. Timor, „ δείμος, δείμορ." (*Is. Vosf.*) *pp.* praeligatio, praepeditio. „ Timor praepedit dicta linguae." (*Plaut.*) *Th.* δέω, E. 176. *Hinc* timeo, *pp.* ligatus, impeditus sum. Tina *vas vinarium*, *pp. fem.* τοῦ tinus, *i. e.* δεῖνος, *pp.* ligatus, constrictus: *unde* δεῖνος· εἶδος ἐκπώματος. *Th* δέω, E. 176. Tinea, *pp.* „ vermiculus tenuis et oblongus." *Forcell. a* τείνω, τίνω, *pp.* extendo. Tingo, *vicin.* τέγγω, *unde* τεγκτὸς, TINCTUS, E. 716. Tinnio, *ut Ar.* طن, „ *a* sono." (*Voss.*) Tipula „ *Belg.* een waterspin, *a* τίφος *i. e.* palus, paludis." (*Scal. et Vosf.*) E. 735. Tiro, *pro* tiron, *a* τείρω, tero, *quia se primum* TERIT, *i. e. exercet* (*Voss.*) E. 718. Titillo, „ *a* τίλλω, geminatione primae." (*Voss.*) E. 731. Titio, „ *forte a* θύω, fumigo." (*Voss.*) *Dixere* θύω *et* θίω, ut

ut φύω *et* FIO, SUFFIO, E. 265. Titivillitium, *pp.*? Titi villitium. VILLUS *i. q. floccus. Unde* Titi (*cujusdam*) villi, *et* Titi villitium. (*Gronov.*) Titubo, *pp. de* pede, lingua protendente se. *Th.* τύω, *unde* τιτύω, τιτύφω, TITUBO, E. 760. Titulus, „ *A* τιτὸς, *quod* ἀπὸ τῦ τίειν, *s. potius a* τιτίω, *i. e.* τιμῶ. (*Scal. Voss.*) E. 735. Tocullio, *i. e. foenerator*, „ τόκος, τοκύλλιον, τοκυλλίων." (*Voss.*) E. 736. Tofus, *lapis cavernosus et scaber*, „ τόφος *a* τέφω." (*Is. Voss.*) E. 727. Toga, „ *a* tegendo. Olim fuit commune vestimentum et diurnum, et nocturnum; et muliebre et virile." (*Varr. et Nonius*) *Th.* τέγω, *s.* τόγω, TEGO, *unde* στέγω, τέτογα, E. 686. (*An a* τόγω, TEGO, *forte est* τογέρα, *i. q.* τογέρης, μοιχός. *Hesych. Cf. Ar.* ﻏﺸﻲ, *Hebr.* עשה.) Tolero. „ *Ut a* geno, genero: *sic a* tolo, tolero." *Voss.* E. 621. 712. 719. Tolleno *s.* tollo, tollonis, *i. e.* κηλώνειον, *a* tollendo, E. 731. 737. *&c.* Tolus, tollus, *s.* tolles, tola, *tumor in faucibus: a* tolo, tollo. Tollo, sustuli, sublatum *&c. a* τόλω, *cogn.* τάλω, *unde* ταλάω, E. 621. 737. 720. 754. Tolus, τόλυς, E. 712. Tolutim, „ *a* tolendis, *i. e.* tollendis, pedibus." (*Voss.*) Tomacula, „ *edulia e jecore conciso.*" (*Valla.*) *A* τομῇ, τομάω *&c.* E. 739. Tomentum. *Ut a* foveo, fomentum, *a* moveo, momentum, *sic a* τομέω, *cogn.* τομάω, TOMENTUM. (*Sed vid. Voss. et conf.* tomacula.) Tomex, *s.* tomix, θώμιγξ. *Cf.* θωμίζω, E. 267. Tomus, τόμος, E. 739. Tondeo. *Ut* spondeo, *a* σπονδὴ, *th.* spondo, *s.* σπένδω, *sic* tondeo, *a* tondo, *s.* τένδω. *Th.* τένω, τείνω *&c.* E. 722. Tono, *pro* tonao, *cogn.* toneo, τονέω *&c.* „ *pp.* intendere vocem, *s.* sonum." (*Voss.*) E. 722. *An a* sono, *ut productius* τονθορύζειν *et Belg.* donderen? E. 738. *Veteres etiam* tono, tonis, *dixere: unde* „ tympana tonimus." Tonsae, *imae remorum partes*, „ *a* tondeo: *nam* tondere, radere, verberare, *et* κείρειν *similiter.*" (*Is. Voss.*) Tonus, τόνος, E. 717. Torcular, tormentum *&c. a* torqueo. Tornus,

nus, τέρμος, E. 723. Torpeo, „ *forte ex* τάρβος." (*Is. Voss.*) *An a* τορπὴ, τέρπω, τέρω, τέω, *pp.* extendo; *ut* torpere *pp. sit* extendere se, *s.* pandiculari? Torqueo, *an pro* troqueo, *a* troquo, τρόπω, *cui vic.* τρέπω, *et* στρέφω? *Sane* torqueo *in Glossis redditur* στρέφω· Torques, *et* torquis, στρεπτὸς, E. 698. Torreo, „ *a* torrus, *i. e.* aridus. Torrus *a* τείρω, *quod notat* ξηραίνω. &c. (*Voss.*) *Cf.* terra. Torus, „ *pp.* stratus, τόρος, *unde* στόρος, STOREA, στορέα." (*Is. Voss.*) E. 696. Torvus, *pp.* obliquus, λοξός. *Cf. Voss.* Tot, „ *a* τόσα." *Voss. s. pro* τόσοι. *Cf.* quot. Totus, *pp. i. q.* τόσος, τοσοῦτος, *literis* σ *et* τ *permutatis*, E. 519. Toxicum, „ τοξικὸν, *scil.* ἔγχριμα, venenum: *quod sagittis illinebant. Cf.* E. 739. Trabea, „ *vestis segmentata* trabibus, *purpura expressis.* (*Voss.*) Trabs, „ *ex* τράφαξ." (*Menag.*) *an pro* τράβος, *a* τρέω. *Cf.* traho, *et* trama, E. 741. Trado, *pro* transdo: *quod exstat apud Terent.* (*Voss.*) Tragemata, τραγήματα, *a* τραγέω, *quod a* τρώγω, *cogn.* τρώγω, E. 751. Tragoedia, τραγῳδία. Tragoedus, τραγῳδὸς, „ *q.* HIRCICEN *dicas a* τράγος hircus, *et* ᾠδὴ cantus: *quia praemium ejus, qui tragoedia vicisset, hircus esset.*" (*Voss.*) Tragula, „ *a* τρόχαλα, *s.* τροχαλία· *quod, dum volat, trochleae motum imitatur.*" (*Is. Voss.*) *An Deminut. a* tragus, τράγος? E. 741. Traho, *a* τρέω, *quod vide*, *an, hoc sensu, sit a* ῥέω *cogn.* ῥύω, RUO? E. 629. Trama, *et* trames, *a* τέτραμαι· *Th.* τρέω, *Lat.* TRAHO. Tranquillus. *An a* τρέω (TRAHO) *est* τρένω (*Gall. trainer*) τρανὸς (θρῆνος) TRANS: *pp.* qui *vel* quod trahitur, *aut* protrahit se. *Cf.* πέραν. *A* τρέω, τρανὸς, τρανικὸς, τραγκὸς, τραγκιλὸς, τραγκιλλός? Trans. *Vide* tranquillus. Transenna, *pp.* opus cancellatum, *s.* reticulatum. *An a* τρέω, τρένω, τρένσω, τρένσινος? *Cf.* trans. Transtrum *a* τέθρανται, *th.* θράνω, *unde* θρανύσσω. *A* θράνω, *est* θρανίω, θρανίτης, E. 257. Tremo, τρέμω, E. 747. Trepido *a* τρέω, *unde* τρέμω &c. *Contractum est* τρέω *ex* τέρεω, *Lat.* tereo, terreo. *Cf.* E. 747. Tres *et* tris, τρεῖς, E. 744. *Ab Aeol.*

τέρτος, *pro* τρίτος, *est* TERTIUS. (*Vosf.*) Tribulus, *Deminut. a* τρίβος· *th.* τρίβω, *pro* τερίβω, *ex* τερίω, τέρω. E. 748. Tribunal *pro* tribunale, *ut* animal *pro* animale, *a* tribunus. Tribunus *a* τρίβω, τριβύω, tribuo *pp.* frango in partes, *atque ita* divido, E. 748. Tribus, τρίβος, *pp.* divifus, *f.* divifio. *Cf.* tribunus. Tricae, *a* τερώ, τερίω, τρίω, τέτριμαι, E. 748. Triginta, E. 194. Triftis, *a* τέτριμαι: *th.* τρίζω, ftrideo, E. 748. Triticum *a* τρίω, *pro* τερίω. *Th.* tero. „ Triticum, quod tritum est fpicis." (*Varro.*) Triumphus, *cogn.* θρίαμβος; E. 260. Trochus, τρόχος, *a* τρέχω, E. 746. Trua τρύα, E. 749. Tructa, *f.* trocta τρώκτης, *a* τρώχω, τρώγω, E. 751. Trudo, *a* τρύω, *pro* τερύω, E. 751. Truncus, *a* τρύχω, *unde* τρύχος, E. 751. Truo, τρύω, *unde* trufo, τρύσω. E. 751. 749. Trutina, *cogn.* τρυτάνη, E. 751. Trux, τρὺξ, E. 749. Trygon, τρυγὼν „ *pp.* turtur, *qui voce fua* τρύζει," E. 749. Tu, σὺ, *Dorice* τὺ, AA. 288. 290. 292. E. 700. Tuba, *pp. fem.* τῦ tubus. Tuber, *a* τύω, τύβω, τύφω, E. 759. *Cf.* tumeo. Tubus, *a* τύω, *unde* τύβω, tuber, tumeo. E. 760. Tudes, *a* tudo *unde* tundo *&c.* (*Cf. Vosf.*) E. 756. Tueor, *a* τυέω, *th.* τύω, E. 735. *Tuer* (*Gallor.*) E. 756. Tugurium, *a* τύγω, *cogn.* τέγω, E. 716. Tum. *Utrum pro* tume, *ut* cum *pro* cume, *an* tum *pro* τὸν? *i. e.* κατὰ τὸν, *fc.* χρόνον, (*Periz.*) *Cf.* tunc. Tumeo, *a* tumus, *unde* tumulus. *Th.* τύω, E. 343. 760. Tumultus *a* τετύμυλται, *th.* tumulo, *&c. Cf.* tumeo. Tumulus, *Demin.* τῦ tumus, E. 296. 755. Tunc, *pro* τονίκα, *Doric.* τανίκα. *Nifi fit pro* τόνγε, *ut* nunc *pro* νῦνγε. *Cf. Periz. in voce* tum. Tundo, *a* tudo. *Th.* τύω, *ut a cogn.* τέω *est* tendo. *Cf.* tudes. Tunica *a* τύω, τύνω *&c.* E. 760. Turba, τύρβη, E. 757. 758. Turdus, *cogn.* furdus, „ *nam* „ *usque adeo* furdus *est*, *ut proverbio locum dederit*, „ κωφότερος κίχλης." (*Vosf.*) *Nifi fit a* fono. Turgeo, *a* turgo, *ut* tergeo, *a* tergo. *Th.* τύω, *unde* tumo, tumeo, *ac* τύρω, τύρσω. *Hinc* „ τύρσος· τὸ ἐν ὕψει οἰκοδόμημα."

μα." *Hesych. A* τύρω, τέτυρμαι, *f.* τέτυργα· *hinc* TURGO *&c. quin et* turio, *i. e. summus ramusculus, q.* TURGENS *maxime. Cf.* turris. Turma, *cogn.* „ turba, *ut* glomus *et* globus." (*Is. Voss.*) *Ob* rotunditatem *dici, a* τέρμος, modiolus rotae, *censebat J. Scal. An a* τέτυρμαι, *th.* τύρω TURGEO, *quia equis insidentes* turmae *ceteris copiis* celsiores *apparebant, aut* criftas *etiam* altiores *gerebant? An a* turgendo *etiam* τύρος, caseus, *et* turunda? E. 757. Turpis, *pp.* tumens in venerem: *unde* turpis adulter *&c.* Turris, τυῤῥις, *cogn.* τύρσος, τυρσὶς, *&c.* Τυῤῥὶς ὁ περίβολος τῦ τείχυς. *Hesych.* Turtur, *cogn.* τρυγὼν, *et Hebr.* תור, *a* sono, E. 749. Turunda. „ *Ut a* merendo, merenda, *a* praebendo, praebenda," (*Voss.*) *ita a* turo, *f.* tureo, (*vicin.* turgeo) turenda, *f.* turunda, *ut* gerenda, gerunda. *Cf.* turma. Tus. *Vid.* thus. Tussis *a* sono: „ *a* πτύω, πτύσις." *Is. Voss.* E. 760. Tutulus, *utrum a* τύω *unde* TUMEO *&c. an a* τύλω, *cogn.* τύλω· *unde geminatum* τυτύλω? *Cf.* Tollo, tetuli. Tutus, „ *pro* tuitus: *unde et* tutor, tutela." *Voss.* „ Tueor, *pp.* video, specto." (*Menag.*) Tympanum, τύμπανον. *Th.* τύπω, τυπόω, E. 756. *Nisi sit a* sono, *ut Hebr.* תוף. Typhus, „ τῦφος, *pp.* fumus, *unde et* τυφόω." *&c.* (*Voss.*) E. 759. Tyrannus, τύραννος, E. 756.

V.

Vacca, *cogn.* βοϊκὴ, *quod a* βῦς, E. 150. *Forte a* sono. „ *A* vacca *porro* vaccinium, *ut a* mucco, muccinium." *Voss.* Vacerra, „ *pp.* stipes, ad quem equi religantur." (*Voss.*) *an pro* vacerura, *a* vacerus, vacus, βάκος. *Th.* βάω. *Cf. in* βακτηρία, E. 139. Vacillo. (*Belg.*) Wackelen (*Voss.*) *cui et cogn. forte* Zwak *&c. Utrum est a* βάκω, *unde* βάκος BACUS, BACULUS, BACILLUS: *ut* vacillo *pp. sit* bacillo innitor, *an potius* (*quod malim*) *Demin. est* τῦ vaco? E. 139. Vaco, *pro* vacao, βακάω, gradior huc illuc,

incedo otiosus. *Hinc et* βακέω, βάκηλος. *Th.* βάω. Vado, βάδω, *unde* βαδάω βάζω. βαδίζω. *Cf. Voss.* E. 138. Vae, οὐαὶ, E. 525. Vafer, „ *ab* Afer, vafer. *Mira enim fuit ejus gentis calliditas.*" (*Is Voss. et Perott.*) (*f illud:* „ Hannibalis Vafri mores." *An ab* ἅφη, *th.* ἅπτω, necto, ligo, VAFER: „ *ut pp. sit qui norit artem verborum rerumve vincula alteri* nectendi." (*Voss.*) E. 116. 117. Vagina. „ *Ut a* vacando, Vacuna, vacantium dea, *ita et a* vacando, vacina, vacuum *illud, in quod gladius reconditur.*" *Voss. At Is. Voss.* „ *indidem*" inquit „ *unde* agina." Vagire *a* sono. „ *A* vagio *porro* vagilo, *f.* vagulo, vagulor; *ut a* pipio, pipulo" *&c. Voss.* Vagor, *h. e.* agor huc illuc. *Digammate* F *praefixo, a Th.* ἄγω, E. 35. Vah! *ut* Ah! *a* sono. Valeo, *cogn.* ϝαλέω, *pp. i. q.* ἀλέω, versor, agilis sum *&c.* E. 81. Valgus, *ab* ἄλγω: *hoc pro* ἀλέγω, E. 79. Vallen (*Belg.*) E. 705. Vallis „ *a* βάλλω dejicio, demitto: *pp.* locus depressus, *ac quasi* demissus, dejectus." *Voss.* Vallum, „ *a* βάλλω jacio, *ob* jactationem et succussionem." *Scal.* Vallus, *f.* valus, „ *i. q.* palus, pali." *Voss. Ab* ἄλω, moveo huc illuc, movendo defigo, ac depango humi. Valvae *a* motu reciproco. *Th.* ἄλω, E. 79. 90. *pp. fem. est τοῦ* valvus, *unde* valvolus, *i. e.* folliculus leguminum. Vannus, ab ἄνω, *pp.* moveo. *Cf.* E. 112. Vanus, „ φάνος." *Is. Voss. An potius a* motu *et* levitate? *ut* vannus. Vapor *et* vappa, *ab* ἄω halo, exhalo. *Inde* ἄϝω, vapo *&c.* E. 9. 43. 137. Vapulo. *Utrum ab eodem* ἄϝω, VAPO; *an ab* ἄπτω, ἀπύω *&c. unde* ἁφὴ *pp.* tactus, ictus, *dein* plaga: *ut* vapulare *pp. sit* ictus pati? E. 116. AA. 418. Varius, „ *pp.* diversi coloris, *Gr.* βαλιὸς, *f.* βαλλός." *Voss. An potius ab* ἄρω, necto, strio, *ut Hebr.* חברברה, *a* חבר? Varix *ab* ἀρύω· *unde Hesych.* ἠρύτεν· ἔσχισεν, ἔῤῥηξεν· *et* ἤρικεν· ἐῤῥάγη, διεσχίσθη. Varus *et* varicus, *ab* ἄρω, *cogn.* ἔρω, εἴρω. *Cf.* varix. Vas, vadis, *a* vado, *i. e.* βάδω, βαδίζω· *unde* „ vades, *qui* in jus eunt, *f.* vadunt." *Periz.* Vas, vasis, *olim*

olim etiam vasum, „ *a* πάω *unde* pasco" *Periz.* *Cognatum potius videtur Gr.* ἀσκός, *ut th. sit* ἄω, *unde* ἄζω, ἀάζω, spiro, E. 9. 130. Vascus, *cogn.* vacuus, *Gr.* ἀσκός. *Cf.* vas, vasis, E. 130. Vastus, „ *ab* ἄιςος, *unde* ἀιςῶσαι, vastare." *If. Voss. Nisi sit ab* ἄω, ἄζω, ἀάζω spiro: *ut* vastus *pp. sit* perspirabilis. *Ab eodem* ἄω *est* ἐάκα *hinc* vacus, vacuus. *Aliud etymon exstat a* ἄζω, E. 822. 829. Vates, φάτης, E. 786. Vatius, *cogn.* βατὸς, *i. e.* καταφερὴς, (*Voss.*) *th.* βάω, E. 142. Uber, „ *ab* ὕω, *unde* humeo. *Ab* ὕω, ὕϝω, UVEO *&c.* E. 776. Ubi, *pro* ui, ὖ, *unde* ὖπει. *Cf. Voss.* Udo, *pro* udao, *i. e.* udum reddo, ὑδῶ, *Aeol. pro* ὕδω, *unde* ϝύδω, sudo, fundo, E. 764. Ve *Vid.* vel. Vectis, *ab obsol.* vego, ϝέγω, *cogn.* ἄγω, E. 35. Vegetus, *a* vegeo, *cui cogn.* vigeo. *Th.* vego, *unde* vectis. *Vicina fuere* ἄγω, ἔγω, ἴγω· *unde* vigo, vigeo, ἴσγω, ἴσχω, ἰσχύω, E. 228. Vehemens. *Ut a* κιλέω, κεκέλημαι, κέκλημαι, CLEMENS: *sic ab* ἕω, ἕεμαι, ϝέεμαι veëmens, vehemens. *Th.* ἕω, *vicin.* ἄω, E. 229. 15. Veho, „ *ab Aeol.* ϝόχω *&c.*" *Voss. Nisi sit ab* ἕω, *vic.* ὄω, *unde* οἴω, ἔχω, ὄχω· *aut ab* ἔχω, *ut a* χεὶρ, *est* HIR: *quod ipsum tamen* ἔχω, *remotiore origine, est ab* ἕω, E. 229. Vel, *pro* veli, *ut* et *pro* eti: veli *pp. Abl.* τῦ velis, ἕλις, volutio, revolutio, *ut* VEL *pp. sit* volutione. *Th.* ἕλω, *unde* ἴλλω, εἰλέω, E. 195. Veles *pp.* qui volvitur, *f.* provolvit se: *ab* ἕλω, volvo *&c. ut* teges, *a* tego, teres *a* tero. Vello, vulsi *&c. pro* velo, *ab* ἕλω, ἕλω, *cogn.* ἄλω, ὕλω, *unde* vulsi *&c.* E. 195. Velox, *ut* celox, *a* celo, *ita* velox, *a* velo, *pro quo dixere* vello *ut pro* celo, cello. Velum, *ab* ἕλω volvo. *Cf.* vel *et seqq.* Vena, *a* veno, ἕνω, *pp.* cum impetu ago, *vicin* ἴνω, *unde* ἴς, ἰνός, E. 211. Vendo *pro* venundo, *f.* venum do. *Cf.* venum. Venenum. „ *Ut* τοξικὸν, *a* τόξον, *ita* venenum (*Italice* beleno) *q.* belenum, *a* βέλος, *telum, &c.*" *Voss. Malim ab* ἕω, ἕνω, ἐνέω. *Cognatum verbi* ἕω *est* ἴω, *unde* ἰὸς, E. 276. Veneror „ *a* vereor, *ut* veneror *dicatur pro* verinor, *quod a* vereor

teor *erit*, *forma vetere.*" (*Vosf.*) *Utrum ab* ἔνος, annus, *ut* veneror *pp.* *sit* annorum rationem habeo, *an ab* ἐνῶ *pp.* cum impetu feror, *pecul.* in orbem, *ut* ἀμφιπολέω, *et Hebr.* גיל, Pf. II, 11. E. 211. Venia, *pp.* veniendi poteftas, *Belg.* toegang. *Cf.* *Voff.* Venio „ *ab* ἔω, ἔνω, *unde et* ἥκω. *Ab eodem* ἔω, εἴω, *est* βέω, βέομαι, E. 229. 211. Venor, *pp.* cum impetu ruo, *ab* ἔω, ἔνω, E. 211. Venter, „ *ab Aeol.* Fέντερον *pro* ἔντερον, inteftinum." *Voff. Porro* ἔντερον *ab* ἐντὸς, E. 211. Ventus, *pp.* proripiens fe, cum impetu latus: *ab* ἔενται· *Th.* ἔνω, ruo cum impetu, E. 211. Venum, *ab* ἐνῶ ruo, proripio me, *ut* aguntur *pecora in forum. Cf.* ventus. Venus *ab* impetu, quo ruit *in amplexus. Th.* ἔνω, E. 211. Vepres, „ *Aeol.* βρᾶπες, *pro* ῥᾶπες." *Voff. An ab* ἔπω necto, adhaereo, Feperes, vepres, E. 215. „ *A* vepres, vepprecula: *ut a* nubes, nubecula; *a* vulpes, vulpecula." *Forcell.* Ver, *Aeol.* Fῆρ, *pro* ἦρ, *ex* ἔαρ, E. 189. Verbena, *cogn.* herba. *Th.* ἔρω, *unde* ἐρέω, τερέω· ἔρω *item*, SERO *&c. ut* herba *a* ferendo *dicta fit potius quam a* φέρω. „ Verbena *pp. est* herba facra" *&c.* (*Serv.*) Verber „ *a* βερπὺρ, *pro* δερπὺρ." *Salm. et Vosf. Nisi fit ab* ἔρω necto, ftrio, *q.* ftrias efficiens. (*Cf. Hebr.* חבורה.) E. 223. Verbum *ab* ἔρω necto, *ut Hebr.* דבר. *Ab* ἔρω *est Lat.* SERO: *et* fereo (*unde* ferui *Praet.*) *Gr.* ἐρέω, *i. q.* λέγω, σημαίνω. *Hefych.* Veredus, βέρεδος, *vox Orientalis*, برید. Vereor, „ *pp.* pudore et metu afficior, in metu et verecundia fum" *etc. Periz. ad Sanct.* III, 2. p. 279. *Pp. est Pasf. f. Med.* τῦ ἐρέω, necto, traho, protraho: *ut* vereor *pp. fit* protraho me lentius; leniter et cum timore accedo. *Th.* ἔρω, ἔῤῥω, *unde* ἔῤῥων, *Hefychio*, μόλις παραγινόμενος, E. 222. *Cf. in* vermis. Vergo, *ab* ἔργω, ἔρχω, *th.* ἔρω, *pp.* lente traho, *atque* inclino, E. 222. Vermina *dolores*, *corpus*, *quafi*, *contrahentes*, *f.* invergentes. *Gr.* στρόφοι. *Th.* ἔρω, *unde* vero, verto. *Cf. Vosf. et dicta in* vereor, vergo. Vermis *ab* ἔερμαι· *th.* ἔρω, traho, protraho, *cogn.* ἕλω, ἴλω, ἔελμαι, ἕλμινς, *pp.*

pp. protrahens se, leniter adrepens, E. 204. Verna *m. g. pp.* ἐαρινὴς, *ut* vernus, a, um, *est* ἐαρινὸς, ὁ ἐν. *Ab.* ἔαρ, ἦρ, Fῆρ, VER: *ut* verna *pp. sit q.* vernalis, vere natus. „ Vernas *veteres appellabant, qui* vere *sacro fuerant nati.*" *Fest. Nisi sit pro* ἔρινος, verinus, vernus (*ut, pro* veterinus, veternus) *pp.* nexu *q.* adstrictus, E. 219 Verpus *a* verpo, *i. e.* ἕρπω, E. 221. Verres, „ *q.* verpes, *a* verpa, *s.* genitali: *quo* pollet." *Voss. Potius a* ἔῤῥω, *quod cogn.* τῷ verpo, E. 222. Verro, ἔῤῥω, *pro* ἔρω, *pp.* traho, *dein* leniter admoveo *scopis. Cf. omnino illa Nonii apud Vossium.* „ Verro *i. e. traho*" *&c. Hinc et apud eundem,* Everriculum *genus retis piscatorii, quod trahatur &c. Th.* ἔρω, *unde* ἐρύω, ἔῤῥω, E. 222. 223. Verruca *pp.* quae trahitur, *s.* evellitur: *pro* veruca, ἔρυκα, *ab* ἔρυκος. *Th.* ἐρύω traho. *Itaque et* ERUCA *dicta a* protrahendo, *s.* lente prorependo. *Cf.* vereor, vermis *&c.* Verrunco, *pro* verunco, *a* veruco, *pro* ἐρύκω· *th.* ἔρω, E. 222. Versutus, *pp.* „ cujus mens celeriter versatur." (*Cicer.*) *In Compar.* „ Versutior rota figulina." *Plaut. Th.* verto, versum *unde* verso, versari, E. 698. AA. 435. Verto, *ab* ἔρω, (ἔρσω) *unde* ἔῤῥω, *pp.* traho, *ut sit pp. Belg.* omtrekken, omkeeren. *Cogn. est* vorto. *Hinc Part. Pass.* vertomenus, *s.* vortomenus, *unde* vertumnus, vortumnus. *Cf. in* columna. Veru, „ *a* versando." *Varro. Nisi sit ab* ἔρω, *i. e.* sero, insero, *i. e. transfigo, trajicio.* (*Cf. Gr.* πείρω *et* πεπαρμένος *ap. Voss.*) E. 223. Vervex, „ φέρβηξ *a* φέρβω." *Is. Voss. nisi malis a* trajectis *testiculis. Cf.* veru. Verus *pp.* sertus, consertus, nexus, *Belg.* zamenhangend: *ut* vera somnia, vera fama *&c. Cf.* veru, E. 225. Vescor, *ab* ἔδω, ἔδσω, ἔδσκω, ἔσκω. *Cf. in* esca. Vesica, *a* sono, *quem edit, ubi aër exprimitur. A* sono *similiter dicta* vissio, *s.* visio, *et* βδέλαις, *Belg.* veest. *Cf. Voss.* Vespa, *cogn.* σφὴξ, AA. 298. E. 705. *Nisi sit ab* insequendo. *Th* ἕπω, ἕσπω, ἕπομαι, ἕσπομαι, E. 215. *Inde et* vesper, ἕσπηρ, ἕσπερος,

ρος, E. 224. 534. Vesta *cogn.* ἑςία. A. 207. E. 224. Vestibulum *ab* ἑςία, ἑςίος, ἑςιεῦς *&c.* „ quoniam vestae consecratum est" *&c.* (*Serv.*) Vestigium. *Ut* fastigium *a* fastus, (fastus *autem a* φάω, φάζω) *ita* vestigium *a* vestus. *Porro* vestus *ab* ἕζω sedeo, *pp.* demitto: *ut* vestigium *pp. sit*, *ubi* pes demissus fuerit, *quapropter et pro* ima pedis parte *ponitur.* Vestis, *cogn.* ἐσθής, *a* sedendo, A. 207. E. 192. Veterinus. *Quemadmodum* uterinus *ab* uterus, *sic* veterinus *ab obsol.* veterus. Veterus *autem f.* vederus, *ab* ἕδος SEDES, *unde* ἑδερικὸς, *ut* ἐδερικὸς, ἑδρικὸς. *Itaque* veterinus *pp. dictum de jumentis*, *quibus* insidetur, *ut* equis, mulis, asinis, E. 192. *Idem contracte dictum fuit* veternus, *pp.* „ *de* situ *et* sordibus *diu* collectis." (*Forcell.*) *Nempe*, *de* sordibus, *quasi* insidentibus *et* tenaciter haerentibus: *unde* (*ut Hebr.* ישן *et Ar.* وسن) *ductum fuit tum ad* situm *et* squalorem, *tum ad* somnum, altius demergentem, *et quasi* obfuscantem. *Cf.* vetus. Veto. *Ut* veterinus *pro* vederinus, *ita forte* veto *pro* vedo, *ex* ἕδω, *pp.* premo, *dein* impedio, *ut in illo* „ quippe VETOR fatis." E. 192. Vetus, *pp.* pressus, obsitus *pulvere. Vide in* veternus, *et* E. 211. Vexo, „ *a* veho, *ut* luxo, *a* luo" *&c. Voss.* Via, *cogn.* ὁδὰ, *ut* vinum, οἶνον. (*J. Scal.*) *ab* ἴω, eo, *praeposito digammate.* (*C. Scal.*) Vibex, *ab* ἴω, ἴβω, *unde* ἰβύω, percutio. *Hesych.* ἰβύει· τύπτει· *et* ἰβύων· τύπτων· *Cf.* ibex, *et* vibro. Vibro, *ab* ἴβω, *unde* ἰβύω· *Th.* ἴω moveo, E. 229. Viburnum, *ab* ἰβύω. (*Cf.* vibex.) Vicia *a* vio, *unde* vieo *&c. Th.* ἴω, E. 229. Vicinus, „ *a* vicus, *ut* ferinus, *a* ferus." *Voss.* Vicis, vicem, vice, *casus obliqui a* vix, *pro* vics. *Th.* ἴκω, *in Praeter.* εἶκα· *hinc* ἴκω ico, E. 229. *An inde* vix, *pp.* ictus, *et*, *absolute*, ictu, *ut Hebr.* פעם? *Cf.* E. 273. Victima, *ab* ἴκω ico, *i. e.* ferio, caedo. *Cf.* vices. Vicus, *pro* veicus, *ut* idus *et* eidus: *ab* εἴκω cedo, *ut cogn. sit* τῷ οἶκος, E. 194. Video, ἰδέω, *unde* ἰδῶ *pro* ἰδέειν, *cogn.* εἰδέειν, *Lat.*

VI-

VIDERI. *Th.* ἴδω, *unde* ϝίδω, FINDO, acie penetro, *pecul.* oculorum, *et* mentis, *i. e.* cerno, discerno, video, fcio, *quod et ipfum pp. id. ac* σχίζω, AA. 457. E. 175. 193. 411. 831. *A* vido, vidfo, vifo. AA. 929. Viduus, *pp.* fisfus, feparatus, *cogn.* ἴδιος. *Cf. in* video, *et* E. 831. Vidulus, *Demin. a* viduus, *cogn.* ἴδιος, feparatus. *Cf.* viduus. Vieo, *a* vio, *ut* cieo, *a* cio. *Th.* ἴω moveo, movendo flecto, inflecto *&c. Cf.* vincio. Vigeo, *cogn.* vegeo: *unde* vegetus. *Th.* ἴω, *cogn.* ἔω, *unde* ἴγω, ἴγω, ἵκω, ἵκω, E. 229. Vigil. „ *Ut ab* ago, agilis, *ita a* vigeo, vigilis, *et*, *per apocopen*, vigil." *Vosf.* Viginti „ *ab Aeol.* βείκατι, *pro* εἴκατι." *Vosf. Cf.* E. 194. Vilis *ab* ἴλω volvo, *pecul.* avolvo, amolior. *Cf.* fil, E. 274. *et* villus, *pro* vilus, εἶλος, *pp.* convolutus. *Th.* ἴλω, ἴλλω, *cogn.* ἔλω. Vimen, *ab* ἴω, ϝίω. *Cf.* vitis. Vincio. *Ab* ἴω, ἴκω, ἴγκω, ϝίγκω. *Cogn.* τῷ vieo. Vinco, vici *&c. ab* ἴω, ἴκω. *Cf.* vincio. Vindicare, *f.* vendicare „ ἐνδικεῖν." *Is. Vosf.* Vinum, οἶνον, E. 483. Viola, „ *Deminut. ab* ἴον." *Vosf.* Vipera, ἔχις *et* ὄφις *et* ἄβις *idem. Ab* ἔχιρ, ὄφιρ, ϝέφιρ, VIPERA." *Is. Voss.* E. 228. *An ab* ἴπω, (*unde* ἴπτω, ἶπος) *pp.* premo, noceo? E. 277. Vipio, *pro* vipion, „ *ex* πιπίων, *vel* pipio." *Vosf.* Vir, „ *a* vi: *unde et a* viro, virtus." *Vosf. An a* nectendo, jungendo, copulando: *unde et* vira? *Th.* ἴρω, *cogn.* ἔρω, E. 120. Vireo, *pp.* lanuginofus fum. *Th.* ἴρω, *cogn.* ἔρω *et* εἴρω, *unde* εἶρος lana. *Cf.* E. 120. Virga „ *pro* viriga, *ut* virgo, *ex* virigo. *Th.* ἴρω. *Cf.* vireo. Virgiliae, „ *quod* virgulae *more porrigantur.*" *Vosf.* Virgo „ *ex* virigo, *fi est a* vireo: vel ex virago, fi est *a* vira." *Vosf. Nefcio an* virgo *pp. fit*, *quae* jungat fe, *vel* copulare posfit, viro. *Cf.* vir. Viriae *et* viriolae, *armillae: ab* ἴρω, *cogn.* ἔρω, εἴρω, *necto. Cf.* vireo. Virtus *pp. de* viribus corporis *et* robore, (*Salm.*) *a* viro, ἴρω *i. e.* necto, *cogn.* ἄρω, *unde* ἀρέω, ἀρετή, E. 128. *&c.* Virus *an pp. i. q.* ἶρος, *pp.* gravis odor? (*Schult. Comm. ad Prov.* p. 392.) *Th.* ἴρω, E. 277. Vis, ἶς, E. 277.

Vis-

Viscum, *et* viscus, ἰξὸς, „ *Aeol.* ϝισκὸς, *s.* βισκὸς." (*Voss.*) E. 276. Viscus, visceris, „ *a* visire, φυσᾶν· φύσκα, visica, *indidem.*" *Is. Voss.* *An ab* adhaerendo, *ut* viscus, ἰξός? Visire, *Gall.* *vesser*, *Belg.* vijsten, veesten: *a* sono. *Cf. in* vesica. Vita, „ βιοτή." *Voss. Cf.* βίω, E. 146. *et* ἴω, *unde* vio, vieo *&c.* *Vid.* vivo. Vitiligo. „ *Ut a* fumus, fumiligo, fuligo; *ab* udus, udiligo, uligo, *sic a* vitium, vitiligo." *Voss.* *Rectius a* vitili, (*voce cogn. alteri* vimen) vitiligo, *pp.* variegatio, *q.* viminibus adstrictis *facta?* Vitilis *autem ab obsol.* vio, vitum, *ut* vieo, vietum. *Cf.* vieo. Vitis *a* vio, *quod id. ac* vieo, *pp.* flecto, *dein* alligo. *Inde et* vimen. Vitium, *cogn.* „ αἴτιον." *Is. Voss.* *An forte rectius a* vito, *frequent.* τῦ vio, vitum, *ut a* dico, dictum, dicto? *Cf.* vitupero. Vitricus, „ *q.* πατρικὸς, p *abeunte in* v *consonum: quomodo a* pater *est* vader." (*Voss.*) *Hac lege pro* a *substitueretur* ι, *ut in* vitrum, ϝαῖτρον, *pro* αἴτρον, *ex* αἴτυρον. (*Cf. Is. Voss. et Guyet. ad illud Hesych.* ἴτυρον· ὕαλον. *Sed nescio, an* tricus, *pro* ἰτρικὸς, *pp. sit* ad teneram prolem pertinens, tenerae prolis curam habens, *ab* ἴτεος. *Th.* ἴω *hinc* ἰτὸς, vitus, *pp.* flexibilis, tener, *unde* ἴτυλος, *Hesych.* ἁπαλὸς, νέος, μόνος, ʼΟΡΦΑΝΟ'Σ *Ab* ἰτὸς, ἰτρὸς, ἰτρικὸς, vitricus. Vitta, *olim* vita, *a* vio, *i. e.* flecto. *Cf.* vitilis Vitupero, *pp.* „ tenerum, mollem, habeo, *vel* arguo. *Est frequentat. a* vito, vituo, vituro, vitupo, vitupero: *ut a* cupio, *s.* cupo, cupero, recupero *&c.* Viverra, *pp.* vivida, *s.* vividula. *Ut* arcerra *Deminut. est ab* arca, *sic* viverra, *a* viva. *Animalculum maxime* vivum, *s.* alacre, *ad persequendos cuniculos*, *Belgis dictum* fret, *Gall. furet*, *Ital.* foretto. Vivo, vixi *&c. pp.* moveo me, alacris sum, *ut* vivus *passim dicitur pro* alacri, *in* viva aqua, viva lucerna, *&c. Th.* ἴω. *cogn.* ἔω, *&c.* E. 229. *Cogn. est* βιόω, *a* βίω, ἴω. (*Hinc corrige*, E. 146.) Vix, *pro* vics. *Vid.* vicis. Ulciscor. *Ut ab* apio, apiso, apisco, apiscor, *sic ab* ullo, (*antiquis* ulo,) ulco,

co, (ὄλκω) ulcio, ulciso, ulcisco *&c.* Ullo *autem i. q. cogn.* ollo, ὄλλω, *unde* ὀλλύω, ὄλλυμι, ὀλλύκω, perdo. *Th.* ὄλω, *obscurius* ἔλω. *Cf. Voss. et* E. 490. 526. Ulcus (*pp. i. q.* sulcus) *ab* ulco, *i. e.* ὄλκω, *cogn.* ἔλκω, *unde Gr.* ἕλκος, E. 203. Uligo, *pro* udiligo, *ab* udus. *Vid.* vitiligo. Ullus, *pro* unlus, *ex* unulus. *Cf.* nulla. Ulmus, *ab* εὔλμαι, *s.* ἔολμαι, *th.* ὄλω, volvo. *Cf.* ἔλμος *&c.* E. 490. Ulna, *et* ulnus, *ex* ὠλένος, ὠλένη, E. 869. Ultra. *Ut* citra, *pro* citera, *sic* ultra *pro* ultera, *h. e. Abl. f. g. ab* ulterus, *unde* ulterior. Ulterus *ab* ulus, *quod contractum in* uls. *Th.* ὄλω volvo. *Hinc* ultra terminum *elliptice dictum est pro* volutione, *s.* provolutione, supra terminum *&c.* Ultro. *Uti* sponte *est Abl.* τῦ spontis, *ita* ultro *pp. est Abl. masc. s. neutr. gen. ab* ulterus, *cujus fem. est* ultra. *Itaque et* ultro *pp. q. d.* devolutione, *s.* motu alacri; *idemque saepe notat quod* ultra; *ut in illo Plauti:* „ Ultro istum a me"! *Et in phrasi* ultro citroque, *q. d.* ultra citraque. Ulva, *ab* ὄλω volvo. *Cf.* alga. Ulula, *et* ululo, *a* sono incondito: *ut* ὑλάω, ὑλάσσω, E. 766. Ulysses, *s.* Ulyxes, Ὀδυσσεὺς, *σ et λ, permutatis*, E. 477. Umbilicus, „ *Aeol.* ὑμφαλικὸς, *ab* ὕμφαλος, *pro* ὄμφαλος." *Voss.* E. 497. Umbo, *pro* umbon, *cogn.* ἄμβων, E. 99. Umbra, *pp. fem.* τῦ ὄμβρος, *cui alioquin respondet* IMBER, E. 494. *Vocalis o pronunciatur Aeolice per υ, ut in* Ὀδυσσεὺς, *in* ulmus, ulna, uncus, *&c. Utrum cum Is. Voss.* „ *ab* αὐερὸς, *i. e.* σκία, *Hesychio? an* umbra *potius ab* ὄω, οἴω, fero: *ut ab* ὄω, οἴω, ὦμος *&c.* E. 869. *utque* umbra *pp. sit*, quae *in omnes partes* feratur? Uncia, οὐγκια. (*Scal.*) *Cf. in* nuncius. Uncus, ὄγκος, *unde* ὄγκινος, uncinus, E. 475. Unda, *pro* uda, *ex* οἶδος. *Th.* ὄω, οἴω, E. 480. 481. Unde, *cogn.* ὅθε, *s.* ὅθεν. *An pp. est Abl.* τῦ undis, *cogn.* undus, unda: *ut pp. sit* allatione, *s.* elatione, *i. e.* qua allatione, *s.* elatione? *Th.* ὄω, *&c. Cf.* inde. Unedo, *pro* unedon, *cogn.* „ ὠνίζειν." (*Salmas.*) Ungo, „ ἐγχέω." *Is. Voss. Malim ab* ὕγω, *Aeol.* ὄγω, u-

unde ὑγρὸς &c. E. 762. *ut* ungo *pp. sit* madefacio. *Cf. Gesn. et Forcell. in* ungo, *i. e.* madefacio. Unguis, *cogn.* ὄνυξ, ὄνυχος, E. 501. Unio, *pro* union, *ab* unus. *Vid. vett. apud Voss.* Unquam. *Cf.* nunquam, *pro* ne unquam: *ut* nusquam *pro* ne usquam. Unus, *aeol.* οἶνος, &c. E. 484. Voco, *unde* vocos, vocs, vox, *Aeol.* ϝὸξ, *a* fono, *ut* boo. *Nisi malis a* ferendo. *Th.* ὄω, *unde* οἴω. *Cf.* E. 534. Vola, ὄλη, *s.* ὄλα, *pp.* convoluta *s.* contracta *manus*, E. 491. 492 Volema, volemorum, *pira praegrandia: a* volvendo βολέω, *unde et* βόλημα. *Th.* ὄλω, οὔλω, βούλω &c. E. 149. Volo, *cogn.* ἔλω, βέλω, βέλομαι. *pp.* volvo mente &c. AA. 513. E. 80. 145. 251. *Plautus in Pseud.* II, 3, 10 „ animo ut volueram." *Aliud* volo, volas, volare, *pro* volao, *ab eodem* ὄλω, *cogn.* ἔλω *unde* ales *etc.* E. 79 Volucra, *i. q.* volvox, convolvulus, *a* volvo *pro* voluo, ὀλύω. Volvo, *Aeol.* ϝόλϝω, *ab* ὄλω, *cogn.* ἔλω, ἔλω, *unde* εἴλω, εἰλέω *etc.* E. 79. 148. 489. 490. 675. 801. Volupe, *a* ϝολύϝω, *quod a* ϝολύω, volvo *sc.* animo, *Th.* ὄλω. *Cf.* volvo. Vomer, *pp.* quod vomit, *i. e* tollit terram, *ab* ὄω, (οἴω) ἔσιμαι, οἰμήρ, ϝοιμήρ, E 870. *Cf.* vomo. Vomo, *cogn.* ἐμέω, *pp.* tollo, *Belg.* opwerpen, uitwerpen. *Cf.* vomer, *et* E. 206. Voro, βόρω, E. 06. *Th.* ὄρω, E. 517. Vos, *pro* voës. AA. 28. Vopiscus, *pp.* retro relictus, *pecul.* in utero ὀπισκος. *Cf.* ὀπίσω, E. 503. Voveo, vovi, VOTUM, *ab* ὄω fero, *pecul.* animo. *Inde* οἴομαι, ϝόϝω, voveo. *Cf.* vomer Vox. *Vid. in* voco. Upupa, *ut Gall. hupe*, *a* fono. Urbo, *s.* urvo, *pp. i. q.* CURVO, (*Cf.* A. 213. AA. 519. *Th.* ὕρω. *Aeol.* ὕρω, E. 772. Urbs, *pro* urbos, *ab* urbo, urvo, *pp.* in orbem flecto: *a forma* rotunda, *s.* orbiculari: *ut Hebr.* דור. *Cf.* Prol. p. LIV. Urceus. *cogn.* urna: *a forma rotunda. Th.* ὕρω *unde* εὔρικα, ὕρχω, ὕρχης, E. 772. *Ita* urgeo, *ab* uro, urgo *etc.* E. 772. Urina, οὐρίνη. E. 527. *ab* οὖρος, *pp.* incurvus, recurvus, οὐρά, *pp.* incurva, *eximie* cau-

cauda. Urna, *pro* urina, *pp.* curva *ſc.* amphora. *Vid.* urceus. *Aliud est* urina (*ab* ὐρᾶ, *i. e.* cauda exiens) *quaſi* caudalis *ſc.* aqua. Uro, ὕρω, *pp.* curvo, incurvo, *pecul. de* igne, *ligna &c.* incurvante. *Unde Hebr.* אור, *pp.* curvatum, *eximie* lignum aduſtum. *Et* urere *Lat. pro* gravius premere, *ac quaſi* incurvare. *Cf.* urbo, *et* E. 119. 772. Urſus, (*an, quaſi*, uſtus *frigore?*) *cogn.* ἄρκτος, *ab* ὕρω, ὕρκω, *ut* ἄρκτος, *ab* ἄρω, ἄρκω, *unde* arcus, arcuus? E. 122. Urtica *ab* ὑρτικός, *th.* ὕρω, uro. *Inde et* urus, *cogn.* τῷ urſus. Usque, „ ὥς κε." *Voſſ. et Periz.* Ut, *pro* uti, *quemadmodum* et *pro* eti *&c. An pp. est Abl. vocis obſol.* utis, *quae ab* ὕω, *ſ.* ὕω, *pp.* fero, induco, ſtimulo? Uter, utris. *Cf.* uterus. Uter, utra, utrum, *ab* ὅτερος, *quod id. atque* ὁπότερος. *Cf. Voſſ.* E. 603. Uterus, ὄδερος, *a* tumendo. *Th.* ὄδω. AA. 244. 245. *Niſi rectius conferatur* ὕστερος, E. 775. Utor, uſus ſum, uti: „ *ab* ἔωθα, ἔωθα, εἴωθα, *unde* εἰώθω. *Th.* ἔθω." *Vosſii. Niſi ſit ab* ὕω, *pp.* moveo huc illuc, *Intr.* fluo: *in Med.* moveor, verſor, jacto me in re *&c. Ut* uſus *pp. ſit* verſatio, converſatio, E. 774. 775. (*Cf. Periz. ad Sanct. Min.* III, 2, 3. p. 281. *et* IV, 16. 15.) Uva, *ab* ὕω, ὕϝα. *Ab* uvo *est* uveo, uvesco, E. 774. Vulgus, *ſ.* volgus, *pro* voglus, „ ὄχλος, *Aeol.* βόχλος, βόλχος." *Voſſ.* E. 533. Vulnus, *cogn.* ἑλκῇ, *Cf.* E. 526. *An ab* ἕλω, *unde* ἕλκος, *ulcus*, SULCUS? *ut* vulnus *et* ulcus *origine voces ſint vicinae?* Vulpes „ *ab* ἀλώπηξ, *Aeol.* ϝαλώπηξ, *unde* valopes, volpes." *Voſſ.* E. 91. Vultur. „ *A* volando, voltur, *ſeu* vultur: *quomodo a* volendo *est* voltus, *ſ.* vultus. *Sic autem dicitur ob crebrum* volatum" *&c. Voſſ.* Vulturnus, „ *a* volvendo, *quaſi* στρόφιος." (*Iſ. Voſſ.*) Vultus. „ *Ab inuſitato Supino verbi* volo, volitum, *est* volitus, *et*, κατὰ συγκοπὴν, voltus, *ſ.* vultus. *Nomen habet, quia* voluntatis *est index. Quippe aliud est* facies, *aliud* vultus: *illa naturae est ac immutabilis*; *hic* voluntatis *eoque* mutabilis." *Voſſ. An pp. a* volvendo,

ut פנים *Hebr.* *a* vertendo? *Th.* ὅλω, E. 488. *&c.* Vulva *f.* volvâ, „ *forte a* volvendo; *quia foetus ea involvatur.*" *Vosf.* Uxor „ *ex* ξύνωρ *&c.*" (*If. Vosf.*) E. 474.

X.

Xenia, „ ξένια, *a* ξένος." (*Vosf.*) E. 467. Xiphias, „ ξιφίας, *a* ξίφος." (*Vosf.*) E. 468. Xystos, „ ξυστός." (*Vosf.*) E. 468.

Z.

Zamia, „ ζαμία, *pro* ζημία." (*Vosf.*) E. 235. Zea, „ ζεα." (*Vosf.*) E. 233. Zelus, „ ζῆλος." (*Vosf.*) E. 235. Zephyrus, „ ζέφυρος." (*Vosf.*) E. 235. Zeta „ *a* ζῶ." (*Vosf.*) E. 233. Zingiber, „ ζιγγίβερις." *Vox orientalis. Cf. Vosf.* Zizania, „ ζιζάνια." *Vox orientalis. Cf. Vosf.* Zona, „ ζωνη." (*Vosf.*) E. 237. Zythum, *vicin.* „ ζῦθος." (*Vosf.*) *et* E. 236.

F I N I S.



In

In Bibliopolio PADDENBURG *et* FILII, *praeter hunc librum habentur et seqq.*

L. C. VALCKENAERII, Obſervationes Academicae, quibus via munitur ad origines Graecas inveſtigandas, Lexicorumque defectus reſarciendos; et Io. DAN. a LENNEP praelectiones Academicae, de analogia Linguae Graecae, ſive rationum Analogicarum Linguae Graecae expoſitio. Ad exempla Mſſ. recenſuit, ſuasque animadverſiones adjecit EVERARDUS SCHEIDIUS. Editio altera, auctior et emendatior. 8°.

Lexicon Hebraicum et Chaldaicum manuale in codicem ſacrum Veteris Teſtamenti, cura EVERARDI SCHEIDII, linguar. orient. cet. in Academia Lugd. Batavorum Prof. et J. J. GROENEWOUD, V. D. M. Zierie zeae. Praemiſſa est epiſtola ad virum Illuſtrem JOANNEM DAVIDEM MICHAËLIS, Pars I. 4°.

CHRISTOPHORI SAXI, Onomaſticon Litterarium, ſive Nomenclator Hiſtorico-Criticus Praeſtantisſimorum omnis Aetatis, Populi, Artiumque Formulae Scriptorum; Idem Monumentorum maxime Illuſtrium, ab orbe condito usque ad Saeculi, quod vivimus, Tempora digeſtus, et Veriſimilibus, quantum fieri potuit, Annorum Notis accommodatus. 8 Voll. 8°. maiori.

——————— Onomaſtici Litterarii Epitome, ſive Faſti Scriptorum. 8°.

——————— Oratio in Legis Regiae patronos. 4°.

IKENII, Hermonia Hiſt. Perpesſionum I. C. cura I. H. SCHACHT.

P. G. v. HEUSDE, Oratio de antiqua eloquentia cum recentiore comparata. 8°

C. W. STRONCK, de Doctrina et Dictione Iohannis Apostoli, ad Iesu Magistri doctrinam dictionemque exacte composita. 8°.

H. H. DONKER CURTIUS, de Apocalypsi ab indole, doctrina et scribendi genere Iohannis Apostoli non abhorrente. 8°.

H. NIEUBUUR FERF, Specimen, quo fides et auctoritas Matthaei, in referenda Iesu oratione, Euang. C. V, VI, VII. vindicatur, inprimis contra Evansonum. 8°. *Exemplaria sunt distracta.*

A. CHRISTIAANSE, Vindiciae facultatis Apostolis Iesu Christi olim datae, peregrinis loquendi sermonibus. 8°.

A. I. SNOUCK HURGRONJE, de praecipuis Vaticiniis V. T. quibus effusio Spiritus S., diebus Messiae exspectanda, praenuntietur. 8°.

